

NOVVS ORBIS RE-  
GIONVM AC INSVLARVM VETE-

RIBVS INCOGNITARVM VNA CVM TABVLA COS-  
mographica, & aliquot alijs consimilis argumenti libellis, nunc no-  
uis nauigationibus auctus, quorum omnium catalogus  
sequenti patebit pagina.

*Hic accessit copiosus rerum memorabilium index.*

*ἡ ἑσθλὴ ἀμύ.*



*Nihil arduum fatis.*

ADIECTA EST HVIC POSTREMAE EDITIONI  
Nauigatio Caroli Caesaris auspicio in comi-  
tibus Augustanis instituta.

BASILEÆ APVD IO. HERVAGIVM,  
ANNO M. D. LV.

CATALOGVS HORVM QVAE HOC  
uolumine continentur.

Praefatio Simonis Grynaei ad Collimitium	æ 2
In tabulam cosmographiæ introductio per Sebastianum Munsterū *	
Aloysij Cadamusti nauigatio ad terras ignotas, Archangelo Madrigna no interprete. folio.	1
Christophori Columbi nauigatio ex iussu Hispaniæ regis, ad multas in sulas hæctenus incognitas, eodem Madrignano interprete. folio	64
Petrì Alonsi nauigatio, eodem interprete	84
Pinzoni nauigatio, eodem interprete	85
Alberici Vesputij nauigationum epitome	87
Petri Aliaris nauigationis, & epistolarum quorundam mercatorum opu sculum. folio	94
Iosephi Indi nauigationes	102
Americi uesputij nauigationes IIII.	118
Epistola Emanuelis regis Portugalliæ ad Leonem x. Pont. Max. de uis torijs habitis in India & Machala &c.	132
Ludouici Rom. patritij nauigationū Aethiopiæ, Aegypti, utriusq; Ara biæ, Persidis, Syriæ, Indiæ, intra & extra Gangem, libri v i i. Archan gelo Madrignano interprete	236
Locorum terræ sanctæ exactissima descriptio autore F. Brocardo mo nacho. folio	314
M. Pauli Veneti de regionibus Orientalibus libri III.	338
Haithoni Armeni ordinis Præmonstrat. de Tartaris liber	402
Mathiæ à Michou de Sarmatia Asiana atq; Europæa. lib. II.	449
Pauli Iouij Nouocomensis de Moscouitarum legatione liber	484
Petri martyris de insulis nuper repertis liber	497
Erasmi Stellæ de Borussiæ antiquitatibus lib. II.	514
Maximiliani Transyluani de Moluccis Epistola	524
Ferdinandi Cortesij de Insulis nouiter Inuentis Narratio. ad Carolum Quintum Imperatorem	538
Epistolæ duæ de Euangelij profectu apud Indos	665
R. P. Episcopi magnæ ciuitatis Temixtitan in Huketan Epistola.	666
F. D. Nicolai Herborn Epitome de Indis ad fidem Christi, conuertenti dis.	667



# EXCELLENTI VIRO GEORGIO COL

LIMITIO DANSTETTERO ARTIS MEDICAE  
& disciplinarum Mathematicarum omnium  
facile principi.

SIMON GRINAEVS. S.



VANQVAM hoc totum naturæ spectaculum, ex quo  
uelut uino libro cōdisci opifex ille rerum debebat, lucu  
lenter cōsiderationi hominum offert sese: & quo minus  
uel euilefcere, uel fastidium & satietatem parere cōtem  
plantibus se posset ullam, plenū dignitate maiestateq̄,  
quocunq; oculos & animum coniecisti, occurrit, & no  
uis assidue caeli uicibus, iucundissime nos inuitat, dum alia aliāq; quoti  
die sydera & occidūt et oriūtur, noctis dieiq; alia quotidie magnitudo, ca  
loris & frigoris alia quotidie uis, alia quotidie aut senescens aut reuue  
nescens anni forma: tamen ignaua esse nitio & socordia hominum ui  
detur, nec quicquam admirationis habere facies illa naturæ, est q̄ incre  
dibile memoratu, quā pauci mortales uel maiestate eius summa, uel ua  
rietate mirabili excitentur. Aduersus hunc morbum hominum, omnis  
generis scriptores & inuētores rerum, diuina prouidentia ueluti medi  
cos commenta obicit, qui imperitis & inertibus istis uim naturæ erue  
rent, & tanquam in lucem proferrent, & per eam opificis admonerent.  
Ac ut artes cæteras, quæ uariæ & multiplices sunt, aliam aliamq; una  
quæq; naturæ partem tractantes præteream nunc, nulla plus uel sibi  
ipsis autoritatis, uel naturæ rerum admirationis parant, quā quæ cœ  
li & terræ situm, quem illa & seorsim & quem inter sese habent, deser  
pserunt (ἀστρονομίην, γεωγραφίην, κοσμίην Græci uocant, non absq;  
certa & euidenti multarum & difficilium artium notitia constitutas. Quæ  
postquam iuuentæ non absq; singulari beneficentia dei, & prodita lite  
ris fuerunt: rem prius impossibilem generi humano: ite non solum men  
te & cogitatione per cœli spatia, sed terram oculis circuire, & mundum  
perambulare licebat. Nam oculis & pedibus non ante uia per inuisa ma  
ria patebat, quā esset ratione expedita: quā ad rem positus cœli ter  
ræq; cognitu necessarius fuit. Sequuta deinde corporum in natura sum  
morum, cum eorum magnitudinibus & intervallis notitia: quod quid ali  
ud erat, quā ad naturæ spectaculum ualuis apertis admitti? Non est  
præsentis loci dicere, quæ lux tum hominum rebus illata sit, certe fores  
rerum patuerunt. Nam ex hoc pleno rerum mirabilium naturæ theatro,  
quū studiosi omnes, animis uelut cestro, concitis, & profundissima ad  
miratiōe faucijs rediissent, alij hoc impetu impulsj, maiora conari cōpe  
runt, & intimius naturam scrutati, σοφίης uocāt: alij (hi sunt μαθηματικοί)  
quū & ingenij & animi ope summa in hanc solam contemplationem  
incubissent, & acie mentis finibus iam suis terrarum orbem circumferi  
pissent, in angustum uastitate eius, præ cœli & maiorum corporum con  
sideratione, redacta, inuentione tantarū rerum exercitari, ite oculis con  
cunq;

cuncti mentis acies præiussisset, & animi cogitationem per omnes diffi-  
cultates exequi ac molem terrarum orbis dudum animo suo permeabi-  
lem, & undiq; accessibilem circuire lustrareq; ausi: quod cæteri mortales  
pro infano habent, patriam, parentes, uxorem, liberos relinquere, è tuto  
feliciq; rerum statu (est enim & hæc cogitare, & cogitata exequi, amplifi-  
ssimæ simul & mentis & fortunæ) in tot tamq; certa rerum discrimina,  
& mortem mediam conijcere se, illi non solum gloriosum sed necessariū  
hominib; sibi uero unum præ omnibus rebus maxime expetendum iudi-  
carunt: inuicti et uere diuini, animi quicq; soli ius natura concessum homi-  
ni, id est, genuinam & non degenerem spiritus sui nobilitatem retulisse,  
& imperium terræ & marium, à primis parentibus hæreditarium sibi,  
uendicasse uidentur, in quibus solis uetus illa humani generis nobilitas  
relaxit. Quorum uultus & ora, quum ex illa per naturam & noua rerum  
miracula peregrinatione reuertentur, cæteri homines uelut numina quæ-  
dam non immerito obstupuerunt: nouum cælum, noua maria, nouas  
hominum & animantium figuras, nouos humanorū cœtuum ritus, am-  
pliora naturæ spatia commonstrantur. Indignati uidentur excelsi ani-  
mi homines, instigante numine: leuem & contemptibilem natura rerum  
existimationem, ac uindicare maiestatem eius, & ignauiam hominum  
coarguere increpareq; aggressi, dum ista communi uita uelut relicta, ali-  
ud hominum genus, alium terrarum orbem, orbi suo, suis hominibus  
ostenderunt. Non est autem putandum quod hos aut cæca lucri cupidi-  
tas, aut temeritas quædam (nam & hæc uitia suos postea mores in hoc tã  
præclarum institutum intulerunt) in cæcam & inaccessiblei naturæ mun-  
diq; partē transuersos egerit, sed solida uis animi, & robur circa pectus  
triplex, profundiore quadam è noticia conceptum. Horum laudes extat  
per anigmata ueteribus celebratæ, ueteris etiam uoluminibus. Nam  
hi sunt qui clausos captiuosq; utribus rationis secum uentos uexerunt,  
Quid enim nauiganti interest, uentos aut emittere quum lubet, aut ad-  
mittere. Digni scilicet uate tæto, & Odyssea longiore (nam istis laudibus  
opus hoc totum est consumptum) Hi sunt qui nauim, quum primum in  
eam irrepsissent. Argo, id est, animatam & aligeram fecerūt, uolitare per  
inaccessa, partibus omnibus moueri, gyrari, flecti, reflecti, promittere,  
reuocare, sistere cursum, ac delphini instar inter medios fluctus ludere  
paratam: quicq; numinis instar, in quodcunq; corpus seu organum im-  
migrassent, agile & uiuum & expeditum reddiderunt, ut nihil sit fabulo-  
sum, quod non facilius fidem inueniat, quàm industria & uis humana.  
Nec est quæ mihi quisquam obijciat uel nautam impium, uel prædo-  
nem. Nam isti desides & ignaui spiritus, quod aliud corpus animeant, su-  
um ab se stupefactum non possunt: quod aliud munus obeant, qui tueri  
hominis nomen non ualent: sed umbrã tantum præbent, numerū com-  
plent, & oneri sibi sunt & terræ. Illi uero sunt qui inter media mundi ele-  
menta præliantia, inter tempestuosum mundi spiritum, & insanum im-  
mensis pelagi, & immanium fluctuum montes, ubi tot simul res exitium  
minitantur, explorata prius apud se naturæ fide, & constantia, quomo-  
do ra-



do ratione duce tanta discrimina traicias, docuerunt. Nam eosdem ego & nauigandi lustrandiq; terras nouas & nauium autores, fuisse sapientes illos & naturæ peritos scilicet credo. Eat aliquis & neget naturæ imperium homini concessum, qui terras ferro coercet, pontibus flumina, uauibus maria committit, ratione uelifica in seruitutem aduocat uentos, iter quod per mare facit, è caelo expedit, & in obsequiū suū naturam cogit uniuersam, ipsius momentis & legibus ad res suas utiliter & opportunè accommodatis. Est scilicet sagacitas spiritus illius supra omnem naturam uim, & per omnia sibi uiam parans, dum expleat amorem, quo tacito & ineffabili bene constituta mens captiua, per omnia sequitur te deus pater, & eo nimio saucia, quanto propius ignes accedit suos, quanto propius in operibus tuis te pater rerum uidet, tanto profundius uulneratur, ardetiq; uiferibus cōcoquitur. Ergo per omnia maria, per omnia terrarum extrema uelut amens sequitur te, lassaq; & exhausta a stu suo, amoribusq;, & flammæ penitus conceptæ indulgens, desiderio immoritur tui. Quæ res quum hominis maximè propria sit, hominibus à uera hominis nobilitate alienis, alienissima homine uidetur. Itaque plerique mortales animi sui naturam, & ingenium paruipendentes (est enim sapientis solius spiritum dei in se inuenisse) ac diuinum illum morbum, diuinos amores non intelligentes, proximis rebus stultis friuolisq; expleti mentis desiderium posse putant. Degeneres homines, qui ut naturæ lucem, qua uiuunt & qua utuntur per omnia, nullam uident, ita sapientum inuenta & mirabilium rerum autores, idcirco quia eas iam usū contriuerunt, pro nihilo habent. Nobis autem secus in unaquaq; te prima origo & fons est peruestigandus. Neq; uero uana uideri uis naturæ debet, tanto desiderio ad rerum cognitionem incensa, nec uulgare exemplum. Orbis partem nostro seculo inuentam esse tantam propemodum, quanta est Europa. Parum mihi etiam cætera dei opera auimaduertere uidentur, qui ista non curant. Quū igitur lustrandi orbis exemplū uetus illud, quod isti literarum & omnis doctrinæ principes extulerunt iam olim nostro seculo non infeliciter reuocarint quidam, omni laude digni uiri, quorum memoriam literis exceptam docti quidam (utinam tanta dexterritate, quanta diligentia) posteritati transmiserunt: quumq; argumenti eius libellos aliquot uulgo oberrantes, Ioan. Flutichius uir doctus, & antiquitatis mirè studiosus, Heruagio nostro excudendos dederit: eos uolui idcirco inscribere tibi, quod nemo nostro seculo, quod ego sciam, in illam disciplinatum Mathematicarum lucem sublimiore mentis acie inuicatur: deinde quod istam tam luculentam notitiam humanitate & suauitate, quam in moribus obrines, incredibili feliciter exornaris. Cuius uirtusque rei nemo testis fidelior esse potest quàm ego ipse, qui ante annos plus minus quindecim quam summa et uoluptate & utilitate mea

Viengte te auscultarem, facile & ingenij uim incredibilem animaduerti, & humanitatem sæpe sum expertus. Vale.

tus. Vale.



INDEX RERVM SCITV DIGNARVM EX ALOYSIO  
 Cadamustro & Christophoro Columbo, alijsq; sequentium  
 nauigationum scriptoribus.

<b>A</b>	Aculacan provincia	564.4	Agareni.	407.4
hacor quos appel-	Adamas mira altitudinis	6.4	Agnoris filius Tyrum insularia.	314.b
liti nomine 13.4	Adamantium lapidum copia ubi.	42.4	Ager Nabot.	321.b
Abasia, regna cõti-	Adamantes ubi & quomodo inue-		Agilitas magna	7.4
net septi. 398.b	niantur	394.4	Agri colendi consuetudo diuarse.	19.b
Abaga Harlomi fi-	Aden provincia	398.b 399.b	Agricultura ugens	547.b
lius ipsi succedit	Aden. provincia usata à rege A-		Agricultura neglecta & damna etib.	448.b
& qualis fuit.	basia	399.4	Alani montes ubi	448.b
Abaga Can bello cum uicinis mul-	Adulterio orti Vlani	470.b	Alani reliquis sedibus borasij se-	519.4
tum impediunt	Adamin castrum	325.4	conuergunt.	519.4
Abaga pater Argoni.	Adolescentium Tartarorum qualis		Alani diuisi à russis priores sedes	521.4
426.4	eterna	456.b	repetunt.	521.4
Abagari uel Azeli uide Gazari	Aedificia pulchra	497.b	Alani quoties mutauerit sedes.	463.b
457.4	Aedificia splendida	541.b	Alani populi Christiani	383.b
Abaga bello composito cum uicini-	Aedificiorum ueteru forma	476.4	Alani ubi à sciambris	519.4
nis Aegyptios fugat & fundit	Aetius Roman. Dux liberos fundit	465.b	Alani quibus moribus	461.b
423.b			Alania provincia & quare sic dicitur	406.4
Abaga respuit Christianissimum.	Aegyptus quibus carnibus abun-		Alania qualis regio	461.b
422.b	dat	441.4	Alani usq; à constantino magno pax	460.b
Abaga Can semel Anthropophe-	Aegyptus quorum rerum penuria		nonitas accipiunt.	460.b
gitur.	premitur	441.4	Albanie montes præ aliis.	456.4
Abalar insula	Aegyptus desidentes à Grecis qua-			457.4
515.b	re se dedidere Saracenis	438.4	Albertus rex poloniae.	458.4
Abarim mons	Aegypti potentia militaris in exte-		Albi homines ubi	587.b
320.4 325.4	ris sita	437.4 441.4	Alberti mons	406.4
Auaritie dignum præmiu.	Aegypti Soldanus militarem una ci-		Albii esse ubi turpe ducitur.	394.b
420.4	uitate semper habet paratos	437.b	Albam castrum	470.4
Abatam unum ex duobus militib; à	Aegypti Soldani socij	438.4	Alces quales & ubi	518.4
magno Coam ad Zipangros.	Aegypti Soldanus sedes inijt cum		Alcbizel quid	12.b
587.b	armenis	435.b	Alexander magnus Lithuanie dux	458.4
Abelina uilla	Aegypti Soldanus	422.b	Alexander lithuanie dux	477.b
320.4	Aegypti Soldanus trepidus fugit ex		Alexandri Vitoldi lithuanie ducis	
Abcar regnum	turquia	423.b	ad a fugæ ambitio & morte.	
435.4.6	Aegyptij Armeniam depredantur.	423.4	Alexandria provincia Aegypti.	477.4
Abcar rex potens			Alexandria	441.4
406.4			Alexandria Aegyptiaca qualis	440.4 441.4
Abrahamij magi			Alexandria unde accipit pipere &	
392.4			aromata que ad Christianos trans-	
Abrahamij lac provinciam inba-			mittit	387.4
bitant			Alexandrini negotiatores qua uia	
395.4			& modo aduehant Alexandri-	
Austria dux belon regem hunga-			am aromata	399.b
rie tertiaris fugientem caput.			Algoreni ut uoluerint quidam succo	
453.b			quodam corpora inficiunt	6.4
Austria dux Tartaros arcuit ab			Alincigin in raro concordet	428.b
Alemantia			Almada oppidum	313.b
416			Almadie	313.b
Abstermentis ubi			Almach Tartarorum fontis dux	425.4
395.4			Almeria ciuitas	540.b
Acaca insula inospina			Almeria ciuitas ab hispanis in con-	
550.4			ditio consumpta	558.b
Acaler quid			Alois unde descriptetur.	18.b
608.4			Aloysius	
Acon ciuitas quando capta				
439.b				
Acapuzaco ciuitas				
616.4				
Acaler quid				
554.4				
Acasungo provincia.				
552.4				
Acculman ciuitas				
625.b				
Achab ubi contra Syros pugnerit				
521.b				
Acham ob sursum lapidibus obrui-				
tur				
323.b				
Achiaridam locur				
33.b				
Achuloz regnum				
51.4				
Achimet quid Tartaris				
458.4				
Achor nullus				
325.b				
Acon ciuitas				
314.b				
Acon ciuitas que olim Tholamais				
315.4				
Aconensis ciuitas à Sultano Babij				
lonis expugnata				
399.b				
Acsac Culu Cham qualis.				
458.4				
Acsolan Colonia				
617.b				
	Aculacan provincia	564.4	Agareni.	407.4
	Adamas mira altitudinis	6.4	Agnoris filius Tyrum insularia.	314.b
	Adamantium lapidum copia ubi.	42.4	Ager Nabot.	321.b
	Adamantes ubi & quomodo inue-		Agilitas magna	7.4
	niantur	394.4	Agri colendi consuetudo diuarse.	19.b
	Aden provincia	398.b 399.b	Agricultura ugens	547.b
	Aden. provincia usata à rege A-		Agricultura neglecta & damna etib.	448.b
	basia	399.4	Alani montes ubi	448.b
	Adulterio orti Vlani	470.b	Alani reliquis sedibus borasij se-	519.4
	Adamin castrum	325.4	conuergunt.	519.4
	Adolescentium Tartarorum qualis		Alani diuisi à russis priores sedes	521.4
	eterna	456.b	repetunt.	521.4
	Aedificia pulchra	497.b	Alani quoties mutauerit sedes.	463.b
	Aedificia splendida	541.b	Alani populi Christiani	383.b
	Aedificiorum ueteru forma	476.4	Alani ubi à sciambris	519.4
	Aetius Roman. Dux liberos fundit	465.b	Alani quibus moribus	461.b
			Alania provincia & quare sic dicitur	406.4
	Aegyptus quibus carnibus abun-		Alania qualis regio	461.b
	dat	441.4	Alani usq; à constantino magno pax	460.b
	Aegyptus quorum rerum penuria		nonitas accipiunt.	460.b
	premitur	441.4	Albanie montes præ aliis.	456.4
	Aegyptus desidentes à Grecis qua-			457.4
	re se dedidere Saracenis	438.4	Albertus rex poloniae.	458.4
	Aegypti potentia militaris in exte-		Albi homines ubi	587.b
	ris sita	437.4 441.4	Alberti mons	406.4
	Aegypti Soldanus militarem una ci-		Albii esse ubi turpe ducitur.	394.b
	uitate semper habet paratos	437.b	Albam castrum	470.4
	Aegypti Soldani socij	438.4	Alces quales & ubi	518.4
	Aegypti Soldanus sedes inijt cum		Alcbizel quid	12.b
	armenis	435.b	Alexander magnus Lithuanie dux	458.4
	Aegypti Soldanus	422.b	Alexander lithuanie dux	477.b
	Aegypti Soldanus trepidus fugit ex		Alexandri Vitoldi lithuanie ducis	
	turquia	423.b	ad a fugæ ambitio & morte.	
	Aegyptij Armeniam depredantur.	423.4	Alexandria provincia Aegypti.	477.4
			Alexandria	441.4
			Alexandria Aegyptiaca qualis	440.4 441.4
			Alexandria unde accipit pipere &	
			aromata que ad Christianos trans-	
			mittit	387.4
			Alexandrini negotiatores qua uia	
			& modo aduehant Alexandri-	
			am aromata	399.b
			Algoreni ut uoluerint quidam succo	
			quodam corpora inficiunt	6.4
			Alincigin in raro concordet	428.b
			Almada oppidum	313.b
			Almadie	313.b
			Almach Tartarorum fontis dux	425.4
			Almeria ciuitas	540.b
			Almeria ciuitas ab hispanis in con-	
			ditio consumpta	558.b
			Alois unde descriptetur.	18.b
			Aloysius	

INDEX

Aloysius Cadamustus & Antonius  
 tus in mari mutuo obuiam fuit  
 23. b  
 Aloysius quas Canarias insulas in  
 uenerit & quas minime. 7. a  
 Aloysius cada. Ven. pa. 2. a. b  
 Aloyj. quas merces secum uexerit.  
 16. a. b.  
 Aloyj. quando primo uela fecerit.  
 5. b.  
 Aloysius Cadamusti patritius uer  
 itur. 1. a  
 Aloysius cur accensus ad querend  
 das terras nenas. 3. a  
 Aloysij Cadamusti secunda nauiga  
 tio describitur. 28. b.  
 Ab Aloyso inuenitur prop' aliter co  
 bit. 1. a  
 Alpes Pannonicæ plustratus Tartar  
 ri. 459. b  
 Alphonus Aquila. 498. b  
 Alpinus quintus Turbarum rex ad  
 Christia. fufus. 409. b  
 Alphonus pennato defecione mor  
 litus. 538. b  
 Alphonus mendocæ. 602. a  
 Alphonus a Furtiudis uicelegatus.  
 49. a  
 Alphonus Fernandez procurator  
 uere crucis. 537. b  
 Alphonus Furtiudis ad regem  
 Calcebut missus. 53. a. & 54. b  
 Aluminis copia. 407. b  
 Amariçus rex Hierosolimitanus in  
 uadit Aegyptum. 438. a  
 Amarguerita Colonia. 55. a. b  
 Amazonom terra que. 460. a  
 Amariçus locus. 12. a  
 Amasium reliquæ. 500. b  
 Amicus expressi exemplum in rei  
 ge. 424. b  
 Ambitionis finis. 510. a  
 Ambra copia ingens ubi. 40. a  
 Ambrosia ubi crescat. 448. a  
 Ambrum unde colligitur. 397. b  
 398. a  
 Amariçus fugatus ex Aegypto.  
 458. a  
 Amelchiste copia ubi. 391. b  
 Ameca locus. 12. a  
 Amicus uerus. 435. a  
 Amici & officia Culta. 439. b  
 Amicitia confirmadi ratio. 520. a  
 Ammon regio. 320. a  
 Ammonitana regio. 325. b  
 Ampelesi promontorium. 1. b  
 Amur provincia. 379. b  
 Amurates 7. Turchorum rex quan  
 tus propagauit fines tureho  
 r. rion. 469. b  
 Amurates quales. 437. b  
 Amurates tertius turcorum rex.  
 409. a  
 Amuratum frons. 437. b

Abatum mira uilitas. 494. b  
 Anarebia. 515. a  
 Ananini Populi. 46. b  
 Anaboib uisualis sacerdoti 32. a. b  
 Anzra Turchorum clade nobilit  
 488. b  
 Andreas de Papiæ. 644. a  
 Andreas uaxilo episcopus crient  
 su. 475. b  
 Andreas a postoli patria ubi. 319. a  
 Angues immanes ubi. 20. a  
 Anglia a saxonib. occupata. 517. b  
 Angradida regnum. 52. a  
 Angamia insula. 391. b.  
 Anglie rex pro terra sancta glar  
 ilio uenato lafus. 439. a  
 Angeli suis manibus clementi fra  
 xerant ecclesiam. 457. a  
 Auguria scelerum qui. 595. a  
 Animalia nostra disomilia. 395. b  
 Animæ immortalis sensum aliqui  
 habent barbari. 391. a  
 Animalia benedicta que. 45. a  
 Animarum immortalitas ex aie  
 Persuasa. 535. a  
 Animalium manufactorum & syl  
 uestrum grandis copia. 379. b.  
 Animalium syluestrium ingens co  
 pia. 379. a  
 Que Animalia non interficiantur ba  
 bitatores Calcebut. 43. a  
 Animalia non occidere quibus re  
 ligio est. 393. b. 395. a. 403. a  
 Annonæ caritas magna ubi. 311. a  
 Anus uiginti mensum ubi. 501. a  
 Anus ab uelaco occasu uergilia  
 rum inceptus. 507. b  
 Anus a sepicmbri ubi incipi  
 494. a  
 Anus 20 menses quibus. 507. b  
 Anseres a nostris longe dissimiles.  
 21. b  
 Anseres quotannis depumantur.  
 318. a  
 Antacensis insula. 430. b  
 Anteradensis insula. 444. b  
 Anteradarum ciuitas. 316. b  
 Antigonas tibicen. 512. a  
 Antropopbagi. 526. a  
 Antilhanus mons. 316. a  
 Antilibani ualles fertilissimæ a  
 quibus gentibus inhabitantur.  
 318. a  
 Antiochia ciuitas. 408. b  
 Antiochia prouincia. 408. b  
 Antiochia quantum distat ab arme  
 niæ. 446. b.  
 Antiochia ciuitas quantum a Vala  
 nia distet. 317. a  
 Antiochia per soldanum Aegypti  
 Christianis crepta. 422. b  
 Antiochia ex Saracenorum iugo  
 uendicata. 410. b.  
 Antiochia a saracenis capta. 439. a  
 Antiochia capta. 411. b.

Antiochia obfissa. 409. a  
 Antiochia a quib. habitata. 409. a  
 Antiochia a Christianis iterum res  
 ceperata. 411. b  
 Antio. heno patriarchæ parit sol  
 dini. 403. b  
 Antiochero principi multa restita  
 ti uolunt. 421. b.  
 Antiochia ciuitas. 317. a  
 que olim Asior. libien.  
 Antropopbagi. 421. b  
 Antonius Equiones. 642. b  
 Antonius Cæzales uir illustri. 2. b  
 Antonius Liparis secunda nau. 20  
 tio describitur. 28. b  
 Antonius Ligur nautia optimus.  
 23. b  
 Antropopbagi. 636. b. 648. b. 650. b  
 Antropopbagi. 500. a.  
 Apantia ciuitas. 314. b  
 Apelotes uentus. 3. b.  
 Aprica a Barbaris Europæ uer  
 fluit. 403. b  
 Apræ. ciuitas. 321. b  
 Apru uide Veraces.  
 Aprorum copia grandis ubi. 5. a  
 Aprorum copia. 517. b  
 Aprorum copia. 480. b  
 Apum examina ingentia frequen  
 tius ubi. 4. a. 471. b. 492. a  
 518. b  
 Aqua Ardens ex aena. 482. b  
 Aqua benedicta qualis moschouit  
 tis. 494. a  
 Aqua acutum reddens. 502. b  
 Aquilon prouincia. 428. b  
 Aquarum que regiones potissi  
 mum indige. 11. b  
 Aquæ bibunt Tartari. 405. b  
 Aquæ contradiçionis locus. 335. a  
 Aquilo omnia mala mortalibus im  
 mitit. 460. a  
 Aquæ amaræ & salæ. 415. a  
 Aqueductus nassi. 570. b  
 Aquilam orientio obfedit anilla &  
 cepi. 466. a  
 Aquila albæ Serpentibus uescen  
 ter. 394. b  
 Aquisa ciuitas. 405. b  
 Arabia lingua q loquuntur. 408. b  
 Arabia luora quando a Lusitanis  
 compeffa. 48. b  
 Arabia multiplex. 315. a  
 Arabas castrum. 316. b  
 Arate omni triennio semel totu  
 tum sufficit ubi. 472. b  
 Arachorea negotiorum primus  
 50. b  
 Arabas ciuitas & a quo condita  
 316. b  
 Araratum totem ligneam. 482. a  
 Arabi mont totius mundi altissi  
 mus. 406. a  
 Arabi mont armenia. 406. a  
 # 4 ARABIA



I N D E X.

Arbores pulcherrimæ sed infrugi fræ ferri dei iudicij indices. 325.4	Arboluo. 421.4.b	Aspafalem, Dogriffæ filius in der fandi patris locum imperio ap fle potitur 411.4
Arbores miræ proceritatis ubi. 20.a	Armenorum & Aegyptiorum fru dur 433.b	Aspafalem arma nepotem suum folima contra grecos 421.4
Arbores bomicum feraces 396.b	Armeni Christiani ubi 408.4	Asperorum patientia Tartari 459.5
Arbores miræ magnitudinis. 32. Arbores maiores decorum domus credite 515 à 520.b	Armeni in quibus Tartari simi ler. 405.b	Asphaltum quid. 324.b
Arbores fatinam ferunt ubi 391.4	Arundines ingenitj longitudinis & magnitudinis. 386.4	Assesini sub Aegopij soliano miliani. 438.4
Arbores præ bent potum ubi 390.5 391.a.b	Armeni perire in cuftrate. 432.b	Assamenta multijuga unde potis flum in Lufitaniam deferretur. 4.6
Arborum oderiferarum copia ubi 389.4.b	Armelon ubi 400.b.	Assesini qualer 438.4
Arborum cultores 402.b	Arnon fl. 315.4	Astironum 5. Soldani 412.b
Ar. ciuitas 315.4. 324.4	Arnon torrent. 324.4	Astiani populi qualis 419.b
Arbutus ligna apta conficiendus que. 5.4	Aromata unde ut plurimum aspor tantur. 51.b.	Astra minuti dij quibus 522.4
Arca noe ubi primum post deluuij um scdã 406.4	Aromaticum copia ubi. 41.4 389.4	Astronomia perat 475.b
Arca noe uelutium 406.4	Aromata ab Alexandria ad Cbriv sianor unde 387.4	Astronomia certitudo 535.b
Archipelagus quid. 502.b	Aromaticum copia. 535.b	Astromum scientia in nullo uis. 494.4
Archiepiscopus de Scotia 397.4	Aromata uaria in nostris partibus nauquam uisa 390.4	Astrologorum copia ubi. 365.6
Archanes secundus Tartorum im perator & qualis 469.4	Aromaticum caritar unde & eius minor uirtus 485.b	Astures alba ubi 404.4
Argentorum Adriani imperato ris copia. 463.b	Aromaticum differentias que gen tes optime norant. 5.4	Astures. aequale genus ubi inueni untur. 353.4
Argenti copia. 401.b. 482.b 507.4	Arpad iburorum dux 467.4	Asuua Tartarorũ in uincetis Hun garis 455.b
Argonus flum. 29.b.	Artiani urbã bellu apertica 463.b	Atambum ciuitas. 12.4
Argis locus. 12.4	Arum quid Iosepho 326.4	Atacuba ciuitas capta ab Hispanis 616.b
Argonus qualis. 426.b	Arrogantia Hispanica 595.4	Atibi ubi 402.b 403.b
Argonus Can est confirmatus à ma iore Can. 426.b	Artes liber. florent in russia 473.b	Atico regysto occisus à suis 427.4
Argonus Can amicus Christianis 426.b.	Artifices omnij generis egregij ubi 508.b	Ato locus. 12.4
Argonus alumni gratitudine mor te tripitur. 426.b	Artot & solimanobfident ciuitas tem antiocbie. 411.b	Atilla iburorum rex. qualis. & cius gella 405.b
Artices ingentes 395.4	Artot soldanus appellatur 411.4	Atilla flagellum dei feditici 466.4
Artifet. Error de fluuiorum artu. 448.b	Articob. rex persarum à sarace nis occiditur 410	Atilla iburorum dux. 460.b
Artifices Bononiensis architec tesius 490.b	Artichelous frater ordinis prædi catorũ à Papa ad Cbam missus legatur. 454.4.b	Atilla mors horribilis 466.b
Artificratia 547.b	Aster tribus. 315.4	Auaritia aromata quersfaci 535.b
Armenia spoliata ab Aegyptijs 423.4	Aster sub tartaris. 413.b	Aucupium maximarum annuum 494.5
Arma nulla ubi. 515.4	Aster quam diu paruit Saracenis 410.b	Audaces extrema faciunt. 502.4
Arma apud Azategos qualia. 12.b	Aster maior 404.4	Auentani que regiones cur mis me ferant 19.b
Arma ueneno tinta. 33.4	Aster profunda 435.4	Auer miræ simpliciatas 315.4
Arma ueneno tinta & mortem illico afferentia. 20.b	Aster profunda 404.4	Auer uigilum loco quibus. 435.b.
Armarum noua genera 402.b	Aster imperator quas terras occu pauit desciscens à Roma. impe rio 408.b.	Aug. Cæsar. orbis monarcha 408.5.
Armenia maior 405.4	Aster imperator quando cepit uo cari & quis 408.b.	Augulla uenditorum in bonorem Augusti Cæsiondia 403.4
Armenia post mortem Casani Cas uallata 435.b	Aster maioris imperij saracenis à Tartaricis ereptum 411.4	Augustinus Episcop. Nipponensis in Christianorum persecutione mortur 403.b
Armeniana pelles 489.4	Asini bluefres ubi solã procrean tur. 518.4	Auzuris dediti 476.4
Armenie regi damna compensat Casani Cas. 433.4	Asini quibus ubi 518.4	Auis que elephantũ capiat tollit. 597.b
Armenie quatuor sunt regna. uetus rex. 405.5	Astior ciuitas. 510.b	Auis Ruc 397.5
Armenie regis filius qua lege pa tri reddatur. 423.b	Astiorum terra ubi 316.b	Auium copia 480.5
Armenie rex quid accepit ab Noaluo. 421.4.b	Astior ciuitas igne exusta ab Iose pho 317.4	Auitiorum plara genera ubi. 21.b
	Asphaltis. 323.b	Auitiorum maria genera ubi. 21.b
		Auium copia 556.4
		Auium



I N D E X

Aulium mira genera & copia  
572.4  
Aula regia quomodo frequentatur  
496. b  
Auri copia 404. b  
Auri copia 530. b  
Auri & salis permutatio 9. b  
Auri duplici copia ingens 501. a. b  
Auri cupiditas quot perditur 511. a  
Auri copia ingens 23. b  
Aurea tella ubi 587. b  
Aures quae gentes terrebrent.  
57.4  
Aureo banno piscantes 500. a  
Auribus pendulis ad lales usq; bo-  
mines ubi sunt 533. a  
Auri duplici copia. 497.4  
Auri magna copia 500.4  
Aurifabri excellentes 509. a. b  
Auri magna copia ubi 387. b  
Auri granati copia 502. b  
Auro expugnantur qui armis non  
poterant. 450. b  
Auri copia 510. b  
Auri mina ubi 48. b  
Auriflores exercitum confecer-  
unt in Polonia. 451. b  
Aurifodina ex fluxu. 561. b. 502. b  
Aurifices optimi 506. b  
Auri ferax terra 52.4  
Auri iactura. 48. b  
Australis regio 515. b  
Austria penetrata à turcis 469. b  
Autengo colonia 608.4  
Aurum unde plerumq; potissimum  
in Hispaniam deferatur. 32.4  
Aurum è fluxu explorandi ratio  
501. b  
Auruspices uera praedicebant.  
465. b  
Ayatus Ciuitas. 453. b  
Aytonas Armenia rex. ambu gra-  
tiam imperatoris Tartari.  
417. b  
Aytonus elens contendit ad impe-  
ratorem Tartarorum ab eodẽ  
honorifice acceptus. 418.4  
Aytoni petitiones ad magnum  
Cham. 418. a. b  
Azafi locus. 12.4  
Azanegi homines cuiusmodi. 9.4  
Azanegi pop. 2.4  
Azanegorum mores, simplicitas.  
9.4. c. b  
Azanegorum mulieres quales.  
12. b  
Azanegum sacerdotum munus &  
libertas. 18.4  
Azata Castrum 470. b

**B** Aalis propheta ubi à quo oco-  
cisi. 521.4  
Baccalarum regio cur ita dicitur  
526.4

Babilonia maxima caldea ciuitas  
406. b  
Babilonia salomon aditus copis  
aduersus Christianos à Sultar  
no aden. 599. b  
Babilonia soldani nires quales  
437.4  
Babilonia quae & Cayrum.  
42.4  
Babilonia Nilotica cui & Cayro  
nomen 51. b  
Badam insula 534.4  
Baburini locus. 325.4  
Balam dux militiae Tartarorum.  
383. b  
Baiens chiniam quid 381. b  
Balan princeps exercitus Magni  
Cham. 381. b  
Baissieur à filio regno priuatus  
470.4  
Baissier nonus Tartorum impe-  
rator 469. b  
Baiazetes Tartorum imperator.  
458. b  
Baiazetes Ottomennus ferrea ca-  
lca inclusus, in triumphum du-  
ctus 488. b  
Baldaeb ciuitas obsessa & capta  
mirisque opulenta inuenta  
420.4  
Palais lapis ubi 404. b  
Balnet ubi usitata 547. b  
Baloneros quas uocent Portugal-  
enses. 39. b  
Baldauas rex Hierosolimitanus  
315. b  
Baldaec ciuitas opulentissima.  
410.4  
Baldaei suites 519.4  
Baldaem Mariobus. 324.4  
Balatis prouincia 404. b  
Balticum mare. 458. b  
Banzula prouincia. 379.4  
Barbarorum in aestiu ornatus.  
503. b  
Barachi mittitur ad pugandum  
contra sifaram. 324. b. b  
Barachi successor iochi. 417. b  
Bareat ut regnum Tartarorum  
effeclat Babilonia 421. b  
Diuus Bartholomaeus ubi colatur.  
473. b  
Bartholomaeus Polastris Sancti-  
portus praefectus. 4.4  
Barras Corasminorum dux ac-  
ceptus cum honore in iustiam  
Soldani. 412. b  
Barris 521.4  
Bartat Barbariae prouincia  
440.4  
Barbam ubi non rariunt nec crines  
tendent. 479.4  
Barbari honorum omnium stu-  
diosi ubi 532.4

Barec. dux fudit exercitum sifara  
re. 320. b  
Bassly etat 495. b  
Barba carant ubi 402. b  
Bassami fortis ubi 324. b  
Bassan regnum. 519. b.  
Bassa terra quae. 15. b  
Bassia insula 515. b  
Bassly laus & res per cum gylie  
496.4  
Babi tertius Cham gothian &  
rasiham destruxit. 457. b  
& suscepit mahumetismum.  
Balthar Tartar. rex quomodo irru-  
it in Hungariam. 463.4  
Babi exercitus 500000. 453.4  
Batimansan locus. 31.4  
Batrinensis regio. 34. b  
Bastrum ciuitas quae Bustris. 315.4  
Bastaria quales 514. b  
Bastarne 488. b  
Battus Tartarorum rex Poloniam  
uexiuit 450. b  
Baptizarorum ingens numerus.  
312. b  
Baptizandorum pueros in Man-  
gi prouincia quae consuetudo.  
585. b  
Bassius à papa rex confirmari  
amisi 486.4  
Bassly moscouie principis cum  
Romanis pontificis ada.  
484. b  
Bassly Moscouie principis itali  
484. b  
Bassius quibus Tartaris imperat  
488.4  
Baydo Caseni Consanguineus ei  
rebellat 450.4  
Baydo Casi fuerit Christianus.  
427.4  
Baydo secundus filius Hoccota Casi  
se tenere committens summi  
merguit. 417.4  
Baydo in prelio à suis desertus  
fugiendo pergit. 427.4  
Baydo Casi succedit regno.  
427.4  
Baydo secundus filius Hoccota Casi  
quas terras occupauit. 417.4  
Baydo dux magni Cham. 419. b.4  
Bedonni qui sunt 425.4  
Beduni tui arabie deserto. 438.4  
442.4  
Beduni qua condicione militant  
457. b  
Bela rex Hungarorum quomodo  
fugit per medios Tartaros  
453. b  
Bela quartus regis Hungariae dux  
à Babo expugnatus. 455.4  
Belfortis terra ubi. 422.4  
Belchiaroc filius melida parisi  
regno succedit. 411. b  
Belchiaroc

I N D E X.

- Helictiæ per minorens fratres  
 regni parte priuata 421.b  
 Belliæ immachinae descriptio  
 29.a  
 Bellæ maritæ 511.b  
 Bella Tartaror fugient ab Austria  
 duce capitæ 453.b  
 Belliarum mundales destruxit in As  
 iatica 464.b  
 Belgian desertum 403.a  
 Belenæ ciuitas, quæ olim Dau.  
 322.b  
 Bella qui gerant nudi 393.b  
 Belli animas 521.b  
 Belliæ apparatus prudenter in  
 finitas 496.b  
 Bellum nauale 305.  
 Belli gyrdicæ quatuor 456.b  
 Bellum incobant clamoribus qui  
 416.a  
 Bellum intestinum Tartarorum  
 421.b  
 Belli ubi non sunt in usâ 405.a  
 Bellum nauale 56.a  
 Bellum Tartaricum 377.b  
 Bellena ciuitas quæ & Caserra  
 philippi 317.b  
 Bellum gladiale 421.b  
 Belli auior quomodo tractandus  
 521.a  
 (A. 375. b  
 Bello non affersent qui ubi 372.  
 Belli detestabile barbaris 532.a  
 Bellum Lusitanorum & Pannio  
 rum 309.a  
 Benediclar ueneno potatus inter  
 riji 424.b  
 Benediclar Aegypti solanus  
 435.a  
 Benediclar se solanus Aegypti per  
 homicidium facit 437.a  
 Benediclar se meledelar uocari sui  
 citi 439.a  
 Beneficio summo maleficium rela  
 tum 458.b  
 Bernabæ apostolor. costantia se  
 pulus 409.a  
 Beryllorum copia ubi 58.b  
 Berytus ciuitas 33.a  
 Berytus sedes episcopalis ibidem  
 Beryllorum copia ubi 42.a  
 Berganinus, uicinis qualis 538.b  
 Berytesu ciuitas 408.a  
 Berythia ciuitas 319.a  
 Berysan ciuitas 320.a  
 Beryzla locus 523.b  
 Berysida ciuitas 320.b  
 Berysan ciuitas 320.b  
 Bermania 319.b  
 Bercelle quid 57.b  
 Berysida ciuitas 319.a  
 Rebel locus 322.b  
 Rebel ciuitas 322.b  
 Rebelia ciuitas 320.a  
 a Bethania Hierusalem nomen uidet  
 r. 322.b  
 r. posita 325.a  
 Bethania castellum Mariæ &  
 Marthæ sororum 325.a  
 Nebel ciuitas 324.b  
 Bicipites homines nusquam sunt  
 408.b  
 Fian Sancti Ioannis 506.a  
 Bira ciuitas 323.a  
 Bircorum copia ubi & quomodo  
 nutriuntur 591.a.b  
 Bisboror Budomelit regis nepos.  
 16.b  
 Bisboror 16.b & 20.b  
 Bisontes quales & ubi 518.a  
 Bisontes quid 487.b  
 Bituminis Asphaltides medicina.  
 324.b  
 Bialii ingens copia ubi 583.a  
 Boslara ciuitas india opulenta.  
 405.a  
 Bodzanta archiepiscopus grecus  
 celsi 475.a  
 Boeacæ incolæ idololatræ 389.b  
 Boeacæ regnum proprium habet  
 idioma 389.b  
 Boeacæ Amphissima & diuisima  
 pronuncia 389.b  
 Boh fluuius 473.a  
 Bobemi ex quibus oriendi 462.b  
 Bombicis copia ingens ubi 379.a  
 Bombicæ uisus 548.a  
 Bombarda quid 27.a b  
 Bombicum copia 396.b  
 & 397.a  
 Bombardarū strepitus terreri dicit  
 heros 599.b 501.b 605.b  
 Bombicini panis 599.b  
 Bonifacius de Castro quales  
 426.a  
 Bonifacius princeps Rom. Apris  
 cam affligi curat 463.b  
 Bonæ spei promontorium 524.b  
 Bonfacci aues ubi 404.b  
 Bonum consilium nō secuti 432.b  
 & 449.b  
 Boristines quo sunt & unde ori  
 tur 472.b  
 Boreas uentus 3.b  
 Boristines fluuius maior Unde flu  
 it 448.b  
 Boristines maior & minor ubi cō  
 tingunt 478.a  
 Borisibentes unde oriuntur 491.a  
 Boritus 314.b  
 Borisij unde oriendi & quales  
 515.a 514.b  
 Borusia nomen unde 514.b  
 Bossalani casta rom. 522.a  
 nota regnum 577.b  
 Bolelaus rex Poloniæ cediunt re  
 gno a suis 522.a  
 Borras ciuitas quæ & cur sic dir  
 ta 316.b  
 Borusia quinta mutata 513.b  
 Borusia sicut & primi habitata  
 res 514.a b  
 Borisij fides socij sui iustis adu  
 nis 517.b  
 Borusia commoda 515.a.b  
 Borusiorum paupertas 518.a  
 Borusia per quorū conuersa ad fi  
 dem christi 523.a  
 Borusiorum opinio de die 520.b  
 Borisij contra Conradum papam  
 præualent 523.b  
 Borisij ad dedicationem coacti uirri  
 bus exuti 523.b  
 Borusiorum de ducendâ uxoris  
 bus lex 520.a  
 Borisij recipiunt facit habere quan  
 do expectant & quare 519.b  
 Boum copia 473.a  
 Boum adoratores 395.a  
 Bos ubi colitur nec occiditur  
 392.b  
 Boues syluestres 480.b  
 Boum copia 386.a  
 Boum copia 400.b  
 Boum syluestrium magna copia  
 ubi 379.a  
 Boues piscibus passi 400.a  
 Bouem nisi ab alio occisum qui nō  
 comedunt 392.b  
 Boum armenta uilissimo emptæ.  
 pretio 322.a  
 Bouinis pilis quam uim tribuant  
 quidam 393.b  
 Breuia in mari 34.b  
 Breuia & Syrtis ubi potissimum  
 15.a  
 Brugia ciuitas 2.b  
 & emporium ibidem  
 Breuia maris 17.a  
 Babones reuertuntur Tartari &  
 quare 414.b  
 Babo ab hostibus liberat magnam  
 cibam 414.a  
 Bubali multi ubi 404.a  
 Budomeli principis Candor. 16.a  
 Budomelit regio 16.a  
 Bulgaria a gothis occupata 460.b  
 Bulgaria subacta a Turcis. 469.b  
 Burgundia ducissa qui donata im  
 neribus a Boni uariis. 34.a  
 Burgendi unde didi & unde ori  
 undi 462.b  
 Burgundia prope Rhodanum &  
 quomodo dici coepit 467.a  
 Burgendi a ribeno pulsi per dno  
 sum & liberium 462.b  
 Buscharanus optimus ubi 399.b  
 Babilonia provincia 407.b  
 Bualozor aut miranda 468.a  
 Bualgrod Albus Castrum 478.a  
 Bualgrod a Tartis occupatum.  
 C. 478.b  
 C. a loca provincia 596.b  
 Caballi uel morbois quibus ci  
 bus



- bus est 455.b  
 Caballorum copia 455.b  
 Caccabe Castrum 431.a  
 Cacamacin à suis occisus 587.b  
 C 610.b  
 Cacavus civitas 380.a  
 Cacamacin prodius Hispanis in  
 vincula conicitur 509.a  
 Cacap, fructus qualis 502.b  
 Cacamacin abductus à Cortisio  
 586.b  
 Cacumem Dei nominis mons.  
 541.a  
 Cadeisbarne civitas 320.a  
 Caderbarne civitas 314.b  
 Cadanus Tartarorum princeps  
 quam partem Poloniae vastat  
 uit 450.b  
 Cadon dux Tartarorum insequi-  
 tur Hungariae regem 454.a  
 Caesarea Philippi quae olim Beles-  
 nas 322.b  
 Caesarea graeciae civitas 407.b  
 Caesarea Philippi 320.b  
 Caesarea Metropolis Palaestinae.  
 314.b  
 Caesarea Palestinae civitas 322.b  
 Caesari leus 599.b  
 Caesari se subdit Theodori rex 533  
 b C 554.b  
 Caspium inde natum 456.a  
 Caspium mare quomodo vocent  
 rati 456.a  
 Caspium mare miro modo sumi-  
 na recipit 456.a  
 Cassa ligurum colonia 488.a  
 Casigni civitas 385.a  
 Casigni civitas 380.b  
 Casin castrum 321.a  
 Calamum aromaticum in magna co-  
 pia 461.b  
 Calami aromatici copia ubi  
 456.b  
 Calami Aromatici 475.a  
 Calco provincia Hispaniae amica  
 611.b  
 Calor immensus 404.a  
 Caldea plana C modica aquae  
 407.a  
 Calceus regis C Praefedi Por-  
 tugallentium conuentus C col-  
 loquutio 53.a  
 Calcebutanorum nobilium mo-  
 res 57.a  
 Calcebut urbis aedificia qualia  
 56.b  
 Calcebutanorum crebra Lavatio  
 in fontibus C Lacubus, 57.a  
 Calcebut regis fastus 52.b  
 Calcebut urbis quando à quibus  
 repta 52.b  
 in Calcebut iter ubi 52.a  
 Calcebut incolarum mores qui  
 41.a
- Calcebut urbis 40.a C eius de-  
 scriptio ibid.b  
 Melinda urbis 40.a  
 Calcebut capius C carceri inclu-  
 sus à Xerocom 438.b  
 Calcebuti misera mors 420.a  
 Calcebut mabumetanus doctor.  
 Naolo utius adductus 420.a  
 Calcebut mabumetanus Aegypti  
 celestus dominus 438.a  
 Calcebut 410.b  
 Calcebut ignavus 421.a  
 Calcebut de Haldac caput sebae  
 Mabinetti 418.b 420.a  
 Calcebuticum regnum 525.a  
 Calcebut nomen imperatoris apud  
 Agarenos 410.b  
 Callidissimi homines ubi 402.b  
 403.a  
 Calor immensus ubi 395.b  
 Calor ingens quibus in regionibus  
 19.b  
 Calphaec Saracenus patria pro-  
 furus 428.a  
 Calculi remedium 517.a  
 Cambala civitas 380.b  
 Cambaeth regnum 396.b  
 Camelorum carnibus solis ubi nisi  
 uiuit 397.b  
 Camelorum ingens copia ubi 397.b  
 400.b  
 Camelam civitas 319.a  
 Camelorum ingens copia 8.a  
 Camelos comitant ubi 441.a  
 Cumani quomodo ceperunt im-  
 perare Aegyptio 438.b  
 Canina Capia gestantes homines  
 nusquam sunt 468.b  
 Campbora optima ubi 391.a  
 Campbora copia 532.b  
 Campestris Moab 320.a  
 Canaria insula quae 526.a  
 Canariae insulae quarum rerum se-  
 races 5.b  
 Cana Galileae civitas 320.a  
 Canaalea civitas 555.b  
 Canariae insulae incolae quibus ue-  
 scantur edulibus 5.b  
 Canariae insulae 46.a  
 Canariae insulae quot C à Medera  
 quantum descendunt. 5.b  
 Canabus in reses optimus. 492.b  
 Candelarum nostrarum C lumen  
 quibus gentibus pro miraculo  
 23.a  
 Canes Rbedis transfubendibus asue-  
 ti 401.a  
 Canes ad Esium aluntur C quae  
 les canes 503.b  
 Canes Castrati in Esium alii 508.a  
 Canes qui magnitudine a sinos a-  
 quant 401.a  
 Canes ingentis magnitudinis C  
 roboris 579.b
- Canque Ebam primo uicinos dei  
 bellat 414.a  
 Canque civitas 380.a  
 Canque ex fabro ferrario iustus  
 rex tartarorum 433.b  
 Canbales Antitropopbezi sunt  
 526.a  
 Canib. qui populi uiscuntur. 52.b  
 Canibus ubi litatur 503.b  
 Canida provincia 577.a  
 Canis cum rege loquutus ubi 532.b  
 Canes qualis nauis 530.a  
 Canonor habitatores quo pabro  
 praesentur 308.a  
 Canoa Nauis qualis 554.a  
 Canoa quid 459.b  
 Capadocia inuasa à Saracenis  
 409.a  
 Capaton Regulus aquaui 498.b  
 Capar ubi imperat 477.a  
 Capelium provincia 498.a  
 Capernaum civitas 320.b  
 Capernaum civitas 314.b  
 Capernaum civitas 318.b  
 Caprebi. proditor à Casano Da-  
 musio praeposuit 450.b  
 Caprac progenes qualis 438.b  
 Cappadocia provincia 407.b  
 Capreolorum copia 490.b  
 Capras quae regiones cur non fer-  
 rant 21.a  
 Caprarum copia ingens ubi 386.a  
 Cap. Vincentii 5.b  
 Caput Albus à Canarij insulae  
 quantum distet 7.b  
 Caput Viride à regno Buzomel.  
 quantum distet 23.b  
 Cur ita appellatum 24.a  
 Caput Bon. sp. 312.a C. b  
 Caput Sancti Vincentii 2.b  
 Caprarum copia 397.b  
 Capitis albi descriptio 7.a  
 Capitis uiridis qui nam sicut prima  
 pes 13.b  
 Captiuorum facinus audeat 502.a  
 Caput Albus quantum abest à Se-  
 nega sumine 13.a  
 Caput Albus 7.b C 8.a  
 Caput bonae spei 48.a  
 Caput Albus petentes quibus uen-  
 tis sese committunt 7.b  
 Carae plurimum unde potissimum  
 in Hispaniam aduectur 5.a  
 Carae copia 518.b  
 Carbaganda Can fratri suo Casar  
 no succedit 433.a  
 Carbaganda offert suam opem Chri-  
 stiani contra Saracenos 441.a  
 Carbaganda Can in baptismo Ni-  
 colaus dicitur 483.a  
 Carbaganda unus è tribus tartaror-  
 um regibus quae positus 434.b  
 Carbaganda mortua matre a Na-  
 metanus su 433.b  
 Carbaganda



I N D E X.

Carbada quibus inimicit. 435. a	Castitas mira ubi 501. a	Cham magnus inimicus Calipso. 439. a
Caria provincia 577. a	Castory copia in gent ubi 49. a	Cham magnus inducias cum Chri- stiani ad quinquentium faci.
Cariotaram copia ubi 31. b	Castori copia ubi 58. b	454. b
Cariote que dicuntur 31. b	Castrum regum locum 318. a	Cham imperatoris nomen apud Tartaros 433. b
Cariote recentes ubi 43. a	Castrum peregrinorum 314. b	Cham quid significa 457. b
Carni-clus mons 315. a	Castra fortia 389. b	Cham Tartarorum catalogus. 457. b
Carmelus mons 312. a	Cathaus ciuitas 487. b	
Carmelus mons 314. b	Cathalaunici campi 405. b	
Carnis a sum horretur 395. a	Cathai provincia 380. a	
403. a	Si Catharum Mansoleum 51. b	
Carne semicruada uscentes. 527. a	Catacuba ciuitas 587. a	
Carenas portus 502. a	Cathajen ubi 490. a	
Carne cruda ubi uscebantur. 515. a	Cathay diuissimum regnum. 434. b	
	Cathos se soldanum Aegypti faci 438. b	
Carnes omnes sine discrimine ubi comeduntur 390. a	Cattigora Promontorium 535. a	
Carnes ducibus in ensibus bene ser uate 494. b	Catu bumana facie ubi 399. b	
Carnes equinae quibus cibis. 436. a	Catti diuersarum specierum. 399. b	
Carnes non comedentes nisi ani malibus ab exteris occisus. 393. b	Cauno castrum ubi 458. b	
Carnes defuncti putrefcere scilicet ubi est 391. a	Cayri Castrum 439. b	
Carnes semicruadas comedunt Tar tari 455. b	Catac quid 461. b	
Carnes equorum quae gentes edunt 384. b	Cecatami provincia ab Hispanis recuperata 604. a	
Carnes bumana quae uscantur ge tes 386. a	Cecatami provincia deficit ab his Hispanis 605. a	
Caribago capta à Vadalis. 463. b	Cedar ciuitas 318. b	
Caromoran fluius 380. b	Cedes Neptalim 320. b	
Caromoran fluius 382. a	Cedes Neptalim ciuitas 318. b	
Casal Mesra locus 321. b	Cedron insula 516. a	
Casale i amberti ciuitas 315. b	Cedron torrent 325. b	
Casatus imperij spe sua maluit tanus & rebellis 427. b	Celan insula 404. b	
Casatus filius Argoni 427. b	Celozallia 2. b	
Casani Cas liberalitas in regem Armenie 433. a	Celtopallie fines ibidem	
Casani fortitudo 418. b 429. a	Cemabat ciuitas 508. a	
Casani liberalitas in milites. 429. a. b.	Cemer quid 505. b	
Casana ciuitas decius Caseno Cas 429. a	Cemibus variis exhibetur culus 508. a	
Casani unde dicti 491. a	Cemibus serui empti quia Pom pa immolantur 508. a	
Casanus se Christianum esse dissi mulari principum metu. 427. b	Cempool à Cortesio desicci. 576. b	
Casaniq moschouiarum clemes 488. a	Centaurs 505. b	
Casanus Artario Soldani Aegypti potitur 429. a	Ceraforam copia 638. a	
Casanus Cas omnia moriens pru dentur disponit 433. a	Cerberus 512. a	
Casinitus tertius Polonia Rex 471. b	Cerbagat obsidens antiochiam ab obsessis christianis fugatur 411. b	
Casus copia ubi 58. b	Cere copia 473. a	
Caspus mons 404. a	Cercos coram Imagine Mariæ ac cedunt Turci 470. b	
Castellanorum nauigatio 524. a	Cerusia ubi in praetio 495. a	
525. a	Cerusia ex omni Granorum, ger nere 480. b	
Castuba à quo ceperit habitari, 462. b	Cerusia ubi 403. b	
Castia sissula copiosissime ubi cres cit 511. b	Cerusia copia 473. a	
Castellanus quantus ualet 508. b	Ceraorum copia ubi 379. a	
	Cete grandia 397. b 398. a	
	Cetorum copia 397. a	
	Ceystibus inimicus fidei Chri stianis 475. a	
	Chaba filius Antille 466. b	
	Chachar optimae copia 441. a	
	Chain ciuitas 382. a	
	Chaldaea facile potiuntur sarace ni 409. b	
	Chalco prouincia inter cetera 553. b	
		Cham quid significa 457. b
		Cham Tartarorum catalogus. 457. b
		Cham magnus auris catenis allig atam captum ducibus Tar tari 458. a
		Cham magni sepelitur ubi. 458. a
		Cham magnus pro domo quod tributum capiat ex regno Tas mar 390. a
		Cham magno quot reges parent & qui 434. a
		Chanarai gentes 320. a
		Changius Cham per Tubonem Eua siu hostium manus 414. a
		Cham magnus amicus sui Chri stianis 418. b
		Changius Cham latuit inter arbu sta in medio hostium. 414. a
		Changy egypti peremptus in pro lio 414. a
		Changius oraculo diuino designa tus Tartarorum rex 439. b
		Changy Cham secundum somni um 415. a
		Changius Cham moriens concor diam suadet filijs 415. a
		Changius Cham 12. filios habuit 415. a
		Changius Cham moriens ex filijs suis sapienterem & meliorem sufficit sibi 415. b
		Chapar ubi regnat 435. a
		Chapar rex quis & quantae poten tiae 434. b
		Charras reus ex luxuria 492. b
		Chariis torrent 333. a
		Chataly regnum 402. a
		Chayre castrum 441. a
		Chayre maxima ciuitas Aegypti & qualis 440. a
		Chayri ciuitas 437. b
		Chelidoriorum copia ubi 53. b
		Cherfonesus 469. b
		Cherfonesus insula Tartaris tribus taria 461. b
		Chiamba prouincia quantum dis tat à portu Zarim 389. a
		Chibimecatecle fortitudo 644. b
		Chibimecatecle 65. b
		Chimonta ciuitas extrusa in Ca sarigratiam 625. b
		Chmyclnick oppidum 473. a
		Choros locus 12. a
		Christus ubi ieiunauit 335. b
		Christus quo in monte plarima pa trasse dicitur 318. b
		Christi

I N D E X.

- Christi effigies cruci affixa *60*  
 fensa militibus annos augeat  
 ad futurum praelium. *505.a*  
 Christiani ingenio sua accerrimi.  
*17.b*  
 Christiani Mesopotamiae quales  
*407.a*  
 Christiani Alani. *385.b*  
 Christiani alienis dominis inhiabentes  
 sua amiserunt. *438.b*  
 Christiani sunt in provincia Ma-  
 abar *394.a*  
 Christiani cum egererunt ad ido-  
 latriam quomodo liberati.  
*405.b*  
 Christiani in india *404.b*  
 Christiani liberet enim rapta ab  
 ethnicis. *397.a*  
 Christiani incantatores *397.a*  
 Christiani multi ubi & quomodo  
 signati *395.a. 396.b. 397.a. 398.b*  
 Christiani Nestoriani ubi. *385.b*  
 Christiani occisi in plantis hians  
 sim. *406.b*  
 Christiani exesi Tartarum quare  
*422.a. 425.b*  
 Christianam fidem qui, quo ratio-  
 ne Mahumetana. meliorem cre-  
 dant. *14.b*  
 Christianis cur male audit ar-  
 pud Sarac. infideliter. *414.b*  
 Christianorum libertas. *38.a*  
 Christianorum indorum apud Ca-  
 lebat mores. *40.b*  
 Christianorum strages. *39.a*  
 Christi anorum hereditas terra san-  
 cta *436.b*  
 Christianorum septem captivo-  
 rum miserie & liberatio.  
*504.b*  
 Christianorum contumelia in Tar-  
 taros. *422.a*  
 Christi Nest. *385.b*  
 Christophorus goozmam *643.b*  
 Christophorus cera. *620.a*  
 Christophorus doli presidius cui  
 iocata. *617.b*  
 Christophorus haro regi portugal-  
 lize succensens ab eo desecit  
*526.b*  
 Christophori morantibus noua navi-  
 gatio *497.a*  
 Christofori natura *516.b*  
 Chronus suauis *515.b*  
 Christofolorum copia ubi *42.a*  
*58.b*  
 Clauula ciuitas ueroliu afflida  
*603.b*  
 Clualtecal provincia *547.b*  
*551.b*  
 Clualtecal Ciuitas qualis *551.b*  
 Clamba rex quale tributum pen-  
 det magno Clani *389.b*  
 Clangli ciuitas. *380.a*  
 Clangiam ciuitas magna. *386.a*  
 Clamba propriam linguam habet  
*389.b*  
 Clamba idola colit *389.a*  
 Clamba multum uasata a magno  
 Cham. *389.a*  
 Calmba provincia magno abun-  
 dant opibus *389.a*  
 Clamba rex Ambite suorem ma-  
 magno Cham coactus *389.b*  
 Cibum in mari non capiunt ciues  
 Calcebi. *504.b*  
 Ciconijs praedia Aquila ciuesis  
*466.b*  
 Cingisui ciuitas. *385.b*  
 Cilicia hodie armenia *408.b*  
 Cilicia provincia *408.b*  
 Cilicia inuasa a Saracenis *409.a*  
 Cilicia quae hodie Armenia Sara-  
 cenis adempta *410.b*  
 Ciliam expugnati Turci *470.a*  
 Cimpeal prouincia *558.b*  
 Cinamomi copia ubi *41.a*  
 Ceteret ciuitas *320.b*  
 Cinamomi copia ubi. *58.b*  
 Cingisui ciuitas & eius ciues  
 quomodo interfecit. *385.b*  
 Cirrullus a Nicolao papa ciuitas  
*457.a*  
 Circaei populi quales *472.a*  
 Cirullus sanctus sacrilegus in ele-  
 mentis *457.a*  
 Cirullus ubi sepultus. *457.a*  
 Circuueiduntur Tartari. *455.a*  
 Circuuei ubi & qua fide. *437.a*  
 Cusan torrent. *320.b*  
 Cusan torrent duplex *311.a*  
 Cixis uel cingis primas Clam &  
 spurus. *457.b*  
 Ciuitas. 300. ecclesiarum. *458.a*  
 Ciuitates in aegypto non manians  
 lur. *441.a*  
 Ciuitas egregia in lacte sua *555.b*  
 Ciuitates lignae *482.a*  
 In ciuitate nonigrod sunt ter eccle-  
 sie quot dies in anno *479.a*  
 Ciuitates manite *389.b*  
 Ciuitatum domus distans *482.a*  
 Ciuitates horis distans *500.b*  
 Ciuitas 25000 domorum *505. a.*  
*508. a*  
 Ciuitates domus horis distans  
*505.a*  
 Ciuitas sine ciuitate. *488.a*  
 Classis Fortigallo flum in indianam  
*45.b*  
 Clesma amnis *491.b*  
 Cleopatra historia illirice scripta  
*494.a*  
 Clero privilegia sua concessa a  
 magno Clam. *418.b*  
 Clero partium etiam a tirannus  
*466.b*  
 Clemens ad templum ab homini-  
 bus factum detrusus per sarthum  
 cirillum. *457. a*  
 Clemens ut coleretur mare ad  
 tempus recedit. *457. b*  
 Clementis corpus quomodo & a  
 quo Romam allatum *457. a*  
 Clypei ex istis uulnibus aquaui.  
*29. b*  
 Coadmebacud coloniatapia *622. b*  
*612. a*  
 Coatlachanatis tenis prouincie do-  
 minus Casari feruatum suo of-  
 ferri. *562. a*  
 Coatlacam *68. b*  
 Coatlachan ciuitas *635. b*  
 Coatibich colonia *606. b*  
 Coatlacan. *607. b*  
 Cobila Can a nobilitas magno  
 Can defuncto sufficit. *420. b*  
 Cobila Can in demerit fratris sui  
 mango locum uelclat impera-  
 tor Tartarorum *416. b*  
 Cobila Can Christianus fuit *416. b*  
 Cocas mons ingens *404. a*  
 Cocatrix animal homines uorans.  
*440. b*  
 Cochim ciuitas. *12. a*  
 Cocinea siluae *511. b*  
 Cocnobia celeberrima *5. a*  
 Coelata opera mirabilia *509. a*  
 Coelatum motum que gentis  
 praesentium obstructa *385. a*  
 Coelisyria quae *314. b*  
 Coban flouans uale fuit. *457. a*  
 Cobel insula *552. a*  
 Coilum regnum nulli tributari-  
 um *365. a*  
 Coloniam ducere de creuere insula  
 ni *506. b. 510. a*  
 Colores optimi *568. b*  
 Coluborum copia ingens ubi *6. a*  
 Coluocani qualia passu ab inspa-  
 nis *506. a. b. 505. a. b*  
 Colmogora regio *589. a*  
 Columna oppidum *490. b*  
 Coluocanae terra finis *502. b*  
 Calyphi & Naoloni colloquati.  
*420. a*  
 Coluocan insula *499. b. 500. b*  
 Columbi ad hominis aspectu impa-  
 uidi. *29. b*  
 Comam semper nutritrice ubi  
*479. a*  
 Combacch. ciuitas & quibus ciui-  
 bus abbat. *405. a*  
 Combura prouincia *52. a*  
 Comam ubi non abbat. *446. b*  
 Comam qualem gestant adolescen-  
 tes Tartari. *456. b*  
 Comari prouincia *395. b*  
 Comestati publico utiles *520. a*  
 Comens qualis prouincia Tartar-  
 rum aduentum *449. a*  
 Cometa. *48. a*  
 Comis



- Comitatus in principe 496.4  
 Comitatus famula civitas 407.b  
 Comitatus insula 498.4  
 Comitatus morbi remedium 518.b  
 Communitio subtrahit specie 493.a  
 Comitas regular ab Hispaniis ex  
 Vraba pulsata 510.4  
 Coniungendi civitates 381.b  
 Coniuges fato furbi ubi gentium  
 quomodo exarantur. 58. b  
 Coniugatus qualis bonor exhibetur  
 501.a  
 Coniungendi civitatum descriptio.  
 382.4  
 Conchas marinas quomodo piscen  
 tur. 392.4  
 Concabitus uazij 519.4  
 Concilij florentini acta 492.b  
 Concilij capendi apud Tartaros  
 dies 448.4  
 Concha regnum. 386.b  
 Concordia populi 400.b  
 Concordiam simili pulchro com  
 mendata. 415.b  
 Constitutio iuris in loco 432.b  
 Concabitus promissus prohibi  
 tur 419.b  
 Condalia quid. 53.b  
 Condalsalus de sandoual magnus  
 executor corseij 579.b  
 Condalsalus de sandoual in cas  
 piatis misericors 615.4  
 Condalsalus de sandoual pede uul  
 neratus. 632.4  
 Condalsalus Sandoual 12. spapala  
 pa civitatem comburit 639.b  
 Condalsalus de sandoual uisore ia  
 potius. 631.b  
 Condar Insula quantum distat a  
 1244. 389.b  
 Consubia promissus 514.b  
 Conspiratio non prima patesce  
 ritone extinguitur 528.b 529.4  
 Conspicua cur tanti sunt apud  
 Calechuanos. 45.4  
 Conradi ducis res infeliciter gestae  
 contra Borusios 522. b 325.4  
 Constantinopolis Capta a Turcis  
 469.b  
 Constantinopolitani regnum ag  
 gressi sunt Tartari 459.b  
 Constantinopolitanus imperator  
 opem ab Italis & Gallis men  
 dicat 469.4  
 Constantinopolis per Tartaros  
 obfisione liberata 469.  
 Constantinopolitanus imperium  
 occupant Gothi. 460.b  
 Constantinopolis ab agerem obse  
 sa 409.b  
 Constantinopolis forma 470.4  
 Constantinus rubenus 495.b  
 Constantinus graecorum impera  
 tor 469.4  
 Constantia cyprici ciuitas a Sara  
 cenis capta & euerfa 409.4  
 Consuetudo mala. 435.b  
 Continentes 501.4  
 Conuulsa a meridie in mediam no  
 tem ubi 481.4  
 Conuulsa publica cur utilia 520.4  
 Conuulsum Amicis dignum quale  
 apud Zypangror 389.4  
 Corasme ciuitas 403.b  
 Corium spoliati a Tartaris 424.4  
 Coruili populi medie sunt 405. b  
 Corasen terra. 410.4  
 Cordata patria. 1. b  
 Corangui ciuitas 380.b  
 Coroslen regnum. 424.4  
 Corezani ciuitas. 308.b  
 Coronatio primi Chani qualis  
 435. b  
 Corpora mortuorum quae gentes  
 comburant 379.b  
 Corosij ciuitas 412.4  
 Cornu pro pocalis quibus 517.b  
 Corozani ciuitas. 320.b  
 Corasini pastores persam occu  
 pant 412.4  
 Corusius lapide uulneratus 588. b  
 Corusius solis filius 652.b  
 Corusius e Temixitan expulsus  
 586.b  
 Corusius cruce uulneratus 645.4  
 Corusij constantia in reuindis par  
 tit 578.b  
 Corseij lux. 599. prudencia in cas  
 picndo Naruaz. 580.4.b  
 Coruice pro papiro utentes 507.4  
 Cori. 7. b  
 Corium nobilissimum ubi. 396.b  
 & copia euasem 492. b  
 Coridinis qui sunt 438.4  
 Corallum ubi magni penditur.  
 45.4  
 Corolla flos. 534.4  
 Coruile quid. 17. b  
 Cosan castrum 485.4  
 Cosanenses Tartari malum eum  
 colunt. 483.4  
 Cosmographis prioribus mosco  
 uie suis ignotis 484.4  
 Cosmographorum Error de flu  
 minibus & montibus unde 488.4  
 Cosmographorum ueterum mon  
 stra fabulosa 514. b  
 Costorastat persarum rex. 408. b  
 Cotol. ha Syria proponitur 430.4  
 Cotolosa prouocat Saracenos ad  
 prauiam. sed infeliciter. 432.4  
 Cottonon album. 49.4  
 Coturnicum copia grandis ubi 5.4  
 Cozac quid 461. b  
 Cozonella fortunatissima insula  
 qualis 498. b 499.4  
 Cozamella unde dicta 499.4  
 Crac castrum. 439. b  
 Cracouia ciuitas polonia uacua  
 Capta a Tartaris & incensa 451.4  
 Item incensa 459.4  
 Cracoua monis regalis. 408.4  
 Cras urbi. 310. b  
 Creaturam ullam uita priuare  
 quibus piaculum 395.4  
 Crech unde ortus 462. b  
 Crech nouas sedes ubi quae sunt  
 462.4  
 Creuicij de cordij fracti 488.4  
 Creta quae & Candia 5.4  
 Maluaticum unum mittit.  
 42. b  
 Creia copia 479.4  
 Crinitii Tartari quales. 456. b  
 Croacia in solitudinem redacta a  
 turcis 469. b  
 Croci copia ubi 386.4  
 Crucigeri teutonici domi libua  
 nor 474. b  
 Prusiam & Poloniam uexant.  
 458.4  
 Crucigeri teutonici ordinis Beatae  
 marie 474.4  
 Crucis adoratio sanas a gyros 530. b  
 Crudelitas exercitus magni Chan  
 388.4  
 Crudelitas immanis 500.4  
 Crudelitas in miseris exteror.  
 396.4  
 Crudelitas stulta 587. b  
 Crudelitas immanis Tatarorum.  
 459.4. b  
 Cuba insula qualis 497.4  
 Cucin urbi habitatore omni uida  
 ta 309. b  
 Cucina urbi. 312. b  
 Cuculabuca uide oculum cornicis.  
 Cucula prouincia 596. b  
 Cucullatos concionatores qui non  
 admittunt 495.4  
 Cuetauacin Hispanis bellum intui  
 lit 609.4  
 Cuetauacin culua imperat. 597.4  
 Cuzni ciuitas. 381.4  
 Cuiscon prouincia caesari se iudat  
 646.4  
 Cuiocan ciuitas 624. b  
 Cuiagnaca ciuitas 614. b  
 Cultores ignari qui & ubi. 19. b  
 Culmigeria quae 514.4  
 Cumers ins. 311.4  
 Cumani patria sua uulsi a Tartar  
 ris. 417.4  
 Cumani multi in hungaria. 417.4  
 Cumani quae spe empi a meliscala  
 438. b.  
 Cumani a Tartaris subiciati &  
 uentundai 488. b  
 Cumani quomodo ceperant im  
 petare Aegyptio 438. b  
 Cumania tota planities 404.4  
 Cumamedezar ciuitas a quo des  
 ta



- la faba. 458.4  
 Cupa fluuius rapidus ubi 462.4  
 Cusid. legatio ad regem Pannonia  
 467.4  
 Culus totum dominium semixi-  
 lon dicitur. 608. b  
 Cuzbel insula 397. b  
 Cuzula provincia insignis 561. b  
 Cynamomum arbor qualis 514.4  
 Cynamomi copia 532. b, 535.4  
 534.4  
 Cynamomum unde 524.4  
 Cypri Christianissimum retinuit  
 430. b  
 Cyprius subiugatur turcis 469. b  
 Cypri & Medera insularum col-  
 latio 5.4  
 Cyprius infestant Saraceni 409.4  
 Cyrillus multa transfuit in Ilirica  
 lioyana 494.4  
 Cytraca celebre emporium 491.4  
 Czabedienses Tartari quas gentes  
 ex se propegerunt 408. b  
 D  
 Abdaida profundissimum flu-  
 men cur explorari non po-  
 tuit 510. b, 511.4  
 Dabibi ubi 400.4  
 Dæmonum multitudo ingens in  
 urbe Calecut 454.4  
 Dalmatibus locus 517. b  
 Dalmatia in solitudinem redacta  
 à turcis 469. b  
 Dalmacia uastata ab a'illa 466.4  
 Damascena nobilitas ciuium 408. b  
 Damasco inducie trium alierum  
 concessæ 431. b  
 Damascus meta parci soldano Ar-  
 gypti 447.4  
 Damascus Caseno Cam tradita  
 419. b  
 Damascus ciuitas capta à Sarace-  
 nis 409.4  
 Damascus ciuitas metropolis  
 314. b  
 Damarium copia 480. b  
 Damata translata 441.4  
 Damata per quosvis uia 440. b  
 Damata ciuitas Aegypti qualis  
 440. b  
 Damularum copia ubi 279.4  
 Damusor capitis se in honorem  
 doctorum iugulate honorificum  
 ubi 393.4  
 Dan font. 317. b  
 Dan ciuitas que & Belenat 321. b  
 Danubio congelato aliam Hunga-  
 rie partem uastant Tartari  
 453. b  
 Danubius gelatus quomodo noci-  
 tum Hungarie 453. b  
 Daper ludæ & persapida. 501.4  
 Darientes fluuius 497.4  
 Darientes fluuius 510.4  
 David Tartarorum rex à suis oc-  
 ciditur 449.4  
 David salem fugiens ubi lauarii  
 524. b  
 De ante rata lotus. 33.4  
 Debora uxor Lapidoti iudex in  
 Israel. 324. b  
 Debora nutritiui Kebecca sepul-  
 chrum ubi 524. b  
 Decapolis regio. 320. b  
 Deformosissimi ubi 398.4  
 Deformis facie uirtute commenda-  
 tur. 429. b  
 Deformes & omnim inopes & a-  
 gresles Iaponæ 488. b, 489.4  
 Deserta 435.4  
 Desertum Engaddi 524. b  
 Desertum Thecie. 324. b  
 Desertum Ouantentæ. 324. b  
 Deserta loca olim habitata 472.4  
 Desertum quindecim diatarum.  
 448.4  
 Desertum iudæ 404. b  
 Desertum Arabie minoris 407.4  
 Desertum arane 12 diatarum  
 440. b  
 Desertum Aegypti 408.4  
 Demesor provincia Aegypti  
 440.4  
 Demetrius locus 485.4  
 Demetrius quomodo suscipitur à  
 papa. 486. b  
 Demetrius facetas 492.4  
 Deo semper cura est de fide orbor  
 doxæ. 305.4  
 Deorum metus omnibus ingentis  
 508.4  
 Deus certus nullus apud quos  
 390.4 (455.4)  
 Deus unus à Tartariis creditur.  
 Deuotio quorundam ob principis  
 memoriam. 6. b  
 Diabolus quib. habetur candidas  
 394. b  
 Diabonitentes fluuius qualis  
 448. b  
 Didacus Velazquez. 559.4  
 Didacus Armeno defectionem moy-  
 siens puniuit 518. b  
 Didacus Velazquez insule seran-  
 dine gubernator contra corle-  
 sum arma sumit 573.4. b  
 Didacus Velazquez Hispanorum in-  
 cuba insula gubernator 497.4  
 Digiti sex in uno pede cui 452. b  
 Di in lucis habitare Crediti 520. b  
 Diogenes imperator Constantino-  
 politanus multa Saracenis ade-  
 mit 410. b  
 Diploma regis Calecuti. 56.4  
 Discreta facillimum quibus 402. b  
 403.4  
 Discordia intestina 510.4, 412. b  
 Discordia perdidit grecorum me-  
 perium 469.4  
 Dissimulatio uiles & prudens  
 410. b, 427. b  
 Dissimulatores alii Barbari 544. b  
 549.4. b  
 Diuitie in castris non conferant  
 uidorium. 439.4  
 Diuidæ fluuius 489.4  
 Diuidæ fluuius unde scaturit  
 490. b  
 Doax ubi regnat 417.4  
 Doey ubi olim imperabat 454. b  
 Diuisio perdit Cerasmus 422. b  
 Dodorum scripta leguntur publi-  
 ce populo. 493.4  
 Dogyssa filius sudæ Astæ impera-  
 tor multa abfultu grecorum  
 imperatori 421.4  
 Dolus ulcus. 459.4  
 Dominus Pantico submitit se  
 Cesari 540. b  
 Domitianus Casar cur Sarmatas  
 bello peiit 515. b  
 Don Harub Lastonia rex 36. b  
 Don Darub Maucorum regnum  
 occupat. b (491.4)  
 Don fluuius alio nomine Tanais  
 Don Harub princeps 33. b  
 Don Haric Lastonia princeps in-  
 fant. 1.4  
 Don Fernando beneficij memor  
 634. b.  
 Don Karolus Thebaico praefectus  
 664.4  
 Don Tertius Tanais est 456. b  
 Doob castrum 335.4  
 Dorcarum copia 456.4  
 Dotium locus 320.4  
 Dotium castrum. 319.4  
 Douca Caron de regum progenie  
 qui uisa stella Christum adorauit  
 uicere. 420. b  
 Douco Caron Hadloni uxor Chris-  
 tiana 420. b  
 Draco precibus ad D. Mariam fue-  
 rit occisus 470. b  
 Drestiana unde dicta 482. b  
 Dromedarij qui dicuntur. 51. b  
 Dromedarij equitare. 439.4  
 Dryfus primus germanos classe  
 oppugnat 515. b  
 Dryfus uidor occisus Magnaie  
 sepulch. 462. b  
 Duce uirtus in pratio 589.4  
 Duzhou Castrum 472. b  
 E  
 Ebal mont. 512. b  
 Eber Cinarus. 318.4  
 Eboris mundatio celebris ubi  
 597. b, 398.4  
 Ebreitas quibus nō est uitio 481.4  
 Ebreitas quomodo cauetur in moy-  
 sehuia 481. b  
 Ebrj ex ladæ & equino sanguine  
 62.4  
 461

- ubi 515. a  
 Eccampi . pars incantata insule 497. b  
 ecclesie in uno Christo quae 432. a  
 Ecclesia Romana potest Turcam  
 pellere et terra sancta 436. b  
 Ecclesie quot in Turci 431. b  
 Ecclesia Rom. totius orbis maris  
 fra 436. b.  
 Ecclesie Romanæ adhiberi aliqui  
 in rusia & quæ episco. 473. b  
 Edel suavis idem est quæ Volba di  
 citur 482. b  
 Edibus suavis alio nomine Volga  
 491. a  
 Edessa quæ olim Rages. 314. b  
 Aegyptiaci regni descriptio 440. a  
 Aegypti provincia quinq; 440. a  
 Aegypti comoda 440. a. b. 441. a  
 Edon locus 10. a  
 Educationis vis 59. a  
 Eleuterus fl. 516. a  
 Elephas occisus ob gratiam Lu/  
 sianorum 32. b  
 Elephas nisi provocatur non mov  
 etur 53. a  
 Elephantum dentes quantæ mi/  
 gitudinis 53. a  
 Elephantus quando maxime sa/  
 uis 21. a  
 Elephantum sylvastriam ubi in/  
 gens copia & captiva. 32. a & b  
 Elephanti multi sed aliunde im/  
 portati 399. b  
 Elephantus hominem nisi lesus  
 non ledit 21. a  
 Elephas ignem potissimum metus  
 it 316. a  
 Elephantū copia ingens ubi 45. b  
 Elephantorum captura. 33. a  
 Elephanti cuiusmodi sunt pedes.  
 33. b.  
 Elephanti pulcherrimi ubi 389. b  
 390. a  
 Elephantū dentū copia 397. b  
 Elephantis in suis cornu sese con/  
 uolunt 33. a  
 Elephanti manus quæ dicatur. 21. a  
 Elephantorum dentium copia in/  
 gens ubi 43. b  
 Elephantum armenta 311. a  
 Elephantes ligna castella possunt  
 in bello 398. a 399. a  
 Eleutherus fl. 316. a  
 Elephantes virium incredibilium.  
 59. a  
 Elephantis caro comeditur. 53. b  
 Elephantis maxus qui 33. a. & b.  
 Elephantū magna copia ubi 21. a  
 Elephantum copia ubi 378. a  
 Elephantum copia ubi 51. a  
 Elsi uiceno potatur 439. a  
 Elsiu se Soldanum Aegypti facit  
 439. a  
 El regnum 396. b  
 Elias propheta occidit propheetas  
 Baal 315. a  
 El rex da simus sed populo im/  
 potens 395. b  
 Elseus ubi puerum mortuum sus/  
 sciarit 321. b  
 Effluis popali 516. a  
 Elphas Temanite 315. b  
 Eloquentie vis 512. b  
 Elysi Campi ubi. quales secundum  
 quosdam 448. a. b  
 Emporium celebratissimum in 3 in  
 gvi. 383. a  
 Emporium unum de celebratio/  
 nis mundi. 387. b  
 Endisi copia 396. b  
 Endor uilla. 520. b  
 Engaddi mont. 324. a  
 Engaddi montes ualde alti. 325. a  
 Ennon oppidum 323. a  
 Enthus lignis ubi pagatur 511. a  
 Ephebas urbs à quib; cedita 480. a  
 Ephebon ciuitas 407. b  
 Epimeræ . genus urrum ubi  
 474. a  
 Episcopos eligendi mos 495. b  
 Episcopi celsi in Hungaria 453. b  
 Episcopi profecti à uandis  
 484. a  
 Episcopus ubi dominat 397. a  
 Equæ uiarum obseruatrices 401. b  
 Equi ubi maximi penduntur.  
 22. b  
 Equi carnes ubi comedent. 393. b  
 Equos pernicies quos barbaros  
 appellantur qui uenales du/  
 cunt. 8. b  
 Equum cum freno passum dimi/  
 tere piaculū est Tartaris. 435. b  
 Equi feri & quales ubi 518. a  
 Equitatus incredibilis mos bouitas  
 rum 496. a  
 Equi perexigui ubi 532. b  
 Equitans quater Centena millia  
 unus rex habet 434. b  
 Equino sanguine inebriati 515. a  
 Equiter impediendi indorum in/  
 uentum 647. a  
 Equi pernicies unde 488. b  
 Equinum lac quibus potus 436. a  
 Equorum copia 400. b  
 Equites impediendi militaris ratio  
 549. a  
 Equi in purgatorio 406. b  
 Equi in Indiani unde potissimum  
 ducuntur. 51. b  
 Equorum terror ab Elephanis.  
 378. a  
 Equi piscibus uisceribus 400. a  
 Equorum carnes quæ uenales ci/  
 dant. 384. b  
 Equarum ingens pretium. 22. b  
 Equi boni ubi 407. b  
 Equorum copia 473. a  
 Equites optimi tartari. 436. b  
 Equi ut impediendi ratio. 549. a  
 Equitatio celestissima 436. a  
 Equi siluestres 430. b  
 Equæ non nisi uiciatos pullos pas/  
 rientes 399. b  
 Equi ubi non producuntur 393. b  
 400. b  
 Equæ cum corio ab Hispanis cor/  
 mstrat. 389. a  
 Equorum incisorum trorum las/  
 benter ex. ugent Tartari. 453. b  
 Erasmus sua quos aureses ci/  
 uat in sua historia 513. a  
 Ereclini ubi. 400. b  
 Exemp. Constanie 382. a  
 Erokaton mater Carbagenda  
 Can Christiana. 433. a  
 Errones in Aegypti ubi 32. b  
 Esais locus explicatur. 326. b  
 Esau quæ locum inhabitari. 317. b  
 Esauon terra. 323. a  
 Escher ciuitas 399. b  
 Esarelon . Magedo. & Galileæ  
 planities. sed idem locus. 311. a  
 Esarelon campus 391. a  
 Esarelon campus 320. b  
 Esmetlonis ubi producuntur  
 404. a  
 Ethnici quomodo decem diffinir/  
 ant 558. a  
 Eucherius sulconis filius 463. b  
 Eucherilla ex pite fermentatio  
 ubi 493. a  
 Eudici herba ubi crescit. 395. b  
 Euias gentes 320. a  
 Eufraates flumen. 450. a & 431. a  
 Europa à uarijs Barbaris concussa  
 463. b  
 Euracius Imperator. Rom. subsidium  
 mittit antiochiam 409. a  
 Euphrates fl. 315. a  
 Euphrates fl. 314. b  
 Exequis irrisa ubi 493. a  
 Exemp. Pertinacis ingentis. 11. a  
 Exercitus soldani Aegypti quod  
 modo semper utitur 437. b  
 Exemp. Fortitudinis in muliere.  
 381. b  
 620. b  
 Exercitus Hispanorum recesserunt  
 Extranei eduntur ubi 589. a  
 Exploratorū captiuū pena 545. a  
 Exteriorum honores mouent inui/  
 diam 439. b  
 Extranei se pecunia ubi coguntur  
 redimere 389. a  
 Ezechias construxit pisenam in/  
 teriorem. 326. b  
 Ab e quibus in regionibus dicitur  
 prociant 19. b  
 Faciem auertere ab obuiis magis  
 honor 573. a  
 Fames



- Pamel ingens in Aegypto. 439. b  
 Parua arboribus nata ubi & qua  
 lit. 391. a  
 Paros ingolus rex Gambre. qua  
 lit. 31. a  
 Falconum copia. 439. b  
 Falcones. 94. b  
 Falconum ingens copia. 401. b  
 404. a  
 Fascinator præcipuus nepos prin  
 cipis Iudomel. 20. b  
 Fascinatores maximi. 58. b  
 Fascinatores egregij. 22. b  
 Fascinatores præcipui ubi & qui.  
 20. b  
 Fastio ubi maximè præcuiant.  
 19. b  
 Fazolorum quisquilia pro sereno  
 equis ubi datur. 22. b  
 Febri ubi quando correpti. Lustra  
 ni. 32. a  
 Federicus Barbarossa. Polonus ac  
 Borussia domat. 522. a  
 Felles quo pretio emerit Lustrani  
 31. b  
 Fecmine fides. 550. b  
 Fecmine & proæ in uenerem. 495. a  
 Fecial. 535. b  
 Fecmine pudice. 497. b  
 Fecminarum uelutius decens ubi.  
 497. b  
 Fecminarum tantum insula ubi.  
 500. b  
 Feniich uia. 446. b  
 Ferdinandus de Arrinto. 626. b  
 Felicie uelut optime. 488. b  
 Ferdinandus insula. 497. a  
 Ferdinandus Cortesij ad suos oratio.  
 546. a 604. b  
 Ferarum agrifium Copia. 396. a  
 Fese regnum. 1. b  
 Fexes locur. 12. a  
 Fexis abundantissima regio. 480. b  
 Ferrum. 5. b  
 Fertia. 313. b  
 Fexis solis uidentes ubi. 483. b  
 Ferrum insula. 5. b  
 Ferri uenæ ubi. 407. b  
 Ferro qui carant Indorum. 47. b  
 Bernata eques. 5. b  
 Ficedularum copia. 480. b  
 Ficibus que regiones potissimum  
 abundant. 6. b  
 Fides orthodoxa quanti sit haberi  
 sla. 507. b  
 Fides Christi. cur traducitur. ab. 84  
 yacens infidelibus. 454. a  
 Fides cum principe ubi mutaret  
 439. b  
 Fides sudoratum cum socie. 517. b  
 Fides non debet esse coacta. 413. b  
 Fides Christiana Mammetis di  
 gnior. 19. a  
 Fidei nostræ adrog ex sepulchro do  
 mini. 436. b. C. 441. b  
 Fidei nostræ tropicum ubi ere/  
 flum apud Indos. 48. a  
 Fidem datam obsequio obseruati  
 Barbari. 549. b 550. a. 551. a  
 De Fide. Orthodoxa deo maxime  
 cura est. 305. a  
 Signi ciuitas. 387. a  
 Filius idolis ubi consecratur. 392. b  
 Filios uendunt ubi. 472. a  
 Flumen quolibet anno congelatum  
 404. a  
 Flumen securitas. ciuitas cepta cõ  
 di. 592. b. 603. a  
 flumina sub aquis iter præbentia  
 ubi. 456. a  
 Fl. sta. à quo primum culta. 462. b  
 Flumina consecrata. 494. a  
 Florida terra. 526. a  
 Florida insula. 202. b  
 Fluitur interemptorum sanguine  
 rubens. 618. a  
 Fluitur aeriferus. 40. a  
 Fluuius Fluens & refluxus. 507. b  
 Fluuius terribis se immergens. C. er  
 mergens. 480. a  
 Fluuij maximi ex terra. plantie.  
 scaturientes. 448. b  
 Flumina per equos traiciunt sems  
 per Tartari. 456. b  
 Flumina tam callida ut ouum coq  
 quant. 395. b  
 Forderis ferientis inustatus moe.  
 500. b  
 Fœni inopia grandis ubi. 22. b  
 Folia arida quibus scutellæ sunt.  
 Fons Iacob ubi. 322. b. C. 395. a  
 Fonsala locus. 4. b  
 Fontes Libani quot. 315. b  
 Fontem aquarum Cion que. C.  
 quare construxerit. 326. b  
 Forum uenduntium numero celes  
 terrimum. 547. b  
 Formæ deformitas non officit uir  
 tuti. 429. b  
 Fornicatio in insula. 526. a  
 Fornicatio capitali pœna afficitur  
 502. a  
 Fornicatio quibus non est peccat  
 tum. 435. b  
 Fortitudinis singularæ exem  
 plum. 452. a. b  
 Fortuna uaria. 458. b  
 Fortitudo barbarorum. 583. b  
 Fortuna uaria. 704. a. 502. a  
 Fortitudinis exemplar in barbar  
 nis. 617. a  
 Festa tria Tartarorum. C. Sarat  
 cenorum qualia. 455. a  
 Frada lancea insula. 5. b  
 Franciscus de Caray. 539. b  
 Francisci de Caray naues profusi  
 gate. 592. a. 597. b. 602. b  
 Fraudis fraude delusa. 550. b  
 Franciscus Caray gubernator. hu  
 sula tamata. 602. b  
 Franciscus Chorica quæ. 55. b  
 Franciscus de Caray. 505. b  
 Franciscus monticus. 537. b  
 Franciscus mouerius. 408. b  
 Francisci cheregati episcopi. Appa  
 tuni laur. 486. b  
 Fratres de imperio certant. 469. b  
 470. b  
 Fratris uxor à fratre ubi ducitur  
 435. b  
 Fratrum beniuolentia in Tech. C.  
 Crech. 456. b  
 Francorum rex Iodonicus in carce  
 rem conuictus. 438. b  
 Freneticus istro potiorum dux. 460. b  
 Frigidus inmensus. 403. b  
 Frustrum uariorum magna copia.  
 20. a  
 Frustrum copia ubi. 441. b  
 Frustrum omne genus ubi. 45. a  
 Frustrum uariorum. copia ubi. 31. b  
 Frugales in uia. 431. a  
 Eruentium sponte crescenti fere  
 471. b  
 Fruenti copia. 403. a  
 Eruenti inopia. 395. b. 397. a  
 400. a. 403. b. 405. a  
 Eruenti copia. 472. b  
 Fretum Gaditanum. 1. a  
 Fuge cum uisio sit non pudet.  
 Tartaroe. 436. b  
 Fugis regni militum. confariudo  
 que. 386. a  
 Fugiant instruda. ocio Tartari.  
 436. a  
 Fugientes Tartaroe insequi cur pe  
 riculosam. 436. b  
 Fugientes aegypti. Soldanum in  
 sequitur Molay. 429. a. 430. a  
 Funera cum ludis celebrari. præ  
 cepta. C. cur. 420. b  
 fures inter Tartaros nulli. 455. b  
 Furta districte indicata. 395. b  
 395. a  
 Fusa opera ex metallo mirabilia.  
 508. b. 509. a. b  
 Fusari quid. 31. b  
 Fusci bonities. 526. b  
 G  
 Gaba Saulis ciuitas. 325. a  
 Gacera ciuitas. 429. a. 430. a  
 Gaccaria terra à Tartaris inue  
 sta. 417. a  
 Gad tribus. 520. a  
 Gaditanum fretum cur sedulo cu  
 soditur à Lustranis. 5. a. C. 3. b  
 Galaad mont. 520. a  
 Galaad mont. 517. b  
 Galange copia ubi. 570. a  
 Galange cop. 584. b  
 Galang e copia. 580. b  
 Galang  
 5

I N D E X

Caldis & lignis mari nauigant			
ubi	430.b		
Ca'g'le	324.b		
Galliarum mira uilitas	494.b		
Gallina pulcherrima ubi	399.b		
Gallie planticie, Magedo & S			
drilon ferè idem locus	322.a		
Calingilia unde dicta	322.a		
Calingus uiduus filius in qua re			
gni patri patri succedit	322.a		
Gallina à nescitis longè diuisa.			
326.b			
Gallinae Pharaonis que & ubi na-			
scantur	21.b		
Gallinis paste eues	372.a		
Gallie ab Alanis afflicta	403.b		
Gallinae maxime & supidissime			
304.b			
Gallina miserè uicte ab Iburis			
405.b			
Gallus Gallinaceus inuisus can-			
tat in purgatorio	406. b		
Gallinarum neuum genus	395.b		
Gampoti re bellica clari	322.b		
Gambra regio	15.b		
Ganfer quid	37.a		
Gazarorum gentes ubi sita &			
qua fidesant	457.a		
Gariophylorum copia ubi	38. b		
Gariophylorum copia ubi	41. a		
& eius precium	42.a		
Gariophyllum unde	32. a		
Gariophylli arbores quales	33. a		
Gariophylli copia	33. a		
Garzara	7. b		
Garzium mons	32. b		
Gayni qualia animalia	318. b		
Edicon ubi pugnarit contra Mar-			
tilianus	311. b		
In Gelboe montes num descendat			
pluuiam aut ros	322. a		
Gelboe montes	320. b		
Gemmarum copia	300. a		
Germanorum & Nigritarum in			
babine collatio.	26. b		
Gemmis adulterandis efficacia			
317. a			
Gentili à quibus habitatur	408. a		
Gengui ciuitas.	386. a		
Getiscus & uandalorum rex 112			
liam & Africam uisitat	403. b		
Geographorum Error de quibus-			
dam montibus	448. b		
Geographorum error de Tari-			
rorum origine	448. b		
Geographorum error de quibus-			
dam fluuijs	448. b		
Geon fluuius	440. b		
Georgias soborarius	495. b		
Germani à Borusijs uiccati latro-			
cenis	321. b		
Germania uisitata ab Attila	400. b		
Gerssa ciuitas	319. b		
Getrudis regina Polonia	322. a		
Gete	488. b		
Gibeth insula	322. a		
Gibeth ciuitas	316. a. b		
Ginera insula	5. b		
Gilimiter uandal. rex cœtuatus			
missus Constantinopolim	464. a		
Ginguis discissus auro ornare ui-			
rit ubi pulcherrim	307. a		
Gingiber feminatum	334. b		
Gingiberi copia	330. b		
Ginguis preuincia	380. a		
Gion mons	325. b		
Ginum oppidum, quod & Olim			
322. a			
Gingiberi copia	332. b. 334. b		
Citrassaram Copia	399. b		
Glaciale loci	400. b		
Glacis ubi in potum referuntur			
495. a			
Glacie submersi. 30000. homines			
in bello	421. b		
Gladiatores eximij	37. a		
Glossum quid	315. b		
Glossaria regio	315. b		
Gloga arx à quo euerfa	322. a		
Gn. mumenia princeps	32. b		
Godefredus de Balione	421. b		
Godefredus dux de Bolino			
446. a			
Gogia urbs	310. b		
Go. a regnum	32. a		
Gobegadey tertius filius boecata			
Can grauis per omnia loca pas-			
us ad toebumit	417. b		
Gomorria subuerfa	322. a		
Gorgoniani multi mersij	432. b		
Gosumpno pro ueste solam atru-			
tes	497. b		
Gostamine uersiti	332. b		
Gothi tandem exterminati à Tar-			
taris	460. b. 461. a		
Gothi quales	459. b		
Gothi italiae dominentur	461. a		
Gothorum expeditio in Italiam ex			
quibus confecta	490. a		
Gothi sedibus pulsij ubi inuaserit			
alicuias	460. b		
Gothi in Borussia quid egere			
314. a. b			
Gothi à quibus circi à Scythia			
sunt	460. b		
Gothi à Zenone imperator in I-			
telium contra Odoatrum Eru-			
lam missi	460. b. 461. a		
Gothi à quibus expulsi Sarmatia			
sunt	460. b		
Gothi sedibus pulsij per Iburis			
405. a			
Gothi in goethia sub rege Dacia			
460. b. 461. a			
Gothi qui olim dicti	449. a		
Gothialonie gentes unde	319. a		
Gothonos unde	314. b		
Goctarib regionem	396. b		
Grassa animal quale	358. b		
Granata ciuitas Maxuri eripia.			
347. a			
Gratiofa	313. b		
Gratiuidinis exemplum	426. b		
Gregorius Nazanzian. laudans deo-			
um uocatur.	474. a		
Gregorius papa moralia probant			
rutini	474. a		
Gyancameria	5. b		
Grancameria insula	5. b		
Gramem ciuitatis exercitum			
472. b			
Gramen præ calore ubi non cre-			
scit	400. a		
Gigantes bombardarum strepitu			
terrui	327. a		
Greci antiochiam tradunt saraca-			
nis	469. a		
Grecorum primus parens quis			
462. a			
Grecia ferè tota subacta Turcis			
469. a			
Grecæ ecclesie ritus ubi serua-			
tur.	457. a		
Grecæ ecclesie qui adherent ita			
Russia & quoti episcopi	473. b		
Greci pulsij ex Asia	421. b		
Grecæ ecclesie ritus in Russia &			
adiacentibus locis	450. a		
Greci à Saracenis ex Turquia			
pauie pulsij	408. a		
Greci quam diu Imperantur aeg-			
gypto	458. a		
Grecum ecclesiam qui sequuntur			
in Libanicia	479. b		
Cristi Auer non sunt in orbe	468. a		
Cristina. lefeonis ducis uxor			
459. b			
Crisfalci multi	401. b		
Crispo qualis	397. b		
Crisalua	350. b		
Crisalua ad Ferdinam insul. m re			
uertitur.	301. b		
Cruacacula liberata à strege	394. a		
Cruacacula ciuitatis suus	395. a. b		
Cruacula ciuitas Casari se subdã			
392. b			
Cualpas colonia uispendis affli-			
doti refecti	389. b		
Cuanacacin se Casari subdu-			
307. a			
Cuanacacin cur fratrem occidit			
310. b			
Cuanquam insula felix	302. a		
Cualpac pro uincia	348. a		
Cualpacij occupata	315. a		
Cuanuimacim dominus Tenixitij			
tan	349. b. 351. a. b		
Cuanuicla pulchra ciuitas	316. a		
Cuandicrix Vandalorum rex			
461. b			
Cuaximia	307. b		
Cuaxacurzo prouincia	305. a		
Cuaxia			



- Cuiusdam Turque Soldanus ni-  
 dus à Tartari 416.4  
 Cuiboga animo alienatus à Chri-  
 stianis 422.4  
 Cuiboga Naoloni dux 421.4  
 Cuiboga Aegypti Soldanus ob fa-  
 more in exteriori depositus 439.4  
 Cuiboga usurpauit Pupilli domi-  
 nium 439.4  
 Cuiboga tutor Soldani Aegypti  
 439.4  
 Cuiboga occisus ab Aegypti sol-  
 dano 422.4  
 Cuiboga Tartarorum praefectus  
 in Syria à bellatur 439.4  
 Cuiboga de regno deposito quid  
 est restitum 439.4  
 Cuiboga mutat nomen suum 439.4  
 Cuiuspeque colonia eodussa 621.4  
 quibus provincia 407.4  
 Cusico provincia 643.4  
 Cusiphal insula 511.4  
 Cusistrate locus 52.4  
 Cusistrantes qui dicuntur 58.4  
 Cusierre sagittas condentes ubi  
 526.4  
 Cynapolis ciuitas 407.4  
 H  
 Haidar precopotium regno  
 eiecit à fratre 471.4  
 Haidobonus filio concedit regnum  
 433.4  
 Haidobonus qualis 401.4  
 Haidonus nobilis in Armenia erat.  
 435.4  
 Haidonus monachus fit 434.4  
 Haidonus iuuenis miles erat 434.4  
 Haidobonus rex religionem ingre-  
 ditur 413.4  
 Haidobonus interfuit confirmationi  
 magni ceteri 413.4  
 Halappi ciuit. Syriae caput 420.4  
 Halappi Soldani sedes 438.4  
 Halappi Soldanus inuit Calippum  
 contra Christianos 438.4  
 Halain littera Armeniorum dicitur  
 406.4  
 Hamel Ciuitas obfessa & capta  
 431.4  
 Hamaui ciuitas opulenta 446.4  
 Hamoen regio in Armenia 410.4  
 Hamay inclita ciuitas 408.4  
 Hamet ciuitas 424.4  
 Hamsem provincia 406.4  
 Hamas ciuitas 439.4  
 Hamolans fuit Christianus 420.4  
 Hamolans subingauit syrias 421.4  
 Hamolans fratris morte reuocatur  
 ab Ierosolyma recuperanda.  
 421.4  
 Hamolans castrum 27. annis obse-  
 det 419.4  
 Hamolans persiam domuit 419.4  
 Haolus frater magni Cbr̄i 419.4  
 sanctam terram iudicauit Chri-  
 stianis  
 Haolonus asperior in sacreos  
 420.4  
 Harā ubi abrahā babilabat 407.4  
 Harerici. reipub. & regum curi-  
 fores 427.4  
 Haris aduulsi ubi uincunt 501.4  
 599.4  
 Hayibonus quibus Tartarorum ne-  
 getis interfuit 429.4  
 Haytonus summi mandato pontifi-  
 cis scriptis 430.4  
 Haytonus studiosus sepulchri domi-  
 ni & terra sanctae 441.4  
 Hebraei quomodo uiuunt in libna  
 479.4  
 Hebraea lingua qui uiuunt in Rus-  
 sia 473.4  
 Hercules 512.4  
 Hedwigim Poloniae regina 475.4  
 Herculeum fretum 12.4  
 Helias ubi occiderit propheta Na-  
 al 321.4  
 Helias ubi passus à cornis 523.4  
 Helise filij ubi scidero 462.4  
 Helisaeus aquas fontis amaras sa-  
 nauit 323.4  
 Helisam filius tauan quarum gen-  
 tium auctor 462.4  
 Hermet ciuit. à quo cōditā 404.4  
 Hermon mons 317.4 & 319.4  
 Hermon 320.4  
 Hermonis collis 321.4  
 Henaleck, locus in alestina.  
 422.4  
 Henrici Imperatores quos ad filiū  
 Cbr̄isti adegere 469.4  
 Henrici ducis fortitudo 452.4.4  
 Henrici ducis corpus quo signo in-  
 uentum 452.4  
 Herbarū medicinaliū copia 547.4  
 Heremia filius qualitas ubi 497.4  
 Herodium salconum genus 489.4  
 Herbas uirides ac folia borri qui-  
 dam 394.4  
 Hereticus qui nō bis in die corpus  
 laeui ubi 395.4  
 Hesperidum insula 526.4  
 Hircos cur sacrificium 520.4  
 Hircorum copia ingens ubi 386.4  
 Hierusalem à qua parte possit  
 mum à Romanis oppugnata  
 327.4  
 Hierusalem à Bethenia uideri non  
 potest quare 325.4  
 Hierusalem descriptio 325.4  
 Hierusalem metropolis 314.4  
 Hierosolymitanum regnum quous-  
 que extendatur 317.4  
 Hierosolymitani iēplū ubi 326.4  
 D. Hieronymus lingua Illyrica  
 peritus 494.4  
 Hieronymus aquilaris apud lucu-  
 tanos captiuus quomodo eua-  
 sit 404.4.4  
 Hiericho ciuitas olim famosa 333.4  
 Hierosolē ubi 429.4  
 Hiemi maio in se ubi incipit 527.4  
 Hieme solū ubi uer pateat 435.4  
 Hildericus Vandalorum rex patri  
 iratus christianorū hostis 464.4  
 Hileabucha uide cuculabuca.  
 Hilmis quid 20.4  
 Hirmael Soplus persarum rex à se  
 limo fugatus 488.4  
 Hispalis capta à Vandalis 463.4  
 Hispani quos cur potissimum pro-  
 uincias frequenter adeant 12.4  
 Hispanorum strages 498.4  
 Hispanorum castitudo in uia ad Ta-  
 scaleal 543.4.555.4  
 b 545.4.555.4  
 Hispanorum secunda ad temixi-  
 tan expedio 605.4  
 Hispani seruauit quos mancipant.  
 591.4  
 Hispanorum arrogantia in uisitis  
 principes 505.4  
 Hispanorum iter ad molocae per  
 aspera precognitum 535.4  
 Hispanorum fere sauita spolijs et  
 ueritua 566.4  
 Hispani sub Magellano ob inuidijs  
 am discordes 528.4.4  
 Hispani quando fortes 545.4  
 Hispanorum uis probe uita. 502.4  
 Hispani uiolentiam cur extricare  
 in insularum incolae 502.4.4  
 Hispania noua oceanī maris 498.4  
 Hispani obfessi in Temixitan.  
 581.4  
 Hispanorum gesta in lucetana in-  
 sula 504.4.505.4  
 Hispani ciuitas que 538.4  
 Hispani idolis immolati 645.4  
 639.4.614.4  
 Hispani à Mateczema buenititer  
 accepti 541.4.543.4.554.4  
 Hispani uistoria de incolis e ciuita-  
 potit 618.4  
 Hispani insulae struā à barbaris  
 549.4.550.4.4  
 Hispanorum colonia 505.4  
 Hispanorum alia ad sacrificiorum  
 insulam nauigauo 505.4  
 Hispani quo studij iustitiam ore  
 dem 499.4  
 Hispanorum magnam discrimen-  
 580.4  
 Hispani armati sepe ab interibus  
 fugati 510.4  
 Hispania per Vandalos afflita.  
 463.4  
 Hispaniole insula resp. & status  
 ac comoda. 511.4  
 Hispanorum

Hissidororum nauis naufragiū pas- sa	528.b	Humanitas magna in naufragio ubi	515.a	Idemonum ptonis	476.a
Hispāni discordes inter se	577.b	Humiles cū debiles tartari	436.a	Idola culta a Monachis	391.b
Hispānorum arrogātia in alieni- genam	528.b 529.a	Hungaria uasata à Tartari usq̃ ad pest	459.b	Idola qualis culta in schytha	453.b
Hispānorum inter se scditio ob co- luntiam	509.b 510.a	Huscajan perfarum rex	469.b	Idolorū uariis cultus ex sanguine	508.a
Histeria Naiboni & eiar cultibet partū cur credendum	424.a	Husti terra ubi	319.a	Idololatra pro honore idolorū suo- rum durissime uiuentes	395.a
Histrum uaslat Atilla	466.a	Hyciaca ciuitas	556.a	Idololatrae ex idolis patrum deli- gant	509.a
Hococota Cbam patri Cbangio suc- cessit in regno	425.b	Hyperborei montes nusquam sunt	490.b 467.b 448.b 480.a	Idola plerumq̃ capium & mem- brorum	388.b
Hococota Can per ducem uicarium intrauit Asiam	426.a	Iberia montes altissimi	456.a	Idola uariarū formatū ubi	388.b
Hocotay rex quidam Tartarorum	434.b	Iacobus	457.a	Idola miris artificij extrusa con- sida & culta	570.a
Hodērorum uisitas qualis	9.a	Diuus Iacobus Hispanierum patro- nar	497.a	Idololatraram externa sanctitas	569.a
Hodenum locur	8.a	Iacob fratrem surgens somnium obdormiens uisit	324.b	Idololatrae	383.b
Hodemum locur	12.a	Iacobite in Aegypto	441.a	Idololatrae	58.a
Hochilobucio ciuitas	556.a	Iacob fugi fratrem Esau	320.a	pro idolis progenitores suos qui colunt	377.a
Hugui uel Hiani qui	467.b	Iacob mortuum ubi filij sui pleru- xerint	323.b	Idololatrae	52.a
Hugui primam Ihuri didi	460.b	Iacobus Patriarcha Hierosolymita- nar	520.b	Idola extratis hominum cordi- bus culta	614.b
Hugo Buaras Borussus domat	521.b	S. Iacobi insula	535.a	Idola quomodo pascuntur	392.b
Homerus	512.b	Iacobini Christiani	408.a	Idololatrae	577.a
Homerus deformes ut cates ubi	391.b	Iabeque Casari se subdidit	621.b	Idola nigra esse ubi pulchrum bar- berur	394.b
Homerus fato sanctior quē exarant	58.b	Ichthyopagi	525.a	Idola coluntur ubi	403.a
Homerus in bello occisor, quae gen- tes cecidit	386.a	Iaculatores soleni bosibus eripien- tes	520.b	Idololatrae incepti ad bellum	405.a
Homicidium quibus non est pecca- tum	425.b 391.a	Iaculatores eximij	7.a	quae idola quae gentes colunt	63.b
Hominicy Caudati usq̃ Cener ubi	391.a	Iagello rex Poloniae satur libuer- nos conuertit ad fidem	475.a	Idololatrae	379.b
Homo descendit ab Hierusalem in terricio	325.a	Iagello baptizatus & Vladislaus didit	475.a	Idolorum cultus	499.a 500.a
Homines corpulentia mirae ubi	398.a	Iabel uxor Eber Cinea Sissaram occidit	318.a	Idololatrae	528.b
Homines syluestres ubi	370.b	Ialaladimus Corsimicorum passo- ram dux imperator Asie coru- natus	422.a	Idola culta	497.b
Homicidium execrabile ubi	393.b	Ialaladimus in prelio occisus à Turquantis	422.a	Idonia Tartarorū qualis	455.a
Honorandi principes nouus mos	555.a	Iaua insula quanta est in circuitu	389.b	Idonia nō uisitata Tartari	435.b
Honorandi noua ratio & mira	575.a	Iaua insincolae idololatrae	389.b	Idonia Moschoitarum	493.b
Hungari unde uenire	467.b	Iaua non patuit habent magno Cbam subiugari	389.b	Ierosolyma recuperanda tempus	442.b 444.a b
Hospitū solus ubi comedit	504.b	Iaua filius Iepet ubi resedit	462.a	Ierusalem à paganis possideri hoc uissimum putatur	428.b 429.a
Hospitū mora sit in gratiū	497.b	Iaua quantum distat à Ciamba	389.b	Ierusalem	427.a
Hospitum manera qualia	554.b	Iaua minor insula	390.a	Ierusalem ne obtineretur & uol- deretur Christianis qui conti- git	421.b 431.b a
Hospitiorum & Hospitum in Man- gi prouincia consuetudo quae	585.b	Iaua minoris circuitus	390.a	Ieronimus Agillaris	350.b
Huan unde	484.a	Iaua minor in otio regna secatur	390.a	Ierosolyma nunquam feliciter re- cupertari cepit	422.b
Horda Tartarorum	457.b	Idioma proprium habet colium re- gnum	395.a	Idola	425.a 431.a b. 432.b 438.b
Horda quid	487.b	Idioma proprium habet Melibar regnum	396.b	Ierosolyma subiugata Aegyp- to	438.b
Hungari unde	484.a	Idioma proprium habet regnum Zenibar	398.a	Ieroboam filius Nabat idolola- tra	322.b
Hospitalis ualde	500.a	Idioma proprium habet regnum Co- zarab	396.b	Iericho	325.a
Hospitalis Tartari	436.a	Idololatrae uiolantes idola sua arte		Ierusalem	321.b
Hospitalis ualde sed feraci appara- tu ubi	527.a			Ignantia quid	474.a b
Hospitalis barbarorum	498.a			Ignantia ut sibi se alijs nocet	425.a
Hospitalis ualde ubi	501.a			Ignarus	510.b
Hospitalis ubi comoda	520.a				1200
Hospitalis cum germanis co- siliat	515.a				
Hulmi geria ubi	514.a b				



I N D E X.

ignes inexinguibiles componendi periti	438.4	Inhospitales Zipangri	389.4.b	plus à regulo Negapan & insula	493.b 500.a
Ignis deus precipuus ubi adoratur	405.4	Inhospitales	504.b	Tochi primo genitus Noceta	426.b
Illirica lingua communissima ubi	494.4	Inhumanitas quid facit in hospitibus	389.b	Touchat 2. Chon qua fide	457.b
Insulari maris genus 25. b unde & quomodo constituitur	36.4	Iniuriam detestantes facere	532.b	Tochi cum fratre minore qua lege densit imperium	457.b
Illirici passati à turcis	469.b	Innocentius quartus magno Chon supplicatne Christiano inuadit	454.4	Tochi quâ late imperat	447.a
Imaginibus deos suos colunt Tartari	400.b	Insigne regij Vexilli	496.4	Togour populus ubi	403.a
Imperator Constantinopolitanus quando amissit Cenech	408.4	Insula natans	2. b	Tonapa ciuitas	319.b
Imperatoris persarum alios ad Isidolatriam cogens pena que	406.b	Insula diuissima	402.4	Tonifera ciuitas	320.b
Impietas filij in parente	407.4	Insula Venda	311.4	Tor. C. Dom fontes	317.b
Incantatorum abrahamis conuictio ubi uerba sibi solis nota	392.b	Insula Medera	4. b	Tordanis erigo	317.b
Incantatio suspensio recedunt 505.b		Insula feminariam solam	396.b	Tosue Moschouitarum regio uexillo inscriptus	496.a
Incantatores eximij	20.b	Insula inhabitata	29.b	Tostas rex à quo ubi occisus	321.a
Incautes in usu ubi	317.b	Insula seracissima ubi	313.b	Tosue sepulchrum ubi	316.b
Incantatores consulantur ubi	391.4	Insula fortunata	1.a	Toni ciuitas à quo condita	416.b
Incedunt in uentus	4. b	Insula quot in patribus Indie	398.b	maior est roma.	
Incantatione Tartarorum uisio foli	452.4	Insula Fornabergia	7. b	Tonis camera locus	4. b
Incessum licitum ubi	476.4	Alba	7. b	Irrigatio sola ubi omnia creantur	440.5
Indi castellani	318.4	Insula Pici Marij	313.b	Islandia aliâ Scandinauia insula à Gotibus inhabitata	490.4
India ex Aromatibus solam piper gignit	524.4	Insula Ascensionis	313.4	Ismaelis filij	441.4
Indi frigore mortui	543.b	Insula Florum	313.b	Ismaelitas se iactant esse Tartari.	455.4
Indus inedia extinguitur	527. b	Insula S. Georgij	313. b	Ismaelis filij	436.5
Indi quendam ex suis primatibus idolo immolant	653.4	Insula innumera ubi	402.4	Isidorus episcopus Riouensis à Moscouitis Christianis necatus quod papa prædicerat.	474.4
Indi qui sunt Castellani	526. b	404. b		Isibni Corinthiaci muri deiici	469. b
Indi equitibus maxime expugnantur	619. b	Insula S. Laurentij	312.4	Italia tota uastata à Vendalis	464.4
India qua parte solum accessibilis	404. b	Insula certarum cuius solo fera cec	404.4	Iter quando capicadam in Moscho uis	492.4
India desertum	405. b	Insula Medera	2. b	Iuxta a regio	315.4
India maioris termini	398.5	Insula Zillum	44.4	Iuam Moscorum dux Libuanie multa eripuit	477. b
India minoris termini	398.5	Insula in oceano circa magi Zipangri quot	389.4	Iuan Vassilouice Moschoaie dux.	471. b
India intermedia	398.5	Insula quædam inhabitata prope Zipangri	388.4	Iucatanî Nonfragos Christianos quomodo trahantur	504.4. b
Indorum magna neuis quantum capiti & à quot uiris per mare remis agitur	387. b	Insula ad quæ Hyeme tantum ne uigatur & redit astate.	389.4	Iucatanî abduci à Diemonum cultu	505. b
Indie principium ubi	52.4	Insula S. Helenæ	312. b	Iucatanî insula egressa	497. b
Indorum quorundam simplicitas	612. b	Insula Fradalanca	5. b	Iucatanî quæ mandant scriptis	507. b
Indulgentiarum papæ qui contemnitur	495.4	Insula Masculorum seu uirorum.	396. b	Iucatanî insula qualis	505.4
Industria uis	513. b	Intercal dominus	615.4	Iucatanî insula incolæ repellant Hispanos	499. b
Infirmorum que curatio in cauitate	577.4	Inuentores rerum subtiles	402. b	Iudæi Vsharij apud Christianos	473. b
Infans uide puer		Iobannes scutifer ob desfectionem punitus	538. b	Iudæi bonsele ex labore uiuunt in Russia	475. b
Infortunata insule	529. b	Iobannis portus	573. b	Iudæi multi ubi & quo modo si grati	395.4 398. b
Ingratitudo singularis	438. b	Iobannes Ruaydias solius ubi commestur	526.4	Iudices centum conuicti in rebus in Libuanie	478. b
Ingratitudo	458. b	Iobannis Gonzale periculum ingens & suorum ab incendio	4. b	Iudæi ubi exossi	495.4
ad iram repentium, que remedia in ciuitate Quonjai	384. b	Iobannes Baptista ubi baptizare solitus	322.4	Iura Annis	489. b
Ingratitudo	418.4	Iobannes Gonzales præfedit	4. b		
Ingratitudo se cibis ubi honorificus	481.4	Iobannes Lustranæ rex Satis esturum que præcepta filio dedit	1. b		
Inhospitalitas	498. b	Iobannes Calcedo Franciscanus.	510.4		
		Iobannes Pontius	502. b		
		Iobannes de liminata qualis	416. b		
		Iobannes Cinsalus quomodo acce			

Iubri tati Europae molesti 460.b  
 Iunci mare transmittunt 532.b  
 Iuræ scythæ penuria 468.a  
 Iuri unde 484.a  
 Iuramentum simulatum puillum 459.a  
 Iustitia regitur in barbaris 532.a  
 Iustitia apud caelestianos in no-  
 xior quæ 44.a  
 Iustitiam colunt barbari 547.b  
 548.a  
 Iteuacat ciuitatis sitar 506.b  
 Iteuacat ciuitas expugnata 595.b  
 Itzapalapa ciuitas 555.b  
 K.  
 Kalea famulus 449.b  
 Kazacibus lacus 475.a  
 Kazimirus Lithuanie dux 477.b  
 Kiczob auis mirabilis 468.a  
 Kionia rusiæ metropolis à Tartar  
 is deleta 450.a  
 Kirisel ciuitas Tartarice 470.b  
 Kioles ferubis quales è unde 471.b  
 Krack castrum 520.a  
 Krack castrum 523.b  
 L.  
 Labire Castrum 431.a  
 Labori non apii necandi ubi 520.a  
 Labia flumini Bohemii quiri 461.b  
 Lac castissime mebrians 455.b  
 Lac potus ubi 515.a  
 Lachini Aegypti soldanus creatas  
 dici uobis Melecasifer 439.b  
 Lachur locus 56.b  
 Lachre copia ubi 41.a 58.b  
 Laconicum reponsum 18.b  
 Lachre & ceruic. ubi uiuunt 400.b  
 Lacus salus 609.b 507.b  
 Lacus candidi 490.b  
 Lacus aquarum salisaram 405.b  
 Lacus aquarum dulcium 405.b  
 Lac pronicia 395.a  
 Lac regnum 395.a  
 Lampades ubi quando suscepta  
 ra accenduntur 43.a  
 Lana ex alio animale quam uice  
 in Tartaria 456.a  
 Lancho locus 29.a  
 Laurentice urbis dux Lusitanorū.  
 507.b  
 Landicea ciuitas 314.b  
 Lapides pretiosos ubi magnipendax  
 tar 45.b  
 Lapidum pretiosorum copia ubi.  
 391.b  
 Lapides pretiosi 404.b  
 Lapidum incantationib. inaugurato  
 rum aduersus moris iures 588.a  
 Lapidum pretiosorum copia ubi 42.a  
 Lapidibus obruant reos. Tuluani  
 478.b  
 Lapidum pretiosorum multa copia  
 ubi 581.b

Lapidum pretiosorum copia 502.b  
 Lapidum pretiosorum copia.  
 501.a  
 Lapidum repertus 2000. Cassella  
 norum 500.b  
 Latus ornatisime 502.b  
 Latini uno lumine tonum uidere  
 quibus dicuntur 402.b  
 Latini stipendiarij milites sub sol-  
 dano iurque 416.a  
 Latrocinia latronum ipsorum ce-  
 tui permissio 521.b 310.a  
 Laurentij proregis filij fortitudo.  
 Laxartes amnis 488.a  
 Lazari sepulchrum ubi 325.a  
 Lech unde ortus 462.a  
 Legatus Portugallensium ad regē  
 Calchut 402.b  
 Lege nulla ubi uiuunt 390.a  
 391.b 401.a  
 Lege nulla uiuenter 515.a  
 Leges simplices 494.b  
 Legum utilitas 519.b  
 Leguminum quorundam quib. in  
 locis magna copia 19.b  
 Lemites culpata in plebidis malis  
 Lemna ciuit. 525.a 510.b  
 Lemna uilla 522.b  
 Lemures uicarij pueroꝝ sangui-  
 ne culti ubi 503.b  
 Leo papa precibus Attilam ab ita  
 lia uertit 466.b  
 Leonum copia 386.b  
 Leoner nigri 395.b  
 Leoni pueri immolati 500.a  
 Leonum magna copia ubi. 21.a  
 Leonum copia 395.b 396.a 397.b  
 Leonu cop. ubi 379.b 398.a  
 Leopardi multi 395.b 397.b  
 Leopardiorum mons 316.b  
 Leopoliensis urbs è terra 472.b  
 Leporum copia 490.b  
 Leuce insula 6.a  
 Lex necandorum liberorum 520.a  
 Lex regis uoluntas ubi 419.b  
 Libanus mons à quibus incolunt.  
 408.b 429.a  
 Libani ualles fertilissimæ à quib.  
 gentibus inhabitantur 318.a  
 Libani montis habitatores sub Ae-  
 gypti soldano militanti 438.a  
 Libani montis descriptio. 316.b  
 Libanus mons quo loco eminēt  
 tiffimus 318.a  
 Libelli ex ficum tabellus 507.b  
 Liberalitas 435.a  
 Liberalitas principis in milites.  
 429.a b  
 Liberos parentes ubi uendunt  
 481.a  
 Liberi 600. uni patri 532.a  
 Liberos necandi aut uendandi.  
 lex 520.a  
 Libri sacri in uerba qualem longu-

quam tradidit 494.a  
 Libri in illirico lingua tranila  
 ti quos 585.a  
 Librorum nouum genus 507.b  
 Libertas etiam barbaris liban-  
 585.b 585.a  
 Liburnicatum praesantissimū  
 que 1.b  
 Licentia inuasa à Saracenis  
 409.a  
 Liguria prouincia 407.b  
 Ligno occisunt qui ferro non po-  
 terant 588.a  
 Ligni inopia 404.a 404.a  
 Ligni loco ubi sicera eduntur.  
 Ligni aloes copia 389.b  
 Ligni nitani nemora 389.b  
 Lingua propria in regno Chagor  
 iam 390.b  
 Linguam propriam Eli regni ha-  
 bet 395.b  
 Lingua Polonica quot gentib. co-  
 munit 588.a  
 Lingua propria in regno hainum  
 390.a  
 Lingua Tartarorum Turcis com-  
 munit 409.a 494.a  
 Lingua illirica ubi usurpatur.  
 Lingua communis Itongarorum è  
 librorum 467.b  
 Lingua quomodo incidat ferro  
 carencia Indii 47.b  
 Linguae propriae ubi 396.b  
 Lingua propria soldanorū 403.b  
 Lingua sclauorum communissima  
 Lijon mont. 407.a 405.a  
 Lioungi ubi. à nassio Moschouie  
 rege 495.b  
 Linum nobile ubi 492.b  
 Linum nostraticum ubi in precio  
 habitum 42.a  
 Litte arabice quibus in usu sunt  
 Litalia 474.a 405.b  
 Literas proprias qui habet 407.a  
 Literas illirice quib. in usu 494.a  
 Literas. quæ gentes non habent.  
 377.a  
 Litte propriae pulchre ubi 408.  
 b. 405.a  
 Litere graecorū quib. in usu 403.b  
 Literas non habere quantum nocet  
 414.b  
 Lisani bodie dii qui 521.a  
 Lisalani populi unde 521.a  
 Lisalalanus uicatus filius senior  
 Alanis imperat 511.a  
 Lithuani ad siat educti per Vika  
 diu laum 475.a  
 Lithuaniae duci catalogus 479.b  
 Lithuaniae magni ducatus ampla-  
 tudo 478.a  
 Lithuaniae quis praedicatur 479.b  
 Lithuaniae petus 480.b  
 Lithuaniae panis quales 480.b  
 Lithuanorum



I N D E X.

Libetentior quondam dñi	477.4	Magdo campus	319. b	Mante civitas ubi	423.4
Libusorum quadruparium idio ma	479. b	Magdo & faretor & Galila & pla nities sive idem locus	321.4	Mantico diata aut	533.4
Locustarum incomparabilis multi tudo ubi	32. b	Magdo locus	321.4	Mantales tribus	317. b
Lodorenti uia qualis	435.4	Magliani caesaris classis propositi ad Moluccas nauigatio	524.4	Mantulum quid	320.4
Lodouicus Fracorum rex quomodo do facilius rediit	458. b 441.4	Magillanus scitiosus morie plei dus	528. b	Mancipium quoddam Lusitano rum ab Nigriti in frusta can esum	325. a. b
Lombardii affluxit: Auilla	466. b	Magi p seib. imperat ubi	521.4	Mango Can quomodo baptizatus	419. a. b
Longaeus Atilla	466. b	Magi in pretio ubi	521.4	Mancipiorum quantum ex nouis insulis Lusitani dechant	31. b
Loquacitas nocet	443.4	Magiscacin supplex Hispani armi am obinet	546. b 547. b	Mancipia ubi agros colunt	14.4
Loth uxor in sataam salu conuer sa	524.4	Magiscacin uariolorum morbo oi bit	603. b	Mancup Castrum	461.4
Lubeck à quib. ceperit esse	462. b	Magiscacin Cortesii iura su	589. b	Mango Can in naue dolo perfora ta petri	416. b
Lucas Velsques captiuus factus	576.4	Magna fors	5. b	Mango Can responsa ad penio net Aytoni	413. b
Ludi publici apud Moschouitas quales	474. b	Magna fors insula	5. b	Mango can quartus Tartarorum imperator	413.4
Lucti cupiditas omnium maloru radix	521.4	Magnas oppium & terminus tri bus Epirum	323.4	Mangi prouincie nouem sunt re gna	387.4
Ludouicus Tbaringeru princip 522.4		Magorum cognatio qui Christum uenero adoratum ubi	403.4	Mangi prouincia lingua propria uitur	387.4
Lunam que gites colat.	58.4	Magorum superstitio circa a gro tos	577.4	Mangi prouincia quot urbes sibi subiectas habuit	389.4
Luna colitur ubi	532.4	Mahomet quid putatur esse Taria ris	455.4	Mangodanior ueneno sublatu 425. b	
Luna quibus dea est	402. b	Mahometani ubi	407.4	Mangodanior timiditas surge 425.4	
Lupi octo caecidi nauigatio	497.4	Mahometani fidei orthodoxe se cris inuitantur	512. b	Mangi prouincia quot redditus pendat Magno Cbam	385. b
Lupi pregrandes & nigri	457. b	Mahometanorum strages	305. b	Mangi prouincia	380. b
Lupi ponsifici praesentia uolus Atilla	466.4	Mahometes G. Tarchoru rex quid egit	460. b	Mangi prouincia expugnata.	
Luzur sofa	510. b	Mahometus S. Tercorum rex con stantinopoli sepultus	469. b	Mangi prouincia 383. b	(381. b)
Lutose regiones	400. b	Mahometi legi addidi ubi	390.4	Mango Can suo consanguineo Cino Can successu	416. b
Lusitanorum cum Nigriti fides & pax	15. b	Mahometis arca ubi	58. b	Mangodanior frater Abaca Can in syriam dux militum	424. b
Lusitani que loca primi inuenie runt	24.4	Mahometes à quibus potissimum colitur	14. b	Mancup Castrum	470. b
Lusitanorum cum Canonor urbis bibulator. pag. 4	307. b	Mahometi dogmatis uetitia tartar is praedicatio à quo	429. b	Maurorum regnum à quo occupa tunt	1. b
Lusitanorū triumphus	307.4	Mahometis expulsi Tartari pre dicari quando	425. b	Mauslones saga	527. b
Lusitanae gēte nulla fortior	307.4	Mahometem qui potissimum co lunt	8.4	Mataga civitas qualem suum has beat	404. b
Lusitanorum Liburnice omnium praesentia sume	1. b	Mahometis legem qui quor doce ant	18. b	Marcbia à quibus habitata	465.4
Lusitani delectati in india mori additos	43.4	Mahometis se hie caput	413. b	Marcus xeno eques	2. b
Luxuria que dat	427.4	Mahomet S. Turc. imperator quid gesserit	461. b	Marcus Paulus Venetus prefe ctus Cingui	382.4
Luxus ingens in uelutis	492. b	Maha insula	498.4	Marga civitas Saracorum & persarum castella clara	430.4
Luxuria quib. nō est peccati	435. b	Maiulie nummi genus	17.4	Margaritarum copia ubi	51. b
Luxus ab externis muctitur	497. b	Malacca celeberrimum orientis emporium	525.4	Margaritae ubi colligantur in se pitombri & oñbri	392. b
Luxus regalitatis ingens	571. a. b	Malacchem ubi	524.4	Margaritarum copia ubi	49.4
LUXA ciuitas	324. b	Malcetur regnum proprium habet idioma	390.4	Margath castrum	316. b
		Mali nauium unde per orbem di strabuntur	518. b	Margath castrum minutissimi ubi suum	327.4
		Malinalebe's prouincia	462.4	Margara ciuitas	410. b
		Malcibim terra qualis	518. b	Margrite grandiscale	532. b
		Malis semel supponitur semper malus	423.4	Margrite multae rotundae acrae rubee & meliores albis	387. b
		Maliaticum unum unde portetur	42. b	Margaritarum copia	392.4
				Margara ciuitas	426. b

Margara

I N D E X.

Margaritæ profiores ubi	405.b	Melencasas quæ abellauit Ca'ea	440.a
Margati castrum	446.b	Mellis copia	518.b
Mare india	404.b	Mellis regnum	10.a
Marinalco colonia	643.b	Melicsala quomodo occidit	438.b
S. marie imago iuuat Hispanet	582.b	Melitar regnum	396.a
Maria ab infidelib. colitur	470.b	Melicedaci ueneno potatur	439.a
Maria imago a quibus adoratur	503.b	Mellicia quercina ubi	436.b
Mare Caribay	416.b	Melencet occisus a suis	439.a
Mare Balticum	458.b	Melomaster unde oriundus	437.a
Mare detentue	404.a	Mellis abundantia	498.b
Mare perpetuo in occidentem flu-		Melinda regnum quæ postquam	501.b
ent	504.a	ferat	501.b
Mare insula	533.a	Mel arundinum ex Matie	508.b
Mare Galilee	320.a	Mel nobile	492.a
Mare mortuum	320.a	Melli immeritur rusticus fortitudo	492.b
Mare Maui	404.a	ab urfa extractus	472.b
Mare ualissimum	530.a	Mellis copia	472.b
Mare ualde Vndosum ubi	389.b	Melubar regnum nulli tributum	396.a
Mare salinarum	323.a	um	396.a
Mariis erementum & decretum u-		Melinda regnum	310.b
horu sex	33.a	Melinda regis & Præsclii fori	
Mare Maui	435.a.b	turgallensium mutua collocatio	51.a
Que Maria quo tempore saluari		Melomaster Aegypti & Syrie sol-	437.a
non possunt	59.a	damur	437.a
Mare Persicum & Rubrum non		Mendaces tartari mendaces non ser-	436.a
idem	51.b	uunt	436.a
Mate pro clementis cultu cessit.	457.a	Mentatum detestabile ubi	395.a
Mare indicum nouum	457.b	Meniligeri quomodo salus praer-	471.b
Maritima loca byeme temperatio-		copentium rex	471.b
ra	455.b	Mentomonon a suarium	515.b
Marinalco se subdit Ca'leri	646.a	Mensurarum exploratores in To-	508.b
Mariis erementum & decretum		mixitum	508.b
um	36.a	Mensil solum habet dies 20. ubi	501.a
Mare in meridiam labitur	397.b	Mengrelli ubi sunt & qua sile	457.a
Mari committere se in fame ubi	393.b	Mensis uiginti dies quibus	507.b
Mare Tyberiadis	310.b	Metus futurorum uehementis praer-	507.b
Mare contrarij fluitibus ludans	506.a	sequum	464.a
Mare Caspium quale	404.a	Melidius ubi sepulchrum	457.a
Mare Mortuum describitur	324.a	Metricatus celeberrimus	547.b
Mare Arabicum	40.a	Mercatus 6000 hominum uia	507.b
Mare Erythraeam	40.a	Mercatorum simplicitas	518.b
Mare salis	324.b	Mercandi mos inustitatus	489.a
Mariis antioru historia ubi	492.a	Mercatus & contractus per uis-	477.a
Maren locus	317.b	tas. quæ gentes excedit	477.a
Martes quales Christiani	408.b	Mercium diuersation futuati in se	508.a.b
Maronini Iacobitarum sequaces	408.b	mixitum	10.b
Marjaccis Nestorianæ	383.b	Mercium permutatio	10.b
Martes qualis animalia	518.b	Quas Metes. quæ gentes magnis	3.b
Marsalango provincia Ca'leri se		faciant.	3.b
subdit	618.b	Mercatores diuissimi ubi	49.a
Masjobj quales bodie	522.b	Mercatores diuissimi ubi	478.b
Massa insula	530.a	Meredia ciuitas sui sedes ariet	411.a
Masluchi quid	42.b	Meredini Soldanus à Tertieris sub	442.a
Maslicis copia ubi	48.b	ingatur	442.a
Matalungo provincia subdit se Ca'		Mercarius sublimetur	513.b
leri	646.a	Mercatoru uariora ciuitas	454.a
Matibien insula	535.a		
Matrimoniu incestuosa ubi licita	435.b		
Mare Canoa traicitur ubi	530.a		
Matibis I. episcopus Zamagutia	476.b		
Maternus Rom. dux occisus à Ihu			
rit	465.b		
Matrimoniu licitum. etiã in tertio			
gradu ubi	395.b		
Maternus in liberos affectus.	504.b		
Maui albi qui & ubi	14.b		
Maui qualiter incedant	57.a		
Maurorum persistia	55.b		
Maui à quo sepe fusi	1.b		
Maui ut plurimum omnes idolo-			
latæ	52.a		
Maui nigri qui	10.b		
Maurorum urbis Calcebat magna			
licentia	58.b		
Maurorum strages	59.a		
Mayerum quid	504.b		
Mogz	562.b		
Mazmalco provincia	562.b		
Mechuacan provincia se subdit ca-			
leri	457.a		
Mecham urbi uisiles Maui qua-			
uer faciant	52.a		
Mecha urbs	40.a		
Mecha ciuitas	315.a		
Medan fons	317.b		
Medera insula	2.b		
Meda montosa est	405.b		
Medicos quæ provincie non ha-			
brant	377.a		
Medicorum multitudo ubi	395.b		
Medonis copia	473.a		
Medicina spreta	494.a		
Medicina periti	473.b		
Medera quot hominum ferax	4.b		
Medera à sacro promitorio quan-			
tum distet	3.b		
Medera præfclii quot & qui	4.b		
Medera quatuor in partibus diuis-			
so. & haru nomina. quæ	4.b		
Medera unde dista	4.b		
& quid significat	ibidem		
Medera & nonnullarum insula-			
rum collatio	5.a		
Media regnum	405.a		
Medonem conficiendi ratio	495.a		
Melastassari Aegypti Soldanus à			
serio interfectus	439.b		
Melencaster Aegypti Soldanus im-			
pubes	439.b		
Melencastri Aegypti Soldanus eies			
bus ex Aegypto ab est	439.a		
Melbeck terra Soldano Aegyptii			
adheret	438.a		
Melchisedec ubi Abraham occurrit			
cum pane & uino	320.b		
Melencaster regno Aegypti restituitur	439.b		
Melida filius aspasalem patri in			
regno successit.	411.b		



I N D E X :

Meremena lacrosa ubi	395. b	Moab moxianus	325. a	Mifferit	327. a
397. a		Moabitarum regio	325. a	Miri quibus terreri	402. b
Mejer ciuitas qualis	144. a	Moab regio	325. a	Morbi piscis mira natura	434. a
Megyda urbs	40. a	Modijissiluz uandalorum rex	403. b	467. b	
Mofcha	350. a. 556. b. 564. a	Modon insula una cum ciuitate eiusdem nominis à Turcis capta.	470. a	Morticino qui homines prorsus abstineat	45. a
549. a. 556. b		Modocæ populi ubi	490. a	Mortuos suos qui comburunt	382. a
Mesopotamia que & quare dicitur	314. b. 407. a	Mogon planities in georgia	405. b	Mofcha ciuitas	490. a
Mesopotamia fruduosa	407. a	Molay dux Tartarorum	428. b	Mofche urbis præstantia	491. b
Mesopotamiam ingreditur sacraseni	409. b	Moldouia à Turcis uastata	409. b	Mofcha quid	18. b. 41. a
Mesofalcingo ciuitas	556. a	Melesala Soldanus Aegypti quanda	438. b	Mofcheouitarum in bello potentia	481. b
Mesta Casal locus	221. b	Molucca insula ab Hispanis reperita	539. b	Mofcheouite quomodo delignant uxores	495. b
Mesico provincia sius	507. b	Moluccæ petendi noua uia	525. b	Mofcheouite quibus Tartari imperant	488. a
Messer maturandæ hominum operatur ubi	482. a	Molucærum principes se Cesaribus dedunt	534. b	Mofcheouitarum corporis forma	494. b
Michael Constantinopolitanus imperator	457. a	Mombaza regnum	310. b	Mofcheouite descriptio	481. b
Mien ciuitas	578. b	Mombaza urbs	49. b	481. a. b. 483. b	
Mien regnum confine Indiarum	578. b	Moucheuicæ portus ubi	4. a	Mofcheouite metropolitana unde petitur	493. b
Mien rex fugatur à Tartaris.	378. a	Monga planities	435. b	Mofcheouite descriptio	487. a
Miraculum	464. 4308. b	Montes sancti Marini	573. b	Mofco oppidum	498. b
Miraculum monstrum	406. a	Montes absorpti à mari ubi	391. b	Mofco ciuitas	407. a
Miralis ciuitas ab Alexandro condita	405. b	Monfambrieh insula	310. b	Mofchi gratiam ecclesiam sequuntur	475. b
Militaris prudentia	486. b	Mone regalis	515. a. 440. a	Mofcheouia quibus rebus caret	492. a
Milites stipendiarij Latini	416. a	Mons ignem euomens	552. b	Mofcheouite de spirita sancto cum graecis conueniant	492. b
Milium regni fugi consuetudo que	386. a	Monte Sarra	7. b	Mofcha Romanæ qua inur	491. b
Milites strenui ubi	406. b	Mons feret castrum	327. a	Mofcheouite que regiones subiectæ sunt	483. b
Milites Christi ex Libonia frustra contra Borusij uocati	522. b	Monachi idolis seruientes	383. b	Mofcheouite quando capere Christi sum colere	492. b
Milium Aegypti soldani ratio & statum	457. b	Monachos sepelendi ratio unde	520. b	Mofcheouitarum potes	482. a
Milliaris germanica 20. uicibus dici iter quibus	456. a	Monachi cum abbate casti à Tartari	450. b	Mofcheouitarum rex nullo siner fatellitio	496. 4
Milium quibus in regionibus optime prouinciat	19. b	Monasteria in Aegypto	442. a	Mofcheouian nullus exire potest absq; literis principis	482. b
Mily ingens copia	47. b	Monasteria idolis dedicata ubi	392. b	Mofcheouitarum arma	496. a
Misanthropi ubi	489. a	Monasteria septem nigrorum monachorum in Nouigrod	478. b	Mofcheouite que lingua utantur & qua religione	483. a
Misusia à quibus primum habitata	463. a	Monasteria in ciuitate Caigri	383. b	Mofcoia à quibus Tartari uocantur	459. b
Misusque ciuitas	624. b	Moneta gleba aurea solum ubi effusa	389. a	Mozera castrum.	323. b
Missa solemnia miratur Indi	46. b	Moneta ex papyro ubi	402. b	Mulieres libidinosæ	53. b
Miristica nucis copia	535. a. 534. a	Moneta trise usq; damnum præstat rex ubi	403. a	que gentes postsumum amant	9. b
Miristica nux	524. a	Moneta qualis in Mofcheouia	482. b	Mofcheouia ciuitas	491. b. 482. a
Miristica nucis arbor qualis	534. a	Monilia que gentes in brachijs ferre gaudent	379. b	Mofcus sinus	491. a
Mirabolatum ubi nascatur	58. b	Monogamia ubi colitur	395. a	Mulieres cum prole separatum à uiris degent ubi	527. a
Miristica que & nux muscata unde deseratur	58. b	Monofceli figmentum	524. b	Mulieres miræ pulcherrimas ubi	386. b
Mignol quid	19. b	Monoculi homines nusquam sunt	468. b	Mulierum apud Nigritas mira & gilitar	22. b
Mitigal moneta.	12. a	Morauia à Crech primum habitata	462. b	Mulierum quarundam superstitio	52. b
Mitigallum locus	10. a	Morbega regnum	488. b	Atulierum mira licentia	56. b
Nyodixi ecclesia Cathedralis	476. b	Mores	8. b	Mulierum apud Azarigor forma	& cal
Nylian occupant Gothi	461. a	Morbi curati aqua benedicta	494. a		
Numeribus corrumpuntur abazæ ministri.	425. b	Moriamouz	525. b		
Mofte Pplateucon uenerunt Tartari	455. a	Moria montem quis complantari	315. a		
Moab terra	323. b				
Moab mons	315. a				

**C**ultur 32.b  
 Mulieribus ad religioforum do-  
 mos accessus prohibitus 409. a  
 Mulierum Zabale mores 311. b  
 Mundus aeternus iuxta Samaginitis  
 ius 476. b  
 Mulsum entrual ferocet 520. a  
 Muneribus ad fidem conuersi li-  
 berati 475. b  
 Mursali regnum nulli triticarium  
 394. b  
 Maris rubri angustia ubi 51. b  
 Mursali regnum 394. b  
 Mischum aude de portetur 43. b  
 Muscae flor quid 534. a  
 Musculis instrumenta quibus gen-  
 itibus seve nulla. 23. b  
 Muscarum copia 404. a  
 Mutezama uorum subditum  
 liberis esse immolabat 538. b  
 Mutezama a suis uulntratus mo-  
 ritur 533. b  
 Mutezame regalis luxus 571. a. b  
 Mutezama capitiu apud Corte-  
 sum detinetur 560. a  
 Mutezama ob ignauiam suis exo-  
 sus 616. b  
 Mutezama dominium quom Am-  
 plian 541. a. b. 542. b  
 Mutezama Caesari mansiones  
 quales extraxit 562. b (581. a  
 Mutezama fidelis in Hispanos  
 Mutezame fratrum fors 610. b  
 Mutezama caesari tributa offert  
 548. b. 554. a. 552. b  
 Mutezama cur se Caesari submit-  
 tit & ad idem suor hortatur  
 577. b  
 Mutezama non uali inuist ab Ni-  
 speniis 554. a  
 Mutezame luxur in ornamentis  
 566. b  
 Mutezama quomodo honoratur  
 a proceribus 557. a  
 Muthil insula 533. a. 534. a

N

Abot eger 311. b  
 Naim ciuitas 320. b  
 Nasom uilla 319. a  
 Narmegha rex 58. b  
 Nares sursum patentes quibus.  
 398. a  
 Narnax capitar 580. b  
 Narnax astutum consilium.  
 577. b  
 Natiatores eximij 15. b  
 Nalaxidi perui 501. a  
 Natiatores insignes.  
 uide nauigere.  
 Natongus uidiuati filius patri suc-  
 cedit 521. a  
 Natongus unde dicitur 521. a  
 Natalij dies bilares sumpti in bo-  
 ruiis 520. b

Natigedici Tartarorum aquilona  
 rium 400. b  
 Nabinnei qui 316. b  
 Nauis a magis Coniurate 397. a  
 Nauis in Singui quales 383. a  
 Nauis regni Gambrae quomodo  
 suba 50. a  
 Nauis per terram petrate 615. a  
 Nauis admirationi quibus 498. b  
 499. a  
 Nauis indorum quales 387. a  
 Nauis oleo calce mixto oblitu 41.  
 pud Indos 387. a  
 Nauis a malis & totidem uelis  
 ubi 387. a  
 Nauis 40. Mansuetularum indis  
 sunt 387. a  
 Nauium Indicarum descriptio.  
 41. b  
 Nauale prelon 16. b  
 Nauium in gentissima copia in Ca-  
 lebut. 41. b  
 Nauium nostrarum forma quibus  
 pro miraculo 23. a  
 Nauium fissurae supra obfirmate  
 ubi 387. a  
 Naufragi ubi humaniter accipier  
 baxar 515. a  
 Naufragium ingen Tartarorum  
 in expeditione contra Zapagri  
 insulam 388. a  
 Nauiganibus in regiones nouas  
 que condito proponatur 3. a  
 Nauigare in seme ubi 393. b  
 Nauigationis recentiorum 524. b  
 Nauigatio alia Hispanorum 501. b  
 Nauigatio sorte distributa 34. b  
 Nauibus quibusdam a magnete pe-  
 riculum 41. b  
 Nauigationis instrumenta quom in-  
 dit 45. a  
 Nauigationes ad Indos per Lusita-  
 nos impeditae 485. b  
 Nauigijs non uiuentur Tartari  
 455. b  
 Nazareth ciuitas 520. a  
 Neapolis Palaestinae que olim Si-  
 ebem 522. b  
 Nebrorum imperator quis 31. a  
 Nebo mon. 323. a  
 Neblosa turris 326. a  
 Necessitas animos addit & docet  
 artes 502. a  
 Neccuram insula 391. b  
 Negociatores fideles 497. b  
 498. b  
 Nemoribus habitantes ubi sunt  
 527. a  
 Neplalim ciuitas que nunc Zu-  
 rix 519. a  
 Nesabor ciuitas 409. a  
 Nesordim dux prudens & stren-  
 uis 577. b  
 Nest. Christi 585. b

Nestoriani 583. b  
 Nestoriani ubi 407. a. 408. b  
 Nestoriani Musfaceis iudaei 383. b  
 Nicasius Episcopus una cum ieror-  
 te Europa occisus ab Antio-  
 465. b  
 Nilbor ciuitas 407. a  
 D. Nicolaus apud quos Maxime ue-  
 neratur 479. a  
 Nicolaus nazicx ord. nis predicato-  
 rum 436. b  
 Nigri homines ubi 394. a. 404. b  
 Nigritarum inter sese insulae con-  
 suetudo 32. a  
 Nigritarum stupor ad nostra na-  
 uigia 30. b  
 Nigritarum principum possessio-  
 nes dicitur in quibus & potissi-  
 mum consent 17. a. b  
 Nigritarum regio 7. b  
 Nigrite ferè in unum suum mudi in-  
 cedunt. 32. b  
 Nigrite principes cum regione  
 Gambrae populi & regib. cur  
 quomodo, distendant & certent  
 15. a. b  
 Nigrite quomodo sacrificent. 13. b  
 Nigrite non cognosci uolunt qui  
 & quir 11. a  
 Nigritarum in natale summa de-  
 xicitas 17. a  
 Nigritarum habitus & fides 14. b  
 Nigrite quae potissimum merces  
 habent 8. b  
 Nigrite quibus potissimum ue-  
 scuntur 8. a  
 Nigritarum regio quibus mensu-  
 bus potissimum irrigetur  
 27. a. b  
 Nigrite sscinatos 20. b  
 Nigrite quae Christianos uehement-  
 ter admittent 22. a  
 Nigritarum & alemnorum in  
 calu comparatio 26. b  
 Nigritarum praesentia & stupor  
 26. a  
 Nigricantes in specibus terrae ha-  
 bitantes 311. a  
 Nigrite quidam bonificentissu-  
 me a Lusitanis exceptus 30. b  
 Nigropontus uentorum expugna-  
 tus a Turcis 479. b  
 Nili fauces arenis oplentur quom-  
 do 504. b  
 Nilimira natura & commoditas  
 440. b  
 Nili & senegae fluminum colla-  
 tio 39. a  
 Ninue ciuitas & que eius bodie  
 restant 406. b  
 Ninue Ciuitas 433. a  
 Niuus perpetua 507. a  
 Nix perpetua ubi apparuit  
 406. a



- Nix mense Augusto in callida re-  
 gione 552.b  
 Noacule insignes 502.b  
 Nouogradia minor regio 492.b  
 Nouigrod uel uagardia ciuitas qua  
 lit 478.a.b  
 Nonfacedus Dux magni Gham ad  
 Zipangros missus 387.b  
 Nodua mira magnitudinis 24. a  
 Nogay Tartarorum dux 459. a  
 Nos potest diluuium ubi priuimus  
 terram iuuenit 406.a  
 Nonerca à filio ubi dactur 435.b  
 Nonigrod quot habet ecclesias  
 479.a  
 Nox horarum quinque 529.b  
 Nodaria uagationis coercita  
 496.a  
 Nouenarius numerus Tartaris se-  
 cer ac faselus quare 435.b  
 Nomen suum mutant religiosi ubi  
 433.b  
 Nabiani per thoman apostolum  
 conuersi ad Christum 445.b  
 Nabiani Christiani sunt & nigri  
 440.a  
 Noces indice ubi & earum ne-  
 mora 391. b 395. a 390. b  
 Nucium muscetarum copia 389.b  
 Nudi bella gerant in regio uar.  
 393. b  
 Nudi incedentes ubi 505. b  
 Nidinae apud Nigritas 22. a  
 Nudi incedentes ubi 391. b 392. b  
 395. a 397. a 398. a 404. b  
 Obedientia erga regem 400. b  
 Obedientia in principem ma-  
 gna 435. b  
 Obscuritas librorum 405. b  
 Obsessi 27. annis uesuum penus  
 ria non ciborum castrum dedis-  
 serunt 419. b  
 Obsidio 27. annorum 419. b  
 Occa fluuius 482. b  
 Occasio captata 422. b  
 Occasio non neglecta 502. a  
 Occasus filiorum pater  
 ubi occasus 471. b  
 472. a  
 Oceanum occidentalem qui primi  
 perussigerant 1. a  
 Oceanus septentrionalis qualia mi-  
 tabilia habet 448. a. b  
 Oceria ciuitas 403. b  
 Occupatio colonia Cesari se sub-  
 dit 595. a  
 Occulorum paratorum homines  
 402. b  
 Oculi cornicis copia & uirtus  
 456. b  
 Oculi a uinit unde oriuntur 490. b  
 Oculilabum idolum 652. b  
 Ocerreou castrum 472. a  
 Ocerreou castrum 475. a  
 Obulici quia lingua utuntur &  
 quia religione 485. a  
 Oboecrus sicut à gobris & quo-  
 modo tandem occisus 451. a  
 Odores terra ultra tria millaria  
 percepti 498. b  
 Oderrus flumens 512. a  
 Og rex Basan 315. a  
 Aloricus Visigothorum dux  
 450. b  
 Oleo ex bouinis ossibus confectio  
 unguis se quidam 595. a  
 Oleum mira naturae 20. a  
 Oleum triplici pollent uirtute  
 20. a  
 Oleum de seminibus soslinae ubi  
 fit 391. b  
 Oleum oliuorum unde 402. b  
 Oloans insula 499. b  
 Oluetus mons 325. a  
 Olgerdus lithuaniae dux 474. b  
 Omen insausum 452. b 452. a  
 Omnia superstitiosi obseruatores  
 545. b  
 Onagri multi ubi 399. b 400. b  
 Onagri 480. b  
 Onagrarum copia ingens ubi 5. b  
 Onomani qui 523. a  
 Opes immentae 571. a  
 Opiniones uariae unius regni de  
 dijs 402. b  
 Oponse quid 455. b  
 Opifices argui simi 502. b  
 Opas sine fide oratio Tartarorum  
 placuit deo 415. a  
 Oratio Tartarorum ad deum effi-  
 cac quid obtinuit 415. a  
 Orant omnipotentem Tartari tota  
 nocte ibidem  
 Oratio ad milites pugnant inuicem  
 305. a. c. b  
 Oracula reddita ex arboribus  
 520. b  
 Ordeum quae regiones quar mi-  
 nime serant 19. b  
 Oricala herba qualis & ubi 5. b  
 Orientem uersus orare iussi Turci  
 415. b  
 Orpheus 512. a  
 Orsa ciuitas 315. a  
 Orsa urbs 495. b  
 Orsa copia ubi 32. b  
 Orsa defuncti à quibus in monti-  
 bus sepeliuntur 391. a  
 Ossibus bouinis oleum confectum  
 ad ugendum 395. a  
 Ostrem mira magnitudinis 535. a  
 Ostrogibi qui & ubi 460. b  
 Ostreae ueteres mira magnitudi-  
 nis 24. a  
 Otmanorum catalogus 469. a. b  
 Otumenses subdunt se Casari  
 635. a  
 Otumenses episcopi implorant iustitiam  
 644. b  
 Otumasse supplex subdit Casari  
 610. a  
 Otioseria annis 491. b  
 Otumanna à quo turcorum imper-  
 ratores qualis suis 468. b  
 Otundas regulas dicit aurum 501. a  
 Otues piscibus alantur 400. a  
 Otuna pelles quam uendit olim  
 518. b  
 Otium copia 400. b 475. a  
 PAbeli inopia ubi 435. a  
 Pacem petere ubi decorum 532. b  
 Padus fluuius ex alpinis 490. b  
 Pagoni sine literis & lege ubi  
 405. b  
 Palma insula 5. b  
 Palma 5. b  
 Palmae succus in potu quibus gra-  
 tibus 19. b  
 Palmarum copia 400. a  
 Palmaria regio 500. b  
 ad Palmas locus 16. a  
 Palastina regio 514. b  
 Palastina prouincia 408. b  
 Palastina pars Syriae 314. b  
 Pampulus de naribus didicit Var-  
 lesques executor contra corru-  
 ptum missus 575. a. b  
 Panem ex radicibus quae gentes  
 faciunt 47. a  
 Panicacap potas genus 552. a  
 Panis ex piscibus ubi fit 400. a  
 Panis sacer aduersus sedes datus  
 495. b  
 Panes carent ubi 483. b  
 Panneas ciuitas 317. b  
 Panuco fluuius 505. b  
 Pannonia ab Alanis inuasa 405. b  
 Pannonia à sclauis orti 467. a  
 Pannonia à libris occupata 405. b  
 Pannationum portus inuadunt  
 309. b  
 Panchi ciuitas 582. a  
 Pannanij populi 309. a  
 Panuco prouinciae dominus Casar  
 rix se subdit 592. a  
 Paphlagonia prouincia 407. b  
 Papae unde orta auctoritas consir-  
 mandi reges 486. a  
 Papa Adoratus 486. b  
 Papa pedes beati 508. b  
 Papa à quibus hodie Christianis  
 non agnoscitur uide Graecae ec-  
 clesiae  
 Papogai aures innumeris 405. a  
 Papyrus ex tena Cortice ubi  
 507. a  
 Pardorum copia ingens ubi 21. a  
 Parentem mortuus qui negant  
 eos precibus uiuorum inuari  
 494. a  
 Paratona proditor in abas & can-  
 patri

- Patriuni 326. filij ac filie ubi  
 389. b  
 Passorum multitudo 403. b  
 Passiva bona ubi 432. a  
 Passiva optima ubi 20. a  
 Passiva perpinquia 472. b  
 Passum accelerandi ratio 517. a  
 Patriarche Constantinopolitano  
 ubi patretur 479. b  
 Patris scelera punita in filio 439. a  
 Patientia servorum mira 501. a  
 Patii urbi 310. b  
 Paulus apostolus ubi natus 408. b  
 Paulus nolle Episcop. pro vidua  
 filio servus factus 464. a  
 Paucorum copia grandis ubi 5. a  
 Pax inobscia 522. b  
 Pax confirmata inter Iustinos &  
 reges Calicut & Canton  
 308. b  
 Peccata abluuntur balneis ubi  
 494. a  
 Peccato Carere qui se dicunt 395. a  
 Pecunia nulla ubi 485. b  
 Pecunia qui non utuntur 455. b  
 Pecunie nullus usus 472. a  
 Pecunie nullus usus 497. b  
 Pecora que regiones quar minime  
 ferant 21. a  
 Pecudum copia Tartaris  
 455. b  
 456. a  
 Pedes miles nulli usui ubi 496. a  
 Pegrim quid 404. a  
 Pelles delicatissime ubi 400. b  
 401. a. b  
 Felles nobiles unde 518. b  
 Felles pro tribu ubi pendunt  
 483. b  
 Pellium mardanon & scismorum  
 copia 473. a  
 Pellium variarum mercatura ubi  
 489. b  
 Peloponnesus capitur à Turcis  
 469. b  
 Venas vitandi novus mos 612. b  
 Penarie signa in Aegypto qualia  
 440. b  
 Pera Capta à Turcis 409. b  
 Perdicis ubi non inveniuntur 5. a  
 Peregrinum non ledunt Barbari  
 531. b  
 Pernix per quem conversi ad fi-  
 dem 483. b  
 Pernix Christum colere ceperunt  
 489. b  
 Pergulus fluvius 515. b  
 Perisurium, in commutatione sibi  
 plicitas 496. b  
 Persecutio Christianorum per uan-  
 dalos 464. a  
 Persecutio ingens Christianorum  
 416. a  
 Persia minor iocis parvit 417. a  
 Persia occupata Passioribus 412. a
- Perse proprium habent idioma  
 405. a  
 Persia subjugata ab Neolono 419. b  
 Persecutio Christianorum avari-  
 tati impedita 426. a. b  
 Persis imperium asie ablatum  
 409. a  
 Perjarum imperium quæ dia flora  
 ii 408. b  
 Peritici bellum gerentes 515. a  
 Periticia Agarenorum 431. a  
 Perisgalenses Hispanis vincula  
 incantati 535. a  
 Pesantes quarum Tartarorum Rex  
 quas terras subiugavit 469. a  
 Pesantes catenis aureis à Tartaris  
 ligatus 469. a  
 Pesantes Tartarorum rex capus  
 & quomodo abductus à Cham  
 458. a  
 Pestis remedium 517. a  
 Peta Tartarorum dux Poloniam  
 populatur 450. b  
 Petas insula valde siluestris & ne-  
 mrosa 389. b  
 Petra civitas 315. a  
 Petra deserti 320. a  
 Petra deserti 323. b  
 Petrus apostolus Aniberadi concio  
 natus 316. b  
 Petrus Sinitia 36. b  
 Petrus de Aluerado Tacuba præsi-  
 ditur 627. b  
 Petri apostoli patria ubi 319. a  
 Petri martyris laus 525. a  
 Petrus carbonero duci obdormire  
 rat 546. a  
 Petrus Alueradas 498. b  
 Petrus Aliares præfectus clas-  
 sis  
 46. a  
 Petri Alueradi temeritas 639. b  
 Peucini quales 514. b  
 Phasianorum copia 381. b  
 Phannel locus 319. b  
 Pharan solitudo 320. a  
 Phoenicia 314. b  
 Philistim saulis & filiorum cada-  
 vera in muris vicibus suspen-  
 dunt 521. b  
 Philautia cuius innata 507. a  
 Philosophantium schole 470. a  
 Philosophia neglecta ubi est  
 494. a  
 Phlebotomia iniustata ubi 395. a  
 Pietas parentum in liberis 466. a  
 Pietas in patriam 555. b  
 Pili ex penis auicem 47. b  
 Pini Romi ubi in silices vertuntur  
 475. a  
 Piper quibus mensibus colligitur  
 395. a  
 Piper ab Alexandria ad Christia-  
 nos unde 587. a  
 Piperis copia ubi 41. a 58. b 396. a
389. b  
 Piratae rapta ubi videntur 397. a  
 Piratarum multitudo & eorum  
 fraud. 396. a. b  
 Piramis beati rob ubi 319. a  
 Piscis capite equino 34. a  
 Pisces dentati 24. a  
 Pisces grandes qui homines occi-  
 dunt ubi 392. a 395. a  
 Pisces optimi multiq; ubi 390. b  
 395. a 397. a 400. a 405. b  
 Pisces diu conservandi ratio 495. a  
 Pisces nobiles 494. b  
 Pisces tribus anni mensibus capi-  
 untur 400. a  
 Pisces à magis Coniurati ne ledant  
 ubi & quam diu 392. a  
 Pisces miræ utilitatis in mari usi  
 312. b  
 Pisces marini in continentibus aluntur  
 571. b  
 Pisces montes scandunt ubi 484. a  
 Piscium varia genera in borussia  
 518. b  
 Piscium copia ingens ubi 43. a  
 30. a 48. b 40. a 440. a 473  
 556. a 678. a  
 Piscium delicatissimorum mira co-  
 pia 480. b  
 Piscium novum genus 526. a  
 Piscium ubertatis maximi ubi 4. a  
 Piscator sui auro pondere redens  
 lus 500. a  
 Piscina interior 326. b  
 Piscandi mira ratio 75. a  
 Piscina probatica 326. b  
 Piscosi valde stulti 456. b  
 Piscinarum Ierusalem delecta-  
 tio 326. b  
 Pix è montibus petita 604. a  
 Pixides quid sunt 540. a  
 Pluvia non cadit in Aegypto 440. b  
 Pix ubi colligitur 386. b  
 Plumæ compissimæ 547. a  
 Plumæ Bubonis gestare honorisfi-  
 cum ubi 414. b  
 Plumis mira confessio 571. a  
 Pluvia feruens ubi & quando  
 27. b  
 Pluvia nisi tribus anni mensibus  
 ubi non uisitur 393. b 399. b  
 404. a  
 Pluvie quibus in regionibus quæ  
 to tempore non descendunt 19. b  
 Pleiscouia civitas quibus moribus  
 & lingua 479. a  
 Pliny testimonium de dentibus ele-  
 phantis 33. a. b  
 Podolia à Tartaris eversa 450. b  
 Parna citio à dy. immisa 426. b  
 427. a  
 Polosi populi qui & quomodo  
 nuper diti 449. a  
 Polonia maior à quo primum habi-  
 ta 61. a





I N D E X.

Quintabitor	508.b	Religio Tartarorum qualis	455.4	Religio darissima pro honore idolorum	395.4	Religio nigra induti	509.4	Religiosorum duo genera in moribus	493.b	Religionem ingredi nomen mutant ubi	423.b	Reliquia esse ciralli essa & melius diu nolebant	457.4	Remerit ciuitas ab Antile expugnata	405.b	Remiges utelocissimi	32.4	Remigia unde fabricentur & quomodo	32.4	Renfensia terra Rusie acerrime usitata a Tartari	450.4	Reo regere crimen ubi non licet	436.b	Reposera oppidum	2.b	Rerum abundantia in Patmonia	466.b	Resna ex Cerasis	516.4	Respal. negai uentetorum similit	426.b	Resnae provincia Aegypti & qualis	440.4	Reuberbari copia ubi	58.b	Reupontici copia	473.4	Reupontici copia	473.4	Rex nouus noua fides	419.b	Rex Calchui	52.b	Rex Mica fugatur	378.4	Rex Portugallie quatum regionum in India dominus	46.4	Rex Achilou	49.4	Rex celan quomodo coronatur	404.b	Rex quando colendus	532.4	Rex Canonor moritur	307.b	Rex nadus ubi incedit	392.b	Rex Farsangulus	31.4	Rex Calchui mouet bellum Cbri stianis	307.b	Rex sacerdos quibus	499.4	Rhodae latosse locis apte	400.4	Rhenus fluius ex Alpibus	490.b	Rhenus fl.	2.b	Rheubarbari copie ingens ubi	384.4	Rhodanus fluius ex Alpibus	490.b	Rbondes ubi	400.b	Ricca uilla	508.4	Riga ciuitas magni magistri Liao nioi m n	491.b	Riga ciuitas	479.b	Rippeos montes incolentes quomodo lingua uantur	514.b	Riso & lacte ubi uincitur	391.b	Risti ingens copia ubi	385.4	Robusti admiraculum	398.4	Rhodus insula a Saracenis depredata	409.4	Rodoricus figueros sedandi tu	576.4	Robais ciuitas	407.4	Robais ciuitas Mesopotamiae	420.b	Romani Casti a Saracenis	409.4	Romanorum monarchiam qui primum reuicere	408.b	Rom. pontifex uide papa	464.4	Roma spolata a uandalis	464.4	Romani Casti a Iburis	405.b	Romani pontificis apud Indos nomina	43.b	Romani oppugnant & expugnant urbem Iordan	327.4	Romane ecclesie auctoritas ubi regitur	495.4	Romane ciuitas libanum	479.b	Romanam ecclesiam qui sequuntur in libuania	479.b	Ror aut pluuia nam descendat in montes Gelboe	322.4	Rosomaka animal uoracissimum & inutile	480.b	Rosmatorum regnum	396.b	Rosloc a quibus primum habitatur	405.4	Roxolani ubi habitauerunt	488.b	Rubinus qui insigni ciuitate non potuit emi	392.4	Rubinorum copia ubi	391.b	Rubini excellentissimi & mirissimi	391.b	Rubri maris angustie ubi	51.b	Rubrum mare non idem quod mare persicum	51.b	Ruc aut mirabilis	397.b	Ruchenii populi ubi	401.b	Ruchenii Tartarorum regi tribuitur	401.b	Ruchenii Christiani ritum graece ecclesie sequuntur	401.b	Russia olim Roxolania ubi iua	472.4	Russia tota a Tartariis possessanda	450.b	Russia quot habet episcopatus	473.4	Russie ducum nomina	449.b	Russie nomen unde	488.b	Ruteni ubi habitabant	472.b	Ruteni quos theologos probent legitur	474.4	Ruteni gentium turis uiolati pernat dedere	449.b	Rutenorum misera clades	449.b	Rutenorum duces capti a Tartariis	449.b	Rutenorum uarie lingua literata diuis & fides	475.b	Rutenis quibusdam praesentibus nobis les poloni	472.b	Ryphci montes ubi	448.b	Ryphai	
-------------	-------	---------------------------	-------	---------------------------------------	-------	----------------------	-------	------------------------------------	-------	-------------------------------------	-------	--	-------	-------------------------------------	-------	----------------------	------	------------------------------------	------	--	-------	---------------------------------	-------	------------------	-----	------------------------------	-------	------------------	-------	----------------------------------	-------	-----------------------------------	-------	----------------------	------	------------------	-------	------------------	-------	----------------------	-------	-------------	------	------------------	-------	--	------	-------------	------	-----------------------------	-------	---------------------	-------	---------------------	-------	-----------------------	-------	-----------------	------	---------------------------------------	-------	---------------------	-------	---------------------------	-------	--------------------------	-------	------------	-----	------------------------------	-------	----------------------------	-------	-------------	-------	-------------	-------	---	-------	--------------	-------	---	-------	---------------------------	-------	------------------------	-------	---------------------	-------	-------------------------------------	-------	-------------------------------	-------	----------------	-------	-----------------------------	-------	--------------------------	-------	--	-------	-------------------------	-------	-------------------------	-------	-----------------------	-------	-------------------------------------	------	---	-------	--	-------	------------------------	-------	---	-------	---	-------	--	-------	-------------------	-------	----------------------------------	-------	---------------------------	-------	---	-------	---------------------	-------	------------------------------------	-------	--------------------------	------	---	------	-------------------	-------	---------------------	-------	------------------------------------	-------	---	-------	-------------------------------	-------	-------------------------------------	-------	-------------------------------	-------	---------------------	-------	-------------------	-------	-----------------------	-------	---------------------------------------	-------	--	-------	-------------------------	-------	-----------------------------------	-------	---	-------	---	-------	-------------------	-------	--------	--





I N D E X

Sarmatiam mores	314.4	Ser montium princeps Affasico-	
Sarmacanda urbs præclara		rum dicitur	419. b
488.4		Seyfrath aures ubi & quales	435. b
Sarmatia Asiatice quando à Tar-		Siachmet cban maria fortuna usus	
tariæ occupata	459. b	458. b	
Sarmatia peninsula	515. b	Sianfu ciuitas	382. h
Sara mons	7. b	Sichem ciuitas que hodie Niapo-	
Saron castellum	318.4	li	322. b
Saron mons	315. b	Sichem locus	322. b
Sarfac terra	439. b	Sichimilco incendio confagravit	
Sarthen emporium est unum de ma-		614.4	
ioribus mundi	387.4	Sichimilco offerri se Casari	634.4
Saturius qualia operatur	460.4	Sichimilca ciuitas	622. b
Saturni dice genialis	493. b	Sicilie & Medera collatio	5.4
Saul à philistæis obtruncatus		Sicurga dux supplex hispanis	546. b
321. b		Sidon ciuitas ubi & à quo condita	316. b
Saul rex primus in Israel ubi na-		Sidonensis ciuitas capta	422.4
tus	323.4	Sinebimaleum prouincia Dominio	
Saxones sudinoz armis petere		Mutezome parens	541.4
517. b		Sigmundus Starodup labianze	
Sayt prouincia Aegypti	440.4	dux	477. h
Seacorum fratilli in usu	509. b	Sigmundus Trauen dux czerronica	
Seamza que appellent nauis		tuum qua fuit Sigmundum de	
13.4		Starodup occidit	477. b
Scandia & Scandinauia	464. b	Sigmundus Polonia rex iuda	
Sciabæ potentes	488.4	moscor	486.4
Scisma inter Tartaros de rege eli-		Silentium nemini nocuit	447. h
gendo	421. b	Siliginem qua regiones cur mini-	
Schismate suorum Baydo Can de-		me serant	19. b
serius	427. b	Silo ciuitas que & Rama	324. b
Schimorum copia	480. b	Silobæ fons	325. h
Sclauz qui appellet uulgar 25.4		Siloli insula	531.4
Sclauz unde orti	461. b	Silustres homines ubi	485. b
Sclauz & Laucez solum infra illi		Simia hominibus simillima ubi	
cetera nudi bella gerunt 393. b		390.4	
Schyte hodie Tartari dicuntur		Simia bonuonices ubi credita	
487. b		390. b	
Sculptores optimi	566. b	Simiarum copia ubi	390.4
Sculle pulchre ubi fiant 387.4		Simibaldus Armenia regis frater	
Sculptores insignes	509.4	437. b	
Scutellis qui non utuntur	395.4	Simon Machabæus ubi à quo per	
Scyopodes signentium	524. b	insidias captus	323.4
Schyria seuor semper produxit		Simonis Martini clastic præsedil	
ferosk	460.4	insignis fortitudo	306.4
Schyrite signentium	524. b	Simpliciter decipere facile	557. b
Schyria hodie Sarmatia Asiatice		Simplicitatis exemplum	489. b
dista	459. b	Sinai mons	51. b
Schyren ciuitas	322.4	Singui ciuitas	579. b
Sede innumere in uno regno		Sine populi quales	525. b
402. b		Singimutu ciuitas	580. b
Secunda res insatuat	502.4	Sinugui quid	584.4
Secundus cortisium inuisit 589. b		Singui ciuitas	585. b
Securis ferrea quantum uendita in		Sinus sandæ Annæ	35.4. b
moschonia	492. b	Sinus Argynus	39. b
Sedes episcopalis	316.4	Sinus Belgice	37.4
Sedes incerta hominibus ubi		Sinuar Mesopotamia mons	407.4
485.4		Sin. Persicus	43. b
Segor ciuitas	324. b	Sintegal insidias struit hispanis	
Segor oppidum	324.4	545.4	
Selan insula rex nulli tributari-		Sion mons	325. b
us	391. b	Sinopolis ciuitas	320. b
Sellan insule ambitus	391. b	Sclau quorum gentium ambiores	
Ser mons	320.4	crant	
Ser mons	319. b		
Ser mons	317. b		
Selucia antiqua ciuitas	407. b		
Selan insula	530.4		
Selman armeniam depre datur &			
taurinum	488.4		
Sem prouincia	408. b		
Semi filius iemini maledicti Da-			
uidi	325.4		
Semenab regnum	396. b		
Senderba regnat in Var	392.4		
Senega flus	32. b		
& eius latitudo	13.4		
Senega fluminis atcola & regio			
nir diuersa natura	15.4		
Senega regis uiuendi consuetudo			
14.4			
Senes prænatio senio se mergentes			
448.4			
Seon regnum	315.4		
Septentrio ubi à quibus uidetur			
38.4			
Septentrio ubi à Lusitanis usus			
35. b			
Septentrio ubi uidetur à nauis			
313.4			
Septem Castris	467.4		
Sepeleudi in moschouia riuus			
494.4			
Sepeb ciuitas	318.4 320. b		
Sepeb ciuitas	320. b		
Sephorum oppidum & castrum			
320. b			
Seppulchrum regis Mien ubi &			
quale	578. b		
Seppulchra non uiolenda	579.4		
Seppulchri Christi à paganis eripi-			
endi causa bellum gerendum			
427.4 429.4 418. b			
Serici cop.	386. b		
Sericum perquam elegans	49.4		
Serici copia ingens ubi	52.4		
Serice uestis copia	488. b		
Sermatie Europæe regiones			
449.4			
Serpentis pro dxi culti	515.4		
Serpentes quidam quomodo sibi			
casas construant	20. b		
Serpentium magnorum copia ubi			
394. b 404. b			
Serpentium innoxiorum & noxio-			
rum ubi ingens copia	20.4. b		
Serranus Hispanorum dux ab eis			
turpiet desertus	531. b		
Seruus spe imperij cum dominum			
occidisset suis casus inter-			
rupti	439. b		
Seruus ut peccata ubi nãdantur			
481.4			
Seruus maior in pretio quam do-			
mini ubi	487.4		
Seruorum rara fides	438. b		
459.4. b			
Seruientem armis barbari propul-			
sant	546. b		









I N D E X

Temixitan cinium feritudo .  
 641. a  
 Temixitan capia 656. b  
 Temixitan petria ab Hispanis .  
 650. b  
 Temixitan cinium fabulosa origo  
 556. b 569. b 567. b  
 Temixitan incendi cepte ab His-  
 panis 656. a  
 Temixitan rebellat 481. a  
 Temir Crax 5. Cham quomodo in-  
 terit 458. a  
 Temir cultu Cam pefaitem Turco-  
 rum regem capium catenis li-  
 get 469. a  
 Temir Cutila 4. Cham quid senat .  
 458. a  
 Temixitan solo equata 599. b  
 Tepeaca defecit ab Hispanis 602. a  
 Tempell 312. b  
 Thebodesa famosa Taurica insule  
 urbi à Turcis capia 461. a  
 469. b 471. a  
 Tempelias quatuor neque absor-  
 bet 48. a  
 Tempelias in mari 29. a  
 Tempelias in mari 46. b  
 Tempelack castrum Aegyptiaco  
 Soldano restitutum 425. b  
 Tempia Saraccorum diruantur .  
 420. b  
 Tempia orata 507. b  
 Tempia Christianorum diruantur  
 apud Tartaros 425. b  
 Tempia Christianorum restaurata  
 427. a  
 Tempis Hierosolymitani area de-  
 scribitur 326. b  
 Templum quod ingredi nequit a-  
 pud Calebit 45. a  
 Templorum apud Indos descrip-  
 tio 40. b  
 Tempia auro ornatisima in Rus-  
 sia ante Tartarorum aduentum  
 450. a  
 Teneriffa insula 7. b  
 Tenerosus locus in Georgia ubi  
 cruciantur impij 406. b  
 Tenatica ciuitas 616. a  
 Tenebrarum regio 401. a  
 Tenex provincia 624. a  
 Tenoplice urbis situs 525. a  
 Tenis provincia 561. b  
 Tentoris habitantes Armentarij .  
 412. a  
 Terra vtracissima 52. b  
 Terra feracissima 19. b  
 Terra sancte descriptio 514. a  
 Terra cubantes quidam dormiat .  
 395. a  
 Terra et à rege et ab alijs ubi  
 sedetur ac quare 395. b  
 Testudinum et Vitulinae carnis  
 Collatio 38. b. et inde

Testudines mira magnitudinis .  
 38. b  
 Tetrao auis delicatissima 494. b  
 Tetrius Rom. dux à Iburis fugat-  
 us 465. b  
 Teuthonicorum fratrum ordinis  
 militaris oras 525. a  
 Teutipil domus 615. a  
 Teutonies in Vindelicorum loca in-  
 dudi 463. a  
 Tepeaca provincia subdit se Casa  
 ri 591. a  
 Teynakan castrum 541. a  
 Termoluca colonia 605. a  
 Tabor mons 319. a. b  
 Tharante insula 535. a 534. a  
 Thracia à Turcis gratis dolo ere-  
 pta 469. a  
 Thraciam Gothi occupauerunt . 461  
 a. 460. b  
 Thebes oppidum 522. b  
 Theodori rex Asstrorum peritius .  
 535. b  
 Theologi sophistici reuincuntur ubi  
 493. a  
 Thelebuga Tartarorum dux  
 455. a  
 Theodori insula 535. a  
 Theodoricus Gothorum rex con-  
 tra Iburis occubuit 465. b  
 Theodoricus Italiae imperat 461. a  
 Theodoricus Gothorum Rex in  
 Italiam à Constantinopolitano  
 imperatore missus 461. a  
 Theban ciuitas 319. b  
 Theba 325. a  
 Theba ciuitas 322. b  
 Thebalonica urbs destruita 469. b  
 Theolomus filius Abochi insulatus  
 335. a  
 Theoren castrum 319. a  
 Theoma apostoli corpus ubi 392. b  
 Thomas apostolus Anariam dicitur  
 394. a  
 Thomas apostolus professionem  
 templi sui uluaret 394. a  
 Thomas apostolus ubi praedicauit  
 398. b 404. b  
 Thomas paleologus à Turcis grae-  
 cia pulsus 495. b  
 Thomas Apostolus ubi occisus .  
 392. b 394. a 398. b  
 Tholoman provincia 579. b  
 Thuris copia ubi 58. b  
 Thuris copia ubi 52. a  
 Thuris copia ubi 42. a  
 Thuris albi ac optimi copia 450. a  
 Tibiarum Cantus quibus gentibus  
 pro miraculo 35. a  
 Tigris fl. 314. b  
 Tiguris pellibus tecta 527. a  
 Tita fluuius qua fuit 455. a  
 Tiuonius oblatum regnum recusat  
 424. b

Tizalo castrum inexpugnabile .  
 419. b  
 Timali suspiciosi 593. a. b  
 Timolores egyptij 565. b  
 Timolores optimi 497. b  
 Tinctorum gena ubi abundantis  
 473. a  
 Tingui ciuitas ubi 382. a  
 Tirinen. frater regis Cypri 430. b  
 Tirk flumens qualis et unde fuit .  
 457. a  
 Tironi fortitudo militaris 425. a  
 Tobia patria ubi 319. a  
 Tona quid 507. b  
 Tontrua adorata ubi 520. b  
 Tonlia rex unde 490. a  
 Topeslorum copia ubi 391. b  
 Topeslorum copia ubi 58. b  
 Tochay rex unius ex posteris bayr-  
 do Tartari 417. b  
 Tormentorum nosstrorum reboas  
 tus pro miraculo Nigrius. 22. b  
 Traconitidis regio qua et quor-  
 usque sese exciendat 319. a  
 Traconitidis regio 315. a  
 Traulaciorum uis 517. a  
 Trapezontij imperator 469. a  
 Trapezonda ciuitas 407. b  
 Tribuli uasati à Turris  
 dit imperator 565. b  
 Tribulus grauius Tartari resiliunt  
 suo Chama 422. b  
 Tripolis ciuitas 314. b  
 Tripolis ciuitas ubi 316. b  
 Tripolitana ciuitas obfusa et ca-  
 pta 439. b  
 Tripolim qua gentes inhabitant .  
 316. b  
 Triflanstra praefidus 4. b  
 Triflanus desideratur ubi . 390. b  
 591. a  
 Triticum qua regiones quae mini-  
 ne ferant 19. b  
 Triflanus à Canea praefidus  
 classis castellanorum 308. a  
 et 310. a  
 Troglodita qui 524. b  
 Turquia subingata à Tartaris .  
 416. b  
 Troki ciuitas tributaria 479. b  
 Trobrium ex Caesorum opibus .  
 496. a  
 Trauama unde dida 462. b  
 Tuberon p. sic uorax 459. a  
 Tucheibei provincia 562. a  
 Tuchmore regio 15. b  
 Tunatum ciuitas 7. b  
 Turetem 12. a  
 Tiumi. genus piscium ubi 400. a  
 Tuncini ciuitas ubi 8. b  
 Turcinanni qui à Lusitanis appel-  
 lantur 25. a  
 Turca qui uocatur 403. b  
 Turca

- Turcoman erigo  $\text{C}^{\circ}$  vet g $\text{f}$ la. 458.b  
 469.a-b 470.a  
 Tuebinetia dominus Quacacal  
 ce Cafari sua offerri 503.b  
 Turci ciuitas lignea 481.b  
 Turci debellati exercitum Tartarorum 416.a  
 Turci enca tormento conflare dicitur à iudeis 493.a  
 Turci in imperatoris Tartaris obtrudant 469.b  
 Turci à Tartaris orti  $\text{C}^{\circ}$  moribus eis similes 469.a  
 Turquia sabugata à Soliman 411.b  
 Turquia fructuosa 407.b  
 Turquia olim dicta Grecia  $\text{C}^{\circ}$  quare 407.b  
 Turquiniani sunt premisus magis feci Saraceni 410.b  
 Turquiniani cetera Saraceni per se auxiliati 409.b  
 Turquiniani occisus 438.b  
 Turquinianus à Cumanis feruis  $\text{C}^{\circ}$  proprio profectus 438.b  
 Turquiniani montibus nuntii 438.a  
 Turquiniani discordes pelluntur ex Asia regno 412.a  
 Turquia Soldanus à Tartaris debellat 412.a  
 Turquia prouincia quot 408.b  
 Turquini inquam Saraceni imponunt 411.a  
 Turquesa totius pariet 417.a  
 Turris Nebulosa 326.a  
 Turris David 325.b  
 Tuscia pars Italiae 314.b  
 Tutores regi impuberi dati ubi 439.b  
 Tuxetique Hispani rebellat 626.a  
 Tyberias ciuitas 320.b  
 Tyrannus in subditos 18.b  
 Tyrum ciuitatem quis inflaurarit. 314.b  
 Tyris fluitans 472.b  
 Tyris ciuitas 314.b  
 Tyris urbs ubi  $\text{C}^{\circ}$  à quo condita 315.b
- V.
- Vates villi precio emptæ. 311.b  
 Vapianant Tartari 455.a  
 Valachia uasata à Turcis 469.b  
 Valonia regio 314.b  
 Valonia episcopatus cuius quo urbs latus 317.a  
 Valdania darsa fors  $\text{C}^{\circ}$  immolatio 504.b  
 Vallam fluuius unde fuit. 448.b  
 Valentiniani imperatoris uxor cum filiabus abducta à Vandalis 464.a  
 Vallis feris ubi 319.a  
 Vallis Iosephat qua in parte Iherusalem cingitur 327.a  
 Vallis illustris 322.a  
 Vallis sylvestrus 324.b  
 Vallis Iosaphat 326.b  
 Vallis Achor 323.b  
 Vandalia que regio 461.b  
 Vandali unde oriundi 461.b  
 Vandali uagi à constantinomagno panonias accipiunt 460.b  
 Vandalarum regum catalogus. 464.a  
 Vandali Europam  $\text{C}^{\circ}$  Africam diuisant 463.b  
 Varnensiu lacus 469.b  
 Varmienis unde dicti 521.a  
 Varni unde 514.b  
 Vandalarum regum in Aperia destruitum 464.a  
 Vandali fluius bodie uisus unde dicitur 461.b  
 Vanitas humana 507.a  
 Variolarum morbus 603.b  
 Vasa arca ubi magni estimantur 45.a  
 Vasulo Moscouia dux 477.b  
 Vesulo iniquus in plebsione ciuitate 479.a (39.b)  
 Vesulo de Chimam prædixit clausus 486.b  
 Vesular morie datus 501.a  
 Vata cum ecclesia cathedrali inspecta à Tartaris 453.a  
 Ver regnum non alit equos  $\text{C}^{\circ}$  quare 395.b  
 Veritatem quomodo præsentant Aegyptij 440.b  
 Vchulburco desciuit ab Hispanis 632.b  
 Vchulburco ciuitas 614.b  
 Vestigal media pars mercium ubi 387.a  
 Veluum ubi fuit 40.b  
 Venari plebi non licet ubi 490.b  
 Venatio multa ubi 474.b  
 Ventelauis bobemie rex obscurus à Tartaris 453.a  
 Vendelici quas partes Germanie tenebre 465.a  
 Veneno potatus Aegypti Soldanus est 424.b  $\text{C}^{\circ}$  Chan 435.b  
 Venus unus tota astate spirat. 389.a  
 Venetia qua occasione condita. 466.b  
 Venonum presentaneum 20.b  
 Venetorum in cognoscendis arotibus solertia 54  
 Veneni remediunt 517.a  
 Venery nimium ubi 395.b  
 Venus unus tota bieme ubi spirat. 389.a  
 Veneti Germanis cuius discipulis 514.a  
 Veneti sexdecim annis Turcis resisterunt 469.b  
 Veneti Iasi à Turcis 470.a  
 Veneno in darsa arma 20.b  
 Veris quid 458.b  
 Venetium nouum genus 460.a  
 Veritatem quomodo extorquent Moscouia 494.b  
 Vere crucis ciuitas à Cortijo descripta 576.b  
 Veronica que Roma iussus unde est 407.a  
 Vestis Talaris in usu 496.a  
 Vestes Cottoninae unde  $\text{C}^{\circ}$  quibus in usu 12.b  
 Vespertilionis mira magnitudinis 54.a  
 Vere crucis ciuitas à quo condita est 537.b  
 Vgolini ubi 489.b  
 Via arboribus castis occlusa. 606.a  
 Via ab Asia profunda ad meiorum 435.a  
 Vias qui non habent 455.b  
 Viabæ incolæ qua lingua Ereligione uentur 483.a  
 Vincij error de Vandalis sententia  $\text{C}^{\circ}$  Burgundis 464.b  
 Vicinos spoliar Tartaris diuina putatur 455.b 458.b  
 Vicinos spoliant mores depomus barbari 520.b  
 Vilius largus 498.a  
 Victoria cruenta 452.a  
 Victoria ciuitas 505.b  
 Vilius oppidum communis ubi 494.b  
 Viduani Alani de eligendo rege prudentes consilium 519.b  
 Viduati filij certant de imperio 520.b  
 Vie inuenienda de nocte ratio. 401.b  
 Vilna Lithuanorum dux 474.b  
 Vilna ciuitas qualis 478.a  
 Vilna uel Villa Lithuanie finitur 474.b  
 Vilna Lithuanie caput 491.b  
 Vilna ecclesia cathedralis à quo extruda 475.b  
 Vilno oppidum à quo conditur. 474.b  
 Vincij uisoria fabulosa 454.b  
 Vincennus Logus præfatus clausus 56  
 Vindicta de Isera sed certa 466.b  
 Vinorum copia ubi 390.b  
 400-403.a  
 Vindelici à quibus ad fidem additi 463.a  
 Vineæ Maluatae 54  
 Vinetaria Medere præstantia 54  
 Vineæ









TYPIC COSMOGRAPHICAL TABLE



... ..

... ..

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

P  
x  
ri  
ti  
cip  
pa  
cie  
do  
ro  
ro  
ric  
id  
cta  
plu  
Ba  
nel  
tas



TYPUS COSMOGRAPHICI ET DECLARATIO ET VSVS, PER SEBASTIANVM MÜNSTERVM.



**N**on ignoramus, optime lector, quisquis es qui istud Historicum atque Cosmographicum opus in manus sumpturus es atque lecturus, si destituaris Cosmographia mediocri peritia, te hinc non tantum capessurum uoluptatis & reportaturum lucri, ac si tettenar molis sectiones & habitatas partes, regna, prouincias, insulas atque earum habitudines & situs memoriae commendatos habueris, aut saltem in tabula regiones depictas iugiter inspexeris. Sic enim licebit quodammodo comitem adesse singularum per mare nauigationum atque per atidam peregrinationum, & spectatorem omnium illarum mirabilium rerum, quas hi scriptores, quos in hoc uolumine coegimus, commemorant. Consultum propterea uisum fuit, huic tam insigni uolumini, & quale orbis hucusque de extremis mundi habitacionibus uix uidit, adijcere uniuersalem orbis descriptionem, quae exprimeret & ob oculos poneret totius terrae situm & dispositionem, maris amplissima spatia & uarios sinus, montium quorundam & flouiorum insignium tractus, & quicquid demum pro terrae generali cognitione utile & necessarium uisum fuit. Non licuit quidem singularium, particularium regionum, & quarumlibet insularum indicare situm, quum tabulae angustia id minime pateretur, nec id etiam instituerimus. Verum quum Aloysius Cadamustus, Christophorus Columbus, & Albericus Vesputius nauigationes describant, traiectas ab Europa in longinquissimas orbis partes, puta ad Nigritas, extremos Aphros, Arabes, Calchutios & Indianas insulas, Ludouicus uero Vartmannus patritius Romanus, & Marcus Paulus Venetus peregrinationes texant, & itinera describant ad ultimos usque extensa Indos, tam ad meridiem quam ad septentrionem expositos: sat esse duximus, si simpliciori lectori obiter indicauerimus, quem mundi locum haec uel illa praecipua occupet regio, & quo pelago, qua plaga, quoque itinere ad eam pateat accessus. Et certe si uel id ex hac orbis descriptione didiceris, ut faciem eius & situm in genere memoria teneas, hoc est, ut scias quomodo terra ipsa mari mediterraneo interluitur, & hoc ipso Africa ab Europa seiungitur: Tanai fluuio Europa ab Asia determinetur, mari uero Rubro Africa ab Asia fecernatur, terram non usque adeo ad meridiem expositam quin nauibus circumiri possit, a septentrione uero id minime fieri posse, quum terra ipsa fere ad polum arcticum portecta pateat, habeatque suos indigenas: item ob uarias maris irruptiones plurimos emersos sinus, ut est sinus Adriaticus, Arabicus, Persicus, Barbaricus, Gangeticus &c. multas enatas insulas, peninsulas, cherothesos, isthmos & id genus alias quamplures & uarias terrae facies & figuras, abunde satis didicisti, & quo in historicis legendis & intelligendis

TABVLÆ COSMOGRAPHICÆ

plurimum te iuuare poteris. Alioquin si hac generali Cosmographiæ portione destitutus fueris, quid quaeso cogitabis, si quandoque audieris uel legeris, à Germania inferiori & ab Anglia ad partes Syriae naues transfretare, praesertim quum Anglia septentrionem uersus in oceano sit sita: Palestina uero in oriente terminus sit maris mediterranei aut per ungariam & Bulgariam, & tandem traiecto bosphoto, mari scilicet angustissimo, per Asiam minorem terrestre iter patere ad terram promissionis, etiam si quibusdam mare Euxinum & propontis inter sint. Quid praeterea apud te cogitabis, si quandoque legeris Venetos per sinum Adriaticum, & per mare mediterraneum atque Rubrum itinere compendiosissimo Calechut petere, Lusitanos uero per altum mare totam Africam circuire, & traiecto sinu Indico, ad Calechut usque peruenire? Hac & similia tibi forsitan apparent situ difficilia, praesertim quod itinera illa non sis emensus, & tamen sunt homini qui in Cosmographia uel mediocriter est doctus, competissima, etiam si nunquam illas adiit regiones, aut extra patriam suam nunquam mouit pedem. Nam hoc primum & praecipuum Cosmographiæ est studium, ut sciamus totius orbis & singularum eius partium situm, formam & habitudinem. Ex his enim facile licebit cognoscere, quæ mediæ regiones sint peragrandæ, si ab una prouincia ad aliam longe ab illa distitam sit eundem, aut quo mari, quibusque fluuijs illuc ueniri possit: denique quanto itineris interuallo inter se duæ certæ distent prouinciæ aut ciuitates, siue una ad Aquilonem, & alia ad Austrum sit exposita, siue una Occidentem, & alia teneat Orientem.

ORBIS FIGVRA

Conuenit inter omnes doctos molem terræ sphaericæ esse figuram, atque totius mundi occupare centrum, hoc est, centrum terræ totius machinæ esse centrum. Quo fit ut Hispani & Indi sint antipodes: dissident enim medio circulo. Vnde omnes homines in terra sua rectos cum hac sphaera constituunt angulos. Et potest esse, ut nobis Germanis ex tam multis Indianis insulis etiam aliqui habitatores sine antipodes, infra in opposito hemisphaerio a uersis respectu hemisphaerij nostri degentes capitibus, medio circulo, hoc est, mille septingentis decem & octo miliaribus germanicis à nobis distent. Tanta enim est terræ diameter & crassitudo, quandoquidem ambitus eius continere deprehenditur quinque millia & quadringenta miliaria Germanica, respondentibus unigradi (qui in circuitu terræ ut in caelo numerantur trecenti sexaginta) quindecim miliaribus communibus. Commune miliare uoco spatium terræ quod mediocri gressu duabus horis confici potest. Vnde aduertere licet, etiam latissimos & altissimos montes qui in orbe reperiri possunt, terræ rotunditati minime obstare, quum nullus ferè sint momenti ad tantam terræ molem. Patet etiam si terra undique à mari esset segregata, & solo aëre circumscripta, posset



posset ab homine circui in mille & octoginta diebus, hoc est, ferè in tri-  
 bus annis, si cotidie iter quinque miliarium conficeret: sed quum mari  
 sit immersa et minima eius pars enatet, iam id non licet. Patet quidem  
 homini iter pedestre ab Hispania per Galliam, Germaniam, Vngar-  
 riam, Græciam, Syriam, Babyloniam, Persiam, & cætera, usque ad  
 extremas Indiæ partes: sed ulterius naui filum huius itineris petfici-  
 endum est, quousque per oppositum Hemispherium per tam varias  
 scilicet Indianas insulas tandem circulo completo, ad Hispaniæ litora  
 perueniatur. Quando igitur mappam seu terræ descriptionem intue-  
 ris, non imaginaberis superficiem terræ esse sic planam, ut in tabula est  
 proiecta: sed duas eius extremitates recuruata tabula in sphaeræ figu-  
 ram, cogitabis esse connexas: ut qui est in Zipangri insula, quam ui-  
 des longe ultra Hispaniam in alto mari expositam, simul sit circa extre-  
 mas Indiæ oras, id quod uel ex ipso numero longitudinis, quem cir-  
 ca æquatorem descriptum uides, colligere poteris. Nam ut extremus  
 meridianus circulus Indianus habet  $cclx$ . ita meridianus qui Zi-  
 pangri insulam ab occidente circumscribit, habet  $cclx$ . quum sint  
 unus & idem circulus, & mox sequens meridianus habet  $cclxx$ .  
 Et quoniam in hunc numerum incidimus, obiter indicabimus qui  
 præferat. Solent mathematici terram sicut & cælum duplici metri-  
 a, secundum longum & latum. Latitudo attenditur à polo in polum  
 seu potius ab æquatore ad utrunque polum. Et nos hunc latitudini  
 numerum signauimus in utraque tabulæ extremitate tam ad dextram  
 quam ad sinistram, numeris ab æquatore incipientibus & per decem  
 discretis. Longitudo uero numeratur ab occidente in orientem, cuius  
 initium Ptolemæus constituit in ultimis finibus Hispaniæ & Mauri-  
 taniæ. Et quanto regio uel ciuitas aliqua longius ab hoc initio & meri-  
 diano circulo uersus orientem distat, tanto maiorem dicitur habere lon-  
 gitudinem. ut Calechut habet in longitudine circiter centum & quin-  
 que gradus, qui per quindecim multiplicati, ostendunt Calechut  
 $m. d. lxxv.$  miliaribus Germanicis à primo distare meridiano, si  
 gradus acceperis æquatoris, hoc est, si gradus longitudinis numeres in  
 parallelo Calechut, qui parum differt à parallelo æquatoris. Numerus  
 igitur ille uersus orientem extensus, continuo crescit donec tandem com-  
 plecto terræ circulo ad primum recurat meridianum. Nam ubi primus  
 longitudinis gradus incipit, ibi finem habet  $cclxx$ . gradus.

## TERRÆ DIVISIO.

**P**Ræter zonatum ac climatatum diuisionem, unde dierum noctiumque  
 potissimum colliguntur longitudines & contractiones, uetustiores  
 Geographi terræ molem seu habitabilem superficiem in tres diuiserunt  
 partes, nempe in Europam, Africam & Asiam, quæ in sua uastissima  
 excursionè Indiam quoque ipsam complectitur, etiam si bona orbis  
 pars illis nondum esset cognita. Nam multæ regiones orientales ultra  
 $cclxx$ . meridianum (ad quem Ptolemæus sua exploratione perue-  
 nit)

nit) sic ueteres latuerunt, nisi forsitan per Alexandrum Magnū, qui Ori-  
 rientem aperuit, non nihil de extrema India occidentalibus innotuerit.  
 At hodie qualis illorum regionū sit facies, & quanta maiestate magnus  
 Cham, Tartarorum scilicet Imperator, illis terris praesideat, Paulus Ve-  
 netus & Haytonus edocent. Sic si ad Austrum spectes, magna pars ter-  
 rae nostra tempestate explorata est, aut saltē circumnavigata, quam Pto-  
 lemaeus ut incognitam reliquit: ab Hispanis uero quum in orientem na-  
 uigio contendunt, obambulat & circuitur, ut paulo post differemus.  
 Quin & in oceano occidentali ferē nouus orbis nostris tēporibus ab Al-  
 berico Vesputio & Christophoro Columbo, multisq; alijs insignibus  
 uiris inuentus est, qui non abs re quarta orbis pars nunc pari potest, ut  
 iam terra non sit tripartita, sed quadripartita, quum haec Indianae insulae  
 sua magnitudine Europam excedat, praesertim ea quā ab Americo pri-  
 mo inuentore Americam uocāt. Europa terminos habet ab oriente Ta-  
 naim fluuium, Meotides paludes quae eum fluuiū recipiunt, & pontum:  
 A meridie mare mediterraneum, quod apud Gades primum angustū,  
 nec amplius decem millibus passuum patēs, terras aperit atq; intrat: sed  
 illico latissime diffunditur, & in orientē ad Syriam usq; extenditur, insu-  
 las magnas & paruas sine numero efficiēs: id quod tibi typus noster pro  
 sua mediocritate satis ostēdit. Intuere igitur eū diligenter. Porro ab occi-  
 dente habet ab Europa terminū oceanum magnum, & à septentrione  
 oceanum Britannicum. Oritur Tanais non à montibus, ut antiqui sen-  
 serunt, quum ducētorum milliariūrum spatio citra Moscouiam, in qua  
 Tanais fontes uisuntur, nulli montes inueniantur, sed latissimi ibi sunt  
 campi, & multae paludes. De hac re late differunt in hoc uolumine Ma-  
 thias à Michou, & Paulus Louius. Insigniores regiones Europae sunt Hi-  
 spania, Gallia, Germania, Anglia, Scotia, Dacia, Norwegia, Ibernia, Ita-  
 lia, Pannonia, Illyris, quae hodie sunt Sclauonia, Carinthia, Bosna,  
 Croacia, Coruata &c. Post Germaniā sequitur Sarmatia, quae nostro  
 uo in plurimas abiit regiones, nempe Poloniā, Lithuaniam, Liuoniā,  
 Moschouiā, Russiam, Podoliam, &c. Post Pannoniam sequitur utraq;  
 Moesia, & Thracia, quae hodie sunt Rascia, Seruia, Transyluania, Bul-  
 garia, & Valachia: itemq; Macedonia, Epirus, Achaia, & reliquae Grae-  
 ciae partes Europae annumerantur. Hae sunt ferē omnes & praecipuae Eu-  
 ropae partes, praeter insulas quasdam & peninsulas, ut sunt Britannia, quae  
 hodie est Anglia, Dacia, Suetia: et in mari mediterraneo, Maiorica, Mi-  
 norica, Corsica, Sardinia, Sicilia, Cădia, quae & Creta &c. Haec itaq; Eu-  
 ropa licet cōparatione aliarū terrae partiū sit parua, est tamen cultissima  
 & populosissima, ut etiā in ea re excedat totam Aphricā, non obstante  
 quod illa in triplo aut quadruplo sit maior. Nā est tota habitabilis, praeter-  
 quam in exigua parte, quae scilicet ad septentrionē uergit ubi propter  
 frigoris uim habitari nequit. Habet multitudinem pugnam, & quae  
 agros colat, & quae urbes quoq; contineat. Affert fructus optimos uite  
 necessarios, & metalla quae cunq; usui sunt. Similiter pecudum mitium  
 exhibet copiam: at bestiarum ferarumq; habet raritatē, Odores & lapil-  
 los



## DECLARATIO

los magni sumptus extrinsecus petit. Insignior fluvius Europæ est Danubius, qui & Hister, originē ducens ex Sueviâ Germaniæ, labens per utranq; Pannoniam & Valachiam, & tandem sexaginta navigabilibus auctus fluvij, & septem magnis ostijs in mare Ponticum supra Constantinopolim sese exonerat, Motes uero insigniores habet Europa, Pyrenæos & Alpes, Sylvas aut; Herciniam & Bohemicâ, etiam si illa Herciniam à quibusdâ annumeretur. Hæc in genere de Europa dicta sufficiat.

## DE APHRICA.

**A**phrica altera pars orbis ad meridiem exposita, & magnis solis ardoribus obnoxia, terminatur ab occidente mari Atlantico, à meridie oceano Æthiopico, à septentrione mari mediterraneo, & ab oriente Nilo flumine, seu potius ut Ptolemæo placet, mari Rubro. Insigniores eius regiones sunt Mauritania, Tinganica & Casariensis, Aphrica minor, Numidia, Libya, Cyrenæ, Ægyptus, utraq; Æthiopia, & Troglodytarum regio, præter mediterraneas quasdam alias regiones nobis incognitas. Verum hodie hæc nomina ferè omnia præter Ægyptum evanuerunt. Nam loco provinciarum maritimarum successerunt Mauritania, regnum Marochi, regnum Fessa, regnum Thunesi, quod ferè est regione Siciliæ in Aphrica locum habet, regnum Nubiæ sub Ægypto, regnum Gambre in litore oceani occidentalis, regnum Melli & Nebeorum ad meridiem, de quibus & alijs Aphricæ meridionalioris maritimis provincijs, ex navigationibus Cadamusti plurima discies. Nescio si hodie Aphricæ interiora loca satis sint explorata, & à doctis cognita. Id unum omnes geographi fatentur, pleraq; Aphricæ loca inculta, & aut arenis sterilibus obducta, aut ob cæli situm humanæ habitationi incommoda, multo deniq; uenefico animalium genere infestata, ut uniuersa regio magis sit uasta quam frequens, sed ubi incolitur eximia fertilis est. Cõtra meridiem plurimum est deserta ob nimios estus; quâ uero Europam spectat, frequentior est illi cultus. Eximia agrorum fertilitas, utpote qui locis quibusdam centesimo scenore cultoribus reddunt messem. Mirum est quod de Mauritaniæ ubertate dicitur, esse in ea uites, quas duorum hominum complexus capere non possit, uuarum racemos cubitales, arbores circa Atlantem proceritate insigni ac enodi. Sed omnium nobilissima citrus, Romanis delitijs inferta. Alit Aphrica elephantos & dracones, qui ipsis beluis insidiantur, suoq; complexu enecant leones, bubalos, id est boues syluestres, pardos, capreas & simias multas. Herodotus quoque cornutos asinos ibi nasci asserit. In teriorem Aphricam inhabitant Nigritæ: & hæc quidem torret solis aspectu & uicinitate. In medio est arenosa, ad orientem deserta, circa occidentum montosa. Habet gentes non paucas, diuerso uultu, & specie horribiles. Regem ex sacerdotibus creant, qui omnia facere debet iuxta patrios mores. Plures solis propinquitate nudi agunt, ouillis pelliculis pudenda obtegunt: alij omnino pecorum uestiuntur pellicibus. Pecuariam rem uulgo exercent, & sunt pecora pusilla admodum duri hirtiç uelle

ris. Nilij borderiq; frequens est apud illos usus, unde etiam potum cot  
 ficiunt, ceteris carent frugibus prater raras palmas. Quidam herbis ui  
 citant, tenuioribusq; harundinum radicibus. Hodie praesidet illis, ut  
 Marcus Antonius Sabellicus ab ipsis locorum indigenis se accepisse di  
 cit, Pratoianes, seu ut uulgo aiunt, presbyter Ioannes, quem illi *Giam*,  
 id est, potentem uocant: nam aiunt, illum imperare sexaginta duobus regi  
 bus. Carma est urbs regia, quae non muris, sed tabernaculis in ordine  
 digestis, ex serico, bysso & purpura intextis extructa est. Bina messis est  
 illis, & bina aestas. Agnoscunt etiam Christum qui ubiq; terrarum su  
 os habet cultores: sed quicquid Libycarum genti: in hac Aethiopia  
 est usque ad occidentem, omnes Mahumeti impietatem colunt, uiuuntq;  
 eodem cultu quo barbari qui in Aegypto sunt, & appellantur Mauri.  
 Nugantur etiam quidam circa originem Nili habitare pygmaeos, qui  
 cubitum non excedunt, hominibus in figura persimiles: recte incedunt,  
 imperfecte loquuntur: tertio anno generant, & octauo moriuntur: usu  
 rationis carent, non colunt iustitiam, uerecundiam aut honestatem, ideo  
 non homines sed bruta censentur. Insignior & maior Aphrica fluuius,  
 & toto orbe celeberrimus, est Nilus, quem quidam aiunt oriri ex fontib;  
 bus in extremis Aethiopiae finibus, ferturq; per plures & uarias regio  
 nes, faciens plures insulas, unam autem insignem Meroem nomine per  
 quam & Ptolemaeus ducit parallelum, qui finis est climatis primi atq;  
 initium secundi. A solstitio a striuo usq; ad aequinoctium in mensa aqua  
 rum mole singulis annis inundat, & adeo totam Aegyptum adducto li  
 mo fecundat, ut segetes quatuor aut quinque exactis mensibus ad mes  
 sem redeant. Et interim uulgo ab operibus uacans, otiosum indulget  
 epulis ac uoluptati: & pecora in stabulis reclusa nutriuntur. Proinde ex  
 incremento huius fluuij Aegyptij uim aut penuriam futurarum frugum  
 prauident. Nam quum Nilus duodecim cubitis tantum excreuit Aegy  
 ptus famem sentit. In tredecim cubitis etiam annum esurit: sed quatuor  
 decim cubiti hilaritatem adferunt: quindecim securitatem, sedecim deli  
 rias: quod iustum fertur esse incrementum. Et quum huiusmodi Nili inun  
 dationes agrorum limites confunderent, nunc minuendo, nunc mutan  
 do aut delendo signa quaedam, quibus proprium ab alieno discernenda  
 tur, iterum atq; iterum mensurari eam terram oportebat: & sic primi Ae  
 gyptij dicuntur inuenisse artem geometriae. Sunt in hoc fluuio crocodi  
 li: qui quum ex ouo simili ouo anserino prodeant, crescunt tamen: longi  
 tudine uita ad sedecim cubitorum magnitudinem. Lingua carent, dor  
 sum squamosum habent praecipua duricie, ut nullo tormenti ictu possit  
 uulnerari. Homines & animalia terrestria flumini appropinquantia un  
 guibus discerpit. Habet quoq; Aphrica montes plurimos & maximos  
 inter quos praecipuus est Atlas, qui est media arenarum uastitate confur  
 gens, ultra nubila caput erigit: & pars quae ad oceanum extenditur, ma  
 nat fontibus, nemoribus inhorrescit, & rupibus asperatur: non est ta  
 men herbida sed nuda humo. Quae uero Aphricam spectat minorem,  
 est opimus, nascentibus sponte frugibus, arboribus opacissimus, quas  
 ueluti



uestiuntur lanugine sericis uelleribus nihilo uiliore. Vertex eius seti per est nivalis.

## DE ASIA.

**A**sia tertia pars orbis, terminatur ab occidente ad Europam & Africam, hoc est ad Tanaim & Mæotides paludes, & iuxta Africam ad mare Rubrum: à meridie uero habet mare Indicum maximum, & à septentrione mare congelatū seu Scythicum: porro ab oriente oceanum orientalem. Hæc pars orbis maior est Europa atq; Africa, & habet regiones prouinciasq; innumeras, regna & imperia multa atq; potentissima, montes & fluuios celeberrimos, uaria genera animalium & terræ nascentium, quæ in alijs orbis partibus non inueniuntur. Nam Arabia deserta in quadam conuali fert balsamū: & in altera Arabia quæ propter fertilitatem & fructuum copiam felix nominatur, producit calamū, myrrham, thus, casiam, cinamomum, ligna odorifera, & resinam suauissimi odoris, ut etiam mira fragrantia ex illa regione spiraret ad eos qui in mari à longe adueniunt. Qui uero intra regionem degunt, propter nimiam rerum fragrantiam ac intolerabile in sensibus percipiunt stuporem, ut cogatur etiam illam leuare bituminis suffitu & hirci barba. Abundat quoq; hæc regio auro optimo, ut etiam inter terræ glebas temere iacentes aureæ massæ gladium magnitudine reperitur. Ganges fluuius Indiæ nominatissimus alit crocodilos & delphinos, aliasq; horribiles beluas. Inueniuntur illic plurimi elephantes, & aues ad imitandum humanæ uocis sonum dociles. Mare quoque illud infundit litoribus gemmas & margaritas. In syluis uero inueniuntur lauri & bacca. Est illic magna uis serpentum, squamis fulgorem auri reddentium. Circa litora Taprophana, quam hodie Sumatram uocant, uagantur passim cete, animalia monstrosa, & tantæ magnitudinis, ut colles quidam litoribus aduecti uideantur, quorum dorsum longo spinarum tractu exasperatur. Infestissima sunt ambulantes in litore, ut nemo facile ex eorum faucibus effugere possit, si uisus ab eis fuerit. Habet tantos hiatus, ut sæpe nauem cum hominibus deglutiant. Iaua insula habet syluam nucum muscatarum. Mare Caspium gignit cristallum & iaspidem. Hircania habet in syluis tigres. Habet hoc animal multas maculas, & est miræ uelocitatis, ut etiam nihil adeo antecedit quod non illi coassequatur. Eius potentia maxime prædicatur, quando maternis curis incitatur. Nisi enim raptores mox in mare præsidio fuerint, nullus astus uel fuga quantalibet liberat. Bactriana sicut & Arabia nutrit plurimos camelos. Est animal hoc oneri ferendo accommodatissimum. Si tim in quatrimum tolerat, & quum occasio bibendi data est, refarcit omnia præterita desideria. Turbulentas aquas captat, puras refugit. Cholchorum regio mel amarum producit, Babylonæ regio crebris ista fulminibus, ex scatebris illis euomit bitumen ad lateres ædificiaq; opportunum. In Margiana & Aria aiunt sæpe reperiri uitem, cuius stipitem duorum uix hominum ulnæ complectantur: racemum uero duo

rum habitorem longitudinem implere. Illic etiam vinum ad tres hominibus atates, id est, in nonagesimum annum perdurare, idque in uasis minime picatis. India terra saluberrima bis in anno metit fruges, fert cinamomum, piper, & calamus aromaticum, ebum arborum, pfitacum auem, monocerotem bestiam, & beryllos, adamantes, carbunculos, margaritas, & alias gemmas. Caucasus mons Indiae ea fronte qua soli obuersus est, habet arbores piperis, quas ad iuniperi, uel secundum alios, ad hederam similitudinem fructus suos edere scriptores tradunt. Sed quid pergo ista enumerare? quum Marcus Venetus, & Ludouicus Vartomannus illarum regionum nostra ferè tempestate exploratores fuerint, & luculentissime conscripserint quid in Oriente uiderint: is quidem in India citeriori, & praesertim in Calechut: ille uero in India ultima, & magni Cham latissimo imperio. Lege libros ipsorum, quos in ipso uolumine simul collegimus & mira inuenies.

NAVIGATIO AB EVROPA AD CALECHVT

Indiae emporium nominatissimum.

**N**Eque hominum memoria, neque Antiquorum literis proditum est, navigationes illas in oceano factas, quae nostro tempore fieri ceperunt. Ptolemaeus quidem & Strabo, ambo insignes & toto orbe celeberrimi Cosmographi, nescierant ultra Hispaniae & Africae occidentalia litora terram aliam, praeter Gades & Fortunatas insulas, quae & Canariae, reperiri. Nec ulli alij mortalium post hos insignes uiros quicquam constitit de innumeris & maximis illis insulis, quae medio itinere inter Africam occidentem uersus, & Indiam in oceano, nostro aeuo sunt inuenta. Sed nec apud ullum autorem inuenies mortales unquam ausos, ut sese committerent pelago illi uastissimo, quod ab occidente per meridiem in orientem ducit: immo putarunt Africae terram usque adeo uersus meridiionalem polum protensam, ut ob imensa frigora non liceret hac parte sicut nec per septentrionem nauem circunducere in Orientem. Quippe qui in hac fuerunt sententia, ut existimant terrae molem, praesertim in Africa, aequae uersus meridiem ab undis denudatam & habitatam ut in plaga septentrionali. Nam diuiserunt eam in quinque zonas, ex quibus duae circa polos describuntur, frigidissimae quidem, quod maxime absint à uia solis, & propterea à paucis habitentur hominibus, hisque syluestribus, praesertim ea quae subest polo arctico. Nam sub polo antarctico compertum est nullam esse terram, saltem solidam & continentem. Aliae duae zonae temperatissimae habentur, quae scilicet sequuntur frigidas zonas, quia non nimio frigore rigescunt, nec nimio solis calore exuruntur, quum limites habeant circulos arcticos atque tropicos, quibus interiacent. Arcticum circulum quidam aiunt esse quem ursa maior priore describit pede. Alij uero intelligunt circulum quem polus zodiaci reuolutione primi mobilis describit. Et distat is circulus  $\times \times 11$ . gradibus & dimidio à polo. Tu si uolueris, poteris cum signare in mappam nostram.

Nam



## DECLARATIO

Nam habet locum ferè inter sexagesimum & septuagesimum parallelum. Sic enim licebit uidere quas regiones sibi uendicet zona illa temperata, quam complectuntur includuntq; circulus arcticus & tropicus cancri. Porro si circa polum antarcticum etiã inter parallelum sexagesimum & septuagesimum circulum antarcticum pinxeris, qui un à cum tropico capricorni alteram continet temperatam zonam, uidebis in ea ferè nullam esse terram continentem, sed mare duntaxat & insulas quasdam hinc & hinc per oceanum sparsas, atque portionem aliquam ex interiori Africa in ea extensam. Cæterum quintam zonam aiunt esse inter utrunque tropicum, & hæc ob solis continuos ardores uocatur zona torrida agrèq; est habitabilis. Non est igitur, ut prisici putarunt, Africam in Australem frigidam & intemperatam zonam usque adeo excurrere ut ob id orientalibus minime pateret per mare accessus in occidentem, aut contrà occiduis in orientem: quum hodie à Lusitania frequens sit nauigatio in Indiam & uiciniores orientis partes: nõ quidem per mare mediterraneum, quum id ducatum nequeat præstare nauigantibus nisi usq; ad Aegyptum & Syriam, non autem in Arabiam, aut Persiam aut etiam Calechut: sed per oceanum orbis circuitur meridianus, prætereunturq; multa regna, prouinciæ, populi, terræ & insulæ, donec tandem perueniatur ad sinum barbaricum, & hinc ad sinum Arabicum atque Indicum. Quod ut sanius intelligas, aduerte tagne emporium Indiæ, non quidem proximo itinere, quod est per mare mediterraneum, & deinde per Arabiam aut mare Rubrum, tandemq; per sinum Indicum, iuxta quem Calechut ponitur: sed per oceanum primo occidentalem, deinde meridionalem, & ultimo indicum, quod iter hodie à Portugallis frequenter, & ab Aloysio Cadamusto primi libri autore perquam diligenter describitur. Primum itaq; quum Hispani in Indiam traiecturi sunt, petunt Portum sanctum, Mederã, & septem Canarias insulas, que olim Fortunatæ dicte sunt, Hispanis ferè omnes subiectæ. de quibus habes quarto, quinto, sexto & septimo capite nauigationis Aloysij. Hinc nauigatur ad Caput album, portum continentis Africæ, ubi est poli eleuatio  $\times \text{ I } \times$ . graduum. Lege de hoc portu caput nonum Aloysij. Relicto Capite albo & insulis adiacentibus, uenitur ad regnum Senegæ, quod sic uocatur à fluuio Senega, qui præterlabitur & irrigat ferè totam Æthiopiam, determinatq; Azenagos à primo Æthiopũ regno: de quo in  $\times \text{ I I I I}$ . capite Cadamusti. Haud longe ab ora huius fluminis est Caput uiride, promontoriũ insigne, sub eleuatione poli  $\times \text{ I I I}$ . graduũ, quod Ptolemæus uocat promontoriũ Æthiopũ: de quo inuenies multa capite trigesimo quinto. Relinquitur etiã ad dextram in alto mari insula, quam Hispani appellatũt Boni uisus, quã nos è regione Senegæ fluuij signauimus. Relicto Capite uiridi ductore Austro peruenitur ad ostium fluuij Gambre, à quo regnũ Gambredenominationem habet, fluitq; per anfractus & ambages multas, ut aliter Meandrus. Hinc nauigantibus offertur caput Sagres, ac deinde trat

sito regno Mellis, peruenitur ad caput Bonae spei, quod corrupte & Hispanice De bona speranza quidam appellant: & tenet extremam Africam uersus meridiem partem, quam Pomponius frontem Africam appellat. Nam hinc naus sensim redit uersus equatorem, ubi scilicet est regnum Melindae, & Troglodytarum regio: apud quos est aurifodina quam Zaphallam uocant, in sula scilicet haud longe à sinu distans Arabico: ubi etiam est insula Achilona seu aquilona, quam tamen alij uocant Chiloam, & distat sexaginta leucis à Zaphalla, uicinior quidem Arabia quam Zaphalla. Omitto multa alia capita litorum, insulas & provincias, quae nullibi non occurrunt in tam uasto pelago, & signo duntaxat celebriora loca. Traiecto uero sinu Indico, peruenitur ad Chalechut, nobile illud Orientis emporium, quod toti ferme mundo mittit aromata, etiam si pauca uiculis crescant. Numeratur itaque à Portugallia ad Chalechut mille & octoginta leuca, respondentibus uni leuca quatuor milliaribus Italicis: non quidem recto itinere, sed in Austrum deflexo. Alioquin si ex mari mediterraneo mox liceret absque magno terrae spatio intrare mare Rubrum, longe propior navigatio esset per mare illud, quam per oceanum, id quod oculorum iudicio facile deprehendere poteris, si utrunque iter in mappa aduerteris. Veneti quidem quum soli ante triginta annos Europae praesertim occidentali aromata suppeditarent, priusquam illa nauigatione à Lusitanis esset adinuenta, à sinu Adriatico per mare mediterraneum Alexandriam adierunt, quae iuxta Nili ostia situm habet, & hinc aliquo spatio terrae emenso, per mare Rubrum ad Chalechut usque perueniunt, itinere quidem breuiori, & quo commodius haberi nequit. Haec uolui simpliciori lectori paulo uerbosius indicare, non ignorans Geographicarum, sicut & aliarum mathematicarum rerum in experto nihil satis dici posse. De alijs ciuitatibus, prouincijs, & insulis, quae ultra & citra Chalechut ab Aloysio & Vartomano sitae describuntur, non est quod hic multa scribam, quum illi duo uiri satis exprimant, quot leucis, aut quanto spatio ad illam uel illam prorogentur plagam. Nos tamen situm Ormi insignis insulae indicauimus, nempe sub sinu Persico iuxta tropicum cancri insulae uestigium ponentes, Gulphal insula ponitur in sinu ipso Persico, id quod apud Cadamustum legis capite septuagesimo primo, ac nos nullum illi in mappa fecimus signum.

NAVIGATIO CHRISTOPHORI COLVMBI ET  
Alberici Vesputij ad nouas insulas.

Celebratur Alexander magnus toto orbe terrarum, quod primus ferè penetrarit aperueritque Orientem, non nauigio, sed pedestri & tutiori itinere in illum deductus. Verum parua erit laus illius, si comparatur uiris illis qui nostro aeuo maria etiam incomperta sulcaverunt, & occidentem sua exploratione aperuerunt, innumeras insulas hominibus & opibus plenas in uastissimo mari adinuenientes: de quibus haecenus nulli mortalium quicquam constitit à duobus millibus annorum & supra, nisi fortassis Indis orientioribus & uicinioribus mansiones illae hominum comperta fuerint. Nemo inter doctos non putabat



bat totam aquarum uim à principio creationis in illud pelagus reiecta,  
& aquam ipsam illic in magnam coaceruatam molem, ut possibile non  
fuerit ibi aridam quoquomodo apparere: sed falsi sunt omnes qui in  
hac fuere sententia, quum nullibi non in mari emineant insule, siue ad  
occidentem ieris siue ad orientem siue meridiem iustres siue septentrio-  
nem. Insulas occidentales nempe Hispaniam, Ioannam, Spagnollam,  
Cubam, Isabellam, Antiglias, Canibalorum terram, Americam, & re-  
liquas incognitas terras primi mortalium adinuenit Christopho-  
rus Columbus & Albericus Vesputius, labores innumeros exantanz  
tes; dum hinc inde per ualidissimum & saulissimum æquor uagantes, &  
innumera pericula subeuntes, nouas contendunt quætere terras, etiam  
longissime à patrio solo abducti, quippe qui adeo in meridiem digres-  
si sunt, ut polus antarcticus illis triginta trib. sustolleretur gradibus, sub  
qua elevatione etiam insulam inueniunt in amplissimo sitam mari, &  
Melcham appellatam. Reliquas uero pro maiori parte inter utrunque  
repererunt tropicum, tametsi non paucas etiam citra tropicum çaneri  
deprehenderint. Porro qui mores, & quis uiuendi modus sit illatum  
terrarum indigenis & incolis, non est quod hic referam, lege navigatio-  
nem Columbi, quam inuenies pagina sexagesima quarta, & item na-  
uigatione Vesputij, pagina LXXXVI. & quatuor eiusdẽ nauigatio-  
nes, pagina cxi. & edoceberis hæc omnia. Poteris etiam aduertere  
si orbis descriptione adhibueris, qua linea, & quo itinere nauigationes  
suas ab Hispania in nouas insulas instituerint, quæ mirabilia experti sint.

CURSUS PEREGRINATIONIS LVDOWICI  
Vartomanni patritij Romani ad partes Indie.


**I**Ter quod Vartomannus ad regiones Orientales fecit, fuit, tale, Ab  
Italia per mare mediterraneum ad Aegyptum primo demigrauit, &  
hinc per litus eiusdem maris uersus septentrionem conscendens, ad Be-  
ryntum, Tripolim, & Antiochiam, quæ ferè omnes sunt maritimæ,  
peruenit: & ab Antiochia paululum uersus Orientem digrediens, Da-  
mascum adijt. Hinc itinere quadraginta dierum & noctium ad Me-  
cham concessit, quæ urbs in Arabia deserta quadraginta mille passi-  
bus, hoc est, magna dieta à litore maris Rubri, præfertim ab oppi-  
do Zida, quod portus est maris elegans, sita est. Pertransijt tamen  
medio itinere urbem Medinam, in qua gens cæca Saracenorum ue-  
neratur corpus Mahumetis sui. A portu Zida per mare rubrum ue-  
nit ad Aden Arabiæ felicis urbem pulcherrimam & famigeratum em-  
porium: iustratisque multis Arabiæ urbibus, commissus pelago, ut ad  
Persiam nauigaret, tempestate iactatus peruenit in Aethiopiam, & il-  
lic abscedens in Persidem uelificauit, ubi multis conspectis urbibus,  
ad Ormum ciuitatem & insulam insignem se transtulit. Ab hac rursus  
soluens, ad Cambaiam Indiæ urbem haud procul ab Indo fluuio po-  
sitam concessit. Et digrediens ad alias uiciniorenses, nempe Ceul,  
Cano,

TABVLAE COSMOG. DECLARATIO

Canonor, Decham, & alias quasdam: tandem ad Calechut peruenit. Et ab hac in ulteriorem profectus Indiam, uis uarijs urbibus, atque multis insulis, praesertim quae species mittunt aromaticas, postliminio redit ad Calechut: & hinc cum Lusitanis in Europam reuersus, ad Hispaniam peruenit, & tandem ad Italiam patriam suam. Marci Pauli Veneti iter hic non duxi explicandum, quum ferè nullam signarit provinciam, quam pertransierit praeter Armeniam, & quasdam circumiacentes regiones, ad quam trajecto Bosphoro & Euxinomari peruenit. Ab Armenia uero quas regiones permeauerit, donec ad extremos Schythias, qui hodie sunt Tartaria magna, peruenit, non scribit: rediens tamen ab oriente ad occiduas partes, signauit plures. Id unum ex sententia agit, ut nobis diligenter describat Orientem, tam terram continentem quam insulas meridionales & orientales, potissimum quicquid locorum est sub ditione magni Cham. Praesbyteri quoque Iohannis facit mentionem, quippe cuius regnum conterminum ait imperio magni Cham, quum tamen ceteri ferè omnes regem illum in Aethiopia Aphricae haud longe à Trogloditis dominari asseuerent. Sic enim habes apud Aloysium capite sexagesimo, nempe presbyterum Iohannem in Aphrica circa regnum Melindae confinem esse Sultano. Idem sentit Ludouicus Vartomannus libro secundo, capite decimo quinto. Nudum hunc soluendum tibi lector relinquo. Scio & alios quosdam fuisse in hac opinione, qui putauerunt sedem presbyteri Iohannis fuisse in oriente, sed aliud hodie & certius quidem edocemur.




YVES COSMOGRAPHY



te  
 ac  
 io  
 di  
 c  
 -  
 y  
 h  
 y  
 v  
 u  
 u  
 i  
 r  
 v  
 v  
 a  
 v  
 y  
 n  
 .  
 a



# TYPVS COSMOGRAPHICVS VNIVERSALIS. 45



**INDIA** ab Indo fit, sic appellata, oppellit adeo  
 excelsa dicitur, ut quomodo 5000, in ea esse dicant.  
 Terra est saluberrima, bis in anno metit fruges.  
 Venti cyrenensis, per, & calosum atomidionem.  
 Veniens ab iberos fita produci, in sicam autem &  
 monacorum in hinc habet, terribilis, edamantibus,  
 carbonibus, margaritis, & alijs gemis pretiosis  
 abundat. Quomodo & erigita anorum autem ob  
 temperationem celum quidem agunt, Cultus precor  
 pueri cum geminisq; lanera, alij limi populi ve  
 fluntur; pars nudi; pars obnoxa tantum cinica  
 laci. Neq; unq; corpora color, ex matris uero  
 fit nati, velum ex rijo & hordeum fiamus detat  
 frum prerogitum nullum tribunt, nisi gradus  
 ea excellant, cum tamen tantum nulla gente  
 diserit ferrea & lingua, nec eidem uicinas mo  
 ribus.

**SCYTHARVM** sado prius patria, & eius  
 tempus fatis postea in magnum imperium &  
 gloriam peruenit, & agris amplius usque ad Tar  
 miam fluit, & quo Scythia usque longi, & ita uero  
 fit uero peruenit, in quo monte per medium uer  
 laci in duas Scythias diuiditur. Tertia quo  
 & Mosul, uicinas Scythia occupat partem  
 regio est plerumq; montosa, & ubi cum prius esse  
 admixta ex plera barosus, multi panis deser  
 tit, Act & uicinas temperationem, uicinas & pale  
 gura in affluat adeo uicinas sepe fluit, ut pra  
 uentus hinc uentus, & cum uentus uentus  
 mos fruges & arborum & uicinas cadunt.



# A NAVIGATIO AD TER-

RAS IGNOTAS ALOYSI CADAMVSTI,  
Archangelo Madri gnano interprete.

CAPVT PRIMVM.



VVM ego Aloysius Cadamustus è Venetis patri-  
tjis primo animū induxerim sulcandi eius Ocea-  
ni, qui à freto Gaditano per insulas Fortunatas, &  
Aethiopas inferiores uersus Austrū tendit: quōq;  
ibi pleraq; scitu cognitū; non indigna deprehen-  
derim, ut fiat testatum posteris, animo mihi hæsili-  
se, hæcenus incomperta querere, & adire inaccessi-  
sa, prout rebus memoria suppetet, excipia & pro-  
sequar calamo, donec earum memorabilium rerū  
quæ uidi, & locorū quæ coram adiu, ueram pro-

fus efficiam historiam: quæ omnia si nostris conferantur, alterū profecto or-  
bem efficiant. Et si ea forte minus ordinate abs me describentur in rerum tan-  
tarum uarietate, non sum tamen defuturus, quin historiam ueram denarrem,  
& ubi ferè incredibilia & prodigiōsa occurrent, licet uera, temperabo ta-  
men de industria, & sciens citius nonnulla sum prætermittitur, quàm uel  
minima citra ueritatem relaturus. Primus igitur qui memoratū Oceanum  
& Aethiopiam supradictam adire est aggressus, post protoparentē nostrum  
Adam (uniū Plinij historiam excipio) is fuit nostro æuo illustrissimus D.  
infans Don Huric natus Lusitanie rege illustrissimo Don Ioanne: qui quidē  
princeps infans, licet sui nominis præclara, & propè innumerabilia percen-  
seri possent, prudens præteribo omnia in præsens, id unum haud prætermis-  
rim, quod Christi seruatoris nostri almæ fidei eximie studuit, & nihil magis  
in uotis gessit, quàm nomen Christianū à barbaris & Dei hostibus asserere,  
matrimonij expers fuit, a dolescentiam suam castitate mira honestauit, domi  
& militiæ strenuus, Mauros sexpenumero fudit, & bello clarus euasit. Quum  
itaq; eius genitor dissolutionem corporis sibi imminere conspiceret, annorū  
iam plenus, prius naturæ nō concessit, q̄ saluberrimis præceptis filium mo-  
nuerit, ut, uidelicet, sacratissimam Christi fidem animo in cōcesso illibatoq;  
coleret, nec deesset suis uotis, quibus instituerat Christi hostes debellare, &  
sancto nomini reddere subiectos. Adiecit etiā ad hæc, ut Lusitanie gentis,  
& in primis patriæ Cordatæ meminisset: & ut paucis absolua, sæpe dictus  
illustris. Don Huric patris monitis libens audiuit: fato iam functo parente,  
fratre tamē patrocinate, qui regno ætatis cōcessu successit. Huic nomē fuit  
Don Daruth, cuius auspicijs Mauros male accepit, qui id regnū occupant,  
quod Fesse dicitur: quod quidem regnū incipit ab Ampelusia promontorio  
Mauritanie, nō longe à Gadibus, & mari Atlantico alluitur, & uergit ad Au-  
strū. Singulis igitur annis ex instituto Mauros laceffens, celoces suas mitte-  
bat, quo ad id promontoriū deuentū est, quod Caput de Non appellatur ab  
incolis, argumēto, quod qui ultra dictū promontoriū iuere, nō sunt regressi,  
& ibi præci nautæ terminū semper constituerant suæ nauigationis. Huic usq;  
itaq; celoces principis deuenere, nec ausa sunt ueterem terminū excedere.  
Quæ ubi principi sunt renunciata, animū accendunt magis peragrandi or-  
bis. Instituit propterea rursus cœptam prouinciā persequi, et promontoriū  
Capitis de Non aliquando transcendere dijs fauentibus: quoniā celoces Lu-  
sitanæ omnibus Oceani Liburnicis eximie præstant. Et quū iam ad id opus  
nauandum presto essent nōnullæ celoces, censuit non difficulter posse na-  
uigare uastum Oceanum, cupiens admodum loca hæcenus inaccessibleia adire,  
& nouos populorū Africæ ritus uidere: quibus omnibus exploratis, in pro-  
ptu haberet Mauros pro arbitrio profligare, & suæ ditioni addere, iussit itaq;

Don Huric

Don Daruth

Caput de Non

a celoces

celoces ternas expediri, cum armamentis, cum etiam comestibus ferè omne  
 genus, quibus viros strenuos præfecit. Qui dicto principis audientes profes-  
 cti sunt, & dictum promontorium Capitis de non, litus haud deferentes, per  
 centum ferè millia præteriere, & quum nihil præter incultam tellurem, ac  
 omni habitatore usquam comperissent, domum regrediuntur. Quum igitur  
 princeps de nouis populorum Africæ moribus ac locorum sitibus, ex his na-  
 uigantibus nihil adhuc comperit haberet, rursus classem communis omni  
 genere annonæ, & rebus omnibus, quibus hostes propulsare quireret, & suos  
 diutius alere, data lege ut tamdiu nauigaret, donec superiores suorum nauis-  
 gationes per centum & quinquaginta millia excederet, & ultra (si eis usum  
 foret) progredierentur, quos pro labore tanto innumeris promissis onerat.  
 Qui principi obsequentes, uela dedere, & quum nihil nacti fuissent nisi uasum  
 & sterile solum, rediere. Quibus non obstantibus, princeps indies fit audior  
 nouarum rerum, animusque accendebatur magis, ut assolet, in rebus uetitis;  
 quare iam terro mittit, qui terram huiusmodi exploraret. Et, ut breue faciam,  
 tantisper annis singulis nouos expedit nauas, donec ab Arabibus cultam  
 terram inuenit, qui in desertis uitam trahebant, & paulo ultra progressi, no-  
 uos populos inueniunt, qui Azanegi appellantur, utri coloris subcineritij,  
 de quibus in sequentibus latius dicturi sumus. Et postremo iam ipsi ad nauis-  
 gantibus, tellus Aethiopia inferioris Africæ, quæ Oceano adiacet Australi,  
 apparuit, rursusque indies nouos populos, cum idiomate, tum etiam ritu &  
 moribus differentes nanciscuntur, ut lectori diffusius deinceps liquebit.

## CAPVT SECVNDVM.

Qum igitur ego Aloysius forem Venetijs, quæ urbs mihi solum est pa-  
 trium, anno à partu Virginis M. D. 1111. annum agens alte-  
 rum & uigesimalium: & quum iam ferè nostri maris, quod mediterraneum ap-  
 pelant, litora omnia lustrauissem, decreui in Celtogalliam iterum contem-  
 dere, quod alias iueram commercij gratia: ea enim est regio Gallia, quæ ab  
 Oriente terminum habet Rhenum fluium, à Septentrione Oceanum Bri-  
 tannicum, in quem exonerat Rhenus prædictus, & ibi nobile emporium uti-  
 situr, Brugim appellant, nullis emporijs Septentrionalis regionis possiden-  
 dum, & eò lucri causa cõtendebam. Quum ergo illò proficisci decreuissem,  
 accinxi me itineri, non quidem multis onustus pecunijs: nam paucissimi cen-  
 sus erant, & Liburnicas, quæ eò tendebant, conscendi duce Marco Zenone  
 equite splendidissimo, prius Christi nomine inuocato: Venetijs soluiimus  
 anno Christi memorato, Augusti octaua luce, & prosperis auspicijs uetus  
 institutum inter nauigandum obseruantes, iter agentes per certa hospitia,  
 hoc est, ad consueta loca applicuimus semper, donec in Hispaniam deuentum  
 est. Et quum uis ingentis tempestatis ducti applicuissemus ad id promonto-  
 rium, quod Sacrum Ptolemæus appellat, in Oceanum uaste prominens, nunc  
 Caput sancti Vincentij: forte fortuna non longe ab hoc portu princeps in-  
 fans per id tempus in oppido, cui nomen est Reposera, agebat animi causa.  
 Is ut accepit nos aduentauisse, ad classem nostram internuncium mittit uitrum,  
 à suis secretis egregium, Antonium Conzalem nuncupabant, comite patri-  
 cio Veneto, qui illic consulem Venetæ gentis agebat, ut diplomata Venet-  
 torum principum sigillo insignita declarabant, quibus sub principe infante si-  
 pendia merebat. Adiuere itaque nos ex præscripto principis, sacrarum feretes  
 promerca'e, sumptum ex insula Medera, quæ Oceano Atlantico innatat, è re-  
 gione Mauritania: tulere etiam comerchij gratia sanguinem draconis, & alia  
 pleraque sumpta ab insulis principis prædicti. Dum igitur de saccharo, & alijs  
 mercimonijs sermo fit inter nos, ut assolet merces commutantes, percun-  
 ctamur L. usitanos, unde hæc tam præclara eruerint, & regiones locaque sciscer-  
 tamur: plura referunt, principem suum subegisse gentes innumeras, Christi-  
 ano nomini hætenus incomperas, unde & saccharum, & draconis sanguis,  
 & alia quamplurima naturæ cõducentia exportantur: addidere etiam hæc,  
 parua

Azanegi

Celtogallia

Brugis

Sacrum pro-  
mont.



A parua esse quæ retulissent, si conferantur cū alijs rebus, quas præclare dictus princeps egerat: aperiuntq; nobis hūc principem egregium inaccessa maria sulcauisse per internuncios nauas, nouasq; regiones peragratas, domitas prodigiosas gentes, res miratu dignas, unde innumera lucra comparantur, adeo ut ex nummo denos efficias, nullumq; foenus esse, quod lucrum superet huiusmodi. Hæc illi sedulo denarrabant, mirantibus nobis & ob stupescens præ rerum euentu conspicuo. Ea igitur me inter ceteros accendunt lucri auidissimū: statui propterea hunc principem coram adire, ut si forte & nobis sulcandi dicta æquora potestatem faceret: quoniam suum est eius freti uectigal, custodit propterea ipse Gaditanum fretum non incuriose. Responsum habui ab eis, qui classem nostram, ut præfeci, adiuerat, me nō difficulter impetraturum à principe, ut meo desiderio fiat satis: uerum seirē duorum optionem principem daturum, utrum uellem, sumerem. Conditiō hæc est: qui celoces sua impensa expedit, suoq; periculo agit omnia, is earum mercium quas ferret, principi quartam det partem, ex uetere instituto: aut princeps suo impendio classem expedit, quo ad armamenta & illa omnia quæ tueri possunt naues ab incursu hostium, reliqua ageret qui merces ducit, & quum redisset, principi dimidium daret omnium: & ubi nihil mercis ex nauigatione allatum fuisset, omnem impensam & operam luderet mercator: licet haud dubie constet, eos qui illō contendunt, consequituros lucrum non mediocriter: adicit etiam principem, si qui è Venetis regiones prædictas inuisere uoluerint, id facillime concessurum, imò faurum plurimū: quandoquidem sibi persuadebar, aromata omne genus, & alia pleraq; inibi nauas reperturos, quæ in primis Veneti super omnem gentem callent adamusim. Propterea principem prædictum adiui, qui me etiam ultra quam par erat, honorifice excepit, & ea omnia quæ ex relatu suorum acceperam, præsens comprobauit: hoc etiam plus addidit, modo cœptam prouinciam non defererem, se ingentissimis fauoribus & gratijs prosequiturum hoc celebre uotum. Quibus auditis, apud me hæc omnia penitatus reuolebam, tegetam ætatem, habilitatem corporis, uires & ingenium, quæ omnem laborem subire poterant: & peragranti orbis percupidus, accendebar magis, quum præsertim nullus è conterraneis meis hæc aggressus esset, nō diffidens ex his magnis laboribus me aliquando, & honorem & emolumentum reportaturum. Decreui prorsus uotum meum absolueri, percunctaturus primō negotiatores Lusitanos, quas merces magni facerent Nigritæ, Aethiopes, & Australissimæ gentes. Redij demum reuissum eos, qui Liburnicas in litore habebant, & ea quæ in Celticam Galliam uehere institueram, uni affini meo commendo, & mercatus Liburnicas, quæ nauigando itinere facerent satis, ad continentem applicui. At naues Venetæ in Galliam uela fecere.

*Quando abierint Liburnicæ, et quibus uentis uela fecerint.*

## CAPVT III.

Qum igitur eo loci me adhuc continerem, quem caput sancti Vincentij appellat, aliter promontorium Sacrum, ut præfati sumus, id gratum principi admodum fuit, excipiebat me propterea solito magis honorificentius, & elapsis quampluribus diebus, iubet celocem armari, quæ uehere docti nonaginta queat: cui præfectus erat Vincentius Lagus incolæ oppidi cuiusdam à dicto promontorio distantis millaria sedecim. Celocem uero muniant omni comæatum genere, & earum rerum præsertim, quæ nauitis utrumq; diturniorem suppeditarent. Deorum itaq; implorato auxilio, à promontorio solimus die uigesimo & altero Martij, anni M. D. V. flante uento Apellote & Borea: & primo uela dedimus uersus insulam Mederæ iter agentes, eundo ad quartam Lebegij Occidentem uersus itinere recto: die uigesimo quinto Martij applicuimus Mederæ per portum sanctum circiter meridiem. Distat dicta insula à Sacro promontorio serè milliaris sexcentis.

Descriptio Portus sancti, &amp; rerum in eo memorabilium.

## CAPVT IIII.

Hæc insula Sancti portus parta admodum est, utpote quæ uiginti quinque miliarium circuitu patet, circa septimum & uigesimalium annuum à nauibus prædicti principis reperta. Hanc Lusitani iussu sui principis incolunt, alias à nostris nunquam cognitam. Huic moderatur Bartholomæus Polastrus dicti principis alumnus. Fert hæc insula innumeras fruges, triticum, sili ginem, & alia id genus, boues, iuuenecos, apros, & in primis cuniculis scætet, est ibi sanguis draconis, qui lachryma est arboris: nam statò anni tempore arbores ferro fauciant, quæ ubi sunt incisa, anno sequente gummam emittunt per incisiones. Gumma uero ahenis decocta & defecata, sanguis efficitur, quæ appellant draconis. Eius arbor producit fructum cerasi instar, mense Martij gustu eximium, coloris Veneti. Insulam circumuectis constat piscium ubertatem maximam esse in primis dentalium, & ostrearum. Portu caret, statio nem uero habet perquam commodam ab omni uentorum afflatu tutam, excipio Subolanum & Vulturum, quibus haud tuto nauæ se freto committerent, hæc Portus sanctus appellatur: mel gignit suauissimum; adeo ut nulli libi sit præstantius: ceram quoque producit abunde: nam ibi apum confertissima cernuntur examina innumeraque.

Monchicus portus insula Medera.

## CAPVT V.

Ilinc die uigesimo septimo soluimus, uidelicet, ab insula Sancti portus, & eadem die portum Monchicum applicuimus: is est insula Medera portus, qui abest à portu Sancto miliarijs quadraginta, & ni nubes cælum in umbrauerint, altera alteram uidet.

De insula Medera, eiusque præfectis.

## CAP. VI.

Medera un-  
de dicta

Medera insula auspicijs & opera infantis principis colitur, frequens est habitatore. Hæc igitur à Lusitanis incolitur ab annis quatuor & uiginti, alias incognita: huic præfecit princeps uiros duos egregios equites: primo nomen est Trifanera, & hic medæ insulæ moderatur: alteri Ioanni Gonzalæ, qui insulæ quod superest moderandum suscepit. Et huic insulæ nomen inditum est à copia lignorum: id enim indigenarum lingua Medera significat: argumento quod quicquid inibi erat soli, totum id syluis opacum condensissimis conspiciebatur. Operæpretium igitur fuit his qui primò colere insulam, ut igni multo compurgarent: qui adeo grassatus est: aliquando, ut etiã uiros corripuisset, ni propere aquis humerotenus immerfi, sibi cõsulissent. Nam dictus Ioannes Gonzales, ut ignem euaderet eum coniuge & natis, famem bidui iugiter in aquis tolerantissime sustinuit. Igne igitur expurgata insula, semini preparatur idonea. Hæc quatuor è partibus colitur, una appellatur Monchicus, altera Sanctæ crucis, tertia Fonzala, ultima lo uis camera. Et licet quamplurimas alias habitaciones habeat, hæc sunt tamen potissimæ. Si uiri percensendi forent, hi proculdubio octingenti essent, è quibus seligi possent equites centum. Insula circuitu patet quadraginta miliarium, portum non habet, uerum peropportunas stationes: feracis est solis, licet saluosa, instar Siciliae, scætet tamen frugibus ferè innumers, legit quotannis tritici scaria 30000 Venetorum: desijt tamen esse feracissima, licet fortissis adhuc plura producat, nam frequentiore semine attrita est: quoniam in dies aratur, atteritur magis. Regio est irrigua fontibus, & amni bus conspiciua, octo uisuntur ibi, qui insulam interfluunt: & ibi aquaticæ ferræ, quibus in assamenta secantur ligna, & alia id genus efficiunt, ut sunt mensæ tripodales, quibus ferè Lusitania omnis cõdecoratur eximie; nec non circèdiacentes regiones exornantur. Assamenta ibi multijuga uisuntur, alias dedolantur in mensas ex cedro miri odoris, nec absimiles eupressis. Ex alijs sunt zbacis, tripodales, cophini, scritia, & ferè omne genus receptacula, & in primis ex nallo fiunt pulcherrima; quæ quasi purpurei sunt coloris. Quoniam uero

hæc



**A** hęc infula frequentioribus Irrigatur fluminibus, memoratus princeps sacca reum harundinetum ibi plantari iussit, ex quo saccari quamplurimum legitur inde ueniunt feiustissima saccara toto orbe præcipua; primæ decoctionis, nec non mixta, & quantum ex aliorum relatu colligere quui, indies meliora saccara sperant; quoniam ea infula temperie colliore saccarum suapte natura gignit; nam ea qualitas est plagæ illius, quæ Cypri, & Sicilte: nunquam algenti, & ibi bellarfa, & tragemata ex saccario omnium generum, mellisq; plurimum. Certe quidem satis, sed non tantum: uineas habet non despiciabiles, in quibus tales & malleolos maluatici plantare iussit princeps infans, asseruntur ex Creta infula, quam hodie appellant Candiam: uberes sunt uineæ, cælo ad id inclinante: uites plus uix quam foliorum ferunt, racemi proceriores, ut mensuram quatuor palmarum excedant, res uisu conspicua miraq; uoluptate afficit intuentes: & ibi uix quibus color est niger, in arcuatis penfles. Inde etiam exportantur ex naso arcus celebres, qui feruntur in Occidentem, & sunt ligna apta arcibus conficiendis. Et ibi pau quamplurimi syluestres, colore ad albedinem inclinato. Perdices, neque id genus alia ibi uidebis, præter coturnices, & apros innumeros in montibus. Memini etiam ab indigenis accepisse, ibi quum primo culta est infula, copiam maximam columborum fuisse, quibus capiendis non alia arte uisunt aucupes, quam alligato peritæa uncino ex arboribus, quibus illic insident, traherentur ad se non pauentibus auiibus, sed mirantibus ueluti ad rem non uisam hæcenus: quoniam nulli habitatore humano culta fuerat infula, a solis auiibus & feris habitata. Fidem huic rei maiorem adstruit altera infula nostris temporibus reperta, natura non ab similitis, præsertim in aurum aucupio: ea utraq; humani ritus experta fuerat: animalia ibi quamplurima usui humano apta: uiti illic etiam cæsus non mediocris, complurimuli cutes ac locupletes: omnis infula adeo culta est, ut uiridarium & hortum repræsentent amœnissimum, quicquid ibi legitur, ueluti aurum est. Et ibi celeberrima diui Francisci cœnobita uix obseruantioris sanctiorisq;. Accepi etiam ab incolis fide haud indignis, uuas etiam maturecere circiter sanctam hebdomadam.

Canariæ insule numero decem. CAP. VII.

**A** Dicta infula Mederæ Austro fante soluimus, quo duce iter consecimus, donec infulas Canariæ applicuimus, quæ absunt à Medera ferè millia, rix cccxxx. Hæc sunt decem numero, septem cultæ, tres desertæ: quæ coluntur hæc sunt, prius priua nomina. Primæ nomen est, Fractalanca: secundæ, Magniforis: tertiæ Grancamariæ, quartæ Teneriffæ, quintæ Gieneræ, sextæ Palmæ, septimæ Ferro. Nec id est prætereundum, quod ex memoratis septem infulis, quatuor Christianum nomen colunt, uidelicet, Fractalanca, Magniforis, Gienera, & Ferrum. Tres uero quæ superiunt è septem, idolis seruiunt. Christianis infulis præest eques nobilissimus, qui Ferrara nuncupatur, oriundus ex urbe Sibilis; dittonis Hispaniarum regis. Qui colunt has infulas, uivunt pane ordeaceo, carnibus, & lacte plurimo, & in primis capriño, quibus abundant. Hæc uini & tritici impatientes sunt, nisi aliunde importetur eis, prorsus carent fructus ferè nulli, reliqua uero optima: scætet onâgris, id est, syluestribus alinis, præsertim ea quæ dicitur Ferrum. Distant inuicem hæc infulæ milliaris quadraginta: atque ita alia respicit aliam, ut de infustria continenterq; subordinatæ uideantur, & Orientem primæ, ultima uero Occidentem respicit.

Quarum siniterum feraces Canariæ.

CAP. VIII.

**E** X his infulis aduehitur herba, quæ Oricola dicitur, cuius colore uestes inficiuntur, quæ quidem herba Gades in sinu Sibilisæ comportatur, & illic in Orientem, & demum in Occidentem itur: exportatur etiam inde corihircini copia ingentissima, quod cæteris præstat: seu plurimum, casei uero multum: & incolæ harum quatuor insularum nomini Christiano parent,

Saccarium

Vae uernis

& Canarij dicuntur. Idiomate differunt, adeo ut alter alterum haud intelligat. Maxima non habent, sed uicos undequaque pateates, uerum in eminentissimis montibus specus excavant, ubi degunt tuti ab omni impetu hostili. Sunt hi montes suapte natura ferè inaccessi, ideo inexpugnabiles, perinde ut nulla uis eò penetret, nisi una fames aditum præberet: & ambitus minoris harum insularum non minus patet milliaris nonaginta. Tres uero quæ idola colunt, uastiores sunt, & frequentiore habitatore, præsertim Canaria magna, quæ hominibus circiter octo millibus exornatur. Teneriffa autem tristi maior est, hominum quindecim millia, si utrunque sexum species, emitteret. Palma uero rarissimo est habitatore, uisu tamè conspicua, & delectabilis admodum. Id etiam apprime est dignum scitu, quòd nulla alia de causa hæc regio est prope inexpugnabilis, nisi ob situs locorum prope inaccessos, & strenuam gentem: sitq; propterea ut subdita sit nemini, licet pluribus sit accessita prælijs. Nec silendum puto de insula Teneriffæ, quæ & eximie colitur, & inter orbis insulas est eminentior. Nam cælo sereno eminens conspicitur, adeo ut qui absunt ab ea ad leucas Hispanas sexaginta uel septuaginta, non districulter eam intueantur: & si leucarum rationem colligas, millaria ducenta quinquaginta excedunt. Quòd cernatur à longe, id efficit acuminatus lapis adamantinus, instar pyramidis in medio. Qui metiti sunt lapidem, aiunt altitudinem leucarum quindecim mensuram excedere ab imo ad summum uerticem. Is lapis iugiter flagrat instar Aenæ montis, id affirmant nostri Christiani, qui capti aliquando hæc animaduertè. Hi prefectos habent nouem, quos duces appellant: nec iure hereditario succedunt, sed ius est in armis: in uicem diglantur, & seuiunt ut beluæ, armis carent, quia ferrum non habent, uerum lapidibus & scipionibus res geritur inter eos: nam lignis acuminata cornua adfigunt, ut uicem ferri gerant: nudi ferè omnes incedunt, tamen nonnulli aures & aduersè pellicibus caprinis teguntur: carnem inungunt seuo hircino condito herbarum quarundam succo, ut cutis effecta densior aligorem toleret facilis: licet tibi uix algeant, quoniam ad austrum sunt positi: domos non habent, neque mapalia, nec quidem uiles casas, uerum specus & cauernas montium incolunt: ordeo, carnibus, & caprino lacte pascuntur, abundant nonnullis fructibus, & in primis ficis, metunt fruges mense Martij & Aprilis: fidem habent nullam, nec Deum norunt, sed alij alia idola colunt, solem nonnulli, & alij lunam, & planetas, superstitiose admodum idolis seruiunt: mulieribus quidem in promiscuum non utuntur, sed pro arbitrio ducunt innumeras: uirgines coniuges prius non accipiunt, quam à principe deflorentur, & id apud eos ingens decus & honos ducitur. Verum si quis forte arguitulus diceret, unde hæc nostri? Id pro responso nobis erit, Incolas, uide licet, conterminarum insularum quæ Christo parent, ex instituto uite cõsueuisse hos infideles crebris incurSIONIBUS lacessere, noctu præsertim: & ubi aliquando in congressu succumbunt infideles captiui ducuntur sexus utriusq; qui sic capti in Hispaniam mittuntur, hæc nos docuere. Vsu euenit aliquando, ut è nostris corripiantur aliqui, quos Canarij ad contumelias seruiant, & ut publico sint ludibrio, lanij officio fungi eos cogunt, etsq; exenterandis bobus & suis additis, quod apud eos ignominia specimen & dedecoris ducitur magnum: tantisper captiuitatem tolerant, donec permutatione aliqua redimantur. Seruiant etiam alium morem Canarij inaugurandis principibus. Nam quum scepra suscipiunt, complusculi sese offerunt certatim in memoriam & honorem noui principis morituros, & sponte quispiam uitam deuouet: congregantur propterea in ualle deuexa, & ibi peractis nonnullis cerimonijs, ac prolatis uerbis quibusdam, ille qui sua morte festu principis est exornaturus, se dat è rupe præcipitem, perinde ut ferè in frustra concisus examinetur. Pro qua re quoniam fit in gratiam principis, debet princeps superstitibus agnatis defuncti, prosequiturq; eos beneficijs, ac fauoribus innumeris. Hunc morem licet ipsimet improbent, seruiant tamen, & pro

Leuce Hispanie

Adamas miræ altitudinis

A compert  
giles sup  
brant, &  
dis pedi  
signo de  
certis in  
silic agen  
tem: con  
mala Al  
derent q  
ipse cor  
inanes il  
uiros pro  
quando  
nec eos  
est igitur  
tales. Hæ  
colore m  
quando  
hec pictu  
Ex his it  
uidellece  
serui, ut

B Solutio  
nimu.  
re septin  
insula ad  
niam qua  
ducit nar  
rimu ab  
à litore d  
Canaria  
Caput A  
plorauer  
peruenia  
gin, cui  
quod qu  
sinum pe  
hæc non  
alteram  
runt eam  
duas nau  
la Cori d  
ta. In illa  
si marina  
soluunt, &  
reperiunt  
dicitur, &  
quæ est d  
tibus ad  
tere: quos  
termina e  
transuer

comperto



A comperto habemus uerum esse quod retulimus: falsum mirum in modum agiles supra quam referre queam, instar funambuli & petauristæ corpora librant, & ut inuili de saxo in saxum migrant, licet multum distent, & id nudis pedibus: lapidem iaciunt ultra aliorum iactum, & quicquid pro scopo ac signo dederint, nusquam aberrant: uim maximam ac propè incredibilem læcertis inferunt, adeo ut uno uel altero ictu umbonè infringant. Memini dum illic agerem uidere è Christianis Canarijs quendam hoc ludicri genus agerem: conditionem proponebat, propositamq; sanciebat pignore, uiris tribus mala Assyria duodena dabat, ut omnes ea facerent in eum, nec propius accederent quam ad octo uel decem passus, aberraturos omnes adseuerabat: nec ipse eorum poma medica tangere uolebat, nisi manu repercutièdo, alioquin inanes illorum iactus futuros prædicabat. Ille uero duodecim sumebat, & in uiros prædictos uibrabat, nullo aberrante. Abnuere conditionem omnes, quandoquidem probe nouerant quantum præstaret corporis dexteritate, nec eos latebat ipsum etiam plura facturum quam iactauisset. Hæc summa est igitur, ipsos Canarios mobilitate ac agili natura ferè omnes antea mortales. Hi etiam eximium cultum censent, herbarum succo tingere corpora colore multiplici, modo Puniceo, prasino modo, nonnunquam Veneto, aliquando caruleo, & nihil cultius ornatus uel ducunt colorum uarietate, & hæc pictura est eius ornatus apud eos, cuius ornatiores uestes apud nos sunt. Ex his insulis igitur Canarijs, duas ego Aloysius præsens inuisi Cieneram, uidelicet, & Ferrum. Palmæ quidem applicui, uerum nusquam classem deserui, ut cœptum iter consummarem.

*Descriptio Capitis Albi cum insulis proximioribus.*

## CAPVT IX.

Soluimus ab hac insula flante Austro Aethiopiã uersus, & breui peritènimus ad id loci, cui Capiti Albo nomè est, abestq; à Canaria militarijs ferè septingētis septuaginta: & illud præsertim est sciendū, quòd qui à Canaria insula ad Caput Albū proficiscuntur, hi litora Africæ nōnihil deserunt: quoniam qui Austro ducuntur, ad læuam Africā relinquūt, quantoq; magis quis ducit naues in aliu, tanto minus continentis uidet, quia Canariæ insulæ plurimū absunt ab litore Africæ Occidentè uersus. Igitur nauæ tamdiu absunt à litore dum nauigant, quoad ultra medietatē itineris peregerint, quo insula Canaria à Capite Albo abest: & demū obliquant ad læuam tantisper, donec Caput Albū speculentur à longe, ne prius appellent terrā, quam eminus explorauerint: quoniā ultra dictā caput nihil nisi uastū mare cōspicitur, quoad peruenias ad id litus, ubi cum dicto Capite sitinus, qui dicitur Fornā Dargin, cui ab insula quadam sinus eiusdem dicta Dargin, nomen inditum est: quod quidem nomen habet originē à parua insula in eodem situ sita. Intra sinum per millaria quinquaginta, & ibi etiam tres insule, quibus indita sunt hæc nomina à Lusitanis: primā Albam appellarunt, quia arenis strata est: alteram Garzararum insulam, argumento, quòd Lusitani qui primo coluerunt eam, magnam marinarum auium copiam ibi nacli sunt, adeo ut inde duas naues onustas omni genere auium in Hispaniam duxerint. Tertiā insula Cori dicta est: & hæc tres insulæ paruæ sunt admodum, arenosæq; ac desertæ. In illa quæ dicitur Dargin, aqua potu dulcis inuenitur, in alijs uero nō nisi marina. Et signanter animaduertendum est, quòd hi qui à freto Gaditano soluunt, & uersus hanc Aethiopiã, quæ Austrum recipit, tendūt, nihil culti reperiunt, etiam à Barbaris, donec ad id loci uenias, qui Caput de Chantia dicitur, & ab eo uersus Caput Album semper à latere, & tunc tellus arenosa, quæ est deserta, & Septentrionalem partē respicit, præsertim eam, quæ montibus adiacet, quæ est nostra Barbaria citra Tunetum, & loca illa omnia à latere: quos quidem montes Barbari appellant Sarra, & uersus Austrum contermina est Nigritis Aethiopiæ inferioris: uasta est hæc regio, adeo ut si ex Nigriti regio

Fornā  
Dargin

Dargin

Nigriti  
regio

quaris magnitudinē: nō seruat tamen iustitatē hanc undequaq; & Oceano  
alluit ab altera parte: quæ tota est alba & arida, ac plena arenis, depressa est,  
nec inæqualis, & usq; ad dictum Caput Albū, infra præ fert æqualitatē.

Caput Albū

Inueniunt Lusitani primo hoc Caput Albū, & in eo nihil præter arenas,  
nulla herbarū aut arborū uestigia: uisū tamē est conspicuū, quia triangulum  
representant in fronte efficit pyramides tres, quæ singulæ inuicem absunt  
miliario. Id latus totum scætet piscibus omnium generū, nec nostris minori/  
bus, forma tamē dissimilibus. Totus is sinus Dargin, & illa fere omnis regio  
indiga est aquarū, & ibi arida & petrea tellus, & paulopost uastum æquor,  
& aquarū concursus ingens: nec sulcant hoc mare, nisi interdū exploran/  
tes contis scopulos, qui ibi sunt frequentiores: ob id quandoq; obruta sunt  
naues dux secus aridam hanc. Et sciendum est, quod dictum caput de Chan/  
tin uersus Austrum & Septentrionem Caput Albū respicit. Et notandum,  
quod post dictum Caput Albū in mediterraneis est locus, quem Hodenum

Hodenum

appellant, introrsus situs ad dæctas sex, & is locus nullo muro clauditur. Sed  
est diuersorium Arabū, & statio Camelorum, quod appellant Arabes & Dro  
medarij, quos uocant Caruanas, quæ de Sambur ueniunt: & etiā illac tran/  
eunt, qui ab Nigritis proficiscuntur, & nostras Barbarias inuisunt. Eius re/  
gionis incolæ uiuunt ordeo & cariotis, quibus ubertim abundant: alibi etiā  
in suis locis crescunt prædicta, fed parcius: potus illis camelorum & aliorū  
animalium lac, uino prorsus caret. Boves scæminas habent & capras, uerū  
pauca, id efficit sterile solum, & minime herbidum: boues sunt parui, si no/  
litis conferatur. Mahumetē colunt, & odere Christianos plurimū inuquam

Nigritarum

inores

quiescunt, uagantur semper per deserta. Hi Nigritarum terras adeunt, & no/  
stras Barbarias uisunt, frequentes sunt, & Camelorū copiam ingentissimam  
habent, quibus comportant æs & argentum, & alia quamplurima. B Barba/  
rij nostris in Atanub, & ad Nigritas præfatos: inde uero exportant aurum,  
idq; ad nos aduehunt. His est color niger, uestis alba, lacinijs rubricantibus,  
absq; tunica interiore uestiuntur: eodem habitu & mulieres utuntur absq;  
camillis, ut præfertur. In capite more Maurico pepulum gerunt, quo circūuol/  
uunt caput. In his arenosis locis uiuunt leones, & pardi, struthiones quoq;  
quorum oua ego comedi non insuaui ter. Id est etiā sciendum, quod prin/  
ceps infans Lusitanus prædictus in hac insula Dargin pactum fecit hoc mo/  
do, ut nemo sinum intret mercaturus aliquid cum Arabibus, præter eos, qui

frædus inserūt, & dictam insulam incolunt: & qui cōueniunt cum principe,  
in dicta insula negociatores assiduos fouent, qui cōmercia exercēt cum Ara/  
bibus, qui hæc maria mercium gratia frequentāt, quicq; uarias merces impor/  
tant, ut sunt panni, telæ, argentū, tapetes, & id genus alia, & in primis triticū,  
quoniam fame propē iugi laborant, & cōmutant mancipia cum nostris mer/  
cibus, dant etiā aurū. Qua de causa princeps infans illic oppidum erexit,  
ubi fabri quamplurimi degunt, ut hæc cōmercia non desinant, sed perpetuo  
conferuentur: ob id propterea annis singulis eō contendunt Lusitanæ celo/  
ces, id est, ad Dargin insulam, ducūt etiā Arabes equos pernices, quos Bar/  
baros appellant, pro quibus ab eis Nigritarum seruos & uernas accipiunt,  
nec minore pretio eos uendunt equos quā decem aut quindecim mancipijs.

Eo etiā, uidelicet, ad Nigritas plura ex serico elaborata contextaq; Maurico  
more, argentum & alia pleraq; comportant ex Illyberi, id est, ex Granata Hi  
spaniarum ditionis, & Beticæ regionis. Afferunt etiā plura ex Tuneto A/  
fricæ minoris, quod Barbariæ regiā appellat, & pro his omnibus rursus man/  
cipijs, & aurī copiam maximam consequuntur. Hi serui primō appellant sta/  
tiones Hodeni, & inde ad montes Barchæ, illinc in Siciliam deueniunt: re/  
siduum uero uernarum ad insulam Dargin ducunt, & Lusitanis uendunt, il/  
lis, inquam, qui cum rege de mercimonijs conueniunt, sitq; propterea, ut  
Lusitani quotannis mancipiorum circiter mille ex Dargin aduehant secum,  
& id illis magnam cōmercium: nec hæcenus, nisi à diebus paucis, inter eos  
com,

A cōmercia  
rum sinu  
diterrane  
& gentis  
dem in I  
Caput Al

S Enega  
nat. A  
sunt dubi  
post Cap  
gis conte  
lino lacte  
luntur: pa  
to totam  
Hos aliqu  
hi seruitu  
cis redier  
mercia in  
inferatur  
in bitio &  
uitum e  
Azanegi  
nea caput  
operiat: p  
puendan  
tetrum ser  
habent, ue  
tur. In un  
proditore  
promittur  
lime, quoc

M Agni  
mis p  
mum & d  
perinde ut  
rius longi  
sianos nil  
tulere, cap  
tes. Pro eo  
& alias id  
& inuisas,  
tibus adue  
pisces esse  
noctu sulca  
utpote qua  
cuius ui ue  
noctu in pr  
tum, pro  
atq; illuc p  
quonam m  
triduo abs  
apud eos d



A cōmercia fiebant. Nam prius Lusitani insensū erant his Arginensibus, & eorum sinum ternis uel quaternis nauibus infestabant, & aliquando noctū mediterranea deprædabantur, & uicos piscatorum aggressi, plura asportabant, & gentis Arabum sexus utriusq; quamplurimos captiuos trahebant, qui tandem in Lusitaniam ducti sub hasta ueniebant: pari modo alterum satius ultra Caput Album deprædabantur usq; ad flumen Senegæ.

De regno Senegæ, & Azanegis populis. CAP. X.

SEnega flumen est, quod Azanegos à primo regno Nigritarum disternit. Azanegi homines sunt qui inter nigrum & subænicium colorem sunt dubij, incolunt quædam loca ultra Caput Albū in latere illo quod mox post Caput prædictum decurrit, & introitus per deserta: plures ex Azanegis contermini sunt Arabibus Hodeni. Hi uiuunt ordeo & cariotis, & camelino lacte: uerum quia proximiore sunt regno Nigritarum, leguminibus aluntur: pauci sunt admodum cibi, adeo ut polline ordei, uel minimo pulmento totam diem alacres uiuant: efficit eos inedia patientes annonæ caritas. Hos aliquando captiuant Lusitani, uenduntq; pro mancipijs domi: præstant hi seruitute uernas ferè omnes, præsertim Nigritas. Vt cunq; sit, ab annis paucis redire nostri Lusitani secum in gratiam, & à ui temperat omnes, & cōmercia inter eos magna sunt, nec patitur princeps infans, ut eis de cætero inferatur iniuria, autumat eos propediem subituros Christianã legem: nam in biuio & ancipiti adhuc hærent, utrum legi nostræ, an Mahumetanæ seruitutem exhibeant, nihilq; de lege huiusmodi apud eos agitari erat, nisi Azanegi eos edocuisissent. Et hi Azanegi prauum morem seruante. Fas licentia caput inuoluunt, demisso sindonis capite per frontem, ita ut os totum cooperiat: pudet enim eos oris æque ac inguinis uel cunni: os tectum ut rem pudendam circumferunt, argumento quod ueluti sentina quæ priam halitum tetrum semper emittat, nec detegunt nisi sumendi cibi gratia. Principes non habent, uerum locupletiores inter eos eminent, his obediunt & obsequuntur. In uniuersum pauperes sunt, mendaces, & supra quàm referre possim, proditores. Mediæ sunt stature, capillum calamistro exornant ut Alamanni promittuntq; plurimum, illudq; nigrum adipe piscis inungunt, & olent pessime, quod apud eos uirtus & honos ducitur.

Communitio salis & auri, deq; distantia.

CAPVT XI.

Magnificiunt etiam hi populi præpingues & obesæ mulieres, & in primis proceriores mammas habentes: propterea ubi annum circiter septimum & decimū attingere, rumpuntur eis uia uiris mammae fune per medium, perinde ut seræ à pectore auulsæ peniles remaneant: quæ uero semel pepererint longiores sunt, & uisu foediores turpioresq; neq; hi alios nouere Christianos nisi Lusitanos, qui annis circiter quatuordecim eis multas clades intulere, captiuos ducendo plurimos, hæstæ demum ut mancipia eos subijcietes. Pro cōperito etiam id habemus, quod ubi hi populi primo Liburnicas & alias id genus naues conspexere in mari uelificæ, antea illis inuicissimæ & iniurias, arbitrati sunt aues esse albis alis aëra scindentes, è remotioribus partibus aduentasse. Quæ aut uela deprimerent, ut appellerent litus, credebant pisces esse: eminus uisus nauibus, nonnulli censebant fore phantasmata, quæ noctu sulcarent maria: & erant hæc naues eis terribilissima non mediocriter, utpote quæ modo huc, modo illuc distrahebantur, instar phantasmatis aliquid cuius uentorum ductæ, uarijsq; in locis eis inferebantur damna à nauitis, noctu in primis, quæ tamen inter se celoces abessent per milliaria propætum, prout conuenerat inter naucleros, & ut uentorum ratio patiebatur, huc atq; illuc pulsæ: sicq; intra se ratio cinabantur, si hi essent mortales homines, quoniam modo quirent tantum itineris nocte una metiri, quantum nos nec triduo absolutimus profus nauigationis expertes. Itaque loco phantasmatis apud eos ducebatur. Huius rei certior me fecere ex Lusitanis quæ plures qui

qui per id tempus ea litora frequentabāt commercij gratia. Accepi etiam id  
 à captiuis, qui ferè per eadem tempora capti fuerāt, ex his testatū fuit nobis,  
 quā stupidi ad rerū nostrarum conspectum fuerint, quando de nobis talia  
 strolide sibi persuadebant. Supra etiam stationem Edon introitus sex dierum  
 itinere locus uisitur, qui denominatur Tagaza, quod nostri interpretatur au-  
 ri sarcinā. Vnde aduehitur salis petrei ingēs copia, id alportatur camelis &  
 Azanegorū uaria loca petentiu: nonnulli Tambuto iter faciūt, &  
 Amelum contendunt ditōnis Nigritarū: quōd ubi applicuere, mox sal omne  
 expediunt, ut puta octauo die: quicquid aduectū est salis uenditur prope Mi-  
 tigallum, CC. uel CCC. demū suas repetunt casās auro onusti. Et id in primis  
 est sciendū, hoc regnū Mellis caloribus infestari, ut ferè quadrupedia omnia  
 illic fathiscant, quū nihil pabuli ibi pro quadrupede crescat nisi pestilēs: fitq;  
 propterea, ut ex centum camelis qui ed onera ferunt, nō redeant triginta do-  
 mum: hinc quadupes ferè nullū uidebis, ibi pereūt omnes aëstu nimio. Ara-  
 bes etiam & Azanegi illic correpti morbo efflant animā: ægritudine parit  
 torrens sydus, cui subsunt. Ferunt etiam Tagazam à Tambuto abelle itine-  
 re dierū quadraginta equitis unius: & inter Tambutum & regnū Mellis iter  
 triginta dierum intercedit. Percunctatus sum etiam hos quomodo mercato-  
 res regni Mellis tantum salis consumant. Reserebant Mellitæ nonnihil con-  
 sumere in regno suo Nigritarū, quoniam uersus Meridiem positi, non longe  
 ab æquinoctiali, ubi dies cum noctibus semper propè certant de pari: lon-  
 giusculi tamen dies, quoniam illorū Zenith de directio non est sub æquino-  
 ctiali, non enim essent in Meridie. Sunt itaq; ultra æquinoctialem nonnihil,  
 & ideo plus diē quam noctis habent, & ibi feruentissimus aëstus. Fitq; pro-  
 pterea, ut statim anni temporibus eorū sanguis inficiatur, adeo ut ni sibi sale  
 mederentur, protinus exuerēt uitam. Modus medendi hic est: Salis modicā  
 aqua liquefactū singulo die hauriunt, & hoc eis pro medicina & remedio  
 præstante. Reliquū uero salis in glebas diminuunt tantillas, ut utri unius  
 humeris singulæ ferri possint, arte quadam ad id non inepta, usq; ad regnum  
 Mellis, quōd quum uenerint, singulis camelis duas salis glebas imponunt: &  
 id quadrat oneri, uidelicet, ut singulis camelis duæ salis glebæ imponantur: &  
 postremo in regno Mellis Nigritæ, qui Mauri nigri uulgo dicuntur, rursus  
 id onus salis capite portant, ut priui priuas glebas ferant, numerosiores adeo  
 ut propè ferentium uideatur iustus exercitus hominum peditem, qui per ua-  
 stum iter salem humeris conuectant. Et hi pro leuamine laboris, & fessorum  
 solatio, tridentibus quibusdam utuntur humi infixis, quibus salem fessi im-  
 ponunt tantisper, donec uires reuocauerint. Hoc modo sal prædictum adue-  
 hunt usq; ad quoddam flumen, cuius naturam non sum percunctatus, an sal-  
 sum uel dulce esset: nec id ab re dixerim, quoniā æquor creditur à multis. Et  
 his Nigritis operæpretium est sic salem suum conducere, quoniam quadru-  
 pedibus ferè omnibus carent: id soli efficit iniquitas, quod aut parū fert her-  
 bæ: aut si fert, id totū est pestilens, ut præfeci. Hinc nō difficulter colligimus,  
 quā frequētiore hominum uehentium salem cœtu opus sit, quum tantum  
 salis consumant. Quū uero applicuerint ad id flumen, quod mare propè cre-  
 ditur, qui salem detulerunt, singulis singulos ex suo sale monticulis erigūt: &  
 ita disponūt, ut alter alteri succedat continenter rectio tramite, & uniuersiq;  
 quopiam signo suum acerum insignit, & demū recedunt omnes itinere me-  
 ditæ diei. Vbi igitur recessere, aduectant alij Nigritæ, qui cognosci nolūt, neq;  
 aliorum colloquia admittūt, & accedunt cū suis Liburnicis, ac nauibus gran-  
 dioribus ab insulis quibusdam, & litus appellant, uisq; sale, pondus quod-  
 dam auri prope acerum salis ponunt, prout sibi congruere cōmercio uide-  
 tur: nec ab æquitate absoum, & mox recedunt, salem & aurum relinquen-  
 tes. Nigritæ uero qui itinere meditæ diei secesserant, rursus redeunt, & unus-  
 quisq; suum acerū uisit, & ubi aurum dimissum placuerit, auferūt, salem re-  
 linquentes, & abeunt non reuerfuri: si uero condito auri relicti nō placuit,  
 utrunq;

Tagaza

Regnum Mellis

Permutatio mercium

A utrunq; die  
 tempus re  
 ceruos à qu  
 licium est a  
 libet: aspo  
 rerum no  
 dendum: a  
 ceptum, a

N Oueri  
 cuncta  
 Iet plurim  
 ret, quæ na  
 illorum, qu  
 pridè hoc c  
 ut hos capi  
 tus prædic  
 litus, & pe  
 modo: iusti  
 uentarent,  
 humo caue  
 Nigritis, q  
 demum era  
 seruarentq;  
 cis prædic  
 bi cōsuluer  
 B res, si unus  
 dignabund  
 grita, ac ad  
 callentes, al  
 ls uero capi  
 cibum sum  
 in eam opin  
 suapte natu  
 licet, prodit  
 principis d  
 deq; percur  
 esse nigerri  
 inter cætera  
 rubrum &  
 uum instar  
 bent nostris  
 res: lumina  
 ferunt etia  
 cipes reliqu  
 runt, quoni  
 bat in dama  
 dorem torri  
 quin rursus  
 rediere elap  
 suas infirm  
 molumentū  
 colis: & que  
 multis credi



**A** utrunq; dimittunt, videlicet aurum & salsam, & iterū abeunt infra prædictum tempus reuersuri. At Nigritæ qui cognosci nolunt, rursus accedunt, & eos a ceruis à quibus sublatum aurum uiderunt, auferunt: aut eis quibus adhuc relictum est aurum, addunt non nihil auri: uel suum aurum (si ultra addere non libet) asportant, sale relicto. Et hoc modo sua commercia exercent, ut alter aliterum non uideat uetere instituto. Et licet id forte à fide debeat, utpote nõ credendum: illud tamen pro competo habemus, quoniam à fide dignis est acceptum, à negotiatoribus in primis.

*Quomodo Imperator negotiatorem quendam cognoscere uoluit.*

## CAPVT XII.

**N**oueritis igitur me aliquando negociatores Nigritas regni Mellis percunctatum fuisse talia, quorū princeps eorum, qui & diuitijs & regno pollet plurimum, non nauallet operam ut uel amore, ut tandem aliquando sciret, quæ nam gens esset, quæ hominum forma, quod idioma, qui mores foret illorum, qui cognosci uolebant: id habui pro responso, Principem suum tam pridē hoc conatū fuisse, ut cognosceret hos Nigritas, & excogitauisse talia, ut hos caperet: adseuerabant ipsum, uidelicet, habito cõsilio, tempus aduentus prædictorum obseruauisse, quò consueuerat cõmerciij causa accedere ad litus, & per nonnullos dies præuenisse eorū aduentum, dispositis insidijs hoc modo: iussit nonnullis è suis priusquã mercatores qui Carauanā ducunt, adueniant, ad id loci accederent, ubi salis & auri permutatio fiebat, & effossa humo caueas struerent, in quibus ad tempus tandiu delitescerent, donec ex Nigritis, qui cognosci nolunt, aliqui aduenirent, aurū deposituri pro sale: & demum erumperent impetum facientes in eos, tres uel quatuor caperēt, adseruarentq; diligentissime, & ad principem ducerent regni Mellis. Et ut pauca eis expediat, successit principi ut disposerat: ceperat quatuor, reliqui fuga sibi cõsultuerat: & ex his quos ceperat tres missos fecerunt, rati satis ac super fore, si unus ad principē duceretur gratia gentis cognoscendæ, ne Nigritæ indignabundi succenserēt, & temperarent demū à cõmercijs. Capti itaq; Nigritas, ac adducto ad principē, adhibiti fuerunt quàm plurimi uaria idiomata callentes, alij alia lingua captum interrogantes, ut eius linguam explorarēt. Is uero captus ad omnem sermonem conticuit, & nusquam est loquutus, nec cibum sumpsit unquam: triduo solum uixit. Quæ res regni Mellis Nigritas in eam opinionem adduxit, ut credant eos populos usu loquendi carere, & suapte natura mutos esse. Alij rentur id euenisse ex indignatione, quòd uide licet, proditi fuissent. Retulere hæc principi ægre ferētes, quòd nequiuissent principis desiderio facere satis, Animo iniquo tulit princeps, & enixe aut deq; percunctatus est suos, quæ hominū forma esset. Responsum est illi, uiros esse nigerrimos, & proceros aded, ut suam staturā plus palmo excederēt: & inter cætera referebant eos labrū inferius promissum ad pectus usq; habere, rubrum & introrsus exulceratū perinde ut sanguis exeat, superius uero paruum instar nostri: fiebatq; propterea, ut dentes omnes apparerent, quos habent nostris grandiores, duos etiam habent hinc & hinc reliquis eminentiores: lumina uero prominentiora, eademq; nigra, torui aspectus admodum: ferunt etiam gingiua ut labrum sanguinē emitteret semper. His uisus principes reliquos pœnituit facti huius, nec deinceps gentem huiusmodi infestant, quoniam ob unius mortem reliqui desiere mercari triennio, quod cedebat in damnum eorum. Nos autem censuimus eis sic labra putrefieri ob ardorem torridæ plage: & quā sale sibi medeantur, nequiter diutius sustinere quin rursus ad institutū uetus redirent, quum sale carere non possent. Igitur redire elapso triennio, & ex nostris incõmodis & ægritudinibus metimur suas infirmitates: nec nosser princeps magni facit loquatur uel ne, modo es molumentū ab his sentiat. Id est totū quod à multis accepti eius regionis incolis: & quoniam plures hoc adseuerant, nõ diffculter adduci possumus, ut multis credamus, Ego quidem quantum in me est, hæc & alia non impossibilia

bilis credere uolo, quum ex usu multarum rerum plura didicerim. Id igitur aurum aduehitur in urbem Mellis, & ibi tripartitur, partem qui Caruanam ducunt, iter per regnum Mellis agentes, Cochium uersus Siriam ferunt: duas uero partes residuas Caruana ex Melle aduehit Atambutum, & ibi turfis diuiditur, partem ducunt ad eum locum qui dicitur Ato, & inde Tunetum Africae minoris, quod est Barbariae caput, & Regia per superius latus ad Oceanum, aliam uero partem deferunt ad illum locum qui dicitur Hodenum, ut supra memorauimus, & illinc ad Hona & portum Orani, qui dicitur a Barbaris Marfacubi, a Latinis, Portus magnus. Loca sunt Barbariae in Mauritania, non longe à Gadibus è regione Illyberis, idest, Granatae: aduehunt & aurum à Fezes, & Amarum, & Choos, & Argis, & Azafi, & Amefa loca Barbariae extrema, idest, extra fretum Herculeum: illo contendent Christiani, praesertim Italiae, empturi aurum, multijugas merces aduehentes. Et ut eò congreuiat unde sum digressus: aurum praedictum quod aduehunt ab dictis Azanegis siue subcinericijs cunctis mercibus praestat: quoniam illud aurum aduehitur Hodenum, ut praefecti, ad litus maris comportant, & ibi Hispani uendunt nostris. Propterea Hispani frequentant insulam Dargin, & ibi fere iugiter habitant commercij causa. Apud hos subcinericios populos non signatur aurum, nec argentum, nec cuditur aliqua moneta, sed res permutat, ac alteram pro altera suscipiunt, dantq; uicissim, & hoc modo uitam ducunt. Accepi tamen à nonnullis introrsus apud Azanegos & Arabes eam monetam, quam Lusitani expendunt esse in usu, monetam, appellant mitgal, ualoris unius nummi aurei.

*Virihonorabiles ac diuites, & ibi mulieres & arma.*

CAPVT XIII.

Quae haec deserta incolunt, hi regem non habent naturalem, deferunt tamen plus honoris ac reuerentię uni quam alteri, colunt praesertim lo cupletiores, & hi maiores habent fautores: ut etiam usu apud nos euenit pluribus in locis, & licet diuites sint, maiorq; ad eos hominum frequentia palpi & assentationis ut affolet, gratia eat, non sunt tamen principes. Mulieres ibi subcinericiae, ueste cotonina utuntur. Id genus uestis mittunt Nigrita. Vestes etiam habent quasdam, quarum in superioribus iam meminimus, Alchizel appellant, tunicis interioribus, idest, camisijs non utuntur, Armorum genus apud eos hoc est: non enim habent arma quae ad defensionem induant, ut nos thoracem, & lorica, quoniam nullo alio euitant, ac propulsant uim illatam quam clypeo: hastas igitur habent longiusculas, eademq; leuissimas, & tela: non tamen ut nostra uibrant, equis insident ut Mauri: sed non multos fert regio deserta, quoniam herbidi soli non est. Neque ut propterea multos equos alere, sit etiam iniuria candentis syderis, idest, flagrantis solis, ut propelit exulsa. Aquarum est indiga, inde proueniunt tot incommoda, uidelicet, sterilitas ferè rerum omnium: ubi tantum ternis pluit mensibus, uidelicet, Augusto, Septembri & Octobri. In eisdem etiam regionibus numerosissimam locustarum multitudinem aera uidimus inuibrantem: nam ferè singulis triennijs aduentant, & caelum obscurant, cateruatimq; uolitant, & ubi terras cooperuerint, corrodunt ferè omnia, adeoq; sunt frequentes, ut spatium miliarium xij. caelum inuibrant: rubent, & maiores sunt cauletis, non apparent nisi triennio uel quadriennio semel: quae si quottannis aduenirent, corrosa ac deserta iam forent omnia: ego aliquando eas uidi cateruatim supra mare uolitare, numerus erat prope infinitus.

*De sinu Senegae, dissternante harenosis terras à seracibus,*

CAPVT XIII.

Postquam dictum Caput album praeteruimus, illud semper contuentes, nostro itinere peruenimus ad flumen, quod sinum Senegae appellant: illud enim est praecipuum flumen regionis Nigritarum introrsus per hoc latus. Dissternat itaq; flumen praedictum Nigritas à uiris subcinericijs dictis Azanegis:

A Azanegis rigua & fe  
uei, ostium  
denum et  
reitur  
na praesen  
instar flum  
ut flumen  
ram consp  
uoluerint  
immergati  
thiscunt, &  
put album  
nosium ce  
pellatur la  
coloris. I  
homines f  
nis illic re  
contrariis  
traçtoris  
uis uno: r  
reddit irri  
defacit. H  
pellant, &  
latius in s  
us libro q

B  
R Regio  
sunt in  
dicta terra  
Zilophis,  
uq; Achil  
est emine  
tiride. Ca  
stius tamen  
latum fuit  
gulos num  
libuerit p  
Nam quon  
nonnunc  
cem digla  
ria Solda  
est tamen  
ges domi  
domos, q  
rent lapid  
cedit: Ma  
uix distar  
os: uerum  
gnatione  
obraritat  
tia donat  
plici. His  
complure



**A** Azanegis: separat etiam aridam & sterilem sellurem, hoc est, desertum ab it rigua & feraci terra Nigritarum. Quod quidem flumen patentioris est alicui, ostiumque habet spatium unius milliarii: altissimum est, & rursus aliud ostium: demum efficit in umbilico insulam, & denticulatus duobus exonerat in mare: tunc uidebis breuia, ut in syrtybus harenis obductis, quae abacos & scama praesentat inuorsus mare ad milia: singulis sex horis crescit & decrescit insiar flantis & resstantis Oceani: & ubi reuomit aquas, tanta ui immittitur, ut flumen retroagat ad sexaginta miliaria, ut retulerunt Lusitanis, qui id eorum conspexere aliquando flumen ingressi: at si qui dictum flumen ingredi uoluerint, eis operae pretium est cauere a breuibus, & harenis obductis, ne immergantur, quoniam praebent speciem solidae telluris, & tamen tactae factisunt, & in uagam harenam dilabuntur. Id etiam est notandum, dictum Caput album abesse ab hoc flumine milliarijs fere cccclxxx. & totum litus harenosum cernitur usque ad ostia fluminis inuorsus per miliaria uiginti, & appellatur latus De ante rota, ditionis Azanegorum populorum subcinericij coloris. Id ante omnia miratu dignum est, quod trans flumen memoratum, homines sunt nigerrimi, & procerae staturae, ac habilissimi corporis: & omnibus illic regio uiret, ac uernat pomiferis arboribus referta. At circa fluum contrarias uices cernas, uidelicet, homines subcinericij coloris, staturae contrafrictioris: hoc flumen ferunt a Nilo deriuari, e quatuor praestantioribus fluuijs uno: eadem uices habet cum Nilo, ut ille Aegyptum, ita hic Aethiopia reddit irriguam. Nam Nilus Babyloniam praeterfluens totam Aegyptum madefacit. Hoc flumen alios amnes emittit, & praesertim eum quem Senega appellat, & magna sunt flumina, totum latus Aethiopiae irrigant, cuius tamen latius in sequentibus meminisse est animus: huius etiam commemorat Plinius libro quinto Naturalis historiae.

*Qui principes ad latus Capitis uiridis regnent.*

**B**

CAPVT XV.

**R**egio horum Nigritarum, qui primo loco regnum Senegae obtinent, hi sunt in introitu regni Aethiopiae, & omnis terra dicitur inferior, uulgo dicta terra Bassa, complures populi accolunt praedictum fluum, uocantur Zilophi, & ulterius per spatium immensum omnis regio dicitur terra Bassa usque Achiaridam, & trans flumen. Si tamen Caput uiride excipias, ubi tellus est eminentior, quam in toto latere ad miliaria fere cccc. ultra dictum Caput uiride. Circa uero per miliaria fere centum omnis terra est litus patens, depressus tamen. Noueritis etiam hunc regem Senegae quem illic agerem, appellatum fuisse nomine Zuchalin. Ibi enim multiplices sunt principes, nos regulos nuncupamus, qui aliquando zelotypia regni conspirant, & regem quem libuerit praeficiunt, clarum tamen stirpe, & eum precario dominari uolunt. Nam quum eis non est complacitum, exauthoratum e regia sede derudunt: nonnumquam rex huiusmodi effectus potentior exurgit in electores, & inuicem digladiantur. Non est tamen firmum regnum, neque perennat, ut in Syria Soldanus. Nam assidua expectatione pendunt, ne regno priuatis: Lix est tamen de paupere regio. Inopes sunt admodum fere omnes, quibus reges dominantur: nullas urbes habent, ruscula uero, & mapalia citius quam domos, quando quidem calcem non habent, qua parietes ferruminentur, carent lapidibus, & angusta est regio: utpote, quae a latere miliaria cc. non excedit: Mare autem inuorsus tantumdem, ut mihi relatum est: latitudine etiam uix dictam mensuram excedit. Rex igitur eorum redditus non habet annuos: uerum tributa pendunt reguli illi quotannis: efficit hoc metus, ne indignatione regis incurrant, donant regem equis, qui illic magni penduntur ob raritatem. Carent etiam phaleis, & omnibus equorum instratis. Rex etiam donatur quadrupedibus alijs: bobus foeminis, capris & legumine multiplici. His uisit rex eorum, adicit tamen iple ad haec multa: depraedatur complures, surripit mancipia conterminis ui uel amore, sibi uicium parat

b mancipia

mancipia uero nonnulla culturae addidit, alia exponit mercatoribus Azanegis uenalia, qui eò contendunt caussa commercij: equos praesertim adducit, utuntur etiam Christianis, postquam consuetudinem habent cum Nigritis: huic regi licet tot ducere uxores quae uoluerit. Itidē regulis licet, & indi-  
 genis omnibus, modo alere queant: nulla lex matrimonij multiplex prohibet. Rex uero supra xxx. uxores semper habet: plus tamē unā quam alteri caripendit. In his tamen ratio stirpis habetur maxime: quoniam quae loco praeclearo sunt ortae praestant ceteris. Rex itaq; hanc uiuendi consuetudinē seruati uxores suas ruri alit, & adseruat hoc modo: nam singulis coniugibus agros, & latifundia armeniacq; impartitur pro earū uictu, mancipia etiam & ancillas largitur eis. Mancipia agros colunt, & alia nauat, quae ad rē familiarem spectant. Habet boues tamē mares quam foeminas, quibus arant tellurem: quum uero usu uenerit, ut rex rus cōcedat, diuertit pro arbitratu ad quaecunq; libuerit: singulae uero terna uel quaterna obsonia deferunt, ad eū ipse rex & omnes aulici qui cū eo proficiscuntur, uiuant dictarū regis uxorū expensis. Nā uidebis singulo mane innumera mancipia dapes multijugas ferentia ad principē, quae omnia Condo adseruata datur. Conduus uero Promo, hic uero Parocho per gradus subministrat, perinde ut paruo temporis interuallo prope dapes innumerae aduchatur. Quum autē complacitum regi fuerit discurrere, seligit ex his obsonijs quae uoluerit, reliquum tribuit aulicis, uerū uix unquam eximunt edendi amorem, esuriunt semper, & nunquam saturi, modo huc, modo illuc regem sequuntur, aliena semper impensa. Nec quicquid pensat rex, quibus sumptibus, & se & suos alat, huius rei cura spectat ad alios. Cum uxoribus uices alternat, modo hanc, modo illā comprimit: hinc natorum infinitum prope numerus: quoniam ubi se compressam multerem pregnantē senserit, aliam aggreditur. Hunc etiam morem et reguli seruant.

*Nigritarum habitus & fides.*

CAPVT XVI.

Mahumetem primi Nigritae colunt: non tamē adhuc pertinaces sunt in ea fide ut Leuco Aethiopes, quos Mauros albos appellant, praesertim gregarij: principes uero tenacius colunt Mahumetem. Quippe qui sentium cum sacerdotibus Azanegis & Arabibus, qui principes legē huiusmodi docent, & his argumentis persuadent eis legē colendā, quod, uidelicet, libi athenum, nec principis ordini consentaneū, ut eū uulgo imperitiorē nullū deū colant: fitq; propterea ut nō difficulter principes adducatur ut credant Mahumeti: quoniam aliorū gentiū consuetudinē neciūt: sacerdotes tantū, ut praefecimus, Azanegos & Arabes nouere fidei magistros Mahumetanx. Vbi uero cōcepte uerbari cum Christianis, & nostram fidem à nostris sanctiorem extolli, & praedicari eximie audiuerit, minus Mahumeti credit, nostris oblectantur moribus, & arguunt fidem nostrā esse sanctiorem, & meliorem ob id quod sumus ditiores ac locupletiores illis: exemplum sumunt ab his mortali-  
 bus ad aeterna, addentes nos summopere à nostro Deo amari, argumentum quod tot diuitias largitur suis, eosq; tot animi ac corporis dotibus honestat nec posse legem huiusmodi, nisi à bono conditore proficisci: nihil minus legem suā non deserunt, licet & nostrā probent, aiuntq; in utraq; lege utriq; locum esse salutis. Habitus istorū talis est. Nudi prope incedunt, nisi quod pro subligaculis corio caprino utuntur, hoc pudenda cooperiunt. At principes & locupletiores omnes camisis cotoneis utuntur, quoniam regio pannis huiusmodi abundat, & ex filis mulierum pensa fiunt: nam filū nent, & pannū largiorē palmis binis efficiunt. Non sunt ibi longiores panni, quoniam per-  
 chines non habent maiores, quibus texere queant. Insunt propterea ternas uel quaternas telas simul, & tunicas conficiūt largas quidem, sed genua nō attingentes, uixq; media tegunt brachia: foemoralia etiam coronina faciūt, nos brachas appellamus, siue subligacula oblonga, ad eū ut tunicam talarem credas. Is habitus est latissimus, perinde ut ora eius pateant circuitu palmarum xxx. uel xl. & ubi uestem subcingunt, innumeras plicas efficiūt ob longitudinem

*Vxorū uel  
 ratio regum.*

gitudine  
 & aucte  
 modū, ip  
 diuaricat  
 doq; nos  
 decetiorē  
 est: a capi  
 usq; ad cr  
 & mulier  
 ex capill  
 puellaria  
 calores e:

**H**Vius  
 gulo  
 uerim in  
 nia & dap  
 quarum p  
 di: contra  
 tiffimil: lo  
 omnia me  
 duo dom

**H**I prin  
 ficur  
 diuturnos  
 quibus ue  
 ne genus  
 un: ueloc  
 & iacere  
 arte fabre  
 ni carnes  
 to: ut apu  
 quādam  
 gione Ga  
 id metallu  
 tur quae la  
 cissima, q  
 num strag  
 maluntq;  
 nec eos pe  
 contemne

**H**inau  
 dito, r  
 tur cymba  
 scantur, &  
 res accerri  
 tiplie: id  
 sus conter  
 Gambra  
 ptention:  
 distermin  
 quā ego



**A** gitudinem ac latitudinem habitus: nam sinuat instar sagi præcincti, aduersè & auersè, id est, retro & ante terram uerunt ueste: & quò sit res ridicula admodum, ipsi tamen rem putant honorificentissimam: uari quoque incedunt, id est, diuariatatis cruribus, instar micurientium mulierum. Percussabatur quandoque nos ipsi, an uidissemus unquam honorabiliorum habitum, quippe qui decetiorum in uiris non credunt. Mulieres partem corporis superiorem, id est, à capite usque ad cincturam nudam circumferunt: inferiorem uero sindone usque ad crura media cooperiunt: pedibus ambulant nudis, is mos est & uiris & mulieribus tam cõiugatis quàm nubilibus: aperto capite incedunt, torquè ex capillis agunt, & eo exornantur uiri æque ac fœminæ: uiri etiam pleraque puellarum pensa exercènt, nent enim, & pannos compurgant aqua. Ibi semper calores eximij, nec unquam magis algent uel bruma, quàm nos Aprilis mense.

*Viri habitu elegantes, sed uitæ immundi.*

CAPVT XVII.

**H**uius plagæ homines corpora eleganter curant: nam ter uel quater singulo die aqua immersi lauantur, utpote qui balneis oblectantur plurimum: uerum in culinis adeò immundi ac turpes, ut dum eorum concinnant obsonia & dapes, stomachum suscitent & nauisam: & earum præsertim rerum quarum prorsus sunt expertes, non solum sunt simplices, uerum etiam stolidi: contra, in illis rebus quas ex frequentiore usu nouere, ut nos, sunt accuratissimi: loquaces sunt admodum, adeò ut uix unquam desinant nugari: ante omnia mendaces ac fallaces, alioquin hospitaes, quippe qui biduo ac tri-duo domi sua impensa hospitem libenter alunt.

*Quomodo inter se concertent principes Nigrîtæ & regni Gambrae.*

CAPVT XVIII.

**H**i principes Nigrîtæ sæpenuero inuicè digladiantur: pedites bella cõficiunt, quoniam equis carent ob iniquitatem soli: nam ob æstus propè diuturnos uix ibi herba crescit quæ alantur equi: loricas nec thoraces habent quibus uestiantur ad bella, eis prorsus carent: uerum clypeos & scuta ferè omne genus habent: ut uero hostem feriant, telis utuntur quibusdam quæ iaciunt ueloci dexteritate. Nam id præsertim callent, uidelicet, uibrare hastas, & iacere tela: his adfigitur acuminatum ferrum ad palmi mensuram, & mira arte fabricatum, perinde ut quum quempiam fauciaueris, uix extrahi queat nisi carnes lancinentur & atrociter concerpantur, ferro reluctantè ex opposito: ut apud nos sagittarum sunt quædam genera: ferunt etiam enses & sicas quædam more Maurico obliquas, sicut ex ferro absque calybe, quoniam in regione Gambrae Nigrîtarum ulteriore calybem non habent: & si forte habent id metallum, tamen effodere nesciunt. In bello etiam hastis quibusdam utuntur quæ lanceas præsentant, alia arma non habent. bella illorum sunt atrocissima, quoniam diloricati ut præfecimus, præliantur: hinc maxima hominum strages, audaces sunt maxime, utpote qui ultro sese periculis obiectant, maluntque in bello oppetere quàm terga dare, licet fuga sibi consulere queant: nec eos perterrefacit sociorum clades, imò atrociores redduntur, mortem contemnentes, adeò assueere prælijs ac bellis, & cladibus innumeris.

*De eo quòd natant eximie, & de regno Senegæ.*

CAP. XIX.

**H**inaues non habent quibus maria trahant, nec eas uidere ab orbe cõdito, nisi postquam Lusitani illò sunt profecti: accole uero fluminis utuntur cymbis quibusdam, quæ humeris trium hominum deferri possent: his præscantur, & traiecto fluuio uaria loca petunt: sunt etiam isti Nigrîtæ natatores accerrimi, prout ex usu didici: & accepi ab nonnullis, qui ex lectione multiplici id didicerunt. Regnum Senegæ Nigrîtarum introitus Orientem uersus contemnimus est regioni dictæ Tuchmoræ: at uersus meridiem regnum Gambrae contingit, ad Occidentem uero respicit Oceanum, uersus autè Senpentrionem Nigro fluuio clauditur, qui ut diximus subcinerictos populos determinat à primis Nigrîtis: & id flumen prius per annos circiter quinque quàm ego eò concederem, Lusitani nauæ iam explorauerant: qui quidem

*Nigri flui*

b 2 Lusitani

Lufitani cum Nigritis pacem iniere, & fce dus maximum, adeo ut definceps magna inuicem exercent commercia: frequenrarunt propterea regionem huiusmodi annis fingulis naues usq; ad meum aduentum.

Quas merces Aloysius Cadamustus permutauerit eum principe Budomeli Senegæ.

## CAPVT XX.

TRaieci dictum flumen celoce mea, & tantisper nauigauit, donec deuenit ad regionem que dicitur Budomel, & is est principum titulus, & dicitur terra de Budomel, sicuti nos appellamus principum uel comitum regiones uario nomine. Quum igitur ad id loci perueni, immoratus sum illic nonni- hil, quoniam idioma huius principis callebam, & ad id adducebar non diffi- culter, quoniam audieram huc principem esse candidissimæ fidei, & ne- mini imponere, magnæq; probitatis uirum esse, perinde ut tuto merces ad tempus huic uendi possent. Nam ad præscripta tempora ad unguem fidem seruare aiebant in concussam. Quum igitur mecum adduxissem nonnullos equos, qui illic pretij erant non contemnendi, licet pleraque res alias detu- lissimæ, ut sunt ex lana panni & ex serico sindones more Maurico, & alia quamplurima. Deceui itaque apud principem efficere, ut eum locum adi- rem, quem ad Palmas dicunt, ditonis principis de Budomel, ubi non por- tus, sed statio uisitur: quò quum ueni, reddidi certiore principem aduen- tus mei, internuncio Nigrita meo mancipio, iussiq; ut meo nomine illi om- nia mea offerret, & equos in primis, quibus sciebam principem delectari plurimum. Ut ergo paucis expediam, Princeps memoratus certior iam fa- ctus reru mearum, adit nos equis xv. ac pedibus cl. comitatus, meq; com- monefecit, an liberet terram appellere uidendi principis gratia, addebatq; me minime lusurum operam, nec me unquam pœniturum laboris suscepti, gratum animum eundemq; liberalem principem gerere. Quibus adductus litori applicui, & uisi principem, nec uisisse pœnituit, nam facta non dissimilia uerbis fuisse: excepit me honorificètilissime, post multa equos emit me- os: & quicquid abs me desiderabat, mox est consequutus: fidi illi ingenue. Rogauit me propterea ut secum irem in regiam suam, quæ introrsus est ad millaria ccl. Pollicebatur enim inibi se equorum pretium perfoluturum, hortatusq; est enixe, ut dies aliquot præstolarer, quoniam inter negotian- dum conuenerat inter nos, ut centum mancipia pro mercibus daret. Abdu- xit itaq; equos cum phaleris & alio ornatu mercemq; plurimam, quæ om- nia emeram ego non pluris quam CCC. aureis. Deceui igitur secum ire, nec prius abiui, quam ab eo perpulchra adolescētula donatus fuerim: nigra qui- dem erat, uerum formosa, & annum non excedebat duodecimū. Voluit esse cubili meo additam usque equaque: suscepi puellam libens, & ad nauem du- cendam uni ex meis tradidi. Iui igitur cum principe percupidus nouas res & uidere & audire, sollicitabarq; non minus hoc desiderio quam pecunia- rum exigendarum studio uel amore.

Quomodo Aloysius Cadamustus concessit cum principe eo loci qui dicitur Budomel in  
Mediterranæ.

## CAPVT XXI.

Contendi igitur Budomelam regiam principis locum Mediterraneum, prius equis ac necessarijs ad uaticū a principe acceptis, & ubi ad quar- tum lapidem prope regiam principis deuenimus, commendauit me nepotij suo cuidam eius ruris domino quò iam deueneramus: nomen huic erat Bisboror, & is nepos suus me domi excepit honorifice, & ibi xxxviii. die- bus steti mense Nouembri, & dum illic ago, sæpenumero eo ad principem de Budomel nepote comite. Interea plura memoratu digna uidi mores re- gionis concernentia: ut etiam hæc attentius uiderim, id effecti, quòd ad flu- men Senegæ ubi mei me opperiebantur, terrestri itinere sum regressus: nam undabundo mari fidere nolui, quoniam per id tempus admodum scruiebat, adeo ut ad celoces meas prius redire nequiueroim, quam naues fluminis li- tori applicuerint: & dum certiores meos reddere studeo, natarotem quæro

quæ

Bisboror.

A quæ nane  
ter class  
mare. Se  
ro igitur  
quidq; ca  
millia q  
credibil  
di nand  
quo bre  
cerui, qu  
obruun  
quibus s  
coartatu  
as. Tim  
Nigrita  
to merce  
petere:  
Accept  
difficul  
ut credi  
hora; ne  
scuente  
rum uiri  
retulit: q  
hos Nig  
ro uider  
das ibi e  
rum reg  
tem rex  
ditiores  
rū, præf  
nostris p

V T n  
esse  
illuc cor  
palia &  
ego iui,  
casas co  
altera se  
uerum e  
quò quu  
tile app  
cedunt e  
res hic p  
mæ; qua  
lterib; q  
princep  
ægrefer  
ceps obl  
nullaq; s  
qua nos  
uix satis  
nos esse  
suo turp



A qui nando literas ferat, quibus meis nautis compertum fiat me non posse alter classem repetere, nisi prius ipsi naues ad flumen dirigant, ob procellosum mare. Scirent propterea me usque ad id loci terrestri itinere contendere. Quero igitur ab incolis, an quispiam natator adsit, qui uice ueredarii iungi uelit quicquid calleat artem nandi, & ad meos ire non formidet, introrsus mare ad tria milliaria. Mox sese multi ultro offerunt id nauaturos: uerum quia quor in credibili feruore concitatum erat, uix mihi persuadebam hominem huiusmodi nando id consequi unquam posse, & eo minus adducebar ut crederem, quo breuia innumera conspicerem prope litus iactu arcus: hi sunt arenæ, cerui, qui ubi onera sentiunt quæ ipsam, mox euanescent, & naues uorticibus obruuntur. Quum uero supra aquam eminent, uidentur abaci uel scamna, quibus si insederis illico ruës. Et inter hæc breuia feruet mare atrocius ut pro coartatum, nihilque adminiculi tibi comperies, quo innixus uires lassas foueas. Timebam igitur illis ne ab profluente pessundarentur. Ut quicquid fuerit, Nigritæ duo affuere nauaturi quod petebam. Quæro quam pro labore tanto mercedem cupiant respondere mauius duas ex stanno pro unoquoque petere: quatuor enim huiusmodi mauiusæ nummum nostrum aureum efficiunt. Acceptis igitur literis, se mari iactabundo credere. hortescio referes, quas difficultates subierint hi natatores, dum superare breuia cõtendunt, perinde ut crediderimus aliquando eos submersos. Nam urinabant sub aqua spatio horæ, nec uidebantur. Tandem alter illorum celsit uiribus undabitum maris, nec seuenties undas domare potuit, redijt ergo uoti impotens. Alter uero maior uirum compescuit rabiem maris, & ad classem peruenit, responsumque retulit: quod factum uisum est mihi fere impossibile. Hæc itaque summa est, hos Nigritas uidelicet, nando fere omnibus mortalibus præstare. Quæ uero uiderim dum ægerem apud hunc principem, hæc sunt. Primum nolim credas tibi esse urbes, nec oppida, licet dicatur principes aut præfecti: nam illorum rex rura tantum & mapalia possidet: & is princeps quo cum egi plura, partem regni eius tenet, quæ res est parui momenti. Nec principes habent quia ditiores nummis uel thesauro aliquo inueniantur: non enim in pretio est aurum, præsertim moneta, quæ nulla est apud illos: sed obsequio & fide præstare nostris principibus: mira est obedientia quam exhibent principibus subditi.

Mapalia & rura Budomel, & Mulieres CAP. XXI.

Vt nihil prætermittamus dignum scitu, noueritis hunc principem semper esse errabundo non ab similem: quiescit fere nunquam, modo huc, modo illuc contendit, & eo præsertim ubi sunt suæ coniuges. Nam ut retulimus, mapalia & ruscula habent, ubi multiplices adferuantur coniuges. Et id rursum quod ego iui, domus principis nuncupatur: tibi uidebis circiter XL. uel L. humiles casae confertas paleis, id est, mapalia in ordine continenterque dispositas, ut altera sequatur mox altera: his circundedere sepes non ex tribulis uel spinis, uerum ex proceris arboribus, dimisso intervallo quod olij uicem suppleat: quod quum es ingressus, aulam comperies ruralem septem sepe arborea, Cor tile appellatur a rusticis. Nouem ex huiusmodi aulis domum principis præcedunt eo ordine, ut ex altera in altera aditus interior pateat, tibi noue mulieres hic princeps habebat: sunt etiam in alijs ruribus coniuges quamplurimas, quæ huic principi inferuiunt pro suo arbitratu. At quælibet ex his mulieribus quinq; uel sex adolescentulas Aethiopas domi alit, quibus pro libito princeps potiri potest, citra omnem coniugis indignationem, quippe quæ hæc aggreferunt uetere instituto principis, ut hæc Veneris uarietate cõiunx princeps oblectetur. Suntque hi Nigritæ admodum proni ac falaces in Venerem, nullaque satiantur libidine. Percunctatus est me propterea princeps, an aliqua nossem, quæ Venerem excitarent frequentius: nam unus tot feminis uix satisfacere quibat. Induerat enim opinionem hanc, uidelicet, Christianos esse ingenij acerrimi, & fere nihil nescire. Adijciebat ad hæc, si uoto huic suo turpi quidem fecissem satis, me beneficia innumera illico consequutur.

b : rum:

Breuiamari;

Mauiusæ.

rum. Laborant zelotypia hi principes adeo atroci, ut nec ipsis natū satis ac super fidant. Vni igitur principi patet ad mulieres aditus.

*Quibus stipetur princeps lateronibus.* CAPVT XXIII.

**H**uius principis latus custodiunt uiri cœquocumq; peregre contigerint: licet frequenter per uices succedant qui principis habent custodia, non defunt tamen usquequaq; innumeri, qui undequaque salutarum ad principem ueniunt. Ante regiam igitur principis ubi ipse diuersatur diutius, præcedunt septē atria, & ante ea plateæ quædam uisuntur, in quorū diametro at hor est proœra & umbrosa, quæ principis fores obseruātibus umbrā amœnam præbet. Habet itaq; princeps dispartitā familiā, & qui propius regiam degūt, hi sunt principi magis accepti, digniores ue: & quo magis elongant à regia, t̄to minoris census, ac ferè gradus nullius dinolcuntur. Has igitur graduū differētias ostendūt domus ex industria continēter in ordine dispositæ, ut cognoscas eos esse excellētiores qui regiæ principis sunt proximiores, pauci tamē ad fores principis accedūt. Id enim ferè solis Christianis licet, & Azanegis sacerdotibus, qui principē legē Mahumetis docēt, quibus maior potestas agendi quacūq; est apud principē, quam ipsis suis Nigritis.

*Mos salutandi principem, & principis consuetudo.* CAP. XXIII.

**P**riniceps igitur memoratus magnam præ se fert arrogantiam, quippe qui non prodit in publicū, nisi mane & uesperī: nec tamen à uestibulo regiæ digreditur, ibi sele mira superbia spectandum suis præbet illustrioribus. Igitur princeps quum uariis de causis quempiam admittit audiendum, tali dignatur reuerentia. Quum itaq; hi qui ad principem petunt admitti ad fores iam accesserint, utraq; genua flectunt, & humi ferè strati harenam identidē nudi reiciunt in terga, caput etiā harena aspergunt, ut speciem humilitatis præ se ferant: & is est mos ad eundē principis. Nec ibi aliquem comperies eminentiæ tantæ, qui aliter principem adeat suum, quàm nudo corpore, uerendū tantum corio tectis, humi reptans, ac harena aspersus totus: & ubi ad principem iam deuenere, humi uoluntantur, ut sutes in cœno: quū iam propius ad passus duos accesserit, sistit gradum, rem suam principi explicans, harenā semper in terga projiciens capite demisso, in ingentissime subiectionis specimen. Et princeps simulat supplicantiē nō uidere nisi furtim, nec propterea ab aliorū colloquio temperat. Vbi uero Vassallus desijt exponere res suas, tunc intuitu insolentissimo toruocq; uerbis duobus dat responsa, ut nec breuius sit responsum Laconicum, qui solo elemento mentem suam declarant: ut si annuendum erat, per u, id est, uolumus: si contrā, per n, id est, nolumus. In hoc igitur superbiæ fastu uersatur princeps, in tātoq; æstimatu & ueneratione apud suos, ut ipsi nos nec Deo immortalī maiorē exhibeamus reuerentiā: id efficit timor incredibilis, nēpe de nutu principis eorū uita pendet. Nam pro re quaq; minima morte plectuntur, & mulieres ac filij uenales exponuntur excandescente principe. Hæc sunt igitur que miram obedientiam ostendunt, quū subditi à principe patiuntur, quæ uix hosti colliberent.

*Mosheca principis, id est, templum idolorum, & mos sacrificandi & dissumbendi.*

CAPVT XXV.

**A**deo maximam cum principe familiaritatem contraxeram, ut uel Moscheam ingredi mihi fas esset: id est enim idolorum templum, ubi facta sūt. Quū igitur ad uesperascebat, presbyteros suos Azanegos siue Arabes accerlebat: nam hi apud eos uicē sacerdotum fungūtur, & sacris præsentibus remonijs ac legem docent Mahumetis. Ingrediuntur itaq; in cellam sacrorū optimate eminentiores, gratia orandi: sic enim orant stantes; & cœlū subinde respicientes, terram sæpenumero deosculātur: & princeps sacerdotem imitabatur agentē hæc omnia spatio mediæ horæ. Et ubi desierat orare, percunctabatur me, quænam de hoc ritu orandi mea foret sententia, libenterq; me differētē de nostra fide audiebat: dixi ego plura, ut deuit de celebritate nostræ fidei, quum principem beneuolum haberem auditore: ostendit enim

enim falsū didi nos nec prius bantur su bar, adfij colenda ob idq; m uires, & p aditum ac inquit, V paradiso himus aff perpesti la Validas a sibi displi Id enim a exponerē dum fore eundem m bus daper absq; nite cerdotibu Reliqui q mnes ex c tū, utpe

Igitur re nem, or serim ibi in mensu mium: p quā elega dices to dit, res u uacissim Septemb pluua, tu minant, & uicūm su lendi agr abfinitias quum lig per ad no ra, nec al aliter ipsi plurima p palma qu bores an mignol: & proflit su est subcir teme mē ni aqua i cior, & o acidum &



A enim falsum esse principem & alios omnes qui legem illam observabāt: ad dīdī nostram sanctiorem esse, idēq; comprobabam innumeris argumentis: nec prius desī concionari, quā exaudierint maiores satrapę, qui indigna bantur suam fidem abs me in ordinem redigi. At princeps rīlu uultum solue bat, ad stipulabaturq; meis dīctis, asserens & ipse nostram fidem non iniuria colendam esse, & nostrū Deum eo argumento esse, & magnum & probum, ob idq; multiplicia dona nobis elargiret, diuitias, opes, dexteritatē ingenij, uires, & pleraq; alia. Suam tamen apprime extollebat, subdens, eam faciliore aditum ad salutē eis prestare q̄ nobis nostrā. His rationibus nixus, quoniā, inquit, uobis datum est presentibus bonis frui, erit presentis uita uobis pro paradiso illa æterna. Nos uero qui per uarias uitę interurbationes uitę trahimus assiduo, scimus nobis haud defuturā illam æternam felicitatē: quoniā perpesti laboris, & susceptę ærumnę præmium nondum sumus consequuti. Validas ad hoc adducebat rationes uir, ut erat ingenij elegantis, nec nostrā sibi displicebāt, neq; difficulter nostrā fidē induisset, ni pauisset exui regno. Id enim acceperā à nepote, qui me enixe rogauerat, ut nostrā fidem principi exponerē, adfirmabatq; rem dignam esse, uerbū dei. Idēq; perlibenter audien dum fore cēsebat. Mores igitur huius principis iam retulimus, & præsertim eundem morem in uictu seruat, quem rex Azanegę, suscipit à suis coniugibus dapes, ut etiam ceteri Nigritę principes: humi procumbentes epulatur absq; nitore & elegantia uitę, per pauci cum rege discumbūt, id solis iacet saꝑeriosus laboris, aut regulis quibudam, uel saltem eminentioribus optimatibus. Reliqui ignobiles xii. uel x. simul discumbunt, & inter epulandum ferē omnes ex eodem catino sumunt, & quidem non immoderate, uerum frequētius, ut pote qui ter uel quater interdū epulantur.

*Legumina & uinum quę ex regno Senegę proueniunt.* CAP. XXVI

B Igitur regnum Senegę, ulterioriq; plaga Nigritarū, uinum, triticum, siliginem, ordeū, auenam, haudquaquā fert iniuria candentis syderis. quū præsertim ibi mensibus nouem iugiter nō pluāt, uidelicet, à mense Octobri usq; in mensem Iulij. Id efficit ut iacta semina nō germinent ob terrę calorem nimium: producūt tamē miliū, fabas, & fasilos omne genus, quę omnia nulsquā elegantiora uisuntur. Sunt fasiloli instar nucis auellanę faberrime facti, dices tornō aliquo insculptos ac striatos, ad eō uariētis naturę ars in eis ludit, res uisū conspicua. Fabę uero largiores, & proceriores, rubent colore uī uacillimo, alię albicātur, cernuntur uisū conspectiores: mēse Iulij seminātur, Septembri leguntur. Quū autē tellus cœlesti rore perfunditur, id est, uberiori pluuiā, tum terram mirū in modū colunt, non amplius q̄ trimestri spatio seminant, & legunt sata: signaui sunt cultores: & uix tantū seminant, quantū ad uictum sit sufficiens, nec in horreis cōgregant triticū uel alia. Is itaq; mos cōlendī agrī seruat, instrumenta quædam rustica habet, quę bipalij nō sunt ab similia, eis terram egerunt ritu contrario, quā nos consueuerimus: nam quum ligonizant terram, ante proijciunt, non ut nos, qui terram egestā semper ad nos trahimus, adeo ut pedum plantas ligonizando cooperiamus terram, nec altius q̄ tres aut quatuor digitos agunt bipalia uel graues uomeris, aliter ipsi non arant. Verū quia terra est teracissima, suapte natura quam plurima producūt, horū potus præbet succus palmae, lac & latices: nec ea est palma quę fert cariotas. Alia est arbor, quę ibi minime frequens est: & hæc arbores anno continuo succos emittūt instar lachrymarum, succus appellatur mignol: & ut uberiorem habeāt suci prouentum arbores fauciant, & statim proflit succus, qui excipitur uase aliquo, ut thura leguntur: huic liquori colos est subincinericius, & seruū lactis presentat, nec maior est prouentus q̄ binæ uel ternę mensurę die noscūt: huius est incredibilis suauitas, & ut uinū inebriat, ni aqua immixta fuerit: qui prima die prouenit ex fauciant arbores, est dulcior, & omni uino uel perq; dulci præstat, & indies suauitatem amittit, fitq; acidum & acre, tamen tertio aut quarto die magis hominī conducit: id sum

ego expertus pluries, & nō minus, quā uino aliquo eleganti hoc succo oblectabar, mignolum appellant, neq; eo ūti possunt omnes abunde, hoc est, ad uoluptatem, licet ad hilaritatem plurimi, & in primis illustiores: non habēt harum arborum uineas, sed sparsas & uagas, ut ferē cuiq; pateant, qui liquorem huiusmodi elicere uulnerata arbore uoluerit.

*Varij fructus, & miræ naturæ oleum. CAP. XXVII.*

Fructus habent multiplices, nec nostris absmiles, suauis sunt licet syluestres, qui si ut apud nos colerentur, essent profecto multo meliores: regio est patens, & aprica, ad omnia producenda prope apta: pascua ibi quāplurima, & arbores eminentissimæ, nobis tamē incognitæ: lacus ibi quāplurimi, qui aquā potu nō insuaue propinant, neq; nimīū uaste expanduntur, uerum profundissimi: & ibi pisces innumeri, licet nostris absmiles: Inq; his serpētes degūt, incolæ calcatrices uocāt. Fert etiā hæc regio miræ naturæ oleū, quod pollet triplici uirtute, odore, uidelicet, uiolaceū habet, sapore uero oliuæ: & si adhibitus fuerit dapibus, eas ut crocus inficit: quamuis ipsum crocū superet uberiori colore. Sunt & ibi arbores quædam quæ faxiolos producunt, rubētes cum macula nigricante, quæ est illis pro insigni, & à nostris oculus dicitur, alij hilum appellant, producit igitur quamplures, sed paruos admodum.

*Angues immanes, qui deuorant capras, & anguim fascinatorēs.*

*CAPVT XXVIII.*

Inueniuntur ibi multiplices animalū species, præsertim serpentū ferē omnium generū, uenenosi alij, alij innoxij sunt, duorū pedum mensuram excedunt, alas nec pedes habent ut serpentes, alioquin immensi, & tantę quidem uastitatis, ut integras capras hauriant, nec lancinēt, solide deuorantur: ferūt incolæ serpentes huiusmodi cōgregari statim anni diebus, & migrare in loca quædam ubi forticarum est uis magna, quibus & colos albicans, quæ sua parte natura humiles quasdam casus instar specus extruunt: nam ore terrā portat, & ferruminat abiq; calee, dicese cibus aliquos uel ruscula in ordine disposita. Nā ex huiusmodi casis uidebis C. & CL. cōuenter subordinatas, ut altera sequat altera miro naturæ ordine. Sunt etiā hi Nigritæ fascinatorēs, id est incantatores eximij, fascinant præsertim serpētes. Huius rei me certiorē reddidit adolescens quidā, qui anno superiore agens apud nepotē principis de Budomel, & quū hospitij receptus dormiret, audiuit innumeras serpēntū sibilationes, quibus expectatus dum attentiore animo euentū rei expectat, intelligit nepotē principis euigilauisse, & domū egredi uelle: percūctus est propterea adolescēs nepotē principis quōdnam nocte intēpēta concēderet: cui nepos (iā inclamauerat seruos a pedib. ut sternerēt camelū) sum, inquit, profecturus nō longe, mox rediturus. Iuit igitur nepos & fascino cōpescuit serpētes, illicoq; rediēs rursus alloquitur hospitiē Ligurē, Audisti ne, inquit, circiter noctē mediā exhibilantes serpētes? At Ligur, Audiui quidē. Subiecit itaq; principis nepos dicitur Bisboror: Erant, inquit, serpentes, quibus hæc plaga scetet, obfederāt enim domū gregē deuastaturi: ni ego occurrissem malo rāto incātatione, qua utimur frequētius, Ligur uero his auditis, dixit se mirari plurimum, & rem hanc Christianis prope incredibilem fore: tum nepos ad Ligurē, Non est, inquit, quicquid miseris ob hæc minima: nam princeps no ster multo maiora efficit incātatione quā libet. Quū enim, inquit, cupit præsentancum uenenum habere quod illico mortem afferat, inficit ibi arma ueneno, designato in terra circulo, & fascinatione serpentes ed concedere compellit. Quo quum uenerint, speculatur uenenosiorē quem interficiat, ueneni colligendi gratia, reliquos uero missos facit. Occiso itaq; serpēte, eius sanguinem cum semine arboris cuiusdam miscet, & ea mixtura arma illinit, quæ sic illita ubi sauciauerint condidit mortem afferunt, licet paruū uulnūs existat, modo sanguinis nihil nō eleuerit. Subdidit etiā Ligur nepotem prædictū hortatum eum fuisse, ut rei uideret exemplum. Verū Ligur parum huius rei curiosus reum experti rem huiusmodi. Omnium igitur consensu Nigritæ sunt



tae sunt incantatores eximij. Sunt tamen etiam apud nos huius facti hand ex  
 pertes, imò sagaces, contra serpentes praesertim.

## CAPVT XXIX.

**I**N regno Senegae Nigritarum boues solum, & bucculae usuntur inter ani-  
 malia domestica: nam capras & pecora ibi non uidebis ob ardorem torrentis  
 syderis. At boues tam mares quam foeminae nostris multo sunt minores, uixque ibi  
 uacillat rubentem comperies, aut albae aut nigrae omnes sunt, uel utroque co-  
 lore distinctae. Ex rapacibus leones, & pardus frequentiores, necnon lupi, ca-  
 preoli, ac lepores prope innumeri. Sunt etiam in ea regione elephanti syl-  
 uestres quamplurimi, non domantur ut alibi, & ferè gentium ubique efferrantur,  
 propterea & gregatim incedunt, ut in nostris nemoribus apri: cicures uix re-  
 petiuntur ibi. Hi igitur duos eminentiores dentes habent hinc & hinc, instar  
 aprorum, uerum ritu contrario: quando quidem alteri, scilicet, apro in superior  
 ra retortii (sunt dentes: at alteri, scilicet, elephanto dimittuntur in terram: nec  
 uel senecta huius sunt decidui, uitaem commitantur: hominem nisi laesus non  
 laedit: & ubi laedit, manu hominem comprehensum iacit in sublime ultra ar-  
 cus factum: ea dicitur manus elephanti, quam alij promuscide appellat,  
 eam emittit & retrahit pro suo arbitratu, nullusque inuenitur tantae pernicita-  
 tis, quae suo incellu non comprehendat, licet gradatim solum ambulet effe-  
 tus, magis seuiunt dum pariunt, ne catulis uis inferatur, & quatuor ad sum-  
 mum partum uno partu: maribus uix est cura sobolis, arborum folijs utuntur,  
 & fructibus: nam promuscide arborum deuastrant, adeo ut si stipitem manu co-  
 plexi fuerint, quantumcunque magnum ab arbore dispartiant: manum habent  
 in inferiore maxilla, quam exerunt & retrahunt pro libitu, haec cibum capiunt,  
 & hauriunt potum omnem, & ori administrant suo. os habent in pectore, fre-  
 quentia incolunt nemora, ac luto plurimum ut apri oblectantur. Sunt & alia  
 ingentia animalia, uerum syluestria.

De Psittacis &amp; alijs auibus.

## CAP. XXX.

**A**uitorum sunt complura gene-  
 ra, & in primis Psittacis feateet re-  
 gio: nam hos odere plurimum Ni-  
 grita, quoniam totam plagam ferè cir-  
 cumuolantes, fruges & praesertim  
 legumina deuastrant: multijugi sunt,  
 uerum e paruis & grandioribus, com-  
 plures ego attuli: distinguuntur colo-  
 re triplici, subcinericio, uiridi, ac ue-  
 neto, quos adhuc ferè inuolucres ex  
 nido subripui, sed mox periere. Ad-  
 ultos igitur centum quinquaginta in  
 Hispania detuli, eos singulos singu-  
 lo aureo nummo uendidi. His itaque  
 mirum est ingenium, & solertia nidifi-  
 candi: nam excelsissimam quaerunt ar-  
 borè, quae furculos habeat subtiles  
 ac tenues, cuiusuis ponderis ferè im-  
 patientes, horum cacumini adligant  
 dependentem furculum, cui nidum mi-  
 ra industria fabricatum suspendunt,  
 instar pile rotundum, relicto solum foramine admodum angusto, quod ostij uicè  
 suppleat: aut id efficere aliter, ut serpentum fallat astutias. Nam nidum pensile pete-  
 re nequeunt, quippe qui furculo tam tenui nullum seipsum crederent mole grauati  
 corporea. Igitur his artibus tuta est à serpente auis, licet parua. Ibi etiam sunt gal-  
 line quaedam, quas appellat Pharaonis, ex Oriente deferunt, his regio ubertim  
 abundat. Sunt & anseres non ut nostrae, sed colore & penis multijugis uariatae.



De can.

De imperio, &amp; qui eò consulunt. CAP. XXXI.

QVONTAM obtingit illic moram trahere diuturniorem, decrevit eorum emporium, siue nundinas quasdam uisere: nam die lunæ & ueneris in prætis quibusdam conueniunt à quatuor uel quinque milliaribus circumstantis regio nis: qui enim magis distant, alia emporia & nundinas adeunt. In his igitur nundinis compertum habui quàm indigi sint rerum multarum, qua uel profunda egestate laborent, id declarabant eorum uiles merces, hæ enim erant cotoni elaborati mulierum penlis, nec eorum ingens copia, panni ex cotoniis. Insuper legumina, oleum, milium, & pelues igneæ, storias, tegetes appellant, palmarum folijs complicatas, & alia complura usus illorum nõ inepta, hæc mulieres uendunt: at uiri arma, & auri non nihil, permutant omnia, pro re altera, rem alteram consequuntur, quandoq; pro binis ternas, aut pro ternis binas: pecuniam lignatam non norunt, nec nummos omne genus regio cudit. Hi igitur Nigrite in promiscuum ibant ad me stupidi, & admodum admirantes effigiem Christiani, & in primis albicantem colorem, necnon habitum, & corporis formam ac habitudinem insolitam: habitus is erat diplois ex serico nigro, damascum appellamus, chlamys item ex panno coloris cyanei, identidem pannum ex lana contuebantur, & diploidem loco miraculi cuiusdam: nonnulli albedinis periculum faciebant, arbitrati non esse colorem naturalem, sed factitium. Igitur ut certiores huius rei fierent, sputo illitas manus admouebant brachijs & manibus meis, ut experirent utrum color foret à natura, uel ab arte. Vbi uero uidebant sputum nihil de albedine ademisisse, sed albicantes carnes fore, rursus admirabantur. Ad has itaq; nundinas ut multa experiret, utq; scirem an aurum illic foret uenas cõcesseram: uerum ut præfeci, auri parum illic sum nactus promercialis.

De equis ibi uenalisibus, &amp; pabulo, &amp; eorum incantatoribus.

CAPVT XXXII.

ILlic igitur equos magni pendunt, quandoquidem difficulter eò ducuntur, nec nisi à nostris Barbarijs per Azanegos, & Arabas illo ducuntur. Illorum propterea ingens precium est, nec facillimè ibi aluntur ob aridam tellurem: nam torrida est plaga, quæ pabula non producit, facitq; æstus nimius, ut equorum in gurgine intumescant, ut uix melere possint. Crepant propterea stragula huiusmodi labefactati: pro fœno utuntur faxiolorum laceramentis, sole siccatis, id uicem fœni supplet: nam ubi legerint faxiolas, secant eorũ caules, & sole exiccant: loco auenæ succedit milium, quo mirum in modum pinguescunt: pro equo instrato phaleris & reliquo ornatu, dant mæcipia nouem ad summum quatuordecim, pro ut equi, & forma elegans, & agilitas persuaserit dandum. Quum autem emerint equos, mox accersunt fascinatores eorum, huncq; ritum seruant: rogum accendunt sarmentis, & herbis quibusdam suapte natura fumum exhalantibus, & equo per lorum apprehenso, sistunt ipsi supra fumantem rogum, uerbis nonnullis prolatis, unguento tenuissimo equum illinunt, & in domum adducunt, ubi ad xv. uel xx. dies delitescit, à nemineq; uidetur. Interea etiam appendunt collo equorum effascinationes quasdam corio rubeo inuolutas, & hæc agunt adfirmantes strenuiores tutioresq; bello futuros equos.

De facinris, &amp; earum mira alacritate. CAP. XXXIII.

HVIUS itaq; regionis mulieres hilares sunt supra quàm referre possim, gestunt, exsiliunt, saltant, & perlibenter chorizant, & in primis adolescentule noctu solum dum luna est pernox, in suis tripudijs: differunt à nobis quamplurimum. Res nostras admirantur ferè portenti loco, ut sunt balistæ & tormenta omne genus. Nam quum usum uenissent classem, iussi in uacuam exonerari tormenta, ut edito reboatu terrorem parerent his populis. Territi igitur tormenti inaudito, atrocisq; bombo, credere demonum opus, non mortalium artem, adficietes uno icu posse huiusmodi tormenta supra centum homines prosternere, tibias etiam admirabantur: & quum uident



A sent exornatas, ut fit, instar animalis alicuius credidēre uisum animal uarias emittens uoces, non instrumenta: quod ubi intellexi ne hac opinione ducti diutius fallerentur: dedi tibias illis cōtrectandas, tunc cognouere artem esse, non animal neq; phantasma, adeoq; eis oblectabantur, ut melodia rem celestem fore ab ipso deo fabricatam, tanta cōcinnitate ac melodica alleci, & in primis uocum uarietates admirati, remq; nullam uidisse pulchriorē prae dicebant. Nauium etiam per singula membra & minores partes scrutabatur: ut malum, anchoras, uela, remiges, & id genus alia, dicebantq; oculatam nauim esse, quoniam in fronte uidetur sculpit lumina, quod solum sit causa ornatu: ut sit quandoq; in carpentis & curribus. Propterea adseuerabant nos fore eximios incātatores, nec dāmonibus ab similes, utpote qui sulcabamus maria gradu citatissimo instar phantasmatis, & itinere quamplurima in mari metiebamur, ipsi uero uix de loco ad locum terrestri itinere ire notuerant, & id praesertim admirabantur, nos, uidelicet, in tantum à continente recedere aliquando, ut per complusculos dies terra nusquam appareret, & tamen nō ignorabamus ubi gentium essemus, & quō nam tenderemus: quod esse non potest, inquit, citra magicam artem: quod profecto haud dicerent, si nauigandi callerēt artes. Non minori etiam admiratione adficebantur, uis caridelis ac: enis, quippe qui nulla alia luminaria unquam uiderant praeterquā ignem. Vbi igitur uidere ardere candelas, dixere rem esse pulcherrimam. In eadem regione mellis est plurimū, nam id ē fauo mellis ore sūgunt, certamq; abijciunt: emi propterea ego fauum mellis, & more nostro à cera mel disgregans, percunctatus sum de cera eos quid sentirent: qui aiebant se eam nihil pendere, uti rem inutile. Conseci itaq; ex cera huiusmodi candelas, ipsis cernentibus, & iussi eas accendi, quo facto, magis ac magis admirabantur, profidentes nos fere nihil nescire.

Quomodo Antonietus, & Aloysius in mare conuenere non longe à Capite uiridi.

CAP. XXXIII

B IN hac regione instrumenta musicalia habent fere nulla, praeter duo, & ea melodiae & concentus prope nullius: uidi instrumentum quoddam sambucam appellat, quod fidibus binis tantum pulsatur, & nulla inde concinnitas, digitis pullant: res rudis, & prope momenti nullius. Vt igitur praefecti, oportuit me illic per dies aliquot diuersari causa explorandae mercis, ut si forte fortuna aliquid occurrisset, quod conduceret commercio: & ideo libentius ferebam, ut res nouas uiderem, quas referrem aliquando. Quum itaque decreuissem à continente soluere, & in altum facere uela desiderio uidentū adhuc, maiora: quum praesertim à principe infante certior factus fueram, nō longe à regno Senegae esse regnum quoddam, cui nomen est Gambia, & prout referebant Nigrita principi infanti. Id regnum auri esse feracissimum, adeo ut si eo contenderent Christiani, inde consequerentur diuitias innumeras. His igitur allectus, quum ut aurum consequerem: quum etiam orbis partes incompetas mihi antea uisarem: expeditus à principe ad nauim redeo meam, parans uela facere uentis: ut in pelagus altius eueheret: relicurus latus quo appulerant celoces. Dum itaq; haec meditamur, repente naues apparuerunt in salo fluctuantes, nam uicissim altera uiderat alteram, nec ignorabamus eos esse Christianos. Congressi igitur mutuo conspectu frui affectantes colloquuti sumus: moxq; paruit alteram nauim fore Antonietū cuiusdam Liguris, qui maria sulcare probe nouerat: alteram uero aulicorum quorundam principis infantis. Hi igitur uiri conueniant fide data: ut Caput uiride superarent desiderio uidentae nouae regionis. Inui itaq; cum eis amicitiam, & foedus ingens, ut simul maria sulcantes nouas regiones adiremus. Vnā igitur soluimus uela, dantes uersus dictum Caput uiride. Austro duce, à latere semper ut praec oculis continentem haberemus usquequaq;. Sequenti itaque die uentis prosperis Caput praedictum cepit nobis apparere: nā distat à regno principis Budomel unde solueramus millaria fere quadraginta.

De Capite

De Capite uiridi, &amp; eius denominatione, &amp; moribus gentium.

## CAPVT XXXV.

**I**D igitur promontorium Caput uiride idcirco appellatur, quia con-  
 situm est arboribus densissimis, eiusdemque uiridibus ac uirentibus anno fere con-  
 tinuo. Huius notitiam habuere primò Lusitani superiori anno meae nauiga-  
 tionis: appellarunt itaque hoc promontorium Caput uiride ab arboribus, ut  
 ab harena Caput album denominatur. Hoc itaque Caput uiride emansum est  
 admodum, & uisu pulcherrimum, inter duos montes medius exit. Tandem  
 in mare prominens uaste, uariisque rufculis Nigritarum, & mapalijs septum  
 undequaque, ab ea parte praefertim: quae respicit Oceanum. Sunt tamen hi Ni-  
 gritae ex regno Senegae. Ultra Caput praedictum uisuntur tres paruae insulae  
 non longe a continente, sed prorsus desertae ab hominibus: uerum sciant at-  
 borarem, iecimus ancoras, ut aquae nonnihil inde hauriremus. Insulae illae  
 quae uisa erant uberior, adhaesimus. Appulsi igitur huic grandiori insulae son-  
 tem quempiam quarebamus, nullumque nacli sumus praeter quandam scaturigi-  
 nem, quae uix poterat nobis auxiliari sitientibus. In eadem igitur insula  
 inuenimus nidus complures, & oua alitum diuersarum, quae nobis haud  
 erant incognita. Ibi stetitimus per totam diem, piscatibus sumus uaria piscium  
 genera, sagenis alios, alios hamis quibusdam cepimus, in primis dentales  
 & ostreas ueteres ponderis librarum xij uel xv. pro unoquoque piscium. Men-  
 selunij postero die illine soluente: ad nauigauimus litora haud propè dese-  
 rentes. Id est etiam sciendum quod mox post Caput uiride litora se sinuat &  
 in ipso recessu sit sinus pulcherrimus: terra est plana & referta arboribus in-  
 meris, quibus non prius decidunt folia, quam alia subnascantur, uirent fem-  
 per, & licet distent a mari iactu arcus, uidentur tamen a longe ipsa continge-  
 re maria. Res profecto est uisu conspicua: & ut fatear ingenue, ego quidem  
 uarias orbis partes peragraui cum ad ortum, tum etiam ad occasum solis, ue-  
 rum nusquam amoeniorem uidi, ea compluribus irrigatur fluuijs, quorum  
 quoniam sunt natium impatientes, non meminimus. Ultra sinum degunt  
 bini populi, alij Barbazini, Serreti alij dicuntur: hi quidem sunt Nigritae, ue-  
 rum regi Senegae non parent: regem non habent nec principem, licet uhi ma-  
 gis quam alteri honorem maiorem exhibeant. Principem non eligunt, qui  
 uita ac necis potestatem habeat, cum in se tum etiam in natos: nam morem  
 Nigritarum principum aspernantur, qui ubi libuerit pro mancipijs, & uxori-  
 bus, & natos subditorum uendunt: fitque ut eorum uita semper sit in ancipiti,  
 interque spem & metum suspensa. Idola colunt quam qui maxime, legem ha-  
 bent nullam, uiri sunt truculentissimi, arcu utuntur ac uenenatis sagittis, pe-  
 rinde ut sauciati illico pereant, modo sanguis uel mediocris exeat. Hi sunt ni-  
 gerrimi, ac statura habilissima: regio frequens est nemoribus, quae lignis  
 sunt referta plurimum: irrigua est fluminibus quam plurimis: ideo fere inae-  
 cessa, nec patet aduentibus aditus nisi per nonnullos angiportus ex circum-  
 facentibus, timent propterea neminem. Id sunt experti aliquando Nigrita-  
 rum reges, qui quum bellum eis intulissent, sunt pessime accepti ab his po-  
 pulis. Discurrunt igitur latus praedictum. Austro flante peruenimus ad osti-  
 um fluminis, quod Rium appellant Barbazinorum: latitudo fluminis ostij  
 est iactus arcus, huius nominis memini ego in charta navigationis, quam e-  
 didi nuperrime. Abest hoc flumen a Capite uiridi millaria fere lx. interditu  
 solum nauigabamus, occidete sole iactus anchoris ad passus x. uel, xij. aquae  
 longe a continente millaria iij. uel v. Quum uero illucescebat, uela facieba-  
 mus in altum, positus prius speculis in suggesta celocis: qui eminus specula-  
 rentur scopulos maritimos: ubi uidissent mare luctari & fremere cum scopu-  
 lis occurrentibus, mox renunciarent uellicantibus. Dum igitur ad nauiga-  
 uimus, ad ostium alterius fluminis deuenimus: id erat Riu Senegae magnitu-  
 dine haud impar. Viso ergo flumine tam praeclearo, decreuimus quempiam  
 e nostris



**A** è nostris mancipijs emittere, qui terram exploraret: terra erat aprica, & omni arborum uarietate exornata, adeo ut nos lummo pere eò inuaret. Adduxeramus enim nobiscum Lusitania mancipia complura, quæ Turcimanos appellamus. Hi sunt Nigritæ, quos rex Senegæ Portugallibus sine Lusitania (qui eò proficiscuntur commercij causa) uēdit. Hi igitur Turcimani siue mancipia (Sclatos uulgo appellant) Christi fidem in Lusitania susceperunt, & Hispanum idioma callent: nam nos mutati eramus à dominis ea lege, ut pro huiusmodi seruiture, quam nobis exhibituri erant Turcimani quum rediissemus, seligerent ipsi quemcunq; libuisset ex omni mancipiorum coetu, Turcimani uero libertatem perpetuam consequerentur, si scirentur sunt fortes, ad quem spectaret suum Turcimanum emittere in litus. Cecidit fors super Ligurem, qui condicto cymba expeditus, qua discedens à classe in litore mancipium exponeret lege data, ut caueret ne continentē appelleret ultra quam foret necesse: satis ac super erat, si mancipium in sicco poneret, & mox in altum nauim duceret, ne incautus à Barbaris deprehenderetur. Insituunt igitur mancipium, ut quum terram attigerit, quaerat quæ gens, qui princeps, qui mores sint regionis. Sciscitaretur etiã an ibi copia auri foret, uel alia quæ commercijs conducere. Vbi itaq; mancipium terram tenuit, actutum aduere Nigritæ eius regionis, qui eminus speculati fuerant aduentantem classem. Idcirco uenerant ad litus sagittis & arcibus onustis, delitescēs in frutetis et uepribus, ut quempiam è Christianis improbitum contingeret. Vilo igitur mancipio propius accedunt, colloquunturq; non nihil, & mox exerts insibus & machæris, plagis innumeris mancipiū confecerunt: cui prius proxima nauis auxiliari nequiuisset, quam uitam exhalaret. Quod ut compertum habuimus, stupidi rem ægre tulimus, intelligentes gentem saxuam & atrocem esse, quandoquidem in sui consimilem Nigritam tam truculenter sauerant, scientes haud dubie se uituros in nos magis, si potestatem in nos haberent. Relicto igitur litore, huiusmodi ceptum iter persequeremur, ducti Austro, in cōspectu continentem usque quocunq; habentes. Litoralis regio amenissima erat, arboribus innumeris fulta, & soli patens, nec inæqualis. Et tandem peruenimus ad ostium fluminis Gambrae, quod patebat latitudine trium uel quatuor miliarium, ubi magis in arcum exibat. Ingressi igitur flumen ostij tam patentis, duximus ibi posse non nihil quiescere, ut mox postriedie certiores fieremus, ubi nã gentiū essemus, & an illic esset Gambrae regnū, cuius desiderio flagrabamus mirabilē in modū.

*De flumine magno nauigato ab illudis.* CAP. XXXVI.

**A**ppulsi igitur ostio magni fluminis, quod in primo ingressu præ se ferēbat latitudinem sex uel octo miliarium. Censuimus propterea hoc præclarum flumen fore regni Gambrae, cuius desiderio affectabamur plurimū: nobis etiã non difficulter peruadebamus, illic auri plurimum esse, aut forte aromata quæpiam, uel alia quæcunq; mercimonia, quibus locupletati domum alacres rediremus aliquando. Luce itaq; sequenti uentis prosperis minorem celocem præcedere iusimus, uiris & armamentis fulta, cum eaq; è nostris cymbis unam, has paruas naues ex composito premisimus, quippe qui adhuc ignora bamus altitudinem fluminis, uerebamus propterea ne tantarum nauium foret impatiens. Expeditis itaq; his nauibus, nauas comonsecimus, ut aquæ altitudinem contis explorarent identidem, & ubi agnoscerent eam satis fore nostræ classis, gradum referentes siq; no aliquo nos certiores facerent. Luere nostri & quū aquæ multum reperissent, nos mouere. Quibus cognitis, uisum est aliam expedire nauim aliquanto maiorem, armis probe comunitam, & illam Antonini licet multo minorem, lege præscripta, ut si forte fortuna occurrissent illi Nigritarū illudici (idest nauis gentis) rem ipsi non decernerent, neq; congrederentur, sed statim gradum reuocarent, iter ad nos dirigentes: quandoquidem eò nos concelleramus non belli sed lucri gratia, querebamusq; ut omnia pace & cōcordia fierent, quod

c non

alias cosa

non ut sed ingenio nos consequi posse sperabamus. Euecti itaq; in interiori rem fluminis partem, nostri subinde uada & fluminis profunditatem contis tentant, inueniuntq; in horas altiores aquas & ingentium nauium capaces, & altitudine mensuram passuum xvi. excedere: prouecti ultra ad milliaria duo, uident fluminis litora conferta arboribus pulcherrimis hinc & hinc, animaduertuntq; illum inuicem orbibus & recessibus implicari, ut Maëandrus aliquis. Deceuimus propterea gradum referre, & dū hæc meditamur, ecce à tergo ab ostio cuiusdam parui fluminis quod exonerabat in magnū, mox emergunt tres almadij, nos lembos appellamus, sūt excauata arbore, nec maiores cymbis nostris, quas trahunt naues, sunt agiles nimium, uerum parui ponderis capaces. Quæ ubi lsburnicas nostras & celoces conspexere, credidere nos eò contendere, ut uim inferremus aliquam: nam edocti eramus illorum consuetudinem fore, ut arcubus uterentur, & sagittis ueneno infectis ferè per totam plagā regni Gambriæ. Et licet nostri satis ac super eos eminus propullare quiuisset, ut tamē dicto parerent nostro, uis almadij concito gradu ad nos redeunt: non tamen facere potuerunt etiam effusa sanguis, quin semper ad iactum arcus post terga Nigritas haberent. Mirum est q; pernices sint hi uecti hoc nauium genere. Quum autem nostri consequuti classem fuissent, ingressi celoces, innuebant Nigritis ut propius accederent. Illi uero gradum silentes nusquā propius accessere. Erant uero in his almadij homines xxv. uel ad summum xxx. Nos admirabantur plurimum, ut rē sibi & ipsorum prædecessoribus hætenus inuisam incognitamq; , naues uel, delictet, id genus, ut sunt nostræ, & homines albos. Pleni itaq; admiratione non loquebantur, licet à nobis ad colloquia mutua inuitaretur signis, ut afolet quibusdam. Abiere igitur, & ea die nihil ultra tentauimus.

*Quomodo Nigritæ nostros sunt aderti in flumine.*

CAPVT XXXVII.

**M**ANE itaq; sequenti nos cum paruis nauigijs soluimus illinc circiter diei horam tertiam uentis prosperis, ut nostros adiremus socios, ut sic demū tutius interiora fluminis peragrarè possemus, & tandem aliquando deorum munere mitius hominum genus quàm id erat quod nuperrime uideramus in almadij, nanscisceremur. Igitur quum sociorū classem inuenissemus, unā omnes uela dantes uersus prædictum flumen iter direximus, premissa parua celoce, sequentibus nobis continenter, ut altera ex ordine post alteram iret. Et quum iam ingressi essemus ferè ad quatuor milliaria, illico à tergo almadia quædam (unde uenerint adhuc incompertum habeo) ad nos citatissimo gradu contendebant. Quibus uis, mox in eos uela fecimus, ueriti ne nos si is uenenatis sagittis impeterent: non enim ignorabamus eorum sagittandi mores. Classe igitur reuocata in orbem, quàm citius potuimus nostros arma uimus, ante omnia præcauentes, ne nos incautos & inermes hostis inueniret: uix tamen nobis erant arma ad hostem propulsandū. Diuisa itaq; in duas partes classe, quædam Nigritarū naues circumdedimus, per censuimusq; eorum cymbas, quæ xvii. erant, maiores nostris nauigijs, quæ nostra ferunt flumina, easq; impellit remigijs innumeris. Sublato itaq; remige, quisque illorum nos admirabatur, utpote rem nouam & incognitam. Percensiti tunc à nobis, plures non apparuerunt quàm centū & quinquaginta uiri: profecto si ad corpus spectes conspiciui, nigerrimi quidem, uerum habitu albo induti non indecote, habitus is erat tunicis quibusdā, camisas appellamus: ex cotonia alba induebantur: in capite paruum habebant pileum, ut mos est Germanis: id plus habet quàm Alemāni, uidelicet, in pileo ex utraq; parte nescio quid alas præsentans duas: in medio penna emittebat, ut est uidere apud nostros milites, qui talibus plurimum gaudent: ut cunq; fuerit, nos iudicabamus hunc habitum militiæ conuenire: eratq; in fronte cuiusuis almadia Maurus quidam stans, clypeum teretem in brachio habens: is clypeus uidebatur ex corio confectus: & neuter bellum inferebat, sed alter alterum admirabatur.



A admirabatur. Vbi itaq; uidere à tergo uigere alios, qui clandestine aduen-  
re, mox demissis remigijis expedit arcus, nihilq; promouentes in nostros sa-  
gittas dirigunt: quibus conspectis, nostri tormenta exonerant: uerum aquis  
immeriti lapides iacti, neminem occiderunt. Perterrefacti tamē tormentorū  
rebotu & strepitu insueto, sterere pauidi admodum. Quum uero cognouit  
re neminem lælum his tormentis, uerum eorum iactus emori in aqua, rursum  
reassumptis animis magis ac magis in nos sequunt, ac rē sagittis obtenebran-  
tes celeritate incredibili. Et iam propius accedebāt, audaciores solito: at no-  
stri balistis eos propulsabant, & catapultis plagisq; onerant innumeris. Pri-  
mus igitur qui iecit in eos is fuit Liguris filius nothus, qui Nigrite unius pe-  
ctus transfixit, moriq; illico coëgit. Susceptus is itaq; à suis, extractaq; sagit-  
ta admirationē peperit id teli genus Nigritis omnibus: nec ob id tamen tem-  
perabant à sagittis suis, sicutq; in horas atrociores: contra nostri eos male  
accipiebant, perinde ut paruo temporis momento è Nigritis plures cecide-  
rint: ex Christianis uero, quæ deorum gratia fuit, nec unus periit. Profliga-  
tis tot Nigritis, qui ob cladem acceptam indignati plurimum, celocem mi-  
norem circumuenire satagebant uno impetu omnes: quod ut animaduerti-  
mus, mox in medium recepimus celocem prædictam: & rursus exoneratis  
tormentis (bombardas uulgo appellant) stragem intulimus maximam. His  
uisis Nigritæ iam ferè saucij omnes in diuersa abeunt: nos uero catenis inie-  
ctis id curabamus, ne naues in uarias partes dilapset, uitrium minus haberēt,  
unā omnes ferebamur connexis nauibus & uentis prosperis, ultraq; progre-  
diebamur cedentibus iam Nigritis, id in primis obseruantes, ut cum Nigri-  
tis mutuo colloquio frui possemus aliquando.

Decretum factum in flumine Gambre.


CAP. XXXVIII.

B Igitur ad eō mancipia nostra Nigritas inelamarunt, ut eorum fessis clamore  
Nigritæ, tandem aliquando permiserint unam ex illadijs suis propius ac-  
cedere, ut puta ad iactum arcus. Percunctati sunt itaq; eos nostra mancipia,  
cur in nos tam atrociter sauirent, quā præsertim non alia de causa illuc con-  
cessissetus, quā commercij & pacis concordiaq; prout melius declara-  
bat cum reliquis Nigritis regni Senegæ contuberniū, & frequentior neces-  
situdine. Ad hæc etiam nostri adijciebant, uenisse è partibus orbis remotiori-  
bus, ut munere perpulchro suum regem nomine regis Lusitanorum dona-  
rent: quando quidem is enixe peroptabat ab eorum rege arce diligi & ama-  
ri. Rogabant præterea ut dicerent, ubinam gentium rex per id tempus age-  
ret, & quis princeps huic regioni dominaretur, quodq; huic flumini nomen  
inditum foret. Addebant etiam ut ad nos tuto & pacifice accederent, ac ce-  
puri è rebus nostris quicquid libuisset, & è suis darēt pro suo arbitratu: mo-  
do omnia pace, & citra bellum cōtumeliamq; fierent. In hanc ferè sententiā  
nobis responsum est, non quidem eos latere, quæ gens foret Christiana na-  
tio, & unde ueniret, scireq; quid egerint iam pridem cum rege Senegæ, & a-  
lijs Nigritis sue ditionis, qui quoniam nobiscum degunt boni esse non pos-  
sunt: quippe qui non ignorant Christianos uelci humana carne, nec alia de  
causa emere Nigritarū mancipia, nisi ut mandant & lancinent ut ferinas car-  
nes: propterea apud eos iuratisime asseuerabant, nullum Christianis amici-  
tiæ locum superesse, sed cordi eis hæsisse, omnia sua quæ classe attulerant, di-  
ripere & deprædari, regiq; suo dono dare, scq; truci dare atrocissimè: regem  
abesse illinc itinere trium dierum: regnum esse Gambre quod quærebant:  
flumen magnum esse, nomen quidem non reticuit, uerum ego non memini.  
Hoc igit accepto responso, ut par erat, indignati in eos uela fecimus: qui ef-  
fusa fugientes, mediterranea petere. Hunc finem habuit congressus noster.  
His peractis explorato omnium uoto contendebamus rursus interiora flu-  
minis penetrare, uel ad milliaria circiter centū: quæ res, ut pauis omnibus,  
permouit multos, quos proprij laris cura sollicitabat nimium: nec sunt passi  
nos ultra progredi, affirmantes fati ac super egisse, dum in hæc partes à sua  
c 2 urbe

urbem remotissimas hospites deuenissent, addētes nolle de cætero lacessere fortunam: & discordia ingenti concio soluta est. Nos autē qui callebamus horum consuetudinem, scientes quā duræ ceruicis forent, quantum tūc proflissent ubi non exaudirentur, conducibilis fore duximus, si eis pro tempore cederemus. Sequenti igitur die illinc soluiimus, uersus Caput uiride iter facientes, ut deorum auxilio in Hispaniam rediremus aliquando.

## CAPVT XXXIX.

PER id tempus quo in ostio fluminis moram traximus, semel tantū septentrionem uidimus, qui ad eō demittebatur, ut crederetur mare ferē continere, ab aquis non plus uidebatur abesse, quā lanceæ tertia parte: & ibi sidera sex conspicati sumus: quæ magna erant, & mirum in modum spleudebant: ea metiti sumus pyxide, & infra scriptam figuram præsentabant.



Censuimus propterea huiusmodi astræ plaustrū austrinū efficere: licet priorē stellam in ordine minime uidere potuerimus: quoniam haud quadrat rationi ut eam prius uideamus quā septentrionē perdidimus, id est, ab nostris oculis euauerit. Inibi etiā comperimus noctem horarum tredecim, diem uero uidecim, ingrediente mēse Iulij, quo regio illa eximie flagrat: habet tamen uarias temporum uices: hyemem & ipsi appellant, quoniam ab dō mēse usq; in mensem Octobris terra irrigatur imbre & pluuia ferē continua: & præsertim in meridie exurgit quædam nebula, quæ cælum inuolat, nec supra terram nullum tollitur in Subsolanum & Apeliotē. A Subsolano uero ad Vulturū transit fulgoribus eximij: & tunc imbre tellus madefacta semini præparatur. Vti agunt Nigritæ in regno Senegæ. Vitum mīlio, leguminibus, carnibus & lacte. Accepi etiā inuorsus non pluere, nisi ferē feruentem aquam: & ibi quum diescit non uisitur aurora ante emerulum solis, ut usu euenit apud nos: quoniam semper inter auroram & solis ortum nonnihil temporis intercedit: imò quamprimum nox abscēdit, illico sol emergit absq; alio medio. Verum licet sol uideatur, non tamen illuminat ad spatium mediæ horæ: uidetur enim pati deliquium in ortu: propterea obumbratur aliquantisper. Causam uero, cur sol ibi citius uideatur quā alibi gentium, nullam aliam afferunt, nisi quia regio patentis est soli & depressi, uacatq; montibus, qui forte alibi obstant, ne sol oriens mox cernatur. Huic sententiæ astipulantur socij qui aderant omnes.

Quomodo Antonius Ligur, & Aloysius Cadamustus in secunda nauigatione nouas inuenere insulas, CAP. XL.

Mores igitur & qualitatem huius regni Gambra, quantum ego colligere potui in meo itinere, uix referre possumus: quoniam, ut præfecimus, incolarum scuitia, & eorum in primis qui litoralia incolunt, consequitur nequitiū uotum nostrum: nam gens superte natura ferox, colloqui cum mitioribus noluit, nec commercia tractare quepiam. Igitur noueritis nos cognita huius gentis feritate haudquaquam ultra progressos fuisse, nauis relucantibus, sed in Hispaniam, flumine illo Gambra non superato, rediisse. Anno itaq; sequenti præfatus Ligur, & ego Aloysius unanimes rursus classem expediuimus, quum animum applicuissimus ad hanc prouinciā nauandam, ut tandem aliquando dictum flumen explorantes, regnum Gambrae ingrederemur. Hæc ergo ut percrebuerit ad aures principis infantis, sine cuius commeatu expeditio hæc fieri non poterat, complacitum illi plurimū fuit, quod hæc nobis cordi fuissent: & ut huic pio proposito, nec poenitendo

uoto



A uoto fauens subscriberet, unā e suis celocem armat eximie, & omni genere  
 annona cōmuniuit. Soluimus itaq; à loco quodam qui dicitur Lanchus, qui  
 parum abest ab Sacro promontorio, siue Capite sancti Vincentii, ingredi-  
 ente mense Maio prosperis uentis, & iter fecimus per Canarias insulas: eas  
 tamen ex composito prætereuntes, utpote rem non incognitam nobis, si su-  
 periorum meminissis: Austro ducebamur, & labentibus aquis, quæ flante  
 Noto mirum in modum fluunt, peruenimus ad Caput album: quo uiso, du-  
 ximus classem in altum: & sequenti nocte adortus est nos uentus Ausster, cu-  
 ius impulsu regredi oportuisset, ni non nihil ad occidentem declinauisset  
 mus. Sustinimus igitur hanc uenti fauissimam noctibus duabus, & diebus  
 tribus: die uero tertio terram in conspectu habuimus, quod nemo nostrum  
 autumasset. Cœpimus itaq; gestitēs exilire omnes, terram identidem incla-  
 mantes, admirati nimium ibi terram reperiri, quum prorsus id nesciremus.  
 Expedita igitur cymba duos homines emissimus, qui exploraret iam usam  
 tellurem. luere itaque, & duas prægrandes insulas uidisse renuntiant: quod  
 ut accepimus, mox ruimus in dei laudes, qui sua clementia incredibili hæc  
 nus incognita nobis cognoscenda præpararet res profecto nouas, & toti  
 Hispaniæ incomptas. Ut igitur oblatam à deo terram aliquando peragra-  
 remus, rerum nouarum percupidī, fortunam experiri uolentes nostram, ue-  
 la fecimus uersus huiusmodi insulas: quod breui peruenimus: & ubi in con-  
 spectu fuit, uisa est maxima, tanrumq; obnauigauimus ut stationem non in-  
 commodam reperiremus. Appulli igitur, prius iactis ancoris, cymbam bene  
 armatam emissimus, ut compertum nobis fieret, an insula coleretur ab huma-  
 nis. Ingressi ergo nostri insulam, neminem unquam conspexere humanum,  
 neque extabant uestigia itinerum, quibus cognosci posset quam culta foret  
 insula. Hoc cognito, mane sequenti, ut animo satis facerē meo, iussi ex meis  
 decem armari, tum telis, cum etiam balistis, ut interiora insulæ adirent, si for-  
 te ultra quosdam colles, qui ibi attollebantur, homines foret. luere igitur, &  
 collibus superatis inuenere neminē præter colūbos, & ferē omne genus auī-  
 riorū: nam columbi capiebātur pro libito manu hominis: nō enim pauebāt  
 ad uiri conspectum; utpote ad rem sibi hæcenus inuisam. Ceperit igitur ex  
 his quamplurimos, quos scipionibus occiderant, nobisq; attulere. Ex alia re-  
 gione apparuere tres aliæ insulæ magnæ, quas ipsi non uideramus: nam ad  
 septentrionem nobis remanserant. Visum est etiam eis duas alias insulas uī-  
 dere uersus occidentem in uasto mari: uix tamen id comprehendebant ob  
 magnam distantiam: neque nos eas uisere magni fecimus, quippe qui ani-  
 mum induxeramus cœptum iter persequi, nec tantū suppetebat tempus, ue-  
 rebamur que ne frustra tereremus, diuertendo ad inhabitatas insulas. Inte-  
 rea dum his ego insisto quatuor insulis, alij uidere decem paruas insulas,  
 quas quum adiuissent, nihil præter aues inueniunt, & pisces ingentissimos.  
 Ut igitur reuertar unde sum digressus, solui ab hac insula, iter meum perse-  
 cutus, & ecce duæ aliæ insulæ: & quum oram unius percurrerem, mox inci-  
 dimus in euectam fluminis ostium, & censentes aquam potu fore non in-  
 sua uem, litori applicuimus: erat enim insula consista omni arborum genere  
 pulcherrima: & dum fontem quarimus quempiam, glebas salis albas mi-  
 nutulas nanciscimur secus flumen. Legimus ergo non nihil salis, quod itine-  
 ri sufficeret nostro: nam ibi sal effuse affluit. Haussimus etiam aquæ non pa-  
 rum. Erant ibi testudines innumera, quibus pro clypeo natura uastatissi-  
 mas testas dederat, magnitudinis tantæ, ut pro clypeo non inepte sufficiant.  
 Nostri itaque esculentis huiusmodi oblectati plurimum, exenteratis testudi-  
 nibus multijuga eduliorum genera fabricabantur, assuerantes eis alias se  
 soltos ubertim uelēt, & cum primis in sinu Argino, cuius in superioribus  
 affatim meminimus: nam is sinus scæter huiuscemodi testudinibus: horta-  
 banturq; ut ego eis uesci uellem. Estitui igitur cibum inibi inuictum, ut cō-  
 plura experiret: uisus est nō insuauis: albicat enim caro hæc, nec multum est

ab similibus uisulnis canibus, si fragrantiam & saporem species. Quum itaque placuisset comedisse, cibum approbans, in naui plurimum adseruari iussit, ut quandoque leniret famem. In primo etiam itinerario meo, quod prætermiseram, comedi ex elephante fatis illecebræ. Piscati sumus etiam in ostio dicti fluminis, ubi tanta uis erat piscium, quantam uix referre quibus: quandoquidem ferè credulitatem omnem excedit. Erant ex his piscibus complurculi, quos nemo nostrum uiderat unquam, uerum pergrandes, & ad cibos humanos non inepti. Ostium uero fluminis in tantam exibat latitudinem, ut one rariam nauim centum quinquaginta doliorum capacem haud grauatim exciperet: adeo patebat, ut paucis expediam, ut unius iactu arcus latitudinem eius metiri nequiuisses. Illic statim fecimus biduo animi causa, ut feriat ali, quanto à laboribus, animi deinceps ad dura promptius euigilarent. Anno nam omne genus inde exportauimus, ut futura fami consultum iret: inter cetera colubos innumeros. Nec id præteribo, nos illi insula, cui primò appellauimus, Boni uisus nomen indidisse: argumento, quòd prima à nobis uisita foret. Alteram uero, quæ inter quatuor eminet insulas, Diui Iacobi nuncupauimus, ob id quòd ea die, quæ in honorem sanctorum Iacobi & Philippi concelebratur, à nobis est reperta.

De loco dicto *Dux palma*, & de fluuio *Gambre* nauigato,

CAPVT XLII.

**H**is præactis die memorato ab his insulis soluiimus, per Caput uiride tenentes iter: & breui deorum munere peruenimus ad id loci qui dicitur Spedegar, in conspectu tellurem semper habentes: & ibi locus alius, qui ad Duas palmas appellatur: is est inter Caput uiride & sinu Senegæ prædicti, & quoniam iam terra erat nobis aliàs cognita, audacter dictum caput percurrimus, adeoque id concite à nobis actum est, ut sequenti mane dictum Caput superauerimus: & tandem aliquando rursus ad prænominatum Gambre flumen peruenimus, & intrepidi dictum flumen nauigare cepimus obstante Nigritarum nemine: nam almadiæ nusquam apparere. Interdum solum ad nauigabamus, contis explorantes fluminis alueum, ecce quædam almadiæ Nigritarum, uerum secus litus fluminis euntes, nobis haud erant impedimento, & introrsus ad decem milliaria insulam quandam paruam reperimus: quòd quum applicuissimus, è nostris quidam uitam exiit: nam febre diutius laborauerat: & licet ægre tulerimus omnes uiri exitum, tamen quoniam deo maximo complacitum fuerat, ut decuit fideles, nusquam eius potentiam detrectauimus: uerum pro more humano satis mœsti, humanissimum hominem iam uita functum & quia huic Andreæ nomen fuerat, insulam de nomine uiri appellauimus. Est itaque à cunctis deinceps dicta insula, Sancti Andreæ. Soluentes igitur ab hac insula, dictum flumen nauigamus: sequentibus à longe quædam Nigritarum almadiæ, quas inclamans mancipium nostrum, quòd Nigritarum idioma nouerat, tantum effecit, ut proprius accesserint Nigritæ, à nobis cum uoce, tum etiam rerum nostrarum assidua ostentatione allecti: pollicebamur enim eis pro colloquio plurimam, hortabamur; ut omnem de nobis suspensionem feritatis exuerent: quandoquidem hi eramus, qui humanitate & comitate cæteris præstamus mortalibus. His ergo protocati propius accessere, iam nobis fidentes: quare unus ex Nigritis celocem est ingressus intrepide, & cum Turcimano, id est, mancipio nostro colloquutus, admirabatur nimium nostrum morem nauigandi, et in primis uela: quoniam ipsi solo remige impellunt naues, rati nullum alium inter mortales modum fore maria sulcandi, albicantesque homines cum infueto habitu magis ac magis demirabantur: nam his est habitus ex cotonina quadam alba admodum, quæ instar camisæ uestem eis suppeditat: complurculi etiam nudi incedunt. Excepimus itaque Nigritam honorificentissimum quam potuimus, muneribus nostris hominem prope onerantes. Qui nostra consuetudine delectatus, percunctabatur de multis nostris. Postremo aperuit nobis



**A** nobis id esse Gambre regnum, quod errantes iampridem quaerebamus: & illorum dominum dixit esse Farolangolum, eumque abesse illinc itinere dierum decem introrsus meridiem versus: ipsum tamen subesse maiori principi, id est Regi Mellis, qui magnus Imperator Nebeorum dicebatur. Adiecit tamen, non esse longe à litore fluminis utriusque regulos complusculos, in quorum cõtubernium & necessitudinem mox, si libeat, sua opera reciperemur: & in primis pollicebatur id se nauaturum apud regulum Batimausam: quoniam iam intelligebat nos & probos & comes uiros esse. Hanc igitur uiri huius nobis cõceptam opinionem gratam habuimus supra modum, eumque è nostris adnumerauimus in celo e receptum protinus, & tandem nauigan do deuenimus ad eum locum, quem appellant Batimausam, qui nostra lententia abest ab ostio fluminis quadraginta millaria.

De principe conciliato muneribus nostris. CAP. XLII.

**B** Illud est etiam sciendum, quod dum sulcauimus flumen Subfolano uentis sumus: & is locus ubi iecimus ancoras, multo angustior erat ostio fluminis, & mea sententia latitudine milliariũ non excedit, in eumque cõplusculi flui uij exonerant. Vbi itaque applicuimus ad id loci, decreuimus mancipium nostrum (quo interprete utebamur) cum Nigrita, quem prius conciliauerat nobis munera & blãditia, ad principem mittere Batimausam, quæ perpulchro munere donauimus. Id erat munus tunica quadam sericea, contexta more maurico: nos tunicam interiorem appellamus, siue camisam: institutusque Turcimanum, ut munus his uerbis exornaret: Nos, uide licet, huc cõtendisse, ut foedus & necessitudinem eximiam nomine regis Portugallia, siue Lusitanie secum iniremus, uellectque commercia exercere, ubi sibi complacitum fuisset: & si nostrarum rerum egeret, eis æque ac suis uteretur, nostrum regem nusquam defuturum, ut illi morem gereret usquequaque: aliaque quam plurima addecimus, quæ sciens prætereo, ne surgat opus in Iliada magnam. Profectus est itaque mancipium Nigrita comite: & ut breue faciam, principi nostro nomine cuncta exposuit. Quo effectum est ut maximam cum principe amicitiam conflauerimus, permutauimusque plurima. Dedit enim pro nostris mercimonijs mancipia, & aurum quippiam: aurum tamẽ ibi infra tamam nominis reperimus, utpote qui audiueraus regionẽ huiusmodi scaterẽ auro plurimo. Inuenitur quidem aurum: uerum magni penditur ferẽ ut apud nos: scit rem præclarã esse, licet cum rebus minimis permulent: quæ si nobis considerentur, sunt profecto uiles: apud eos tamen sunt in pretio non modico. Id efficit regionum uiuendi uaria consuetudo, ibi etiam stetit ad dies ferẽ quindecim. Interea ibant cateruatim Nigritæ ad classem nostram, loco miraculi nostra & nos ducentes: nonnulli ut permutarent sua, alij ut rem non uisam prius conspicerent: accedebant aliqui, ut fusaras uenderent, id est, genus mercis cottonum, & eius filum, & tunicas ex eodem: hæc erant multijugi coloris, ut sunt punicei & albicatis, necnon uermiculati coloris. Ferẽbant & feles propẽ omne genus, quandoquidem ea regio scetat animalibus huiusmodi, uenduntque pretio uiliori, utputa marchetis decem, non tamen ipsa pecunia: ignorant enim omne genus pecuniae: uerum re quapiam, quæ decem marchetorum pretium non excedat pro fele quolibet. Adducebant & alia quam plurima, ut sunt pelles felium, & castoreum, & id genus alia: dabant unctam castorei, id est muscati, pro re pretij marchetorum quadraginta uel ad summum quinquaginta: non tamen pondere aliquo permutabant nam omne genus ponderis nesciunt: uerum si res data spectetur, unctæ pondus expleret. Ferẽbant inter alia cariotas, id est, dactylos palmarum fructus, & fructuum genera omnia. Ex his nonnulli syluestres erant, non tamen insitantes: ego tamen his abstinui metu profluuij corporis: soluunt enim mirum in modum alium. Itaque sbar ad nos quotidie frequens hominum turba, nec idiomatis unius: uarium erat linguarum genus, nec desinebat uerũ cym suis suis (almadias uocant) ultro citroque commeare flumẽ sulcantes, trajicentes

tes de loco ad locum, modo huc modo illuc uecti, ut apud nos in quibusdam fluminibus est uidere, ut puta Lugduni Galliarum urbe in Arari flumine placidissimo: uerum omnis eorum nauigatio remigijs absolutur: his mirum in modum stantes naues impellunt: utrinque in puppi plus remigum maior est numerus, modo hinc, modo illinc, ut medio æque utrinque librata nauis incedat, in neutram partem magis declinans. Stantes itaque remigant, ut licet certorum nullis inhaerentibus remigijs. Verum sic fabricantur remigia: Habent lanceam longitudinis passus unius & dimidij, in cuius summitate alligant asserculum quendam teretem, uti nos in mensa utimur pro patinis, quum loco argenti uel stagni ligna succedunt, frugalitate, uel potius pauperie suadente: hoc instrumento nauigant, & quidem citatissime: almadiae sunt à latere semper litus haudquaquam deferentes, suntque ibi paruorum annuum ostia complura, quæ exonerant in mare: his se committunt tutius, nec multum ab regionibus suis recedunt, ne ab suis met Nigritis corripiantur, & captiui facti demum pro mancipijs uendantur Christianis. Dum itaque illic mercamur cum Nigritis ægotare nostri coeperunt sebre adrapida & calidissima: propterea ut nostris cõsuleremus, protinus illinc soluimus, rursus ad ostium dicti fluminis reuertentes.

De syluestribus elephantis, & quomodo capiuntur.

CAPVT XLIII.

DE rebus huius regionis quæ referri possunt à nobis, qui eas uel subiectimus oculis, aurâ fide non indignis accepimus per id tempus, quo illic fuimus, de fide ipsorum potissimum auisicabimur. Idola igitur summo opere colunt ritu multiplici, fide non mediocrè fascinationibus adhibentes: patrant & alia innumera dæmone suadente: deum tamen norunt, licet cognitum non obseruent, alij Mahumetem spurcissimum uenerantur, & hi ut apud nos Aegyptij populi uagantur extra solum patrium: & in primis apud Mauros degunt: incolæ uero regionem non excedunt suam. Viuunt ut Nigritæ regni Senegæ prædicti, & ferè eisdem cibus aluntur. Id plus habent, quod orizama uherius ibi legitur: quoniam in regno Senegæ non nascitur. Veluntur canibus, quod nusquam alibi comperimus. Vestiuntur eotoninis: at Nigritæ ferè in uniuersum nudi incedunt: nam apud illos maior est cotonorum copia. Mulieres uniformem habent habitum: prius tamen quàm adolescant, corpora compungunt stigmatibus nonnullis, quæ igne inurunt, ut perpetuo remaneant. Notæ huiusmodi præsentant ornatum quendam factum in sindone opere polymito ex serico contextum, coloris multiplici. Plaga est admodum torrida: & quanto accedunt magis ad austrum, eo plus sunt exustiores: & cum primis secus flumen calor grassatur eximie ob arborum frequentiam. Nam æstus ubi exhalare nequit, urget magis. Arbores uero ibi sunt tantæ magnitudinis, ut earum ambitus sit pedum  $\text{XVI}$ . licet eminentia altitudinis non quadret magnitudini: non enim altius tolluntur quàm pedes  $\text{XX}$ . cariosæ sunt tamen, & sine fenestra, ut euenit annosis arboribus, siue carie quapiam commaculatæ erant & corrosæ. Aiebant etiã incolæ multo eminentiores arbores in regione huiusmodi esse, faciuntque hæc arbores, ut non difficulter credamus terram illam feracissimam fore: quoniam ubi arbores adoleseunt in tantum incrementum, regio haud dubie non potest esse non irrigua. Fert etiam hæc regio elephantes, sed syluestres, neque ibi cures sunt aut domantur, ut alibi gentium. Vidi ego aliquando quatuor ex huiusmodi nemus egredientes, quos ubi sum è nauis speculatus ego & socij complures, exiimus è nauis contententes ad eos: qui ubi nos conspexere, mox nemori sese dedidere. Vidi & exanimatum elephantum, quem occidi iusserat princeps quidam dictus Gnumimensa, in gratiam meam. Is princeps accola est ostij fluminis Gambrae, & profectus est uenatum concomitantibus compluribus Nigritis, bido ferè continuo. In hoc igitur uenatu oppetit prædictus elephas. Pedites exeunt ad uenationem, arcibus & macharis



machæris armati, & sua arma omnia illinunt veneno præstante. Nec id uos lateat, hos populos elephantos in nemoribus uenari, ubi cœni plurimū cernitur: Nam id genus animalium suapte natura ut lues in cœno uoluntatur creberrime. Hi itaque Nigritæ pone arbores delitefcunt, ac prætercuntibus elephantis sagittas & uenabula infigunt, saluuntq; miro modo de loco in locum, ab una arbore ad aliam, donec terant elephantum, qui quum maxima mole prægrauetur, nequit insidiantis ictus uelocissimos deuitare. Si tamen id tentarent in locis apricis & patentibus Nigritæ, in eis potissimum ubi nullæ uisuntur arbores, non euaderent profecto uires elephantorū: quandoquidem nullus hominum tantæ perniciousitatis inuenitur, quæ mox elephas non comprehendat etiam non currens, sed gradatim incedens: id efficit animalis ualua magnitudo, & ubi usu euenit, ut irato omine elephas in agris patenti bus hominem sit consequutus, non euadat quidē: nec aliter lædit quàm promuscide, manū appellant. Hac itaq; homines corripit circumamplexu, & adeo facit in sublime, ut sæpenumero correpti hoc modo prius essent animam, quàm terram contigerint. Hæc elephantis promuscis non multum ab simili labro fuillo. In hoc differunt, quod huic ea est uolubilis ad nutum, ut modo uibret, modo pro libito retrahat. Id a compluculis Nigritis accipit: non essentur tamen, nisi prouocati: nec hominem lædunt, nisi prior iniuriam intulerit ipse. Vidē ego aliquando illic occisum elephantem perquam mediocrem, cuius dentium amplitudo palmos ternos excedebat: eminebat ad duos palmos: uerum palmus contactus carne maxillæ immergebatur, ut totus occultaretur, ut sunt aliorum radices dentium: & quoniam eorum senectia dentibus cognoscitur, a se habent argumento dentium amplitudinis feræ despicabilis, ipsum haudquaquam annum fore, si conferatur alijs proceribus: quorum dentes tantæ sunt magnitudinis, ut uicem postium suppleant, & pro palis sepes muniant, teste Plinio: & ut ipsi referabant, nonnullis eorum amplitudinis crescunt dentes, ut duodecim palmorum mensuram excedant: & licet præfererim, hunc elephantum, si spectetur cæteri, minime fuisse conspiciendum: erat tamen tantæ proceritatis, ut unus plus carniū haberet, quàm tauri quinque nostri. Donauit me igitur hoc elephanto princeps eo pacto, ut tantum carniū assumerem, quantum libuisset, reliquum uero uenatoribus impartire: quoniam illi in cibatu elephantis gratissimos habebant. In uitabar propterea identidem ab eis, ut & ego carne huiuscemodi uescerelusi igitur partem animalis concidi in frustra, & ad classē deferri meam, mox que ahenis excoqui subiecto igne. Alij aliam partem torrebant, perinde ut & elixum & tostum comederim: non quidem uoluptatis, quæ nulla est, sed experientie causa, ut iactare possem me aliquando esitauisse eas carnes, quibus contraranei nunquam uesci consueuere. hæc summa est, carniū, uidelicet, huiusmodi me minime delectatum fuisse. Insuauis est gustus & asperrima dura que nimium. Tuli etiam ad classē promuscidæ partem, id est manus elephantis: euilli etiam ab eo pilos, qui nigricabant, & quasi duorum palmorum mensuram excedebant, erant que amplitudinis haud contemendæ. Hos igitur, & carnis nonnihil in Hispaniam detuli, & omnibus principem Don Huzich prænominatum donauit, qui hæc omnia loco præclari muneris excepit, ueluti rem nouam, & hominibus regionis illius hæc uenæ incognitam: nam hunc principem delectabant eximie, quæ ab remotioribus partibus orbis deferbantur: & in primis obseruabat uir princeps, ut earum rerum fieret partiiceps, quæ opera sua & diligentia comperita fuissent.

De uibis elephantis, & cabalino pisce. CAP. XLIII.

**N**Oueritis igitur, elephanti pedem teretem esse instar pedis equi, obrotundum circumquaque, uerum ex callo nigerrimo amplissimoque, inque pedis callo unguæ quinæ in una parte pedis: ea, uidelicet, quæ proximior est plantæ: nam singulæ unguæ grossiori argenteæ mensuram haud excedunt licet

Velocitas elephantis.

licet parui elephantis occisi pes esset: uerum planta pedis eius unius palmi & medij excedebat latitudinem, pro quadrata qualibet parte: quoniam, ut perfecti, pedes habent obrotundos, ut sunt apud nos lignei asserculi, quibus in mensa uiri frugi utuntur: Galli trensieui, nos taliteros siue orbes appellamus. Donauit me presatus Nigritarum princeps pede elephantis alio, cuius planta mensuram trium palmorum superabat: id ego met sum metitus asseribus complurculis, eademque latitudinem omni ex parte habebat. Donauit igitur principem rursus hoc pede, & dente palmorum duodecim, mire à natura exornato. Hæc itaque omnia princeps prædictus ceu rem prægelaram mulieri ducillæ Burgundiæ dono dedit. Nec est quòd credant aliqui elephantum non habere plicatiles tibias: quoniam falluntur plurimum: nam plicant genua ut cætera animalia, & pro libito humi se prosternunt, & surgunt quum libuerit, contra quorundam opinionem. Flumen itaque Gambrae, & eius regionis complures omnes calcatricem nutriunt, & in primis piscem mire naturæ, instar uituli marini, ni caput equinum haberet. In hoc tamen uitulum marinum imitatur, quòd uidelicet modo aquaticum, terrestre modo est animal, utroque elemento uiuens: uasosum corpus habet, ut bos femina quæpiam, licet crura sint multo graciliora: bisculos habet pedes, et ut dictum est, caput non ab simile equo: dentes duos habet, hinc & hinc prominentes, ut est uidere in apris: suntque hi dentes tantæ magnitudinis, ut duorum palmorum impleant mensuram. Egreditur interdum hoc animal flumen & terras petit, ut quadrupedia: nec alibi quàm hic huiuscemodî piscis inuenitur. Apud eisdem Nigritas reperiuntur uespertilioes & noctuæ magnitudinis trium palmorum, & multiplicia auitorum genera, quæ præsertim à nostris non mediocriter differunt. Sunt & innumeri pisruci, & pisces complurculi nostris profus ab similes cum gustu, tum etiã forma: in cibatu tamè haud insuaues.

*De flumine Casamansæ, & Capite rubro.*

CAPVT XLV.

Effecit igitur nostrorum aduersa ualetudo, sicuti retuli in superioribus, ut operæ pretium fuerit mox ab regione principis Batrinense abire: quare illinc soluente, breui flumen euasimus. Quum igitur superauissemus flumè dictum, & annonæ omne genus plurimum nobiscum haberemus, uisum est fore laudabile, si ultra dictum flumen uela faceremus: ad id accedebat maior solito securitas, utpote qui ternas naues habebamus: & dū hæc tractamus, quadam die circiter diei horam tertiam uela dedimus felicibus uentis: quia uero uix euaseramus sinum Gambrae, & ab ea parte continentis, qua domus natur Notus siue Auster, mare seuiebat magis, nos Occidentem uersus Zephyro prouehabamur abeuntes à continente: terra tamen quæ deseruimus, erat æqualis admodum, & innumeris, scatebat arboribus: uerum ubi altum tenuere rates, mox apparuit angulus quem dicta terra faciebat, haudquaquam dignum memoratu, quum in eo nihil foret conspicui: & id pro comperto habuimus: illico ultra dictam frontem instar anguli omnis litoralîs plaga nobis sese uno intuitu presentabat. Nauigabamus igitur discedentes ab ea quantum poteramus: quoniam allatrabat eam undabidum ac atrox mare introrsus ad quatuor milliaria. Certiores de hac re nos reddebant duo homines in prora, speculæ fungentes officio, nec non alius in celsis nauis malo, qui prædicebat scopulos, & alia discrimina maritima, ut sunt breuia & syrtis, & in mari terras ab aquis deserta aliquando, siccas appellamus. Interdum solum ad nauigabamus, usque uela facientes, ne in scopulos incideremus nolentes, noctu semper pauentes custodem habebamus uigilem: ibant nostræ celoeces continenter, id est, mox post alterã altera, iactis sortibus, quis præcedere deberet: nam quisque alium præmittere uoluisset: uerum ne quis ferret grauatiim frequentius quàm cæteri subire pericula, alternatim id præcedendi officium nauabamus. Igitur à latere regionis prædictæ iter facientes, ita tamen ut terram conspiceremur usquequaque, die tertio postquam illinc solueramus, peruenimus



A uenimus ad ostium fluminis cuiusdam non mediocri, quod patebat quin-  
 gentis fere passibus: & procedentes, quasi ad occidentem, mox reperimus  
 paruum sinum quendam: ubi ancoras iecimus, quum iam aduesperauisset.  
 Quum uero illuxit, uela dantes uentis, dum insinuamur non nihil cedenti-  
 bus terris, ecce ostium alterius fluminis, quod magnitudine cum illo Gam-  
 bræ fluuii propè cõtendebat: in cuius ripis utrinque arbores conspicieban-  
 tur innumerae: & quoniam uisa est plaga ferax, illi appropinquare decreui-  
 mus. Ostio igitur applicuimus, & quisq; nostrum cymbas emisit suas, necnõ  
 & Turcimanos, qui & interpretis & exploratoris uices supplebant aliquan-  
 do, prout tempus & loca exigebant. Hos igitur emisimus, ut terram & mo-  
 res hominum ac flumina, & si quid ultra dignum erat scitu, explorantes no-  
 bis referrent. Profecti igitur, & dicta exequentes rediere: id noui afferentes,  
 flumen, uidelicet, uocari Ra, ditionem esse principis Casamanæ Nigrity  
 qui interiora fluminis incolebat ad triginta miliaria: uerum principem do-  
 mo per id tempus abesse, & bello uacare contra uicinum regulum. His itaq;  
 cognitis, die sequenti illinc abiuius. Nec præteribo sinum hunc Casaman-  
 sem abesse à sinu Gambre ad leucas fere x x v. que miliaria centi efficiunt.

*De fluminibus ibidem repertis & gentibus.* CAP. XLVI.

Q uum à flumine memorato recessissemus, litori semper inhærentes, ad  
 quoddam caput deuenimus, nostra sententiã à prædicto flumine distans  
 miliaria x x. & id caput eminentius est non nihil si terræ circumadiacenti  
 conferatur: & quoniam in fronte præferebat terram rubram, Caput rubrum  
 nuncupauimus: & rursus superato Capite, nauigantes deuenimus ad ostiũ  
 alius fluminis, patens nostro iudicio iactu arcus, quod prætereuntes ibi nihil  
 immorati, sinum sanctæ Annæ appellauimus, & persequuti iter nostrum  
 peruenimus ad flumen aliud haud impar illi sanctæ Annæ, & hoc sinũ nun-  
 cupauimus sancti Domini. Is abest à Capite rubro miliaria fere l x. Illic  
 abeuntes nauigãdo semper à latere post unius diei nauigationẽ deuenimus  
 ad uastissimum cuiusdam ingentissimi fluij ostium, quod primo cõspectu  
 censuimus sinum esse quempiam. Verum quoniã altrinsecus conspicieban-  
 tur arbores innumerae Austrũ uersus præsertim, flumẽ esse cognouimus: nã  
 ostiũ fluminis patebat fere miliaria x x. Triuimus igitur tempus trañcien-  
 do dictum flumen, & ad ulteriõrẽ ripam deuenimus: mox apparere insulã  
 quẽdam. Decreuimus propterea illinc prius haudquaquẽ soluere, quã de re-  
 gione comperti aliquid habuissemus, lactis itaq; ancoris, stationem inibi fe-  
 cimus nostram: & ecce sequenti mane almadix duæ ad nos citatissimo gradu  
 contendebãt, quas ut uidiimus, pauere cõepimus, & reassumptis animis, ad  
 arma concursum est, ut si forte uenissent uim illaturi, non inermes deprehen-  
 deremur: non prius tamen appropinquauere nobis, q̃ erecta hasta quapiã,  
 cui adligauerant sindonem albã, ut securitatẽ accedendi peterent. Signo hu-  
 iusmodi hoc uiso, & nos idem dedimus concordix signũ: quo cõspecto Bar-  
 bari accessere propi, et in primis maior almadia celoci mee appropinquat,  
 nosq; lumina nusq; deflecentes cõtuebantur: uiros albos admirati, nauesq;  
 nostras mirari non delinebãt, malumq; & antennã, res illis incognitas con-  
 spectabant propè stupidi. Quare percupidus ego noscere gentem, & ad ma-  
 tua colloquia descendere, monui mancipia nostra, ut compellerent hos Ni-  
 gritas. Verum lusere operam loquendo, quoniam nusquam nostrã linguam  
 intellexere, minusq; nos ipsi eos intellexeramus: quod summo pere displicuit  
 Illinc igitur soluimus, ubi sciuimus nos terere incassum tempus: decreui-  
 mus cõducibili fore, si gradũ referentes ultrã nõ progredieremur: quando  
 quidem quãto magis ulteriores plagas audiuissẽmus, tãto minus eorũ idio-  
 matis capaces eramus, nullaq; commercia sperabamus, ubi sermonis mutui  
 copia nõ dabatur, reluctante natura. Hæsit itaq; cordi nobis ingredi, & lares  
 patrios repetere: nõ prius tamẽ illinc abiuius, q̃ merces nonnullas cõmiti-  
 pauimus biduo in ostio fluminis cõmorati. Vidimus etiã ibi Septentrio-  
 nem

nem propè terram cõtingere, adeo deprimebatur. Deprehendimus etiã ibi naturã quãdam pugnantiã, quã nũquam comperimus, ubi Christiani degunt, aquam, iudelicet, crescentem, decrecentemq; decremẽto, actusq; imparibus. Nam Venetis & alibi gentis, mare flat horis sex, & in totidem retiar, id eĩt, crescit & decrecit paribus spatijs. Illic uero increfcit mare horis quatuor, & idem decrefcit horis octo, idq; fit impetu tanto, ut non sit satis exiltimare an res credulitatẽ omnem superet, adeoq; mare sequiebat, ut tribus an coris factis, ex prora irreuocabili tere pondere, ne sic naues flũti satis poterant: & usu aliquando euenit, ut atrox tempestas eõ discriminis nos adduxerit, ut uĩ coacti fuerimus uela facere non sine discrimine uitæ, quoniam maior seruator & æltus procelloli maris erat quã uis uentorum.

Quomodo, ilinc solimus ob id quod idiomate nũ sciebamus,

CAP. XLVII.

**A**biũmus itaq; ab ostio huius uasti fluminis, ut rediremus Hispaniã, iter iaciẽtes per has insulas, quã cõtinẽte per milliaria ferẽ trīginta abiũnt, hæ enim sunt numero quatuor: duæ maiores incoluntur à Nigritis, soli sunt non inæqualis, nec eminentis: uerum depressi admodũ, inq; eis arbores magnę proceritatis: nulla etiã ibi sermonis comẽrcia fũere, quia aliter alterum haud intelligebat. Inde igitur soluentes, uersus patriam contendebamus, quò deo miserante breui peruenimus laboribus innumeris superatis.

## LIBER SECVNDVS NAVIGATIONIS

EX VLISBONA VSQVE CALECHVT, TRADV,  
ctus ex idiomate Lusitano, in Italicum sermonem.

CAPVT XLVIII.



**V**ICQVID ego uidi acceptiq; ab alijs per id tempus, quo eas partes adiuĩ, id totum retuli in superiore tractatu: uerã post me eadẽ partes adiuere compluculi, & comprimis Portugalenses, qui orbis explorãdi causã ab eorum rege ex composito misĩ suerunt: nam fato iam sanctus, suo priuicipi intanti Don Hurico rex Lusitaniã celoces duas expedidit, duce Petro Sinzia alumno prælati principis: huic princeps iussit ut totum latus Nigritarum excurreret, & nouas regiones adiret. Hunc igitur Petrum claisis præfectum comisitatus est adolescens quidam, cum quo mecũ maxima intercedit amicitia, quiq; dum peragrãui easdem partes, amanuens meus fuit. Quum itaq; redirent præfate celoces, ego Aloysius Cadamustus concesseram eoloci, qui dicitur Lachus, non longe à Sacro promontorio Lusitaniã, aliter dicitur Caput sancti Vicentij. Dum igitur illic agerem, ecce dictus Petrus præfectus claisis & amicus ille meus diuerterunt in aedes meas, qui abs me amice excepti, omnem suam nauigationem sedulo exposuere, locaq; & quibus nomina indidissent haud reticuerunt, explicantes singula ex ordine, prout in sequentibus mox colloqueseer, et in primis sunt orsi à Sinu magno, quem nos adiueramus. Primo loco itaq; dictus amicus referebat se iustrauisse duas memoratas magnas insulas, quas cultas esse adseuerabat, & in primis ad alteram illarum propius accedentes, cum incolis Nigritis colloquuti sunt, licet alterum alter haud intellexerit uĩ ferẽ tamen eorum domos, quã sunt mapalia, id est, ex paleis humiles casæ, pastorales domos appellamus, inibiq; colossos & statuas ligneas idolorum comperere, quibus satis ac super cognouere eos idolorum le uĩtuti esse addidit. Vbi igitur nihil consequi ab eis potuere linguã difficultate, illinc abiũuerẽ iter suum persequuti à latere semper, donec deuenere ad ostium cuiusdam magni fluminis, quod, ut aiebant, patebat longitudine trium uel quatuor milliariũ, aiũntq; dictum flumen abesse à Sinu magno, cuius memini

mus,



**A**mus, milliaria ferè quinquaginta, per latus semper: adfirmabatq; dictum flumen uocari de nomine cuiusdam reguli dicti Belegne, cuius regio adiacet dicto fluminis ostio. Deniq; abiuimus à fluminis prædicti ostio, à latere semper maria fulcantes, quoad peruensimus ad quoddam Caput, quod Verge appellatur, cuius plaga asperatur montibus, non tamen multum attollitur, distatq; eorum sententia, flumen prædictum à Capite huiusmodi milliaria ferè centum & quadraginta. Suntq; in his montibus arbores propè innumerae, sua uiriditate uoluptatem contentibus etiam eminus afferentes: proceræ igitur sunt, & conspicuæ admodum.

*De Capite Sagres, & alijs tribus, ac de nominibus in gentium fluminum.*

## CAPVT XLIX.

**S**Vperauerunt igitur dictum Caput Verge, à latere semper nauigantes itine, re milliarium LXXX. Et ecce aliud Caput apparuit eminentius eis omnibus, quæ unquam uiderant ipsi: nam tollitur in sublime supra omnè æstimationem, & acuminatur instar adamantis, scateq; multijugis arboribus, huic nomen indidere Sagres, in memoriam eius arcis, quam in fronte promontorii Sacri princeps infans beatæ memoriæ condidit iussit, quam appellauit Sagren. Hanc Lusitani Caput Sagres de Signea appellant, addebantq; nauiculis memoratos populos idolorum patriæ plurimum uacare, argumento imaginum lignearum, quas colunt impense, nec prius discumbunt cibum sumptuari, quam dapes obtulerint suis idolis. Sunt nigri, & ferro candente notas & stigmata inurunt corpori, præsertim in fronte: hi tamen citius in subcinericiū colorem inclinant quam in nigrum: pro subligarijs quibus pudenda contingunt, libris utuntur arborum, cætera sunt nudi, arma habent nulla, quia ferro carent. Viuunt oriza, melle ac leguminibus, fabis, uidelicet, & fasilis nostris non abfimilibus, licet elegantioribus, carnis uescuntur uacæcarum ca pratumq; non tamen ad sarietatem, quoniam nec huiusmodi abundant.

**B** ultra dictum Caput aiunt esse duas insulas perquam mediocres ob angustiam illarum incultas: altera illinc milliaria sex, altera octo distat, scateq; tamen arboribus: habet etiam illius fluminis accola almadias quasdam instar nostrarum maximas, his maria sulcant, hæ enim sunt triginta uel quadraginta hominum capaces: stantes remigant, ut præfecimus: aures habent circumquaq; terebratas foramine multiplici. In his foraminibus appendunt annulos aureos, ut olim margaritas Aegyptij: ferunt etiam appensos annulos naribus, quos haudquaquam detrahunt, nisi cibum sumpturi. Idem agunt & scemina: id plus habent mulieres principum & optimatū, quod perforata circumferunt labra, inq; eis condalia, annulorum genus, ut alij Mauri gerunt, adimuntq; pro arbitrio, & id est principatus uel magnæ claritudinis specimen præclarum. Ultra dictum Caput Sagres ad milliaria ferè XL. inuenitur alius sinus dictus nomine sanctus Vincentius, cuius ostium patet ferè milliaria quinquaginta, secus latus prædictum. Est alter sinus dictus Viridis, magnitudine excedit sinum sancti Vincentij, His fluminibus & sinibus indidere nomina Lusitani nautæ, quos rex Portugallia: eo miserat explorandi orbis gratia. Regio est tota implicata montibus, unde & amnes, & parua flumina conpluseula deriuantur, redduntq; irriguam terram, nec peragrato est difficilis. Ultra dictum sinum Viridem ad milliaria circiter CC. & quatuor aliud Caput apparet, quod Latum appellarunt, ob apricitatem regionis, quæ à dicto Capite aufpicatur. Post hoc caput mons est eminentissimus, totus arboribus confusus iugiter uisribus. Superato dicto monte introrsus mare ad octo milliaria uisuntur insula: quædam parua, quarum maior ambitu patet milliaria quasi duodecim, hanc Syluestrem appellarunt, montem Leonè dixerè: huic succedit ima, sed patens regio tota harenis strata, ut plerunq; in litore maris est propter fluxum & refluxum facta bundi salis. Quæ uero præteriuersis montana Leonis, mox fluius labitur ingens, cuius ostium circuitu patet milliaribus ferè tribus: fluuium Rubrum appellarunt, ducti hoc argumento, quod

d terra

terra erat rubra, & in eundem colorem aquarum, quae solent esse caerulei coloris, inclinabant: huc flumini adiacet promontorium, quod de nomine fluminis nuncupatur, eiusdem moti causis. Contra autem dictum promontorium uisuntur duae insulae pari nomine nuncupatae, & inde Septentrio uisitur, non plus distant à mari quam hominis mensura, adeo ut uideatur contingere aquas. Distat autem ostium praedicti Rubri fluminis ab hac insula milliaria quasi decem. Superato monte Rubro, tellus se sinuat admodum aquis impellentibus, & fluuius ingens, quae appellatur sinum sanctae Mariae uisus, quoniam ea die quae est uirgini beatae celebris, quia in exortu canis, quum candens sidus dominatur plurimum, conspectae fuere niues, fluuius huiusmodi repertus est. Ab altera parte fluminis est frons quaedam è regione, cuius paulum introitus mare est quaedam insula, ubi mare harenam emittit, & efficit breuia innumera, estque procellosum admodum, ob montes adiacentes, & exonerantes in id fluuios, propterea insulam dixerunt Scannorum, quoniam sic egestae harenae referunt scamma, & abacos, ut dictum est abunde superius. Ultra dictam insulam eminet Caput magnum, cui nomen diuae Annae indidere, quoniam ea die est repertum. Abest autem promontorium huiusmodi à dicta insula milliariibus XXIIII.

*De flumine Palmarum, & alijs quampluribus.*

CAPVT L.

Ultra itaque dictum flumen sanctae Annae ad milliaria fere LXX, per latus inuenitur aliud flumen, cui ob copiam palmarum nomen à palmis inditum est: ostium autem huius fluminis licet uaste pateat, est tamen repletum arenis, & breuijs, quae quasi inaccessum ipsum faciunt, quoniam non superatur absque magno discrimine. Item abest Caput sanctae Annae ab hoc flumine milliariibus prope LXX, totumque litus est aridum, & nullius ferax, licet pateat plurimum. Ibi etiam inueniuntur aliud flumen, quod appellatur Sinu fluminum, argumento, quod quando repertum est id flumen, conspexerunt innumeros amnes, & aquarum decursus incolarum arte factos. Supra dictum flumen ad milliaria XXIIII, per litus semper, caput quoddam inuenitur, & in mare multum emittens, in quo mons praeraltus: hoc promontorium appellatur Caput montis. Ultra quod progrediendo ad sex milliaria, inuenitur aliud paruum Caput, neque emittens, & in eo paruus admodum mons, quem Cortedium nominarunt. Ibi igitur collucentes ignes quamplurimos uidere, praesertim super arbores, & in litore uasto: nam hos accenderant incolae regionis, ut eminus nos ueluti è specula conspicerent: erant enim illis nostra nauigia haec nus incognita. Superato dicto Capite, secus litus nemus condensissimum conspiciunt, cuius arbores maris aquas obumbrant, adeo ipsi mari adiacent. Post hoc nemus apparere quaedam almadiarum, & in qualibet illarum uiri tres nudi, qui pro armis clauas quasdam gerebant: nam haec clauae referebant suo modo tela: habebant etiam cultellos paruos in manu, & clypeos duos, arcus uero tres. Hi igitur celoci appropinquare, auribus & naribus perforatis, alij habebant dentium humanorum torquem collo dependentem: hos compellere & alloqui uarijs interpretantibus mancipijs coepimus: uerò licet Turcimant nostri forent Nigritae, & uarias nossent linguas, nusquam tamē consequi potuerunt, ut mutuo se intelligerent: & quamuis alter alterum intelligere nequieuerit, tres tamen ex illis ingressi sunt nostras celoces, quorum unum ceptimus ducendum ad principem, quoniam rex iusserat, ut quoties euenisset, ut ultra progredi nauigando complacitum nobis non foret, ex ultima regione quam aduissemus, uirum quempiam uel amore abduceremus. Ut itaque dicto principis parere mus, hunc uirum abduximus Ulisbonam, quem alloquutus est mancipiorum Nigritarum genus multiplex. Sunt enim Ulisbonae prope ex omni genere mortales copiosissimi: propterea sperabat princeps se abductum uirum pro diuersa mancipia posse de rebus nouis percunctari. Quum igitur tentassent omne genus linguarum, ut captum Nigritam intelligerent, uicissim

A simg  
Nig  
raq  
sequ  
quac  
mod  
uiru  
quom  
est re  
minu  
cipis  
locu  
que e  
ment  
Sario  
secus  
merit  
in no  
spec  
nug  
celso  
neum  
tis ita  
men  
rij: ne  
rius t  
bata  
cum  
lua n  
nes o  
uidit  
flect  
lenar

N  
uero  
omn  
oclu  
Vaso  
dollar  
tis u  
in ter  
hullu  
uit, q

Q  
& or  
adrap  
solite  
nem  
an. si



**A** *simq;* intelligerentur, nullus unquam est id consequutus, præter forminam Nigritam, quæ addicta erat seruituti cuiusdam patricij Vlisbonensis. Hæc itaq; uirum huiusmodi intellexit, & mutuo fruebantur colloquio: nec est con- sequuta decus huiusmodi idiomate proprio, uidelicet patrio, uerum lingua quadam mediâ, quam uterq; probe callebat. Igitur interprete formina huius- modi nihil noui habuimus, præter id, quod in ea regione unde abduxeramus uirum hunc, unicorues uiui reperiebantur, & aliæ res quamplurimæ. Quare quum dictus princeps hominē domi tantisper habuisset, donec uir edoctus est res regni sui præclaras: deniq; decreuit eum missum facere, prius datis ho- mini nonnullis muneribus, quæ ipse petierat. Expedita itaq; celoce iussu prin- cipis, hic Nigrita patriæ restitutus est honorificentissime. Ultra igitur hunc locum unde abduxeramus uirum huiusmodi, nemo est adhuc progressus us- que ad eum diem quò ego solus ab Hispania, qui fuit *M. CCCC. XCIII.* mensis Februarij primus. Cæterum nemori prædicto nomen est inditum Sanctæ Mariæ niuis. Nec id prætermiserim, quod die septima dum redirem secus litus nauigans, uidi Caput Album, quo postera die superato circiter meridiem in mari apparuit belua immanissima, habens effigiem piscis, quæ in nos gradu citatissimo contendebat: hæc à nobis in prora existentibus con- specta est illico, quam, ut uidimus, cœpimus trepidare, quippe qui uastioreni nusquam uideramus. Ibat igitur belua huiusmodi tanto impetu ac fragore, celsò ue capite, ut nos perterrificeret plurimum: quare in re subita presenta- neum cœpimus consilium: decreuimus propterea nobis fuga consulere. Da- tis itaq; uento uelis quàm celerius potuimus, altum petentes, euasimus discreti- men Deo fauente. Præuentus est ergo piscis huiusmodi spatio unius millia- ri: nec propius accessit: tunc est à nobis conspicuus ad regulam, nam diligen- tius formam beluæ considerauimus. Quum enim caput supra aquam efferet, uidebatur alas quasdam habere inliar alarū molendini, quod uento cir- cumagitur, ubi non adest aquarum copia. Ob id, nostra sententia, uisa est be- lua non minor liburnicis, id est, galleis nostris. Quam obrem Hispani om- nes qui assueuerunt magnis nauigationibus, fatebantur ingenuæ, nunquam uidisse atrociorē uastiorē uel beluam, quam tantopere formidauissent: sicut innumeras uidissent balenas: confessione igitur eorum, hæc belua belua- lenam superat magnitudine.

*De digressu & regressu Lusitanarum nauium.*

## CAPVT LI.

**N** Aues igitur, quas misit serenissimus rex Portugallie, hæc fuisse, primo tres, quarum duæ doliorem *XC.* capaces erant, baloneros appellat, aliæ uero doliorem *L.* postremo nauem onerariam medioerem, quæ annonam omne genus uehebat. Hæc igitur omnes ferebant homines supra centum & octuaginta. Soluere enim ab Vlisbona nona Iulij, *M. CCCC. XCVII.* duce Vasco de Ghimam, Decima uero Iulij, *M. CCCC. CXIX.* nauis quæ tulerat doliæ *L.* Vlisbonam redijt: præfectus uero classis ad quandam insulam Capiti- tis uiridis applicuit, ut germanum suum, qui graui egritudine adfliçebatur, in terram exponeret. Altera naui retenta doliorū *XC.* capace, aliam uero cõ- buisset uiuorum penuria, & alteram quæ uehebat annonam, rogo demanda- uit, quoniam etiam digressuri domi decreuerant, ut ea non rediret.

*De Melinde regno, & de urbe Calecut, ac alijs compluribus locis.*

## CAPVT LII.

**Q** Uum itaq; rediremus domum, erant nobiscum homines circiter quin- quaginta quinq;, qui multiplici genere morborum adfliçtabantur: alijs & ora, & fauces morbus corripuerat, aliorum tritura ac genua, tabe, sanie, uel adrapido dolore labefactauerat iugis aegritudo. Nouas igitur regiones plus solito aduieramus ad leucas fere octingentas. Ultra uero compertam regio- nem, ubi Caput bonæ spei usq; ad cognitam plagam tempore regis Don lo- an. superaruntq; dictum Caput spei leucis fere sexcentum, à latere semper

d 2 popul

populi sunt Nigritæ: & peractis diebus sexcentum leucis, mox apparuit flumen ingens, cuius in ostio est frequens uicos Nigritarum, qui quasi eis Mauris subiunguntur, qui introrsus degunt, Nigritis bella inferunt assidue. Dicitur flumen autem scateret ingentissimo, ut referebant accolæ fluij: rogabant nos propterea, ut illic nouam lunam opperiremur, & pro mora pollicerentur auri plurimum. At præfectus classis sistere gradum noluit, sed progredi celerissime cupiebat. Progressi itaque ad leucas trecentas quinquaginta, nocti sumus urbem circumdatam muro, cultamq; à populis, Indis haudquaquam absimilibus: domus ibi ex lateribus & calce pulcherrima, ritu Maurico. Appulimus tandem his oris, & à rege Mauro perbenigne excepti sumus, à quo consequuti sumus itineris ducem, pilotum appellat. Traiecturi eramus sinum quendam, cuius naturam ignorabamus: urbs Melindæ appellatur: in ingressu ostij sinus sita est, quem sinum altrinfecus Mauri innumeris uicam accolumunt. Is igitur pilotus linguam Italicam probe nouerat. Superauimus igitur sinum traiectu leucarum septingentarum: & tandem deuenimus ad urbem Christianorum pergrandem, quæ magnitudine superat Vlisbonæ, Calechut appellant, cuius sinus frequens est urbibus, & oppidis Maurorum: & in capite sinus sunt quædam angustiæ maris, ut dicimus stricium Romanicæ. Superatis his angustiis, aliud mare occurrit, id est, sinus, mare Erythrum appellans, siue Arabicum: & ab hoc latere domus secessitissimi Mahumetis abest itinere trium dierum, Mecha dicitur, ubi arca Mahumetis, & ibi præclara ciuitas, à Mauris culta, & mea sententia, is est sinus Arabicus, in quem, ut meminit Plinius, Alexandri magni & Romanorum arma penetrauerunt, & Romano tandem paruit imperio.

Mecha

De situ urbis Calechut, &amp; de moribus regis, &amp; de eius regia.

## CAPVT LIIII.

ET ut reuertar describitur urbem Christianorum Calechut, Vlisbona maiorem esse noueritis. Hæc igitur colitur ab Indis Christianis, qui in eum colorem inclinant, qui est inter nigrum & album, Bigas appellant: ibi templa cõplura, & tintinnabulauerum sacerdotibus & cultu diuino carè, tantum in suis delubris uisuntur: uasa quædam cum aquis, cum etiam balsamo plena, omniq; triennio immeris flumine quodam baptizantur. Is fluuius præterluit urbem, ubi templa ex lateritijs coctilibus calceq; fabricata conspiciuntur more Maurico. Diuisas uidebis urbes per uicos & angiportus, ut mos est in Italia, stratas nos appellamus, Galli rucis. Huius urbis regi incredibilis seruitus exhibetur à subditis, uiuit more regio ac sublimi fastu, longum seruatorum ordinem post se trahens: admissionales, & adituos ac cubicularios habet quamplurimos, regiamq; pulcherrimam. Verum rex urbe aberat, quum præfectus classis nostræ appulit portum Calechut: qui ubi de eius appulsi certior est factus, mox illinc soluit, agebat in quodam oppido, quod distat à Calechut quinque uel sex leucis. Redijt igitur Calechut uiris ferè quinquaginta concomitantibus: & demum triduo transacto, iussit accersiri præfectum classis nostræ: quem ubi terram tenuit, illico exceperunt hominum quinque millia, & ad regiam deduxere principis, uiris duodecim comitatum: cuius fores obseruabant à ditui decem, clauas gestantes ex argento faberrime factas. Deinde peruenerunt ad cubiculum regis, ubi rex facebat in lectio imo, qui sic condecorabatur: primo totum cubiculum stratum erat uiridi serico, uilulotum appellat: at eius parietes cooperiebantur serico multiplicis coloris ritu Damasceno contexto, cubile uero instratum erat stragulo albicante, uerum aureis filis intertexto, conopeoq; diffusimoinumbrabatur. Tum rex lectio sic est orsus ab imo, qui mortales forent, quoniam peterent, auide percunctatus. At nostræ classis præfectus, O rex, inquit, Christianorum mos est; ut quum principem princeps per internūctum alloquitur, prius non promat legatus sui principis mentem, quàm astantes paululum secesserint: tunc rex innuit suis, ut parumper secederent, moxq; præfe-

Velutum

præfe.



**A** præfectus classis regem his dictis alloquitur, Regem, videlicet, Portugalliae iam pridem compertum habuisse, quam facundius foret, utpote rex celsitudo inis immensa, ac Christiani nominis non contemptor, cupiebat propterea enixe in eius amicitiam, & necessitudinem recipi, si pacis & concordiae suspenderit locus quispiam: & quod in huius rei certius argumentum, per suum legatum condigne eum saluere iubeat, ut Christiani reges seruant, ut mutuis consulationibus apprime gaudeant. Rex itaque legationem, & regis consulationem perquam humane excepit, iussitque uni e summariis locupletioribus, ut præfectum nostrae classis honorifice domi exciperet, monuitque ducem, ut sereno animo conquiesceret.

*De aromatis & moribus Calechut. CAP. LIIII.*

**I**n hac itaque urbe Calechut vsuntur ditissimi mercatores, innumerique: hi sunt qui regem tum muneribus tum ingenio sibi conciliant, & ferè pro libito gubernant cuncta. Habent propterea Moscheam in foro, & ibi comercia exercent sua, plerumque sunt Mauri, vsque acres & exerciti mercimonijs. In urbe itaque Calechut comportant aromata ferè omne genus, videlicet, cinamum, piper, garophyllum, zinziberim, thus, lacham. Sunt & syluae sandalij cõdensissimae: non tamen huiusmodi aromatum genera ibi nascuntur: sed ferè undequaque importantur, ab insula præsertim, quæ abest ab urbe Calechut leucis CLX. à continente autem leuca una, in eodem latere ubi sita est urbs Calechut: eò tur terrestri itinere XX. dierum spatio incolitur à Mauris, neque Christianis: Mauri dominantur, & inde plura aromata Calechut exportantur, quoniam ibi est emporium, & eorum statio: portus illorum moneta appellatur zaraffi ex auro obryzo defecatoque: hæc eudid Soldanus Syriæ dominus, pondere non stri nummi auri, eam granis binis excedit zaraffi: & ibi Venetorum, & Genuesium auri expenduntur, & moneta parua argentea, quam eudere Soldani arbitrantur. Ibi etiam sunt panni ex serico omnium generum, cocco alij, alij tyrio, purpura, uel buccino infecti: ibi etiam uidebis hyssinum, id est, coccum tyrio infectum, & id genus cõplura sunt, & panni auro intertexti plurifaria. At talici dicuntur: æra autem fabrefacta & stannea uasa plurima comperies. Et ut tandem finiam, ferè ibi nihil desiderant, quod ad humanum cultum pertineat. Et hæc mea sententia ex Babylonia Aegypti comportantur, Cayrum appellat.

*De nauibus quæ easent à magne, & de pretio aromatum.*

*CAPVT LV.*

**P**ortugallenses in urbe Calechut commorati sunt, à die decimonono Maij usque in diem XXV. Augusti: & per id tempus uiderunt innumeras naues, ut puta supra mille àe D. quæ ultro citroque comereij gratia, & præsertim aromatum. Inter has naues quæ magnitudine alias excedit, non est capax CC. doliorum: earum sunt magnæ quaedam, nonnullæ uero parue, unum tantum malum habent, id est, arborem: nec nauigant, nisi uentum habeant in puppi, adeoque uentibus maris inturbantur, ut nonnunquam semestri ferè continuo, ut tranquillu fiat mare expectent: submergunt plurimæ, & miro artificio sunt fabricate: sunt rarinæ debiles, perinde ut armorum pariter ac tormentorum sunt impatientes: quæ uero contendant ad insulas, ut inde comportent aromata omne genus, fundi sunt perquam mediocres, adeo ut paruo ad nauigandum alueo egeant. Alie sunt quæ idcirco absque ferro sunt, quoniam uim magnetis pauert: nam is lapsus uisitur supra dictas insulas, quæ iter ipsi faciunt. Dum urbi appelere usu uenerit, illarum statio est in terra, in luto tamen. Id enim curant ex composito, ut tutius degant in arido: quum in crescent mare, dant operam ut eius uentus naues impellantur in siccum, & ibi tantisper manent, donec finitis comercijs soluerent illine complacitum fuerit: mare ibi crescit & decrescit singulis sex horis, ut apud nos. Visuntur aliquando in sicco naues quingentæ uel DC. quæ res prope est incredibilibs. Pondus cinami, id est, canrarorum quing: pretium X. aut XII. ducatorum non excedit, si suam monetam consideres, id est, zaraffos, ferè idem pretium erit, ut præfecimus. Vbi uero legitur, minore mul

Zaraffi

d 3 to pre,

to pretio, ut puta sex aureis pondus uenditur, cinam, tantundem uenditur pi-  
per, ac garophylli: zinciber uero dimidio minus. Lacha autem fere nihil uen-  
ditur, id efficit copia ingens, propterea uilispenditur. Itidem sandalium, cuius  
nemora uisuntur: pro his rebus nihil præter aurum & argentum, aut choral-  
lium recipiunt. Merces uero nostras præter linū paru faciunt. Linum igitur  
ibi est in pretio: nam nostri nauæ camillas complures pretio non mediocri  
uendebant permutatione aromatu: licet ibi tela sit perquam subtilis & can-  
dida, quæ, ni fallor, Babylonis, quæ est urbs Nili, quam Cayrū appellant, tun-  
ditur ut hinc. Si soluendum est uictigal, pro centum quinq; soluunt: pretiosos  
lapides tulere paucos, & eos fere pretij nullius: quoniam, ut uerū fatear, de-  
fuit eis aurum & argentum, quibus cōmercia exercebant. Dicitur etiam sub-  
esse aliam causam, quor non tulerint lapides, quod, uidelicet, maiore pretio  
quam autumauissent uendebantur. Itidem de margaritis aiebant, nos tamen  
secus credimus: sed nobis persuademus eos perquam uili pretio uendi, licet  
à Mauris ematur, qui semper plus æquo rem æstimat, proq; re una quatuor  
petunt, procaces nimium: atulere tamen hos lapides, uidelicet, berillos, to-  
pazios, zaphyros, adamantes & chrysolitos, aiunt tamen præfectum classis  
emisse lapides pretiosos complures, argumento quod omne suum argēum  
cum lapidibus huiusmodi permutauerit, uidelicet, uasa aurea argenteaq; ca-  
lata, quæ causa splendidioris apparatus secum tulerat.

*De Mecha ubi est arca Mahumetis, & de monte Sinai, & mari rubro.*

CAPVT LVI.

**N**aues quæ comportant aromata omnium generum, inibi plerunq; eun-  
dem sinum prægrandem traiciunt, quem Lulstani superatis illius angu-  
stijs, cymbis quibusdam, mare Erythraum, id est, rubrum traiciunt: dehinc  
terrestri itinere ad domum quæ dicitur Mecha, ubi Mahumetis arca uisitur,  
quæ à litore maris rubri adest introversus itinere dierum trium. Inde ad Baby-  
lonem, id est, Cayrum Nili contendunt, transeunt ad radices montis Sir-  
nai, & demum per siccam harenam, ubi turbo quandoque ad eō seuit puluer-  
is, ut uento puluis agitatus uiatores obruat: ita nonnullæ naues circumeūt  
totum eum sinum: alia fluuium illum, ubi comperere gentes multiples con-  
prope Mauris adiacentes, cum quibus diutina bella agunt. Repertur etiam in  
Calechut uinum maluaticum, quod fert Creta, id est, Candia insula: ex Cay-  
ro tamen comportatur eō loci. Aiunt etiam quod nunc anni octuaginta fa-  
ciunt, quibus nonnulli Christiani albi eō tuere commercij causa: nam hi p̄-  
leos gerebant in capite albos, oblongosq; ut solent Germani: barba his erat  
promissa inter nares & os, ut Byzantijs mos est aulicis: cætera tonsi, barbæq;  
huiusmodi mastuchos appellant: hæ ferebant uiros loricatedos ferreis loriceis,  
ac thoracibus, nostris non ab similibus: hastisq; quibusdam utebantur, tor-  
menta etiam habebant, uerum nostris minora: postquam conuenerit singu-  
lis biennijs semel eō contendere, classem non mediocrem trahentes, ut puta  
nauium xx. aut xxxv. Hanc gentem incola Calechut adhuc nesciunt, mer-  
cesq; præter linum quod deferunt candidum subtilissimumq;, nauibus ma-  
los quatuor habentibus, ut Hispaniæ, exportant aromata: eos igitur ex Ger-  
mania aduenisse minime arbitramur: nam id haudquaquam nos lateret: ue-  
rum plus fidei habet, ut sint Tartari e Roscia profecti, ut referit quidam, qui  
crebro arant maria: tamen breui speramus huius rei certiores fieri, interpre-  
te Medio piloto, qui secum profectus est, nunc apud præfectum classis cap-  
uum agit: nam nolens nauigat.

*De cibatu regis Calechut, & eius populis.* CAP. LVII.

**A**D dictam urbem Calechut Christianorum magnam utm tritici compor-  
tant Mauri suis nauigijs: una die uiuit homo pane ualoris trium quater-  
norum, qui tertiam solidi partem complent: panem conficiunt absq; fermento,  
non habent clibanos, uerum sub cineribus, ut nos aliquando placentas  
torrent, eumq; faciunt in diem: oriza abundat, & bobus, uerum nostris muly-  
to ml

Mastuchi

Medius

to m  
bus;  
A Car  
clut  
rex  
null  
deus  
lerit,  
uiri  
ac pi  
sunt  
nibu  
gine  
quia  
za q  
obse  
co pr  
gat. S  
dir. P  
iores

C  
me,  
nem  
ris ho  
ad in  
mum  
uesti  
lieres  
seem  
stiri  
cis m  
milli  
& dur  
confi  
profe  
xto n  
uigar  
bio. A  
id est  
sa, qu  
acce  
Cale  
cent  
ab Ca  
ria, n  
folyr  
ecler  
IBi  
& n  
natur  
quid



to minoribus, abundant etiam lacte & butyro, Assyrijs malis, eisq; dulcioribus, pomisq; omne genus citrinis, alijsq; fructibus mitioribus compluribus: Carotas habent recetes, & passas, & prope fructus omnium generum: Rex eius ut bis ab omni morticino abstinet: nā is mos inoleuit apud eos, ut ipse rex, ac reliqui aulici & probi fere omnes nihil edant, quod mortem patiatur, uiri potius stolidi quā simplices. At populus in promiscuum & carnibus ac piscibus uescuntur, soluti his curis: non tamen necant bona animalia, ut sunt boues, eosq; benedictos dicitant: & quum prætereunt, contingunt manibus, eosq; deosculantur, ut nostri simpliciores deosculatur sanctorum imagines, quum manum ad os referunt deosculando non alia magis de causis, q̄ quia ea terigit imaginem. Verus itaq; rex illorum lacte uiuit ac butyro, oriza quoq; & alijs compluribus, eundem ritum in cibatu aulici & summates obseruant. Hic itaq; rex arroganti ac superbo fastu recumbit, palmarum succo pro uino uitur, e uase argenteo bibit, ita tamen ut uas labra non contingat. Suspenso itaq; uase, instar crateris uinum demittit guttatim, & ori infundit. Pisces ibi nostris haud sunt ablimiles, regio sequens est pisciatoribus: maiores equos nostris habent, uerum Mauri eos non magni faciunt.

*De cognitione Christi quam habent, & de notitia Pontificis Romani.*

## CAPVT LVIII.

Christiani qui urbem Calechut incolunt, equitant elephantēs, quoniam ea regio animalibus huiusmodi abundat: quæ ubi mansuecunt facillime, rex cum aliquo contendit, trahit secum innumeram pedum multitudinem: neminonnulli uero elephantis uecti, regem concomitantur. Rex uero humeris hominum nobilium fertur, uiri pubetens tantum uestiuntur, cætera usq; ad inguina nudi. Veste utitur cotonina, quoniā eo panno abundant plurimum: utuntur & pannis sericeis, & in primis illustriores: at alij alijs utuntur uestibus, prout patitur illorum census & opulentia. At nobilium uirorū mulieres, etiam supra cincturam carnes uelant telis subtilioribus. Egregiæ uero fœmine usque ad pubem tantum corpora tegunt. Mauri autem more suo uesisti incedunt, cooperiti ad talos usque. Aest hæc ciuitas ab Vlisbona leucis millibus & octingentis: quæ ratione subducta, uel eua cullibet dentur milliaria quatuor, is numerus leucarum efficiet milliaria quindecim mille & ducenta, tantundem metiri oportet in regressu: quare si penstatius quis consideret, quanto temporis intervallo id itineris perfici possit, comperiet profecto tantam locorum distantiam metiri non posse citius quā decimose xto mense. Mauri uero nauæ ad superiores regiones duce Septentrione nauigant cum instrumentis quibusdam ligneis, quadrante, uelidelicet, & astroliabio. A dextris semper quum sinum Perlicū trañciunt, referunt pilotæ illorū, id est, duces itineris, quod ad meridiē supersunt insule x. mille illis inaccessas, quas nō adeunt, quoniam nimis tendunt ad meridiē, adeo ut nō sit tutus accessus. Forte fortuna hæc sunt, quas nupetrime rex Hispaniarū inuenit. In Calechut habent medio crem notitiam presbyteri Ioannis, uerum non exercent inuicem commercia; neq; consuetudines: quoniam multum abest ipse ab Calechut, intransus plurimum. Christum credunt natum ex uirgine Maria, neq; peccasse unquam, & ab Iudæis cruci affixum, mortuumq; ac Hierosolymis sepultū. Papam uero seorsum Romæ degere: alioquin sanctæ Romanæ ecclesiæ notitiam haud habent altam: norunt literas, & sua lingua scribunt.

*De aromatis ubi nascuntur.* CAP. LIX.

Ibi igitur sunt innumeri elephantorū dentes, ac cotoni, faccaris plurimæ, & mea sententia quicquid est quo uita carere nō possit, eo hæc regio exornatur ditaturq; mirum in modum, crediturq; uinum fore in pretio, quandoquidem eo libenter utuntur Iudæi Christiani: expetunt etiam oleum admodum.

dum. Ibi etiam ex fime iustitia colitur quam alibi gentium: nam si quis furatur aut occidit, ritu Turcarum palo affigitur atrocissime. Qui uero uectigalibus imponere uult, si deprehensus fuerit, totum perdit, mercesque ludit omnes. Inibi rarius inueniuntur unguenta ferè omne genus, ut sunt castoreum, ambræ, storax, & id genus alia. Insula uero quæ mittit aromata, Zellæ appellatur: ea est ultra Calechut urbem ad leucas ferè c. & LX. ubi oriuntur aromataiat arbores cinami & piperi ferè alia insula introitus continentiæ. Ait etiam circû urbem Calechut nasci piper & cinamû, uerum non ad perfectionem. Gariophylla deferuntur à remotiore plaga: reubarbari ibi plurimum, & aromata minus, tiora complura. Zinziber in mediterraneis oritur electissimû. Sinus quem præfeci, colitur eximie altrinsecus à Mauris. Post hæc intellexi melius à nonnullis, ipsum tantum à latere uno habitari à Mauris, ab altero uero uersus meridem ab Indis Christianis, eisdemque albis ut nos, in litore maris æque ac in mediterraneis. Is est tritici ferax plurimi, fructuum & carniû, & propè omnibus annonæ. Inde plura ad urbem Calechut deferuntur: nam regio ubi uisitur Calechut, obducta est arenis, habet humum ieiunam: & præsertim tritici & id genus est impatiens. Ibi etiam duo uenti solum flant in estate, uidelicet, Subiolanus, & hyeme Fauonius, siue Zephyrus: rerum omnium sunt elegantissimi piciores: urbs muro ambitur nullò, uerum domos cõtinenter & in ordine politas, uicosque Maurico more habet. Eadem insula quæ fert cinamum, mittit & gemmas absolutissimas.

Portus aromatum Soldani. CAP. LX.

QVo ad res Indas inuentas ab istis quibusdam meis literis reddidi uos certiores sigillatim: post uero superuenit pilorus ille, què ui ceperat. Is uisus nobis est ex Dalmatia oriundus, tamen reuera erat ludæus, ortus Alexandriæ, aut non longe ab ea terrestri itinere: iuuenis admodum Indiam adit, nunc in urbe Calechut uxore habet & natos. Is dominus erat quatuor nauium:ibat propterea interdum cum classe, & de eius regione mira referebat de diuitiis præsertim ac aromatis, & cinamomo perquam elegantia, quæ omnia ueniunt ex insula quæ ultra Calechut ad leucas centum & quinqueaginta uisitur. parumque abest à continenti: oram Mauri tenent: piper uero & gariophyllum mittit ulterior regio, & in primis ludæa, & ibi rex Iudeorum, uidelicet, illarum decem tribuum, quæ ex Aegypto traiecerunt in Arabiam, superato mari Erythæo. Assirmat etiam innumeros esse idolorum cultores, Gentes uocant & Christianos propè nullos. Verum fallitur plurimi, qui arbitrantur ob id Christianos esse cõplures, quod, uidelicet, ecclesiæ uisuntur cum tintinnabulis plurimæ, quæ templâ tamen sunt idolorum, quod profecto magis quadrat rationi: nam absolum esset dicere, quod ibi Christi nomen colatur absque diuino cultu, & præsertim à Christianis. Igitur ibi nec sacerdotes cernuntur, nec fiunt sacrificia quæpiã. alleuerant itaque nullos esse inibi Christianos, quam eos, qui presbytero Ioanni parèt, qui distant mirum in modum ab urbe Calechut, quum citra mare Erythæum existat, non longè a rege Melindarum, in Aphrica introitus multum uersus Nigritas, prope Guineam. Is presbyter alibi Soldano cõfinitus est, haud longè à Nilo, ubi Babylon urbs uatissima, nunc Cayrum dicitur. Hic itaque presbyter Ioannes habet sacerdotes qui diuina exequuntur, ut nostri Euangelia colunt & obseruant, nec non alia ecclesiæ mandata ut reliqui Christiani haud contemnunt, parumque in cultu diuino à nobis differunt. Soldanus autem in mari Erythæo portum habet, & ex Alexandria Aegypti ad portum maris Rubri contendunt itinere terrestri dierum octuaginta: tantum abest ab Alexandria. Ibi uideas aromata omne genus: eò enim comportantur ex urbe Calechut. Non longè etiam ab dicta urbe uisuntur quedam insula distans à continente leuca una, ubi innumeri piscatores uisuntur, qui margaritas multiplices piscantur. Ibi nullæ sunt aquæ ad potandum suauis: uerum hi nauatæ proficiscuntur ad quoddam flumen sine utribus ac doljs, sed solis nauibus hauriunt aquam: armatæ, quum naues dierum,

A dicere  
præf  
ta, &  
urp  
nus  
huius  
psi, a  
& ab

IN u  
non  
ingre  
inibi  
rat, d  
quæ p  
nauig  
modu  
non p  
huc ig  
uium  
urbis  
merce  
fartag  
gni p  
prelic  
leuma

Hic  
u  
in præ  
re per  
cimon  
renuar  
ui dar  
pus fu  
quod  
mome  
liris cõ  
in pup  
cõmea  
regior  
capac  
moder  
ges fe  
alij m  
appell  
dicto fi  
quam  
specta  
nobis  
reper  
cipes  
plurim  
mus, n



**A** diere, silico currunt ad mare, ut aqua dulci satientur, quam abunde naues, ut præfeci, comportant. Hæc insula est citra Calechut itinere leucarum sexaginta, & colitur ab gentilibus, id est, idololâtris. Vacca & boues eximie colitur, utpote benedicta animalia, adeo ut si quis læferit quodpiam illorum, is prolixus morte pœnas luat, non aliter quam pro furto. In cibatu igitur animalia huiusmodi non habent. De insula uero Taprobane, de qua satis ac super scripti, alia non habemus, nisi quod credimus ipsam innatare uassillimo pelago, & abesse plurimum à continente.

De instrumentis nauigandi, & quantâ merces inibi uenduntur.

## CAPVT LXI.

**I**n urbe Calechut est templum, quod ingredi nefas est. Impune id ingredi non licet cuiquam die Mercurij ante meridiem: nam si quis ante id horâ ingressus fuerit, mox moritur ob dæmonum conspectum, qui per id tempus inibi ferè innumerè conspiciuntur. Addebat etiam ludæus qui captus fuerat, diem esse quendam in anno, quo in dicto templo suapte natura lampadès quæpiam accenduntur, & rem monstrificam ac portentosam efficiunt. Inibi nauigant ubiq; pyxides, sed solo quadrâte ligneo: quæ res uisâ est difficilis admodum, & in primis quâ celum inumbratur nubibus; adeo ut stellæ uideri non possint. Ancoras habent perquam mediocres, quas quando faciunt adhuc ignoramus: remones nauis alligant funibus, & longitudine excedunt nauium transtra palmis ternis: omnia nauigia eius regionis fabricantur incole urbis Calechut, quia alibi arboribus & omne genus lignis carènt. Potiores merces eius regionis sunt corallia, & æra fabrefacta in uasa, ut in cacabos & sartagine, uel athena, & id genus plura, necnon in laminas. Conspicilia magni penduntur plurimum, adeo ut alicubi gentium par unum conspiciolorum pretio uendatur eximio. Sunt etiam ibi in pretio telæ rudiore, uinum & oleum: panni ex auro ferè nulli, & alij panni ferè omnium generum.

De elephantis, & titulo regis Portugallie. CAP. LXII.

**H**ic noster rex Portugallie in his rebus animi est non quidem mediocris, uerû eximij: argumêto est classis quâ parat in expeditione Indiam: nam in præsens naues quatuor expediuntur, ac celoces duæ omni annonæ genere perquâ munitæ, ut mense Ianuarij præsto adint ingentissimis referat mercimonij: inq; eis armamenta omne genus, ut si forte fortuna rex Calechut reuauet oblatam conditionem, & nostræ gentis contubernia spernat, disceat ut dare aliquando, quod amice potuisset. Hæret igitur animo illi, ut quum opus fuerit, sua classe naues fuitiles ac nullius peni regis Calechut profliget, quod si pro arbitratu succedet: quoniam uix referre possum, quam parui sint momenti, & uirium nullarum orientalium meridionaliumq; nauigia, ubi nostris collata fuerint. inter cætera sulcare maria nequeunt, nisi uentû habeant in puppi: uerû ubi nauis propè infinitus numerus uisitur: & ultro citroq; cõmeant, ferentes aromata ferè omnium generum. Potissima animalia eius regionis sunt elephantis: his bella conficiunt: turres quasdam imponunt eis, capaces trium uel quatuor uirorum, qui de turribus huiusmodi præliantur: moderatorè habent, qui turrita animalia regit, ut cõmeminit Plinius. Eis reges se suaq; tutantur, alij in exercitu ad bella ducunt elephantorum M. D. C. alij M. D. C. C. alij minus, prout sumptus exigunt illorum. Quando naues appellant onustæ, id fit ut elephantorum: cutruunt effusissime: & licet uix sit dicto fides, fabulæq; censeatur, rem tamen ueram denarramus. Aiunt etiam quamuis ibi sit copia elephantorû, eos tamè uendi pretio ingenti, si alias res spectaueris. Præfectus classis nostræ, nec alij lapides pretiosos tulere: quare nobis persuademus haud difficulter, lapides huiusmodi inibi haudquaquâ reperiri, sed è longiore regione conuehi, fitq; propterea ut eius regionis primæcipes magis pendant lapides pretiosos, storax, castoreum, & alia id genus plurima. Quæquid autem deinceps de rebus huiusmodi comperti habebimus, mox uobis colliquescet. Hic rex noster harum regionum iam titulum gerit,

gerit, uidelicet, Rex Portugalliae & Algarbiorum citra & ultra mare in Africa, & Guineæ dominus: & per nauas suos cum Arabibus, Persis & Indis commercia exercet.

Quomodo rex Emanuel dedit praefecto clasfis regium trophaeum.

CAPVT LXIII.

**A**NNO M. D. rex Portugalliae serenissimus classem nauium duodecim in Indiam expediuit, cui praefecit Petrum quendam Aliares, ac Aprilis Fidalcum: & hanc classem omni genere annonae & armamentorum communi uit diligentissime, tantumq; annonae naues comportarunt, ut usque mensium decem & octo abunde sufficeret, data eis lege, ut ex duodecim nauibus decem ad urbem Calechur contingerent, duae uero in Arabiam. Igitur haec duae diuertunt commercij gratia in eam regionem, ubi locus est dictus Zaphal, secus iter quo itur Calechur. Itaq; naues decem praedictae eas merces domo secum attulerunt, quas crederent Indis & Persis haud fore ingratas. Ergo octaua mensis Martij anni praedicti, nauibus iam praeparatis itineri, rex Portugalliae concessit ad locum quendam ad secundum urbis lapidem, cui nomen est Sanctae Mariae de Ballera, non alia de causa, nisi ut daret praefecto clasfis nostrae regium trophaeum. Haec itaq; clasfis soluit illinc die L. anno nono Martij, caelo sereno, ac foelicibus auspicijs. Igitur die XIIII. dicta clasfis superauit insulas Canarias. Item die XXII. praeteriit Capitis uiridis insulam. Item die XXXIII. quaedam nauis digressa est ab alijs, & quod concesserit, adhuc nobis est incognitum: nam nusquam apparuit.

Quomodo naues iactabantur fluctibus. LXIIII.

**V**IGESIMAQUARTA Aprilis, die Mercurij, in octaua Paschae, dicta clasfis uisit continentem quendam: ob quam rem gauisi sunt plurimum. propterea misere exploratores, qui uiderent quae gens illas terras incoleret: qui mox comperere ibi esse arborum uim maximam, & gentem quandam litus obseruantem. Iactis itaq; ancoris, rursus cymbam mittunt, quae diligentius scrutetur regionem, ac eius incolae. Iuere igitur: & ubi redierunt, retulerunt gentem esse eius coloris, qui medius est inter album & nigrum, eosq; uiros habere habilissimos corpora, ac capillum promissum, & nudos esse, sicuti exeunt ab utero matris, omnique uerecundia carere, & eorum singulos arcus ferre cum sagittis, utpote qui litori fluminis custodire praerant: uerum nullus erat in dicta classe, qui eorum linguam calleret. His ergo conspectis cymba rediit ad classem: & dum nox humida caelo praecipit, surrexit atrox tempestas, quae plerumq; noctu scruuit: mane uero sequenti sublatis ancoris, adhuc undabundo mari ac saeuente, percurrimus tamen litus quasi ad Aquilonem, flante Euro, ut si forte fortuna nacti fuissetus portum aliquem, ubi iustius clasfis conquiesceret. Tandem peruenimus ad portum quendam, ubi iecimus ancoras: etiam nacti sumus Ananinos, qui parujs cymbis portabantur: hos adiuuere nostris quidam, & duos ex eis ceperunt, & ad praefectum clasfis duxerunt, ut intelligerent quanam gens esset: quonia idiomata illorum nemo adhuc intelligere potuerat: nam nec nutu, nec signis quae exponebantur intelligebant. Igitur praefectus clasfis praedictos Ananinos penes se nocte uia habuit: & ubi uidit nullum esse cum eis humanae uocis commercium, eos immisit indutos tunica interiori, & ueste alia bifretorq;, quod eis summe placuit, nae nudis incedebat: propterea omne genus uestis admirabantur, utpote rem haecenus non uisam.

De radicibus, quibus panem ibi conficiunt. Et quibusdam alijs moribus.

CAPVT LXV.

**E**A die quae erat octaua post festum Paschae, id est, uigesima sexta Aprilis, praefectus clasfis nostrae decreuit Missam audire: propterea iussit praeparari tentorium, sub quo diuina officia celebrarentur: & post Missarum solennia omnes dictae clasfis concioni diuinae interfuerunt: eo etiam conuenere multi ex illis populis, qui tripodijs & saltationibus insistebant, quicq; cornu intonuerunt, dum diuina celebrarentur: & mox peractis Missis unusquisq; dilapsus est in suam



A in suam nauim. Incolæ uero regionis illius desiliebant in mare, immergebanturq; usq; ad ulnas canendo, gellendo, multaq; alia lætitiã præ se ferentia agendo. Post hæc præfectus classis quum pranius esset, signũ dedit cunctis ut naues pro libito egrederentur. Itaq; egressi omnes cœperunt cum incolis eius regionis ludere, magnã uoluptatem sumentes ex illorum salutationibus & tripudijs: & demum cœperunt exercere inuicem commercia: nam incolæ pro panno, papyro, & alijs minimis, arcus & sagittas dabant: & tandẽ in his permutationibus mercũ totam diem consumpsere, & inibi inuenerẽ flumen ad potandum suauissimũ: & quũ aduerserauisset, redire ad suas naues omnes. At sequenti die præfectus classis decreuit aqua & lignis rursus nauem cõmunire. Igitur illius iussu nauæ omnes aquatũ & lignatum profecti sunt, adiutuantibus illis populis: nam cateruatim confluebant, ut nobis essent auxilio. Iuere etiam è nostris complusculi, ut illorũ domos & habitacula uisitent: habitant enim longe à mari ad tertium lapidem: & permutant suas merces cũ pistacijs & radice quadã, quæ dicitur Igname, qua panis illorũ cõficitur, eorũ utuntur Arabes: nam nostri pro his rebus dederunt supradictas merces: & ibi sex dies permutando nostra cũ suis triuimus. Quo ad mores illorũ, nõ ab re fuerit pauca cõmemorare. Sunt igitur, ut supra meminimus coloris qui est inter nigrũ & album, pardum appellant: nudĩ semper incedunt, nullus est eis pudor, neq; uerecundia: capillum promittunt: barbã uero & oculorũ palpebras uellũt, & inibi depingũt uaria colore multiplici, ut albo, nigro, & cœlesti, necnon rubeo: & ferunt labrũ oris inferius perforatũ, & in foramine huiusmodi ponunt ossã instar clauĩ: alij autẽ lapillos ferunt eiusdẽ coloris, adeo ut uideatur totum labrum gemmatũ: itidem mulieres agunt, suntq; sine pudore, uerum pulcherrimæ, & capillos per humeros leniter demittunt: domos habent ligneas, quas folijs & ramis arborum cooperiũt, suffultuntq; eas innumeris columnis: & in medio earum ad parietẽ collocant rete bombicinũ appensum, in quo homo inuoluitur: & rursus rete aliud, quoad continenter plura in ordine disponant, interq; ea rogos accendunt, efficiuntq; ut in cœnulo uaria cubacula & retia parietum uicem suppleant: nam retibus discretã sunt eorum habitacula.

## De Pistacijs inibi reperitis. CAP. LXVI.

Igitur eadem regio caret ferro & omnifariam metallo: propterea ligna incidunt lapidibus præacutis: abundant uero omni genere auitorum, præsertim pistacorum multijugi coloris, tantaq; proceritatis, ut cum gallinis magnitudine contendant. Epennis uero auium pileos & birreta cõficiũt. Terra abundat arboribus ferè omnis generis, aquisq; irrigua admodũ est: miliũ ferè, & ignamen herbã, unde panis illorũ cõficitur: necnon golijs mittit plurimum. Ibi animalia uidimus nulla. Regio est uastissima: & an sit insula uel continens, nondum satis liquet: uerum nos inclinauimus in eam sententiam, ut sit continens, ob immensã uastitatem. Cœli est saluberrimi, & incolæ retia habent ferè innumera: quoniam omne uitæ suæ tempus terunt piscando: nam piscantur pisces quasi omne genus. Inter ceteros pisces qui inibi eminent, unum uidimus, qui doliũ non quidem mediocri crassitudine excedit, & rursus idem longitudine duo dolsa superat, & formẽ est obrotundè: caput habet ut sus, uerum oculos paruos, dentibus caret, sed aures longitudine & latitudine brachij mensuram excedunt: in inferiori parte corporis duo habet foramina: cauda illi est oblonga, eademq; lata supra brachij mensurã: & loripes erat: in aliqua corporis parte uidebatur habere suis cutem: corium densum supra digiti mensuram. Interea temporis dum illic agebamus, præfectus classis decreuit de his rebus regem reddere certiore, & in ea regione uiros duos, iam ob scelera morti addictos dimittere: nam ex his complures secum trahebat. Itaq; illico præfectus classis nauim expediuit in Lusitaniam, quæ regem harum rerum certiore faceret: nec ob id numerum duodecim nauium minuit: quoniam hæc nauis ultra dictas duodecim naues ad tales casus

casus ducebatur. Literæ erant eius tenoris, quod narrabant ex ordine omnia nuperrime inuenta à Lusitanis. Hoc factò mox mittit quòsdam, qui in litore crucem eminentissimam figant; ceu nostræ fidelitrophæum: & in eodem loco duos, ut præfeci, morti addictos deseruit: qui ubi uidere se destitutos omnino Christianorum auxilio, flebant mœstissime. At incolæ regionis illius eos solabantur, miserati eorum conditionem.

*De ingenti tempestate, qua naues quatuor submersæ sunt.*

CAPVT LXVII.

Cometa

Tempestatit  
uolentia

IGitur sequenti die, secunda erat Maij, anni eiusdem, explicuimus uela, iter dirigentes uersus caput Bonæ spei: & id maris iter leucas fere habet M. C. C. id est, milliaria quater mille. Die uero duodecimo eiusdem mensis nobis nauigantibus cometa quidam apparuit Arabiam uertus, cuius radij prominabant plurimum: sicq; cometa diebus octo aut decem iugiter apparuit die noctuq;: & tandem die dominica, uigesima quarta mensis Maij, dum iter nostrum prosequimur, & classis omnis felicibus uentis potiretur, capiētes uentum nō pleno malo, sed medio, ob pluuiam quæ præcellerat, ecce uentus turbinis repentino flatu inuasit nautas, egitq; ut naues prope omnes submergerentur: nam quatuor ex nostris nauibus inuertit submersitq;, nec ultra earum quampiam uidimus: ad eò enim concite eas corripuit tempestas, ut eis auxiliari nequiuimus: quippe qui parū & nos aberamus à morte. At naues septem quæ supererant, uentū in puppi accipientes, Dei clementiæ haud diffidentes nauigabamus. Dum itaq; priore tempestate perterriti mœstissimum iter prosequeremur, ecce atrocior procella cepit mare interurbare, & effudit ut plus solito sciret: adeoq; iactabamur fluctibus, ut uideremur cœlum conscendere, dum fluctus nos in superiora impellebat: quum uero demittebamur, ipsum Acheronta petere arbitrabamur, tanta erat inundatio aquarū. Uela facere uentis prohibebat tēpestas: igitur luciamur cum Neptuno, & in uarias partes disingimur: eoq; discriminis perueneramus, ut altera alteram conspicerenō posset: nam nauis quæ classis præfectū uehebat, id est, prætoraria, cum duabus alijs iter aliò cepit: quò tamē pergeret nō satis sciens. Alia uero nauis, quæ regis nomen obtinebat, aliò profectia est, comitantibus duabus alijs. At ea quæ sola supererat, infelicioꝝ ceteris errabunda per se mare sulcabat. Sic itaq; alto iactati per dies xxx. hæc maris scruitiā perpeffi sumus.

*De Zaphala auri mina.* CAP. LXVIII.

TAndē sextodecimo Iulij fauentibus superis Arabiæ litora conspeximus, & illò nauigia dirigentes ancoras iecimus. Erat ibi ingens piscium copia: cepimus ex eis complures: nec tamen quisquam nostrum continentem applicuit: solum enim litori adhæsimus: uidimus tamē regionem illam populis ferè innumeris cultam. Tunc sublatis ancoris, & secus litus iter prosequentes nostrum, plurima uidimus flumina, ac animalia complura. Erat profectò frequens habitatorè, quum hominibus, tum etiā multijugis animalibus: tandem nauigando peruenimus ad quandam auri minam: ea est in loco qui dicitur Zaphala: & ibi erant duæ insulæ, ubi naues duæ Maurorū comorabantur commercij causa: hæc enim aurum uehebant ad regnum Melindæ: quæ quidem naues ubi nostram classem conspexere, mox effusissime fugasibi consulere terram petentes: & aurum quod uehebant in mare proiecerunt, ne nos eo potiremur. At præfectus noster ubi hæc uidit, in eos uela fecit, cepitq; naues huiusmodi, in quibus parum adhuc supererat auri. Cæptos igitur compellere cepit & percunchari, quenam gens foret, undè ueueniret, & quò pergeret. At dux Maurorum: Mauri, inquit, sumus, regi Melindæ necessitudine arctissima coniuncti, ex insula quæ Zaphal dicitur, uenimus, uxorem ducebam mecum: & dum classem uestram conspeximus formidantes, terram appellere festinantius uoluimus, ea maris obruta est fluctibus: idem casus nato obigit meo. Tum nostræ classis dux, ubi accepit eum regis Melindæ affinem esse, ægre tulit eorum iacturam, solariq; cepit eos,

honori



**A** honorifice admodum ipsos excipiens in memoriam tati regis, cum quo nobiscum maxima amicitia intercedit, & in primis cum nostro rege, iussit itaque ut illorum naues reponerentur: & si quid auri sublatum fuerat, id totum mox restitueretur. Tunc Maurorum praefectus per cunctatus est nostrum ducem, an fascinatorum haberent quempiam, qui incantationibus pessundatè aurum extrahere posset. Cui noster dux inquit: Nos Christum deum colimus, qui arcte nobis has fascinationes exercere prohibet, propterea ab re huiusmodi tēperamus. Rursum ab eo noster praefectus quaerit, ubi sit dicta Zaphala, quā ipsi adhuc nesciebant, verū fama eius adductū ad nauigabant. Tum Maurus ait: Zaphala est insula quae aurum fert, ea parit regi Mauro, qui insulam incolit Achiloam nomine dictam, nec a uobis abest in eodem itinere quod tenetis, sed iam eam praeteriistis non nihil. Tunc praefectus, ubi haec intellexit, signum dedit ut uela daremus uētis, a nostro itinere haudquaquam declinantes. Tandem x. Julij applicuimus insulam quandam ditionis regis Zaphala, nomine Monzobinghe: ea est habitatore haud frequens: uerū ibi uisuntur diuites compluribus, qui inibi cōmercia exercent. Eo igitur ubi deuentū est, corpora curabamus, ducemq; itineris acceperimus, pilotū appellat, qui nos Achiloā duceret, ea est insula, ubi portus est perquam opportunus, nō longe a cōtinente. Igitur hinc soluimus Achiloā uersus, litori semper adherētes, ubi innumeras cōspeximus insulas eximie cultas, ac ditionis eiusdē regis: & tandem Achiloā peruenimus x. x. vii. mensis eiusdē, eoque simul naues sex deuenere uario itinere: at septima nusquam comparuit. Haec itaque insula parua est admodum, & continenti propè cōiuncta: regio est aprica ac pulcherrima: domos habet eminentes more Hispanico, & ibi locupletissimi mercatores: quoniam scaturit aurum, argento, ambrā, castoreo & margaritis. Incolae induuntur cotone albo, nec non sericeo perquam elegantissimi sunt nigerrimi.

*De congressu regis et praefecti. CAP. LXIX.*

**H**ABITO itaque saluo conductu, quo impune eū rege colloqui posset per interuentum, primo cōcepit regē adire. Misso igitur Alphonso Furtados, qui uicē legati supplebat, cōcomitatus sex uel septē uiris, elegantissimi, ut assolet, indutis, his uerbis alloquitur regē: Clāse esse regis Portugalliae, quae eō accesserit solitus cōmerciū gratia, ferreque cōplura mercimonia, quae forte regi erūt haud ingrata: cupere propterea praefectū clāsis regē corā uidere, uerū ex mandato regis Portugalliae nō posse impune terrā appellere, nec nisi in cymba regē adire posse: hūc esse ducē clāsiū morē uetustissimū, ne cor repto principe mox ruerent omnes qui de eo pendēt. Ad haec rex respōdit se defensurū perquam libētē ad mutua colloquia, sedq; uicissim cupere praefectū uidere tantā clāsis. Igitur sequenti die conuenerunt rex & praefectus, uicē cymbis uarijs, nā nostri tormēta expedire, gentemq; omnē cū signiferis, buccinatoribus, tibicīnibus & choraulis, at rex almadias exornat suo more, tibijs & cātu exultans, cohors nobiliū regē cōcomitatur suū. Igitur praecedētib; fecialibus colloquuti sunt. Tūc nostri tormēta ferē omne genus exoneratū, tanto fragore edito, ut mare totū cōtremisceret, & cōelū reboaret eximie, quae res & regē ac suos adeo perterrefecit, ut stupidi penē haeserint omnes, his nunquā allueti. Postq; mutuo colloquio uterq; positus est, ad sua quisq; redijt. Sequētī itaq; die rursus praefectus Alphonsum emisit, qui cum rege nauaret operā de mercimonijs permutandis aliquando, uerū longe aliter rex uisus est sentire, quā praefecto pollicitus fuerat, plura enim excusabat, & in primis ipsum mercium nostrarū non egere, & piratas propè aritari. Re itaque infecta Alphonsus redijt ad clāsem, inibi tamē ad tres uel quatuor dies cōmoratū, nihil consequuti sumus. Interea temporis rex metuens ne genti suae uim inferremus, aliquā insulam peditibus cōpluribus cōmuniuit. Hoc uisio praefectus noster illinc soluit, & uela dedimus uentis uersus regnum Melindae, & inter nauigandū longe à litore multiplices cōspeximus insulas à Mauris cultas, & ibi urbs quae dicitur Monbaza regis Mauri, suntq;

e haec

hæc Arabie litora ab Mauris culta. In insula uero introrsus astitit esse Christi-  
stianos, qui ut dicitur, magna bella conficiunt: id tamen nobis fuit incognitum.

*De muneribus regis Portugallie missis ad regem Melinde,*

CAPVT LXXX.

IGitur die secunda Augusti mensis eiusdem deuenimus ad regnum Melin-  
da, & ibi tres naues regni Gambra ancoras iecerant: nam quilibet earum  
capax erat amphorarum, ducentarum: hæc enim mira arte sunt compactæ, absque  
ferro, uidelicet, sed ferrumine nescio quo, thure admixto: arcem non habent  
in prora, sed in puppi tantum, castellum uulgo appellant: redibant naues hu-  
iusmodi ab Indica prouincia. Eo ergo ut applicuimus, mox rex munere mul-  
tiplici nos donari iussit: id munus erat, arietes complusculi, gallinae propè  
innumerae, anseres plurimi, & mala Assyria ferè omne genus, quæ quidè iua-  
tate mira omnia alia præcellunt, argumento quoddam agris, protinus eis gusta-  
tis, plurimum conferunt. Vbi itaque terram appulimus, præfectus classis iussit de  
more ut tormèta exonerarentur: duosque negotiatores emisit, quorum alter idio-  
ma Arabicum callebat, eisque mandat ut regem ex se adeant, illique renouent clas-  
sem huiusmodi aduenisse, ut ipsum nomine regis Portugallie uisat, & donec  
munere non ingrato, præfectumque ad ipsum literas habere sui regis: quæ om-  
nia libens audiuit, supra quam referre queat: & eum qui linguam Arabicam nouer-  
at, apud se ea nocte habuit. Quum uero illuxisset, Mauros duos uiros haud  
inhonoros ad classem misit, qui Arabico sermone præfectum alloquerentur  
his uerbis: Gratum, uidelicet, habuisse eius aduentum, rogareque propterea ut  
si aliquid egeat, quod regis foret, eius rebusque uteretur ac suis, crederetque  
esse in regno Portugallie: quos quidem erant sua omnia cum rege Portu-  
gallie communia, ob amicitiam quæ iam pridem inter eos intercessit. Præ-  
fectus uero his auditis decreuit literas quas habebat mittere ad regem, nec non  
munera huiusmodi, uidelicet, ephippias quasdam exornatissimas, par-  
tum frontalium equorum, stapedes & calcaria argentea, pectoralesque equi-  
nium: & habito super hæc re consilio, uisum est cunctis ut munus regi offerret  
Arachorea negotiatorum primus. Hunc comitati sunt complures ex nobis  
hioribus classis, præeuntibus buccinatoribus, Rex itaque ubi hæc audiat, il-  
lustriores quosdam præmisit, qui occurrerent negotiatori. Regia principis  
portui adiacet: & priusquam appropinquarent adibus regis, obuiarunt mu-  
lieres quedam patinas igne plenas ferentes: quibus iniecerant odores ferè om-  
ne genus, adeo ut fragrantia multiplici oppleret totam terram. His igitur or-  
doribus, excepti ad principis regiam deueniunt: ubi rex in regia sede sedebat, sa-  
trapis complusculis Mauris astantibus. Qui quum primum munera uisidit,  
gauius est plurimum, acceptis etiam literis, quæ ab altera parte subscri-  
ptæ erant charactere Arabico, ab altera uero Lusitano: quibus perfectis coc-  
pit cum suis Mauris lætari & gestire, & tandem omnes uno impetu exclama-  
marunt in cœnaculo, reddentes gratias deo, quod eius permisso cum tan-  
to rege, ut est Portugallie dominus, inissent foedus & amicitiam. His igitur  
oblectatus muneribus, negotiatorem rogauit plurimum, ut tantisper apud  
se ageret, donec classis illic commorabatur, quoniam mirum in modum gau-  
debat secum de rebus Lusitanis commentari. Et Arachorea respondit, id si-  
bi haudquaquam licere præseco inconsulto. Tum rex illi eo sororiturum annulo  
suo ad præfectum classis mittit, qui ab eo impetret, ut Arachorea regi morem  
in petitis gerat, simulque hortaretur eum, ut regis & regni rebus uti non dis-  
ferret. Huic itaque mox dux classis est obsecutus. Hoc accepto rex iussit do-  
mum pro Arachorea magnificenter præparari, datis prius omnibus, quæ  
uicini erant necessaria, ea, uidelicet, quæ regionem illam seruebat, ut sunt arietes,  
gallinge, orizæ, lac, butyrum, cariole, mel, ac fructus, & id genus complura: pa-  
nem uero non misit, quoniam ea haud utuntur. Itaque triiduo apud regem fuit Ara-  
chorea: & id tempus ferè omne consumptum est in colloquijs & cõmentarijs  
tionibus rerum Portugallensium: in res de rege Portugallie adeo libenter aus-  
dicebat,



diebat, ut uix discedere quiret ab his colloquijs. Petijt etiam perquam auis-  
de, ut ipse ac dux clasiss mutuo frui possent colloquio. Cui Arachorea, in-  
quit: Rex serenissime, scito duci nostro minime unq̄ licere terrā appellere,  
ne classe deferat: tu uero, si tibi cordi habite uirā cōpollare, id nō cōsequeris,  
nisi cymba uocaris, perinde ut mare nō deferat: quoniam hoc est nostri regis e-  
dictum. Itidem fecit Achillog rex, ubi sibi complacitum fuit conuenire ducē.  
Subrecusabat rex, quippe qui quā esset tanti, ad minorē ire dedignabatur:  
tandem peritatus Arachoreæ uerbis consensit: tunc Arachorea certiore  
præfectū clasiss de gestis apud regem fecit: quibus acceptis, dux clasiss cym-  
bas paruas exornari iussit, prouilio prius ne clasiss iret in diuersa. Cymba ue-  
ro qua uehebatur, taliter exornabatur: primo strata erat coeruleo & purpura, et  
alijs aulæis inumbrata, nec non uiris struentis, eis demq̄ armatis communita.  
At rex suas cymbas, almadias uocant, suo ritu exornat: iussit etiam equum  
sibi sterni more Lusitano, utrum non inueniebatur qui hanc operam nata-  
ret, necessitatibus eis nostrum morem: nostri ergo equum huiusmodi strauit,  
runt. Strato itaq̄ equo rex scalas descendebat: quibus descens, mox affuere  
regni illustriores, qui inibi regem præstolabantur, arietem habentes: quem  
ubi rex descendit exenterarunt, & exenteratū equi pedibus subigunt, mox  
ab rege equite conculcandū: & is mos eis pro cerimonijs & falcinationibus  
priusquam rex domum exeat, & clamore ingenti edito regem persequen-  
tur. Hūc morem etiā seruant in Zambombæ. Rex igitur & dux conuenere,  
amicēq̄ ut sunt colloqui, in sua quisque loca dilapsus est: non prius tamen  
ualedit regi præfectus, quā ab eo impetrauerat ducem itinēris, hoc est  
pilotum, qui iter ad Calechut optime sciret. Vbi itaq̄ rex domum redijt, du-  
cem rursus donat munere multiplici, id est, edulij fere omne genus, pro-  
missumq̄ mittit pilotum. Is erat ex nauī Chambaia, probe sciens itinera.  
Dux uero noster inibi duos addictos morti ob scelera reliquit, unum apud  
hanc gentem Melindæ regni dimisit alterum uero nauem Chambaia, de  
qua pilotum susceperant, sequi uoluit. Itaque sequenti die, quæ erat septima  
Augusti, iter cepimus uersus Calechut, incipientes sinum magnum traiece  
re, qui non longe abest à mari Persico.

NAVIGATIONIS FACTÆ EX  
VLISBONA IN CALECHVT, LIB. III.

De mari Rubro ac Persico, necnon de insula Angradida.

CAPVT LXXI.



**D**V M itaq̄ regnum Melindæ deseruimus, à latere urbs insi-  
gnis est relicta, eam Mauri incolunt: diues est & pulchra  
admodū: & paulo supra uisitur magna insula, inq̄ ea urbs  
altera, incincta muro, & pulchritudine cū superiore con-  
tendit. Ad insulā itur ponte, cui nomē est Zognotorre: &  
dū ultra prouehimur, mox occurrūt angustia maris Ru-  
bri, quæ latitudine patē leuæ & dimidia, ibi est Mecha,  
id est, arca Mahumetis, & diuæ Catharinæ mausoleum, situm in monte qui  
dicitur Sinai. Inde exportantur aromata quasi omnī generis, lapidesq̄ pre-  
tiosi deferuntur in Babylonā Nili, cui nomen est Cayro. Hæc aduehūt dor-  
so dromedariorū, qui sunt camelī electi. In hoc mari sunt cōplura referenda  
digna miratu. Superato angustiarū ostio, mox mare Persicū uisitur, & in  
eo prouinciæ cōpluseulæ, quæ magni Soldani regna contingūt: nā mare Ru-  
brum & Persicū sunt duo sinus, quos oceanus meridionalis, siue Indicus fa-  
cit. Igitur in sinu Persico est insula parua, dicta Gulphal, ubi innumerae sunt  
margaritæ: & in ostio huius maris Persici est insula prægrandis, dicta Agre-  
mus, quæ paret Mauris, cū alia insula Gulphal. Ex ea itaq̄ in sinu Agremo e-  
qui complures ueniunt, quos Mauri ducunt in Indiam, uenditq̄ pretio im-  
modico.

Combara.

modico. In hac regione sunt cōmercia prop̄ innumera. Superato itaq; sinu Persico, mox sese offert prouincia Cōbara, quæ regē habet, & seracitate ac delicijs omnibus contendit cum lautioribus totius orbis prouincijs inq; ea tritici, siliginis, oriza, faccari plurimū; Panchæa à Latinis dicitur, unde Virg. Totaq; thuriferis Panchæa pinguis harenis.

Angradida.

Hæc itaq; thura mittit per totū orbem, sericum etiam & xylon, multosq; e, quos & elephātos. Rex seruus idolis, & nuperrime in regnū inauguratus est, persuadentibus Mauris, qui ibi sunt frequentes: idolatq; colunt serē omnes, interq; eos mercatores complurculi sunt, qui hinc cum Arabibus, inde cum Indis cōmercia exercent. Ab his auspiciatur India, & per eius latus itur in urbem Calechut, & in eo latere cōplures uisuntur prouinciæ, & Maurorū regna idola colentium. Tandem XXXI. Augusti applicuimus ad eam prouinciā quæ India dicitur, quæ dittonis est regni Gogæ: eaq; cognita, iter nostrum prosequēbamur, donec deuenimus ad quancā parauimus insulam, quæ dicitur Angradida, et à Mauro quodam possidetur; inq; eius umbilico lacus ingens, qui aquam potu suauem haurientibus propinat, alijs culta, nunc inculta admodum iauri est ferax, & à continente milliaribus duobus abest. Illic transeunt Mauri, qui Mechem adeunt, dum ad urbem Calechut contendunt: coguntq; eā transire ob aquarum ac lignorum penuriam, quæ alibi gentium est maxima. Itaq; eō tandem deuenimus, & factis ancoris in terrā descendimus, ut & aqua & lignis rursus clasis cōmuniretur: uisumq; ibi per dies fere XV, Interea obseruabamus, an almadiæ Mechæ aduentarent: quoniam decreueramus eas, si potestas fuisset in manibus nostris, capere. Dū igitur sic immoramur, conducebant ad nos multa undequaq; populi, qui libenter nobiscum loquebantur, pluraq; referebant: eos propterea honorifice excipi à nobis clasis præfectus iussit: & in ea insula uisebatur: parua admodum clasis: ubi complurculi diebus immorati diuinis insitebamus, id est, solennijs missarum: & unusquisq; nostrum sacram Eucharistiam sumpsit: nā sabant nobiscum complures sacerdotes, ut cum negotiatore patriæ nostræ uiam ducerent in urbe Calechut. Peractis igitur diuinis, lignisq; & aqua rursus communiti, frustra expectantes naues Mechæ, illinc soluimus, ad urbem Calechut contententes, quæ abest ab hac insula leucis LXX.

Quomodo dux clasis præfectus est ad regem Calechut.

## CAPVT LXXII.

Itaq; die tredecimo Septembris eiusdem anni peruenimus ad urbem Calechut, cuius incolæ ubi nostri aduentus certiores facti sunt, effusè nobis occurrerunt, uesitū cymbis extra urbem ad primam leucam. Inter eos qui nobis occurrerunt, erat quidā mercator de Gufurate locupletissimus, ac nonnulli urbis primores, qui nostram aduētes classem, prætorij nauim ingressi sunt, his uerbis dūcem consalutantes: Regi placere plurimum quod incolæ uos aduentauerint, quodq; nihil illi gratius obuenire posset, quam quod utantur regis opibus & auxilio. Post hæc uisa regis erga nos beneuolentia, ancoras iecimus ante urbis moenia, tormentaq; exonerari iussimus: quæ res adeo pererruit urbis incolæ, ut dicerent contra nostros nullas esse uires præter deorū. Quum itaq; aduersperauisset, dedimus membra quieti: quum uero illuxisset, præfectus statuit mittere ad regem interpretes, quos secū adduxerat ex Uisbona. Ex his unus erat Maurus Christianus, reliqui Indi, qui omnes probe nouerant idōma Lusitanorum, uerum erant adhuc gentiles, id est idololatæ, piscatoresq;. Hos itaq; eleganter indutos ad regem mittit, qui ubi cōsalutauerint eum, securitatem aduēdi regis impetrent: saluū con ductum appellant. Aduēt itaq; regem Maurus, cōposq; uoti factus mittit saluū conductum ad præfectum: ceteri autem Indi regem non uidere, ob id quod essent uiri nati obscuro loco: Nam rex huiusmodi id pro fastu obseruat, ne adeant ipsum ignobiles, prout latius referemus in sequentibus. Saluti cōducus tenoris erat, ut liceret impune cuiquam in terram descendere.

Floc

A Hoc  
terp  
datis  
adu  
non  
cipis  
eran  
letu  
ad h  
mira  
bidu  
culu  
cōm  
addu  
tos &  
re reg  
bus,  
secto  
heret  
quæ  
peret  
raren  
his,  
raule  
fis ue  
tes ob  
terra  
men  
B princ  
uem  
it ad  
ut im  
cti ue  
obuia  
unt, &  
princ

I Gite  
I locu  
ut nos  
lis ser  
rat, qu  
duer  
atro e  
ream  
nionem  
dis, nu  
reas, &  
demq;  
dis ue  
gitis n  
res, &  
dine fr  
adeo u  
gentes



Hoc accepto præfectus classis Alphonsum Furadum mittit ad regem, interpretate comite, qui Arabicam linguam optime callebat: quibus dat in mandatis, ut ad regem hæc proferant, classem esse regis Portugallie, & eò solum aduenisse, ut cum eo commercia exerceant, in eantq; foedus & amicitiam non uilgarem: regem propterea alloqui coram: id fieri nõ posse ex sui principis præscripto, nisi prius datis eis obsidibus quos ipse nominauisset: & hi erant urbis primores. His expositis, rex conditionem renuebat, excusans ualitudinem aduersam, & desessam ætatem obsidum quos uocauerat, adiciens ad hæc, se alios daturum, qui maris scuitiã tolerantius perpeti possent: admirabaturq; plurimum de proposita conditione. Et in his disceptationibus biduo uel triduo hæstituit, tandem decreuit conditionem haud asperrari, cuius rei certior factus dux classis, se præparabat expeditioni, instituebatq; cõmorari cum rege, & ternos aut quatermos dies inibi consumere, secumq; adducebat uiginti aut triginta uiros honoratiores classis, eosdẽ eximie cultos & adornatos. habebat etiam secum aulicos, & alios cõplures, qui illi more regio inseruirent, uasq; celata cõplusecula tulit, ut honoratior fieret his rebus, quæ suapte natura magnificentiam præ se ferunt, prouiso prius de præfecto classis, cui iussit ut obsides perquam honorificentissime exciperet, haberetq; in delitijs, donec ipse rediret. Postero die rex uenit ad litus ubi erat quedam domus mari ferè adiacens, ut commodius præfectum classis exciperet. Itaq; misit quinque uiros ex primoribus urbis, qui tantisper illic cõmorarentur, donec præfectus classis rediret. Luere igitur ad classem seniores ut his, longum seniorum ordinem secum trahentes, nec non tibicines & chorales, satellitesq; cõpluseculos, enses & clypeos ferentes. His uisus dux classis uectus cymba nauis egreditur sua, & ad litus contendit. Vbi uero optima res obsides appropinquauere classi, prius naues ingredi nolebant, quàm in terram descendisset præfectus: qui licet nondum appulisset portum, eò tamen cõtendebat pleno gradu, suamq; suppellectilem præmilerat, ut mos est principibus. Dñu igitur disceptatum est de hac re, obsidibus renuentibus nauem ingredi, nisi terram dux primò teneret. Dum sic cõtenditur, Arachorea it ad eos, hortaturq; ut perfidie suspicionem omnem exuant, eò uenisse non ut imponant eis, sed ut eorum amicitiam promereantur. Tandem his adducti uerbis, nauim ingressi sunt intrepide. At præfecto iam terræ appulso, ite obuam nobilium decentissima cohors, ipsamq; honorificentissime excipiunt, & humeris imponunt suis, nec terram contingere patiuntur, donec ad principis regiam peruentum est.

De habitatione & ornatu regis Calechut.

CAP. LXXIII.

Igitur rex Calechut ædes eminentissimas habitat, habens pro thoro regio locum concameratum, instar facelli cuiusdam: peluis figuram referebat, ut nos quandosq; imagines sanctorum collocamus, suppositis uiginti puluillis sericeis, nec non instratis aulæis. Thronum panno sericeo inumbrauerat, qui purpuram presentabat: ipse uero nudus conspiciebatur totus: circũduserat bombicinum pannum candidissimũ, eundemq; subtilissimũ, quem atro exornauerant: in capite gerebat biretum aurei panni, qui calsidem ferream referebat: perforatas habebat aures, inq; eis adamantes & sapphyri uisionesq; duo, quorum alter obrotundæ figure erat, alter uero instar pyramidis, nucis auellaneæ magnitudinem excedebat. In brachijs uero armillas aureas, à cubito usq; ad manum, distinctas lapidibus pretiosis innumeris, eisdemq; incredibilis ualoris. Crura uero pariter exornabantur, & in digito pedis uernabat lapis pretiosus splendore incomparabili. Condalia etiam in digitis manuum; hoc est annulos omnifariam: habebat smaragdos, adamantes, & id genus alios complures. Inter hos lapides quidam fabam magnitudine superabat. Balteumq; habebat aureum, gemmis innumeris distinctum, adeo ut aestimationem omnem excederet. A latere uero regiam sedem argenteam, quæ bases & brachæas aureas habebat, eisdem gemmis multijugis

Condalia.

c 3 uariatas.

uariatas. In sua regia conspexitur currum quandam, id est genus uehiculi, nos carpentum dicimus, miro lapidum & gemmarum apparatu condecoratum: eo uectus fuerat ex solita regia in has maritimas aedes. Id genus uehiculi trahunt uiri duo. Hunc exornabant quindecim uel uiginti buccinae argenteae, quarum tres erant ex puro auro, ac ponderis non mediocris, adeo ut earum quamlibet uir unus ferre nequiret: oras uero earum ditabant lapides pretiosi, easque mira uarietate distinguentes. His adiungebantur uasa quatuor argentea, trullaque aurea, & ex aurichalco magna candelabra, in quibus tortus hilus oleo immersus conflagrabat: que res erat superuacanea, uerum arrogantiam praese ferebat, & celsitudinem principatus. Huic genitor eius astabat, necnon germani duo, longe à throno passibus quinque uel sex stantes, omnis splendoris apparatu condecorati. Post eos paulo longius stabant innumeri optimates ac principes regulique, diuitijs & ipsi quam maxime onusti. Itaque praefectus clasis haec uidens, ad regem ibat manum eius exosculaturus: uerum annuere astantes, ut à congressu temperans propius non accederet regi: quandoquidem is est mos illorum, ut regem contingat nemo. Cōtinuit se igitur praefectus noster cui mox sedes allata est, ut sedendo regem alloqueretur, quod non mediocris honoris est specimen. Coepit igitur alloqui regem praefectus, promens quae iusserat Portugalliae rex: & illico literas protulit, quae lectae fuere regi: nam character Arabico exaratae erant. His praefectus ad classem nuncios militum qui munera regi ferrent, quae in sequentibus explicabuntur.

De muneribus missis ad regem Calecut. CAP. LXXIIII.

PRIMO uas aureum caelatum, in quo principes de more manus abluunt, maluitium appellamus: deinde uas aliud argenteum, idemque inauratum cooperitumque cooperculo argenteo, miro modo fabricato. Item clauas duas argenteas cum catenis argenteis. Item puluinos quatuor pregrandes, uidelicet, duos cooperitos aureo panno, duos uero alios ex serico purpurei coloris. Item conopeum unum ex panno aureo cum lacinijs distinctis auro ac serico coccineo, cumque eo tapetum magnum, & stragula duo ditissima: alterum figuris insignitum, alterum uero arbusculis ac folijs uirentibus distinctum. Deinde gutturium argenteum, quo guttatim per collis angustias aqua infunditur manibus, pari opera & ornatu elaboratum, uti uasa superioris descripta. His susceptis muneribus, necnon uisis literis, & legatione audita, uisus est letari plurimum. Propterea hortatus est praefectum clasis, ut diuerteret in eas aedes, quas sibi parari iusserat: interea dixit se missurum captum eos obsides, quos pignori dederat praefecto: quoniam uiri erant patritij clarique admodum, nec usque in illam horam cibi aliquid sumpserant, aut potus: quandoquidem ipsi pro lege habebant, ut in mari cibum non capiant, nec bibant, essentque usquequaque insomnes: addiditque si praefecto complacitum sit naues repetere suas, id pro arbitratu faceret: quoniam eosdem obsides in crastinum se daturum pollicebatur, ut rursus ipse redire ad regem posset, expediturus commercia. Igitur dux noster classem reuulsit, relicto interea Alphonso Furtado cum socijs septem uel octo, qui illi domi inseruirent. Dum itaque litus deserit praefectus noster, uerna quidam illorum nobilitium praenit praefectum, & citatissimo gradu contendit ad obsides, nubiens praefectum recessisse. Qui ubi haec accepere, sese praecipites e nauibus in mare dererunt: quod uidens Araschorea negotiator praecipuus, illico conscendit cymbam, & mox duos obsides cepit, cumque eis tres uel quatuor uernas: reliquos natando euasere. Interea praefectus clasis superuenit, & eos obsides, quos nactus est, in inferiore parte nauis poni iussit, ne & ipsi in mare desilirent: deinde monuit regem de cooperitis, quae de gestis per obsides, reuolvens causam huius rei in quendam regium amanuensem: addebatque, in carcere trulisse obsides, ob id quod timerent litus: quia adhuc in terra apud regem agebant, & insuper suam supellestem repetebat, spondens se quamprimum dimissurum



surum obſides, ubi ſui diſmitterentur. Iuere igitur ad regē noſtri legati, cumq̄  
 eis duo ex illis quos ceperamus in almadijs: & tota nocte præfectus claſſis  
 præſtolatus eſt reſponſum. Poſtero autem die rex ad litus acceſſit, ſiſpatus  
 cohorte decem aut duodecim mille hominum, & cum eis noſtri, quos cum  
 ſuis permutaturi erant. Interea expediuntur uiginti aut triginta almadia; que  
 cum noſtris qui permutandi erant cōſcendunt ad claſſem. Vbi igitur in con  
 ſpectu fuere, propius accedere non audebant, hæſitabundī omnes, an prius  
 darent captiuos, quā ſuos redemiſſent: & inter ſpem & metum poſiti, totā  
 diem fruſtra conſumpſere, rursus ad litus redeuntes: & quum terram appu  
 liſſent, nobis conſpectis, probris & maledictis noſtros inceſſebant, identidē  
 mortem ac ſupplicium minitantes. Quare noſtri noctem illam per uarias a/  
 nimi interurbationes & corporis moleſtias tranſegere. Sequenti tamen lu  
 ce iterum rex mittit ad præfectum internuncios, nūcians ſe ultro ſuos ad eū  
 mittere inermes cum captiuis Chriſtianis, exhortās plurimum ut ipſe remit  
 teret obſides, quos penes ſe habebat. Mittit itaq; dux noſter cymbas ſuas ad  
 almadias, ut tandem aliquando permutatio fieret captiuorum. Conuenere  
 cymbæ utriq; & ſupellex reddebatur noſtris, quum ſenex impatiens morę  
 ſeſe in mare iecit. Tunc noſtri indignati plurimum, & ſenem capiunt, & ali  
 os in mare trudi. Poſtridiē dux compallus ſeni, qui famem triduo ſuſtinue  
 rat, eum ad regem miſit rogans, ut & ipſe remitteret adoleſcentes duos, qui  
 inibi adhuc retinebantur: remiſiſq; omnia eorum arma, quæ capta fuerant  
 in almadijs. His uſis rex pudore uictus adoleſcentes ad præfectum mittit.  
 Poſt hæc triduo continuo nemine ultro citroꝝ que commeanſe, ſed omnibus  
 domi ſeſe continentibus, præfectus tandem decreuit regem rursus his aggre  
 di uerbis: quod, uidelicet, commercia inter eos futura eſſent, ſi iterum obſi  
 des darentur. Quum uero hærent omnes, nec inuenirentur qui barbaris  
 ultra ſiderent ob præteritam perfidiam, Franciſcus Choreæ eques ſeiſpſum  
 obtulit id munus obiturum ſeq; regem aditurum intrepide clara uoce pro  
 feſſus eſt. Ita actum eſt, regem adiuu, ipſumq; certiorē fecit uenturum A/  
 raſchoream ad regem, de mutuis mercimonijs tractaturum: uerum id hand/  
 raquam fieri poſſe, niſi rursus obſides dentur: Nam petebat pro pignore  
 mercatorem quendam locupletiſſimum, Gugeratum nomine. Tum is mer  
 cator reſpondit, ſe mox miſſurum nepotes, quos habebat duos: quod regi  
 admodum complacitum fuit. Itaque ſequenti die de his omnibus præfectus  
 à Franciſco certior eſt factus. Quibus perceptis, Araſchorea ſe itineri accin  
 xit, prius obſidibus, in poteſtate habitis. Quum ergo terram Araſchorea ap  
 puliſſet, & dies iam inclinaretur, uſum eſt ad claſſem redire, ut ibi noctem  
 tutius agerent. Poſtridiē uero ad regem cōtendit Araſchorea, nauaturus de  
 commercijs operam, quam Franciſcus regi pollicitus fuerat. Huic igitur rex  
 perquam commodas ædes dari iuſſit, quæ erant illius uiri locupletiſſimi, cu  
 tus ſuperius meminimus: cui etiam à rege demandata erat prouincia, ut Ara  
 ſchoreā mores regionis ſedulo doceret. Cœpit itaq; Araſchorea negotiari,  
 nec mercari poterat, niſi per interpretes Arabas: neq; regē adire quibamus,  
 niſi Mauris medijs, qui ſuapte natura inuidi nobis aduerſabantur, & iugiter  
 imponebant: non tamen eorum impoſtura nos diutius latuit. Nam id cura/  
 uerant, ut dum negotiabamur apud eos, nemo noſtrum ad claſſem contendere  
 retuli tamen in terram è noſtris ibant aliqui, excipiebantur ab eis, ſed rede  
 undi nulla dabatur copia. Quod uidēs dux claſſis, credidit fraudem ſubefſe,  
 & uentis uela facere iuſſit. Et quum rates iam altum tenerent, conſpexi à no  
 ſtris, per internuncium, perceleri cymba uectum, reuocata ſunt ad portum.  
 Rebus igitur pacatis, Araſchorea commercia exercebat cum Barbaris, &  
 adeo res conquieſcere, ut iam intrepide noſtri negotiari quirent. Is tamen  
 mercator Maurus, qui nepotes pignori oppoſuerat ſuos, eos repetebat, nos  
 ferē inſenſus obſeruās. Tum rex alio acceſſito uiro Turcha, protinus iubet  
 ut noſtra non ſicuriſe curet, aliasq; parat ædes, ut mitius pacatiuſq; no

Franciſcus  
ChoreæMaurus  
perfidus

stras diuenderemus merces. Hoc factio, indies melius nostra suum effectum fortiebantur: nam uendidimus multa, compluracq; emimus: & inter nos uigueri spatio duorum mensium mirabilem in modum commercia. Rebus ita que nostris inuindatis, ita ad regem Araschorea, & gratias agit quas potest maximas. Inuicem rex multa pollicetur, hortaturq; plurimum, ut cepta mercimonia deinceps prosequantur intrepide: nec prius eos missos facit, quam aedes illis perpetuo donauerit, super qua re confecta sunt diplomata, hoc est, regiae literae, quae uicem supplebant privilegij: hae enim ex ere erant ad ipsos: ad regem uero Lusitanum ex auro purissimo. Is est suus mos exarandi diplomata, quae mercatoribus dari solent. Erecta etiam sunt de iussu regis trophaea regia supra domum, ut sic aedium indemnitati consultum foret. Contendit itaque ad classem Araschorea, & literas profert regias, ac obsides reddidit quamprimum, quibus confisi maxima securitate, altissimacq; pace fruebamur: iam alter fidebat alteri, & de obfidibus nulla mentio fiebat: uidebatur enim domi agere, adeo amice omnia inter nos agitabantur. Interea dum mutua pace fruimur, ecce nauis maria aliena sulcas, quosdam elephantos ferens eximios, quorum unus ceteris elegantior erat, ac bello alietus magis, pretijq; non mediocri. Hac ubi regi comperta fuere, mox & nobis sunt relata ex rege, qui nos apprime rogabat, ut in suam gratiam nauim huiusmodi corripere, mercesq; inuitis mercatoribus interciperemus: quoniam nam pretium inmodicum pro eo elephanto sponderat, nec tamen conse qui eum potuerat. Ideirco plurimum precabatur, ut ab eis pertinaciae suae poenas exigeremus. Quae quum rex multis precibus denarrasset, praefectus illico respondit se regi morem gesturum: uerum intellexisse ratem memoratam esse omni armorum genere communitam, eamq; ualissimam, ac caetu uiuorum exornatam: capi propterea non posse sine hominum strage. Ideo perrebat, ut sibi impune liceret, ubi opus foret, in eos iuribus bellati. His itaq; rex protinus annuit, & Mauros misit ad classem nostram, qui rei nauanda non praesent, sed interessent, & nostrarum uirium ac dexteritatis locuples facerent testimonium, uel si forte fortuna deditionem facere uoluissent, adducti eius persuasione. Igitur nostri celocem parant, tormentaq; ferè omne genus expediunt, nec supra septuaginta uiros rati imponunt, qui noctibus duabus iugiter memoratam ratem conseciabantur, nec tamen assequi poterant. Sequenti tamen die annexi plus solito, post longam ac celerem insectationem nauis comprehensa est. Hoc prius amice hortati sunt, ut regi facerent deditionem. Qui ubi haec audiuere, nos ueluti fabellam quampià narrantes, sua freti multitudine, asperrati sunt: ferebat enim nauis homines supra tercentum. Qui pro responso sagittis nos impetere ceperunt, & supra quam referre queam contemnere. Tunc nostri arma expediunt tormenta, & atroci ter exoneratis tormentis, in eos contendunt. Qui reboatu tormentorum perterriti, & iam rate dehiscente, mox sese dedidere. Huius rei conditio rex certior factus est, qui ad litus magna comitante caterua profectus est, ut egreuium facinus coram uideret: nam uix adduci poterat, ut crederet celocem nostram perquam mediocre, tantam nauim profligare quiuisset. Nam, ut praefecimus, nauis erat duplo celoce maior, & uirorum in ea bellantium numerus multo frequentior: quae res ad maiorem uictoris laudem attinebat. Regi noster praefectus & nauim & elephantos dedit, omnibusq; legatam uictoriam nobis congratulantibus, & nostra nauis illico clausi reddita est.

DE AEDIFICIIS VRBIS CALECHVT: ITEM DE eius incolis, qualem habeat ustitum ac inessum, deq; eorum religione ac republica, qui rex & magistratus: item de mulierum monstrosa licentia, deq; alijs mirandis ritibus, ex a quo & iniquo, honesto ac inhonesto permixti.

CAPVT LXXV.

VRBS itaque Calechut uasta est admodum absque mœnibus: intus pluribus in locis uacat. Domus haud sunt contiguæ, inuicem distantes plurimum,



A rimum. Lapidibus & calce extructæ sunt; interiores ædium partes sculptæ pro imbrice palmis utuntur, illis tegunt suas aedes. Fores prægrandes habent, miroq; artificio fabricatas. Has muro incingunt, instar pomerij. Ibi ulmarum arbores innumera; stagna, & fontes complusculi: nam stagnis libenter immerguntur, lotionibus enixe gaudentes: Ponte plurimum latantur. In urbe uero lacus usuntur complures, quibus immerli gregarij ac proletarij, omnis que ignobilior uulgus, ter uel quater interdum lauantur. Rex idololum latræ est additus: licet nonnulli crediderint eum Christianum fuisse, qui minus mores eius calluerit: nam nos apud regem diuturniores fuimus, mercimonijs insistentes, quo facillime scire quimus, qui ritus eius forent. Regem appellant Ganfer, cuius aulici & contubernales omnes sunt Mauri, qui habilissima habent corpora. Nudi incedunt pube tenus, reliqua pannoinuoluunt. Nudis ambulat pedibus, & aperto capite prodeunt, nisi eminētiore præcellant gradu: tunc enim bireto utuntur sericeo, hoc est, uelutato, eoque longiore, ut retulimus. Terebrant aures, in que eis margaritæ queque pretiosissimæ appenduntur. In brachijs aureas armillas gestant. Patrij denudatos enses et clypeos ferunt: at enses in cuspide latiores sunt quam alibi, clypei sunt teretes, nisi non dissimiles, quibus apud nos pedites utuntur: pelras appellamus, eos que coloribus nigro & albo distinguunt. Gladiatores sunt, quam qui maxime, in alio ferè nullo exerciti. Hi sunt qui regis latera stant numero frequentiore. Numerosiore oblectantur coniugio: quinque aut sex mulieres uni uiro nubunt: quos habent chariores, eos coniuges comprimere uolunt, & id est beneuolentiæ argumentum apud eos maximum. Nullus est eis pudor, nulla uerecundia, continentia nulla. nata illorum ante puberes annos corpora prostituunt sua: quum annum octauum egerint, nuda ipsæ æque ac uiri incedunt. Diuitias propè incomparabiles circumferunt: capillum comunt mirum in modum: pulchritudine ferè omnes superant uiros: prehesant ut stuprent eas, quoniam uirginitas est eis pœna, nam nubere non possunt uirgines. Bis in die comedunt, pane & uino abstinent: carnisbus, nec pisce uescuntur: in cibatu habent orizam, lac, butyrum, saccarum, & arborum fructus: prius cibum non capiunt quam loti fuerint: tacti à non lotis, non comedunt, nisi rursus lauentur: & is mos est eis pro carimonijs, eumq; mire obseruant. Viri & foeminae per urbem incedunt sitantes folium quoddam, cui nomen est betelle: hoc igitur inficit ora & dentes colore subrucco, hoc more abstinent tantum obscuro loco nati. Vbi uero obfura pullam induunt uestem in speciem mœstitiæ, temperant à folio huiusmodi, ut & dentes præ se ferant mœrorem & subrucco coloris succedit nigritas. Rex duas habet coniuges, & quamlibet illarum sacerdotes decem asiduo comitantur, easq; comprimunt, & id in decus regis eximium fieri iactant, nullum alium honoratiorem titulum regi dantes, quam quod eius coniuges à sacerdotibus comprimantur: propterea eorum filij nusquam regno succedunt, sed ex sorore nepotes regnum capeffunt. In regia degunt innuermæ mulieres, utpote mille & quingentæ, aiuntq; id esse argumentum regis excellentiæ: nec aliud hæ mulieres agunt, quam puluerulentam domum scopis uerrere, aqua uel aspergere, quocunq; rex eat sequuntur: domus aspergitur aqua mixta boum excrementis, aedes regis tolluntur in altum, inq; eis fontes, quibus immerguntur quum corpora abluunt. Quum rex egreditur, carpento uehitur, id est currus, quem bini uiri ferunt, omni lapidum genere condecoratum. Carpentum strigunt choraulæ, præcones, buccinatores; & id genus complusculi. Patrij uero, & eminentiores suæ ditio nis, omnes sequuntur, enses denudatos ac clypeos teretes gerentes. Sagittarij etiam ac uelites eum præcedunt, itinera explorantes, habet suos ædituos & admissionales: conopeo, id est tentorio tegitur, dum incedit, ut apud nos dum pompa ducitur regum & principum, & ut aliquando siniam, nullus est in toto orbe apud suos honoratior: quippe qui instar numinis alicuius re

Ganser

Betelle

Sacerdotum licentia

ueren,

plur  
plu  
um,

uerentissime colitur: nā ad eū propius quis nō accedit, quā ad tres uel quatuor passus: quū uero aliquīd porrigunt, ac ilī stipē darent elephantō ab ipsa tremebūdīs, id ramo porrigitur: quonīā regem tangere apud eos nefas ducitur. Quī cum alloquuntur, id agūt demissis capītibus manu ori appolita: & nemo ē patritijs regē adiret inermis, hoc est sine ense & clypeo. Quū regem uenerantur, capita manib. tangunt, sicuti qui deū adorant. Qui uero agunt magistratus, parui sunt census, hi regem nec uident, nec alloquuntur: & in primis pīcatores, qui si forte fortuna in uicis urbis occurrerint patritijs, aut eū facie fugiūt, aut si perreuerint are obuiā nobilitati, mox uapulāt scipione alio: quo: patritiorum uero cōiuges quū rex uitam cum morte commutat, ipsum comburūt ligno sandalio igni subiecto: uulgares uero & capite censu humani: barbā cōmunt, ratiocinatores sunt maximi, ac scribā per celeres: scribūt in solijs palmarum stylo ferreo, absq. colore uel incausto. Est & aliud genus hominum, qui magna commercia agunt, Gufurantes appellantur, oriundī ex Cambaia prouincia: hi suapte natura idola colūt, Solem, uidelicet, & Lunam, uaccastq. adorāt, & si quis uel fortuito bucculam occiderit, is profusus morte mulctatur, nihilq. cuiusmodi uiri eliant quod mori possit: nec pane, nec uino utuntur: & si qui per imprudentiam carnes comederint, hi mox relegantur ut ostiatim uictū queritent per orbē uniuersum errabundis, uel si claro loco nati forent: uacant plurimū in cantationibus diuinationibusq. albedine incolas urbis Calechut superāt: capillū exornant plurimum comitq. panno bombicino induuntur: pep̄lis utuntur ut fœminæ, quibus inuolunt capillis: nubunt ut nostrī: zelotypia laborant eximie: mulieres habent pulcherrimas, easdemq. pudicas, illorum mercimonia sunt panni & uniones.

De negociatoribus & itinere ad Aromata, & Cayro portu Alexandria, qui dicitur Ba:

Bylonia. CAP. LXXVI.

Sunt inibi & alij mercatores, dicti Zeticetes, ex alia prouincia: idola colunt, eorum mercimonia sunt lapides omnifariam pretiosi, uniones, omne genus aurum & argentum, nigriores sunt ceteris, prætexta utuntur, aliquando nudī ferunt pro cauda equorum ac bouum caudas: fascinatores sunt maximi, adeo ut uisibiliter demones frequentius alloquantur, eorum coniuges libidinosiores sunt ceteris mulieribus, summedj. Veneris appetentes. Ibi etiam sunt Mauri ex regione Meche, ubi Mahumetis arca. Ibi rursus Turchæ, Persæ, Assirij ex Babylone, & ferè innumerabiles gentes aliæ, eximij sunt mercatores, iidem que locupletissimi, & omnium rerum quæ importantur in urbem Calechut emptores, earundem que uenditores. Nam eius urbis hæc sunt potiores, uidelicet, lapides pretiosi, ut sunt Berylli, Smaragdī, Chelidonij, Topasij, Sapphyri, Chrysolithi, & id genus plures, Castoreum, id est, muscum, thus, aloë, ac reubarbarum, porcellanæ que, necnon gariophyllum, cinamomum, sandalium, lacha, myristica, nux muscata appellatur, & mastix, hæc omnia aliunde importantur: piper uero & zinziber ibi nascuntur, myrobalanumq. & casia, hæc regio urbis Calechut abunde mittit. Hi igitur Mauri sunt præpotētes, & regni illius tenent habenas: nemo est qui illis post regem non pareat. In montibus uero non longe ab urbe Calechut rex dominatur longe potens, rerum multarum dominus, Naremegha dicitur, idola colit, coniuges habet supra trecentas: fato sanctus suo comburitur, & cum eo coniuges omnes, ceteri uero quum uitam exuerint, in fouea comburuntur, & eorum coniuges omni mundo muliebrī exornate illo contēdunt, cōcomitantibus parentibus & cognatis omnibus, subsequētibsq. choraulis & tibicinibus, applausu immo dico ad foueam uenunt, & ibi coniuux quæ comburi uult cum uiro, circumuehitur foueæ gestiens ac tripudij insistsens, & demum ut cancer incedit, quoad sese in ardentem foueam præcipitet. Assunt etiam memorati affines, obseruantes factum: quoniam quum sese præcipitem dederit mulier, mox iniiciunt olas olei & butyri supra corpus mulieris, ut hoc fomētō altus ignis citius comburatur.

Naremegha



horat confugem. Fert etiam hæc regio elephantos multiplices, & in primis domitos, ac belli artes edoctos: his bella conficiunt acerrima: hi etiam adeo sunt ciores, & mansueti facti, ut nihil eis desit ad humanitatem præter loquelam: nam imperata faciunt, & dominos cognoscunt suos: id enim nos ipsi conspeximus in urbe Calechur, utramq; denararam historiam: nam aуре certior arbiter est oculus. Elephantes quibus rex utitur efferantur plurimum, uirumq; sunt incredibilium: nam duo tantum nauim magnam præhant in terram. Ibi maria non fuleant nauæ, nisi à mense Octobri usq; per totum mensem Martij: & id est illis æstas, reliquum uero tempus est hyems, adeo ut nobiscum contrarias uices temporum habeant. Quum uero non nauigant, in secundo naues tenent. In mense Nouembri naues Arabum Mecha: soluunt illinc, & in Arabiam contendunt, aromatum omni genere onustæ. *Vida* dicitur eorum portus, quò primo aromata conuehant, & inde ferunt ad Cayrum Alexandriæ portum, & emporium Orientalium tantatissimum: eò ita men hæc omnia ab portu Vida terrestri itinere conuectantur.

*De strage Maurorum & Christianorum facta in Calechur.*

## CAPVT LXXXVII.

Quum itaque diutius immorati illi fuisset, tribus uidelicet, mensibus commercijs insistentes, nec nisi duas naues mercibus onerauisset, & iam moræ istius nos tæderet plurimum, præfectus nostræ classis mitit ad regem nuncios, qui ei renuncient, iam menses ternos elapsos, quibus ipse tolerantissime præstolabatur, ut tandem aliquando expediret: quoniam tempus redeundi ad patriam appetebat: & tamen uix, celoces duas oneratas mercimonijs esse, Mauros nihilominus emisse & asportauisse quæcunq; libuisset, & uili quidem pretio, se propterea rogare plurimùm, ut tandem annuat Portugallensium uotis, patiaturq; eos expediri præter regem & Araschoream conuenit sampridem. Hæc retulit noster nuncios. Iis in hunc ferè modum rex respondit: Se non difficulter passurum, ut Lusitanæ naues expediantur, nec sibi posse persuadere, Mauros futim mercari: quandoquidem exierat edictum ab eò, ut prius nemo naues oneraret, quàm Lusitani expediti forent: si forte sibi imposuere Mauri, se haud ægre laturum, quòd Lusitani Maurorum onustas naues corripiant, & sibi uendicent eodè pretio, quo emissent Mauri cunctas merces quas nascicetur in nauibus. Itaque decimasexta Decembris, dum Araschorea uacat commercijs, essentq; in portu duæ naues nostræ iam onustæ, ecce Maurorum nauis quædam soluisit illinc, onusta admodum omni genere aromatum, ferens elephantos terenos. Cuius rei factus certior præfectus noster, mox ratem corripuit: huius erat dominus Maurorum illustrior: is ægre ferens factum, ite protinus ad regem, & questus grauiter de illatis ab Lusitanis. Fit per urbem clamor ingens, confluunt ad regem Mauri, qui in nos conspirauerant. Rex igitur fatigatus his querimonijs, annuit ut uir seditiosus, & fidei nullius, nam ut citius regessecerent, æstant nos plura iam exportauisse quàm attulisset in regnum eius, nosq; propterea fures uocitabant & prædones. De consensu igitur regis sumunt Mauri arma, telaq; expediunt, & efferari incipiunt, per mediam urbem bæchantes ibant, cædibus & internecioni Christianorum uacantes. Iam ruebant cateruatim in nos omni armorum genere communiti, tum solis ensibus & pallio protecti uim ingruentem propulsare cœpimus: uerum sufficere illis nostræ uires nequibant, maior erat numerus quàm à nobis redigi in ordinem posset. Retulimus igitur pedem: & tam è nostris ceciderant tres uel quatuor, è suis uero septem uel octo. Dum igitur pedem retrahimus, confauciantur è nostris cõplures: & uix portas ocludere quiuimus, irruente barbarorum. Incondita turba: tunc à muris propulsare cœpimus hostem: ac illi domum expugnant: ea enim ambiebaturo muro, alto quidem haud supra equitis mensurâ: nam nos septem uel octo arcus habebamus, quibus innumeros barbaros cõfecimus. Tandem prouocati magis Mauri in nos plus solito

*Educationis uis.*

*Vida*

solito fauunt: murū quo cingebatur domus demoluntur. Nos uero consiliū & opis egētes euasimus aedes, ut ad litus cōtendentes à nostris exciperemur: nam non longe à litore cymbæ nostræ exitum rei mœstissime præsolabantur: opem ferre non poterant, licet certiores facti essent à nobis uexillo leuato, dum adhuc domi oblideremur, uerum tormenta lædere hostem nimis distantem nequibant. Itaque inter uitam & mortem ambigui ad litus contendimus sequētibz Mauris, nec prius naues nostras ingredi potuimus q̄ ceciderit Araçhorea noster, & è nostris quinquaginta: qui uero euasere, se facta hundo mari nantes credidere ferè x x. non enim naues ad litus accedere audebant, ne corripentur à Mauris, inter eos qui ad classem peruenire ferè mortui, erat filius Araçhoreæ, natus annos undecim: præfectus uero cymbatum iam fellus, regredi ad litus noluit, quum præsertim dux clas̄is agroraret. Igitur hi solum uiginti mortem euasere, reliquis à Mauris male acceptis. Hæc igitur ut sunt relata præfecto clas̄is, ipsum peruasere plurimū, moterq; ad exandescētiam, quod, uidelicet, sui adeo male accepti fuissent, ut uix uiginti è tot uiris superessent. Itaq; iussit naues Maurorum decem, quæ in portu morabantur corripī, & occidī omnes qui in eis reperirēt. Captis igitur nauibus desiderati sunt homines plus quàm sexcenti, delituerant nō, nulli in sentina, ubi etiam merces compertæ sunt complurculæ. Viros truces dauimus, & omnes merces nobis adiuuauimus, & naues omnes combusimus, erant etiam in nauibus elephanti tres, quos occidimus comedimusq;. Sequenti uero die propius urbē appulimus, & exoneratis tormētis mētia demoliti sumus, non sine hominum ingentissima clade. Illius damnis innumeris, & inuicem ipsi è continente tormenta in nos exonerabant, uerum nihil proficere, in uanum emittentes. Dum sic congregimur, ecce nauēs duæ quæ portum quærebant, qui distat à Calechut leucis quinq;: quæ ut hos conspexere, mox effuse fugerunt, ad portum contententes, ubi septem alia naues ferè in sicco mercimonia opperiebātur. In eas igitur uela fecimus, uerū operam lusimus, quoniam propius accedere nequibamus, tum quia erant propè in arido, tum uel maxime ob numerosiorem hominum cœtum, qui inibi naues tutabantur. Propterea decreuimus proficisci ad urbem Chuchinam, ubi commercia exercere tutius quiremus.

Quomodo naues onerauimus.

CAP. LXXVIII.

Soluimus igitur illinc Chuchinam uersus euntes, quæ urbs abest à Calechut leucis triginta, regnumq; est nulli parens, & inter nauigādum à nobis conspectæ sunt naues duæ, quæ, quum uela fecissemus in eas, mox à suis desertæ sunt. Nam qui eas ducebant uecti paruis cymbis profecti sunt in terram, nos uero accedētes eos, nullis compertis mercimoniis, præter orizam, eas comburi iussimus. Applicuimus ergo ad urbem Chuchinam uigesimali quarto Decembris, & in ostio cuiusdam fluminis ancoras iecimus, quibus factis præfectus noster emisit pauperculum quendam conseruatū, qui sponte sua naues nostras fuerat ingressus, utroq; in Hispaniam proficisceretur. Is igitur ad regem contendit, & quæ nobis in urbe Calechut euenerant regi explicat. Qui ubi hæc accepit, ut regem decuit, nobis compassus, uicem nostram indoluuit. Exposuit etiam regi, præfectum nostrum multa adduxisse, quæ libenter cum mercibus regionis, si complacitum foret regi, commutaturus erat: et ubi merces non placuissent, pecuniam pollicebatur multiplicem. Ad hæc respondit rex agre ferre, illatas nobis fuisse iniurias: quod uero ad se spectaret, merces suas aduentumq; eorum grata habere: quandoquidē iam pridem de fama & probitate Portugallensium certior factus fuerat, bonam propterea de eis opinionem induerat: accederemus itaq; intrepidī, cōmutaturi nostra cum suis pro nostro arbitratu. Tūc nuncius noster inisit regi, nos nunquam ex uetere instituto consueuisse prius terram appellere, quam obfides dati fuissent, mitteret propterea è suis quempiam, ut mox accederent negotiaturi. Tum rex his auditis, actū duos patritios obfides dedit, ut confidentius



**A** fidentius accederēt nostrī, qui cōmercia exercebant. Hī igitur obsides regio iussu adiuere præfectum clasīs, seseq; illi committentes. Præfectus tūto ut ei cōsistudinem rependeret, quatuor aut quinq; e suis in terram misit, negotia-  
 toremq; & hos commonfecit, ut quā celerius possent expedirent merces suas, inuicē emerent eorum mercimonia pretio aliquanto, nonnunq; uero permutacione, prout cōducibilis fore rati fuissent. Interea quoniam apud eos inualuit mos pro lege, ut in mari si quis comederit, is nunquam regem uideat: obsidum adhuc nemo comederat, permutabātur in diem propterea alijs succedentibus tantisper, donec alij comedissent. Igitur illis cōmorati sumus cōstitit dies x. v. naues exonerantes non longe ab urbe Chuchina, ubi portus est qui dicit Carnagallo, & ibi cōperimus Christianos, Iudeos, Mauros, & Zapharas. Inuenimus etiā ibi Iudæam quādam de Seulita, quæ ex Cayro uenerat uisum Mecham, & inde Chuchinam, & cum ea duo Christiani, qui asseuerabāt se profecturos Hierosolymas, & inde Romam, quod profecto perquā gratū præfecto nostro fuit. Dum itaq; naues nostræ exonerātur, ecce ingēs clasīs regis Calechut in mari apparuit, naues supra xxv. trahens. Huius certior factus rex, illico ad præfectum mittit quendam, qui ei nomine suo uim hominū maximam ad classem proligandam offerat. Huius præfectus respondit, se regi agere gratias, nec per id tempus opis suæ egere, se satisfacturum aduentanti clasī, ostensurumq; illis eorum futiles conatus: & reuera credidit haudquaquā sibi opus fore alieno auxilio, quoniam iam pridē expertus fuerat eorū uitres: & ipsi non accedebant, sed alium tenentes a classe nostra una leuca aberāt: nihil omnīus præfectus uela explicare iussit, ab portu soluēs, & obsides secum ferēs, dimisisit in terra c nostris septem, & pleno gradu contendit in classem barbarorum, ratus non difficulter se subdurum Barbaros. Verum sequenti nocte clasīs nostræ uentos haud habuit felices, ut in hostes contenderet. Postera uero die quæ fuit decima Ianuarij, M. D. I. propius alter alteri accessit adeo, ut congregati cōmodo potuissimus. Dum igitur utrinq; naues se prælio expeditū, præfectus recēdens suus, uidit nauim Sancini Tonari abesse, propterea fatuus censuit, si per id tempus tempe rauisset pugnā. Decreuit igitur in patriam redire suam, fauētibus uētis: nos tamen usquequaq; per diem totam clasīs Calechut cōsecrata est: quum uero ad uesperauisset, mox euanuit: nos uero citato gradu patriam petebamus, dimisisit septem ē nostris, & duos nobiscū ferētes obsides: quos cepit præfectus enixe rogare, ut se tempori aecommodarent, nec desperarent, uerum cibum quempiam caperent, ut suæ uitæ consultum irent: nam triduo iam famem sustinuerant. tandem adducti ducis hortamentis, comederunt non sine molestia. nos uero uersus Lusitaniam uela fecimus.

De rege Chanone amico nostro. CAPVT LXXIX.

**I**taq; die x. v. Ianuarij ad quoddā appulimus regnū, quod Chanonam appellant de Gafferes, quodq; à Calechut parum abest, & eiusdem sunt linguæ. Dum igitur è regione regni huiusmodi nauigamus, rex ad nos amice nūcium mittit, qui referat se egre tulisse, quod eō prius non concesserint, q̄ alijs fuissent: uerū eos hortari plurimū, ut si merces nō habecēt quæ uoto suo faciant satis, se uberissime daturū protinus. Ad hæc præfectus respondit, oneratas iam esse naues, nec alterius egere nisi cinamomi bacharis cētum, quæ sunt c c c. cātara, id est uasis gen<sup>9</sup>. Hoc accepto rex, mox ad ducē cinamomū mittit diligentissime fidēterq; pro eo dedit præfectus pecuniā signatam cruce, cruciferos appellant. Post hæc eō cōuehebatur cinamomi plurimum certatim cymbis frequentantib. uerū nullus supererat ulteriori merci locus, onustæ erāt admodū naues. Rex uerò ratus nos nō habere pecunias, rursus ad nos mittit, qui renūcient regē sponte daturū mercimonia absq; pecunijs, soluere modo quā reddissent: nec ob hoc desineremus cōmercia nostra absoluerē, quoniam audierat regē Calechut bona nostra depradatu fuisse, publicatis nostris mercimonijs, ac illata hominū Christiani nominis strage nō  
 f mediocr

mediocri: addebat etiam compertum habuisse iam pridem inconcussam esse Portugallensium fidem, se propterea esse prope addictum nobis. Huic itaque regiae uoluntati, & opinioni de nobis tam benignæ correspondens noster præfectus, ut erat uir acerrimi ingenij, non uulgares retulit gratias: & eas se futurum quandoque ingenue professus est, & introducto nullo uim pecuniarum maximam, quæ superfluerat, ostendit: & nurlus querenti regi an alicuius egeret: respondit nullus, nisi uiri cuiuspiam, quem secum in patriam ducat, qui rerum Portugallensium testimonium locuples aliquando regi faciat. Rex igitur protinus patricium quendam misit, qui nobiscum iret in patriam: non prius tamè illinc soluimus, quàm de obsidibus regni Chuchini sciberemus; certiorè faciètes regem, nos ire in Lusitaniam, & obsides fore apud se sua causa in pretio, & fauentibus superis redituros quamprimum, & nostros in super sive altitudine commendabamus: dedit etiam præfectus noster negotiatori literas: quibus hortabatur uirum & socios ut bono essent animo, & negotiarètur tantisper, donec redirent, futurum sibi decus ingens, quod in sibi Christianum nomè exornent, quàm apud immortalè deum, tum etiam apud principem nostrum & reliquos contentos rancos omnes. Itaque apud hunc regem diem unum duntaxat consumpsimus, Illinc soluentes, uela uentis dedimus, iter faciètes uersus Melindæ regnum: uelima Ianuarij luce sinum traiecimus Melindæ, & ibi nauim comperimus Combaia ex Melindæ regno, ueniebat onusta mercibus cõplurculis, hanc cepimus, arbitrati esse Mecha regni aut Maurorum: ferebat enim supra tercentum uiros sexus utriusque: ubi uero apparuit eam esse regni Gambre, mox dimissa est, passa iacturam nullam, pilorum solum accepimus ab eis, & de mum iter nostrum persequuti sumus.

De naufragio sinus Melindæ. CAPVT LXXX.

Alia sanctus  
Tanarus.

De duodecima Februarij sub noctem piloti omnes, id est, itineris duces & reliqui, qui chartam, nauigationis optime callent, terram applicuerunt: Sancinus Tonarus, qui præfectus erat ingentis nauis, ultro se obtulit itineris præuium, & explicatis uelis, ipse rates omnes præibat: & ecce nocte intempesta mare seuit undabundum admodum, classem actum cõurbat, modo huc, modo illuc impellens: & tandè Sancini nauim impulit in licum, cœpit protinus cõflagrare, ubi ignis emicuit: mox certiores huius inauspicati euentus reliquas naues reddidit, quo uiso igne: iussit præfectus clais naues eò uela facere, ubi ignis emicuerat: nox erat tenebricosa, quàm luna pernox minime esset, uenti etiam magis inualecebant, adeo ut uix tempestatè ferre possemus, non audebat propterea classi propius accedere, ne & aliæ naues igne corripentur. Misit itaque eò paruas cymbas, ut iactis in pelagus mercibus, uel ipsos homines uendicarèt ab incendio, uerum nauis iam dehiscebatur, cõflagrabatque, ut nullus spei locus superesset: ardebat enim tanto incendio, ut prope naues alias ignis corripet. His uisis uela deserentes, remigare cepimus, & omnium mercium nauis cõbustæ iacturam fecimus, saluis tantum uiris: nam aromata omne genus ferebat nauis quæ arsit: & ea erat ducetorum dolorum capax: & in hoc submersa & cõflagratione nihil prorsus seruatum est: uiri enim solis tunicis interioribus induti incendium euasere. Illinc itaque soluentes, prætermisso regno Melindæ, quoniam eò concedere minime licuit, uersus Monachiaë provinciã iter direximus, & inde ligna & aquam sumpsimus, reductis in terram nauibus, ne à fremente salo submergerentur: nam plenæ rimarum erant undequaque perfluentes. Tunc præfectus classis misit Sancinum quassatum celocem quampiam, necnon pilotum, quo præuio insulam Zaphala exploraremus. Interea nos naues sarcinibus: inde solutes, petere instituimus locum quædam piscosum, ubi pisces erant innumeri. Ibi igitur uberrime piscati sumus, & quàm multum piscum conseruari essemus, illinc abeuntis in atrocissimam tempestatè rursum incidimus, quæ perinde nos inturbabat, ut coacti fuerimus gradum referre: & dum sic iactamur maris fluctibus, nauis quædam è nostris correpta est à fauiente salo.

Quot



Quot naues redierint in Lusitaniam. CAP. LXXXI.

**I**taq; post tot naufragia, & animi inturbationes, & ferè rerum omnium iacturam, ac interrimenta, die pasche Sancti pneumatis caput Bonæ spel appulimus. Id enim promontoriū, quod Pomponius frontem Africæ appellat, ubi Africa se cuneat, & fastigiatur admodum. Inde uero uentis prosperis ad id oppidum quod adiacet promontorio Viridi deuenimus, regnū Tefenice dicitur. Ibi itaq; nacti sumus liburnicas tres, quas nuperrime rex Lusitanis eò miserat gratia explorandi orbis, ut est uir ad magna queq; altus & educatus. Illic etiam comperimus nauim quandā, que se uentente ireto à nostro conspectu euauerat, e regione ostij sinus Mechiæ: nam in urbe quadā comorati fuerant, ubi & cymbam, & maiorem hominū partem reliquerāt: redibat enim nauis, uiros septem tantummodo ferens, eosq; agrotantes, utpote qui uinum non bibebant, nec item aliam aquam, quam pluuiam bibebant in uauis, ut assolet, collectam. Tandem aliquādo appulimus Vlisbonam eolum patrium, ferè uelima Julij. Postridie uero superuenit ea nauis, quæ euauerat dum rediremus, necnon et Sanctus Tonarus cum celoce quā fabricatus fuerat in insula Zaphale: & is nobis referebat eam insulā esse perquā angustam in ostio cuiusdam sinus à Mauris cultam, & ibi montes esse, ubi aurisodinae sunt quamplurimæ: addebat etiam eò complufculos alios cōtente re emēdi auri gratia permutatione rerum multari. Et id tempus quo Sanctus illuc cōcessit, cōperit ibi quāplures Maurorū naues, cepitq; inibi Maurum, qui apud eum tantisper oblidis officio fungeretur, donec Christianus quidam redisset, quem ipse in Arabiam causa explorandæ regionis destinauerat. Quum aut nūquā cōparuisset, uela uētis dedit, secum ducens Maurum, & tandem in patriam diu optatam peruenit. Nec etiam id uos latere uolumus, Vlisbonam e tanta classe sex duntaxat naues rediisse, reliquis pessundatis cum hominū strage, necnon mercium infinita iactura.

De pondere & monetae eorum. CAP. LXXXII.

**P**ostquā in superioribus meminimus mercium ferè omne genus, superest nunc, ut nonnihil de pretio & pondere earum in mediū afferatur. Igitur in urbe Calechut baccar nucum muscatarum, id est mensuræ genus continens cantaros quatuor, non pluris uenditur quā pro ccccl. fauis: & Fauis xx. ducatum, id est, nummum aureum efficiunt. Item cinamomi baccar cccx. fauis. Item faracula aridi zinziberis, id est xx. baccari pars, fauis sex. Item faracula zinziberis, saccharo conditi fauis xxviii. Item baccar tamirindi fa. xxx. Item ba. pipēris procerioris fa. cccc. Item ba. zerombeci fa. xl. Item ba. myrobalanifa. d. lx. Item ba. zeduarie fa. xxx. Item ba. sandali rubri fa. lxxx. Item ba. Lachæ fa. cclx. Item ba. sandalij fa. clx. Item ba. masticis fa. ccccxxx. Item fa. camforæ fa. clx. Item ba. pipēris fa. cclx. Item fa. thuris fa. v. Item fa. belzuini fa. vi. Item fa. ligni aloē fa. cccc. Item fa. castiæ fa. ii. Item fa. reubarbari fa. cccc. Item ba. gariophylli fa. d. c. Item fa. opij fa. cccc. Item ba. sandali albi, fa. d. c. Item mitricale ambræ, quod uncie sex cum quarta efficiunt mitricale unum ambræ. Item ba. unum xx. farazole efficiunt, farazolam uerò xiiii. aratollæ, & tertia pars unius efficiunt Portugallensium, quoniam Venetijs xxiiii. aratollæ, libra efficiunt xxii. & secundam partem. Ad summam igitur nummus aureus non pluris ualet quā xx. fauis. Post hæc dicendum est de pretijs rerum, quas domo attulimus, uidelicet, quanti uendantur in urbe Calechut. Item fa. aris fa. xl. Item fa. coralli albi, fa. mille. Item fa. plumbi. fa. xviii. Item fa. coralli obliqui fa. dccc. Item fa. argenti fa. xx. Item fa. coralli nothi fa. cccc. Item fa. aluminis fa. \* xx. Item almenum unum, quod est pondus excedens mensuram Portugallensium, aratis duobus & medio, quod efficiet libras tres uel circa, more Veneto, & hoc pondere uedunt crocum,

fauis uidelicet lxxx.

De regionibus, unde comportantur aromata.

CAPVT LXXXIII.

**N**ON absonum igitur crediderim, si eorum locorum non nihil meminerim, unde afferuntur aromata fere omnium generum. Piper itaque aduehitur e turri quadam quæ est ultra Calechut, secus litus ad leucas fere L. Ci namomum mittit regio dicta Zalon, nec alibi inuenitur, ea est ultra Calechut iunere leucarum CCLX. Gariophyllum fert Meluza regio, quæ abest à Calechut ad leucas duodecim more Lusitano, in loco qui dicitur Canonor. Noces uero muscate, & mastix afferuntur ex Meluza quæ abest à Calechut leucis DCCXL. Castoreum, hoc est, muscatum, uenit e prouincia quadam quæ dicitur Pego, distante à Calechut leucis D. Vniones uero proceriores afferit plaga Armuzi, citra urbem Calechut leucis DCC. Spicus nardus, & myrobalanum aduehuntur ex Columbaia prouincia citra Calechut leucis DCC. Calsiam in succulis mittit urbs ipsa Calechut. Mittunt uero sua thura Sabel citra Calechut leucis DCCC. Mirrhæ Fartica regio citra Calechut DCC. Liugnum autem aloë, & reubarbarum, camphoram, & calingam mittit Chitua regio ultra Calechut ad mille leucas. Zerombam fert Calechut, cardamomum maius Canona mittit oppidum Calechut, longe ab eo leucis duodecim. Piper longum in Same inuenitur. Benzui, & zan ultra Calechut leucis DCC. Tamerindum, & Zeudoariam mittit urbs Calechut. Lacham mittit oppidum dictum Samoterra, ultra Calechut leucis D. Brasille fert regio Tanazar, ultra Calechut leucis D. Opiu fert plaga Adde citra Calechut DCC. Satis igitur ac super dictum sit de ponderibus, & rerum pretio, nec non de locis unde hæc aduehuntur.

## NAVIGATIO CHRISTOPHORI COLUMBI, QVA MVLTAS REGIONES HACTE-

nus orbi incognitas inuenit, inuentasq; Hispaniæ rex coluissit & frequentari.

Quomodo rex Hispaniarum dedit liburnicas duas Christophoro Colombo.

CAPVT LXXXIIII.



**T**AQVE Christophorus natione Italicus, patriæ Genuensis, gente Colūba, uir erat procerus statura, colore ad rubedinem inclinato, facie oblonga. Is quid diutius in regniæ regis Hispaniarum inuictissimi diuersatus fuisset, animum induxit, ut hæcenus inaccessas orbis partes perquam diligenter peragraret, Petijt propterea rursus & iterum instantissime à rege memorato, ut uoto suo tam pio non deesset, futurum sibi & toti Hispaniæ decus præclarum adseuerabat, si sua opera & impensa nouas inaccessasq; regiones nactus esset: & ad id opus nauigandi ultro se offerebat, nam pollicebatur plures posse nancisci in occidente insulas, quæ ad usum, imò ad delicias mortalium minime forent ineptæ, & in primis in eis insulis, quæ conterminæ sunt Indiæ, inueniri posse arbitrabatur baccas, id est, uniones, lapidesq; preciosos fore omne genus, nec non aromata omnifariam, aurigq; plurimum. Hæc meditantem rex & regina identidem derisere, utpote cogitatem inaniam, & penli nullius, uertebaturq; hic sermo propè in fabellam. Tandem peractis annis VII. insistente adhuc Colombo, cœpit rex his sermonibus aures præstare attentiores, decreuitq; post multa experiri utri ingenium, propterea in effectum huius celebris instituti, iussit liburnicam unam & celoces duas omni genere annonæ armamentorumq; communiri, quibus expeditis, prima Septembris luce M. CCC. CX. I. soluit ab Hispanis litoribus, & diu optatum iter aggressus est.

De In



De insulis compertis à Columbo viro aeterrimo.

CAPVT LXXXV.

**I**Tag; soluit à Gadibus iter faciens versus insulas Fortunatas, quas nunc Hispani appellant Canarias, ob id quod canibus maxime abundant; antiqui uero Fortunatas dicebant. Hæ enim absunt à Gadibus milliariibus M C C. prout ipsi computant suas leucas, dantes unicuique leucæ. M. IIII. Fortunatas propterea eas dixere ob æris miram temperiem, cœlicę clemētiam, sunt in climata per Syenem versus meridiem: eas incolunt ferine gentes, quibus nulla est religio, nullius dei timor, nulla uerecundia, utpote quæ nudi incedunt usquequaque: eò Columbus concessit aque non nihil sumpturus, ut uel inibi focij prius parumper conquiscerent, quàm atrocioribus assuescerēt laboribus: nam qui sulcant maria incomperta, his necesse est propè labores innumeros exantlare. Soluens igitur illinc arabat maria, & per dies XXX. III. totidemq; noctes nauigans uersus occidentem, nihil telluris unquam apparuit: tandem è specula quispiam insulas quasdam conspiciatus est: propius accedentes uidere insulas sex, quarum duæ erant ualissimæ, eisq; non mina indidit, alteram Hispaniam, Ioannam alteram nun cupauit.

De magnis insulis.

CAPVT LXXXVI.

**I**oannam non satis compertum habuere utrum esset insula uel ne: dum tamen eius latera legunt, audiuere innumeros autum cōcentus, & in primis luscintarum, quæ densissimis nemoribus inerrabant, mense Nouembri. Inibi etiam conspexere limpidsissima flumina, eademq; ad potandū suauissima, portus magnos celebresq;. Et quum uēto Choro nauigarent, prouecti sunt magis secus insulæ litora, nusquam tamen ad calcem peruenerunt. Quum igitur progressi fuissent ferè milliaria DCCC. & nullū terminum adhuc comperissent, credere continentem esse: propterea decreuere gradum referre, impellēte pelagi sæuitia: nam malus, id est, arbor nauis nutare incipiebat. Conuertit itaque nauim ad orientem, & mox deuenere ad eam insulam, quæ dicitur Hispania: & quum summe appeterent terram explorare quæ ad Aquilonem uergebat, & iam ipsis terræ appropinquantibus, conditio ratis maxima in scopulum quendam collisa est, adeò ut iam dehisceret: uerum summergi nequirit ob planiciem saxi: mox accurrunt cum cymbis uiri celocis alterius, & focios è faucibus Neptuni eripuerunt ferè moribūdōs. Quum terram appulissent, conspēcti sunt ab incolis eius insulæ, qui protinus effuse fugerunt in nemora densissima, nō aliter quàm si fugacem leporem consecraretur canis, genus inauditum: nostri tamen uestigia persequuntur fugientium & mulierem quandam corripuere, quam quum ad naues reduxissent, uino & obsonijs prope distentam, & eleganter uestitam missam faciunt: nam ipsi nudi incedunt, & humaniores ignorant delitias.

De situ &amp; moribus Hispanie insulæ.

CAP. LXXXVII.

**Q**vamprimum igitur hæc mulier deuenit ad suos satura & propè farta, cultusq; insolito uestita decentissime, aliq; hac liberalitate adducti, mox certatim, cateruatimq; ad litus concurrunt, rati genus esse diuinum: nam de silibant in pelagus secum ferentes aurum, quod cum ollis testaceis, ualiscq; uitreis permutabant, pro minima quaq; re etiam despiciabili aurum dabant. exempli gratia, si quis dedisset frustum speculi cōtracti, protinus aurum consequebatur. Contrafacta igitur amicitia, uigentibusq; commercijs, nostri cōpere diligentius eorum uitam & mores explorare, comperereq; protinus eos regē habere: propterea petentes mediterranea, hoc est interiora insulæ à rege eorum perquam honorifice sunt excepti: quum uero aduerso perauisset, eò signo de moræ salutandæ uirginis, nostri genua plieabāt, quos emulabatur Barbari itidem agentes: ubi nostri & crucem seruatoris trophæum uenerabantur, eam & ipsi conditico colebant: hi etiā ubi uidere nauim pessundatā, certatim confluebāt cū cymbis suis aduehētes nostros, & ab undabundis maris faucibus eripiētes. Cymbas huiusmodi appellant canoas: quæ ex sola

caua arbore factas, non quidē ferro, sed cote præcuta excavaunt: habent etiā longiores naues, id est, liburnicas, octuaginta remorū, capaces. Ferro carēt omni, propterea nostri admirabantur, quoniam modo quirent domos construere, quas conspiciebant miro modo extructas, nec non alia arte fabrefactas faberrime: verum cote, ut diximus, pro ferro utuntur. Acceperūt etiam referentibus amicis, non longe ab ea insula esse quosdam populos, qui carnibus uescerentur humanis. Idcirco ubi nos uidere, crediderunt Antrophagos esse, ideo effulsissime fugerunt. Canibalos appellant ferros populos, qui in cibatu homines habeant gratissimos. Hos nostri preterierant, eos ad meridiem relinquentes.

Canibali

De Canibalorum moribus.

CAPVT LXXXVIII.

IGitur hi populi inuestissime conquerebantur nobis de efferatis illorū moribus, nam atebant eos in se non aliter scire, quā tigrim uel leonē quēpiam in mansuetā animalia: horresco referens. Impuberes, si qui corripuntur, excēsis testibus, saginant uti nos gallos gallinaceos, ut lautius eis uescantur. Puberes uero mox contrucidant, quibus exenteratis, illa comedūt recentia, membrorumq; partes extremas, cætera salunt, adseruantq; ut nos insitia & farcimina omnis generis: nam insitia fiunt ex sanguine aprino uel bubulo, aut ex carnibus testellatim concisis, alij apexabo appellat, haud dubie est genus farciminis. Mulieribus haud uescuntur, uerum eas ad ptolem, ueluti nos gallinas ad oua ferunt: si qua est anus, ea mancipij uicē gerit. Propterea hæc insulæ, quas iam subegimus, ubi audiunt aduentare hos efferatiorēs immanesq; populos, acutum dant terga, licet sagittas utantur, non sunt tamen tantarum uirium, ut compescere eos queant. nam pauci complures fundunt, ut puta centum decem profligant Canibali, nusquam cominus congregiuntur, fuga tantum sibi consulunt. Nos nequiuimus aliter intelligere, quos deos colant alios, quā solem & lunam, cælumq; Mores uero aliarum insularum idcirco non referimus, quoniam ob angustiam temporis & interpretum penuriam de eis nihil comperiti habuimus.

De moribus illorum qui Hispaniam insulam colunt.

CAP. LXXXIX.

HIus insule cultores loco panis utuntur radicibus quibusdam, quæ sunt (si magnitudinem formamq; species) instar napi, saporem habent, quem molles recentesq; castaneæ, ages uocant. aurum apud eos est in pretio, id enim auribus appensum ferunt. suis non emigrant sinibus, nec ut alij ultro citroq; commeantes commercia exercent. cepimus eos peruenclari signis, ubi eruerent aurum, intelleximus ab eis legi in harenis fluminis cuiusdam, quod ex editissimis deriuatur montibus. Id enim labore eximio colligunt, funduntq; in frustra, & demū in bractæas, id est, laminas. Verum ubi nos eramus non nascitur, aliunde aduehitur, ut circumuecti insulam re ipsa cognouimus: quoniam postquam illinc soluimus, deuenimus ad quoddam flumen, quo profecti sumus sumendæ aquæ gratia, & ibi auriferas conspeximus harenas, ibi quadrupedia, non nisi cuniculos uidimus: serpentes uero immensæ ualutatis, numerosioresq; quos fert insula, sed innoxios conspeximus: nec non syluestres turtures, anates nostris proceriores, anseresq; oloribus candidiores, uerum capite tantum rubeo erant: & ibi pitaci complures, alij coloris pralini, sului alij, alij uero Indis non absimiles, id est, torque miniato. Tulere ex his igitur sexaginta uersicolores, coniecturamq; ex his alitibus fecimus non longe Indiam abesse: uerum huic sententiæ nō astipulabatur spheræ ratio, & in primis philosophus in illo de Cælo & mundo, Se necaq; & alij complusculi cosmographiæ haud expertes, qui adseruant Hispanias non multum ab India abesse, maritimo præsertim itinere. Hæc igitur insula suapte natura gignit masticem, aloë, & alia his non dissimilia. & in primis grana quædam rubea, quæ pipere sunt acriora: cynamomumq; & zinziber nostri tulere.

De uis



De uiris quos Columbus gratia explorandæ insule dimisit.

## CAPVT XC.

Itaque Columbus de compertis terris satis ac super lætus, utpote qui uidebatur nouum comperisse mundum. Quum uero primum uer iam appeteret, decreuit patriam repetere suam, dimissis apud regem uiris triginta octo, qui perquam diligenter sciscitari & explorare deberent locorum situs, ac regionis mores, frugumq; ac arborum naturam. Rex enim appellatur Guancianillo, cum quo iniit foedus maximum, cõmendauitq; illi suos archis, sime, adeo ut intuitus eos pio obtutu, coram Columbo illacrimari coeperit, miseratus conditionem remanentium. Tandem Columbus iussit uela uentis dare Hispaniam uersus, secum ducens ex insulanis uiros decem, non alia magis de causa, quàm ut eorum linguam aliquando discerent, quoniam id consequi haud difficulter poterant: nam caracteribus nostris uerum idioma scribi probe potest: celum appellant Turci, domum boz: aurum cauti: uirum probum toyno: nihil, maxani dicunt. Reliqua uero nomina æque ac nos nostra profertur.

Quomodo Columbus fuit dictus Admirans mare.

## CAP. XC I.

Rex itaque & regina Hispaniarum nihil magis gerebant in uotis, imò super uota, quàm ut almam Christi fidem indies auerent, auctamq; colerent, & cultam summopere uenerarentur: propterea id eximie obseruabant, ut hæ gentes quæ hæcenus nomen Christianum ignorauerant, tandem aliquando ope & industria sua, scirent unam esse Christi fidem, extra quam nulla est salus, nec redemptio. Inq; huius rei specimen decreuere summis honoribus Columbum profequi, nihilq; prætermittere, quod ad cultum & decus eius spectaret. Igitur uultu sereno eum excipiunt, condecorantq; innumera titulis: & quod apud Hispanos eximius ducitur honos, in confesum ipsum recipiunt: uolueretq; ut deinceps non Columbus, sed Admirans oceanum appellaretur: & ut licuit colligere ex Admirantis sermonibus, sperabat propediem fidem nostram magna incrementa habituram, si hæ insula ad fidem reducerentur: in commercijs uero & alijs mortalium emolumentis, quibus plerunq; omnes inhiant, nullam prope spem collocauerat. Itaque serenissimi reges iubent ut protinus Liburnicæ XV II. expeditantur, quæ arcem in prora habeant, id est speculam, unde eminus speculantur: celos uero duodecim absque specula, inq; eis hominum mille ducenti, qui omni genere armorum communitentur. Fabrosque lignarios, id est, carpentarios, artificesq; ferè omnium generum are anno conduxit, qui classem sequerentur: equites etiam quosdam centuriavit, ut nihil clausi deesset, quod ad ualidam expeditionem spectaret. Columbus uero fues & boues sexus utriusque in classem introduxit, triticumq; & ordeum, ac legumina prope omne genus corrogauit in nauibus, tum ut uitam in naui diutius protraheret, tum uel maxime ut inibi terræ mandaret semina: tulit etiam arborum tales quas ibi plantaret: quoniam id genus illic haudquaquam arbores ut suntur: nam præter pinum & palmas nullas habent arbores nobis cognititas, & hæ mira ubertate crescunt, adolescuntq; in tantam altitudinem, ut non facile referri possit ob maximam soli ubertatem. Sunt enim illorum fructus prope innumerabiles, uerum nobis incomperti, aiuntq; sub sole feraciorum tellurem minime esse. Instituit etiam noster Columbus secum ferre instrumenta omnis generis ferrea, quæ conducerent urbi condendæ: ut in noua regione nouas urbes cõderent, quæ forent suorum tutissima receptacula: multiq; insuper regis clientes, contubernalesq; ultronei se obtulerunt huius nauigationis socios, desiderio comparandæ gloriæ, prouocati gestis Columbi præclaris. Igitur prima Septembris soluere ex Cades uentis prospere flantibus, & prima Octobris applicuere insulam Canariam, eam, inquam, quæ Ferrum dicitur. Quarta uero Octobris uela fecere uersus meridiem, nihilq; comperti de eorum nauigatione usque ad hyemale æquinoctium habuimus,

At uigesimo tertio Martij, rege & regina discumbētibus, mox affuit uereda rius quidā, qui renunciauit celoces duodecim applicuisse Gades: successum autem navigationis ulterius quinta aprilis luce M.D. 1111. germanus frater altricis primogeniti regis missus ab Admirante ad regem peruenit, cunctaq; retulit quæ in sequentibus adnotabuntur.

Quomodo Admirans adiit Canibalorum insulas.

CAP. XCII.

Itaque prima Octobris Admirans Columbus soluit à Canarijs flante Africo, ad lauam iter faciens, meridiem uersus adnauigauit XXI. diebus priusquam tellurem cōspexerit aliquam. Tandem deuenit ad Canibalorum insulas sæpe dictas, & primo conspectu uidere nostri insulam uastissimam, ad eā arboribus condensam, ut uix discerni posset, utrum sylua foret uel ne: & quoniam is dies erat dominicus, Dominicam eam nuncupauerunt: et ubi cognouere incultā esse, minime uisum est illic gradum sistere, sed ultra progressi sunt. In his igitur uiginti & uno diebus sua sententia fulcarunt maria per leucas fere mille trecētas & uiginti. Nam per id tēpus Aquilonem uentum prosperum semper habuerant: deinde soluentes ab dicta insula, breui peruenere ad aliam insulam omni genere arborum refertissimam, quæ inenarrabilem suauitatis odorem fragrabat: nonnulli allecū amcenitate loci, in terram descendētes, nihil animatum ibi cōspexere, præter laertas inaudite magnitudinis: eam Crucem appellarunt, primoq; loco de cultis post insulas Canarias conspecta est: & hæc erat Canibalorum insula, ut re ipsa demum cognouere, id adfirmantibus interpretibus Hispanæ insulæ, quos secū ducēbāt. Circūuecti itaq; insulā, casae humiles complusculas cōpererunt: nam uitam degunt XX. uel ad summā XXX. domus simul cōtinenterq; dispositæ in orbem ambientes plateam quādam, cuius diameter erat orbicularis: domus erant lignæ amphitheatri instar. Hunc morē construendi ædes feruant, erigunt complures eminentissimas arbores in orbem, inq; eis trabes figunt, quibus arbores inherēt, sicut ut his fulcimentis minime ruāt. Imbrices uero, quum domum cooperiunt, ita constituit, ut formam tentorij efficiant, surgitq; in modum pyramidis, id est, in acutum. Demum has sic dispositas arbores intexunt palmarum folijs, & quarundam aliarum arborum, ut & uentos & imbres tutius arceāt: introrsus uero trabes texunt funibus bombicinis, & radice quadam sparto minime ab simili: cubilia habent eminentissimā, quæ sceno & bombice sternunt: porticus habent maximas, ubi faccra collocant. Et ibi etiam conspeximus duas statuas ex ligno fabrefactas, quas duo angues immense uastitatis sustentabant, eas credimus esse eorum idola: uerum compertum habuimus statuas huiusmodi solū ornatus causa erectas fuisse, quoniam hi solem & planetas tantūmodo adorant. Eo igitur ubi nostri applicuere, mox uiri & mulieres effulse fugerunt, deserētes eorum domos: ubi uincti erant impuberes complusculi, quos ad faginam adseruabāt: nec non anus complures, quæ mancipiorum obibāt officia, protinus ad nos contenderūt. At nostri ingressi eorum domos, animaduertērūt illic uasa esse fictilia omne genus, quæ nos Samia appellamus, in quibus elixabāt carnes humanas, plitacis, anseribus, & anatis simul admixtis: alias autē ueribus impositas torrebant, seledis ossibus, & brachijs humanis, quibus pro ferro utebātur, ut fagittis adfigerēt suis: ferro enim prorsus carent. Vidimus etiam ibi impuberis caput nuperime abscisum, sanguine adhuc defluēte, hoc erat trabi infixum. Hæc insula quatuor ingentissimis irrigatur fluminibus, Guadalupeam appellauimus, quoniā non est ab similibus monti illi sanctæ Mariæ, quem Guadalupum Hispani uocitant, incolæ uero Grachanam: fereq; insula plitacos fallanis multo maiores, nec alis similes, nam alas habent uersu colores. cætera rubei: tātaq; plitacorum apud eos copia, ut apud nos cicadatum: & licet eorum nemora sint plitacis referta, eos tamen faginant, quos habet in cibatu gratissimos: mulieres uero quæ cōfugerāt ad nostros, Admirans

nostro

Crucis insula  
rium mores

Guadalupea

A  
nostre  
proti  
giller  
ut mo  
timor  
xima  
eori  
in Hi  
insula  
lini n  
gebā  
Mati  
porib  
bant  
has fo  
pora  
li fort  
prop  
quagi  
cultar  
ges, &  
haber  
& hi c  
los al  
huma  
obrot  
istam  
istam  
gitud  
bant r  
ma, ha  
perit f  
Interd  
Ay A  
hauri  
sulam  
liers e  
quibu  
trigin  
sent. C  
mines  
cecin  
naban  
gitta i  
rere sa  
morū  
redere  
rebant  
non re  
merfa  
zum su  
gitan  
gnati,  
mirant



nostro ritu exornari iussit, & complusculis donati muneribus, mandans ut  
 protinus eas ad Canibalos mitterent: quoniam hæc probe nouerat quò fu-  
 gissent Canibali. Itaq; mulieres ad Canibalos profectæ sunt: quo factum est,  
 ut mox Canibali ad nostros accurrerint pellectu muneribus, quibus donatæ  
 mulieres fuerat, autumantes itidē consequi posse. Vbi uero coram fuere, siue  
 timore, siue seclerū cōsciētia, mutuo sese respiciētes, illico terga dedere, pro-  
 xima petentes nemora: at nostri qui inerrabant in insulæ explorabūdi, cymbas  
 eorū omnes cōfregere. Et illinc soluētes adiuere socios suos, quos dimiserat  
 in Hispana insula primo itinere: & dum eunt utriq; complures præteriere  
 insulas: ab ea parte uero, quæ respicit Aquilonē, apparuit insula, cuius inquit  
 līni nostros interpretes, quos ab insula Hispana duxerat Admirans, intelli-  
 gebāt, necnō eos quos uēdicaueramus à seuitia Canibalorū, dicebāt uocari  
 Martininam, adfirmantes eam cultā esse à solis fœminis, quæ statis anni tem-  
 poribus coibant cum Canibalis, ut solebāt olim Amazones: prolem partie-  
 bantur, mares dabant parentibus, fœminas uero souebant ipsæ: aiunt etiā  
 has fœminas specus habere altissimos, quò se recipiunt ubi extra stata tem-  
 pora quispīam eō concesserit, & ibi se tutatur sagittis propulsantes hostem,  
 si forte fortuna explorauerint aliqui aditum: propterea nostri per id tempus  
 propius accedere nequiuērūt, præternaugātes insulā ad milliaria ferē quin-  
 quaginta. Inuenimus aliā insulam, quam interpretes aiebant esse apprime  
 cultam, habitā toribusq; frequentissimā, & inter alia habere innumeras fru-  
 ges, & prope omnia quibus uita humana carere nequit: & quoniam mōtes  
 habent præaltos, eam montē appellauimus Ferratum: at nostri interpretes,  
 & hi quos adseruaueramus ab atrocitate Canibalorū, adfirmabant Caniba-  
 los aliquādo longa metiri itinera supra mille milliaria, ut carnibus uescātur  
 humanis. Postridē illius diei nacli sumus aliā insulam, quæ quoniam erat  
 obrotunda, Admirans eam nuncupauit sanctam Mariam rotundam. Supra  
 istam comperimus istam, cui diuī Martini nomen indidit: uerum in neutra  
 istarum stationē fecimus. Perendie uero aliā inuenimus, quam aiebant lon-  
 gitudine esse milliarū CL. à parte, uidelicet, occidentali in orientale latus: rese-  
 bant mira de ea interpretes, quòd uidelicet, foret summe ferax, & pulcherri-  
 ma, hanc postremo appellarunt sanctam Mariam antiquam. Post eam com-  
 perit ferē innumerabiles insulas, uerū longe à prædicta, milliaria propē CCC.  
 Interq; eas quardā cæteris præstabat magnitudine, quæ dicebatur ab incolis  
 Ay Ay, nostri uero nuncuparūt Sanctam crucem: eo appulimus, ut aquam  
 hauriremus: at Admirans emisit triginta uiros, qui explorarēt diligenter in-  
 sulam, qui mox quatuor Canibalos cum totidē fœminis inuenērūt, quæ mu-  
 lieres uilis nostris, cōplicatis manibus eleuatisq; auxiliū petere uidebantur:  
 quibus liberatis, uiri in nemora dilapsi sunt. Biduo itaq; illic agēs Admirās,  
 triginta uiros in insidijs collocauit, qui corripērēt Canibalos, si qui apparui-  
 sent. Qui uero stabant in litore, uiderunt cymbam, caneam ipsi appellāt, ho-  
 mines octo, & totidē mulieres uehentem. Vbi igitur Admirans classicum  
 cecinit, unā omnes ruunt in Barbaros, qui strenue sagittis pulsare nostros co-  
 nabantur, nec prius quiuere se clypeis tegere, quam Hispanus à fœminis sa-  
 gitta ictus occubuit, alter uero male acceptus est. Hispani tamen ubi compe-  
 rere sagittas ueneno illitas esse, decreuerūt propius manus cōferere, & ui-  
 morū in eos contendere: quòd ut fecere, protinus Barbarorū nauim pestum  
 dedere. Præminebat enim ibi mulier quædam ueluti regina, cuius dictio pa-  
 rebant omnes: hæc natum habebat secum torui aspectus atrocisq;, qui facie  
 non regem sed prædonem, aut furem quempiā fœuisimū præsentabat. Sub-  
 merfa itaq; nauis, non delinebant nando nostros onerare sagittis, eleuatis tan-  
 tum supra aquam brachijs, quæ res uisa est monstrifica. Dum itaq; natant sa-  
 gitantq;, ad saxum quoddam deueniunt, ubi tandem à nostris sunt expu-  
 gnati, occisis nonnullis, et regulo grauatim saucio uulnere duplici: hos ad Ad-  
 mirantem trahunt reluctantes, qui conspectum tanti uiri minime pauentes,

ferociam nusquam exuerunt, spumas effervescentes non aliter quam leo ubi in casses devenit tunc rugitus edit maiores atrocioresque, sicutque magis: adeoque efferebatur, ut nullus esset inibi tam intrepidus qui ferocientes viros non formidaret. Progressus itaque Admirans Africo flante aliquando, nonnunquam spirante Favonio, pervenit ad quandam pelagi vastitatem, ubi prope innumerae erant insulae multijugatae: nam aliquae frequentioribus obumbrabantur nemoribus, aliae vero summa apricitate amenitatem non mediocriter praeseferabant, nonnullae autem squalebant saxis, humo ietuna aridaque, & praevastis simplicitate montibus: aliae etiam intra cautes colorem coccineum continebant, aliae violaceum, albicantem aliae: perinde ut multirati fuerint eas esse minas gemmarum, aut loca metallorum corruscantibus plurifariam coloribus. Eo itaque non concessere seivente pelago, nam verebantur ob scopulorum frequentiam, ne naues collisae saxis, dehiscerent protinus submergerenturque, in aliud tempus rem differentes. Nequiere etiam insulas percellere, ob eorum simplicitatem frequentiam: tamen nonnullae celeres, quae altiore fundo haud egebant, mediocriter contentae altius propius accessere, & supra XLVII. insulas numerarunt. locumque Archipelagus nuncuparunt ob insularum frequentiam. Dum itaque relictis insulis in altum prouehunt, in medio ferè itinere aliam naui sunt insula, quae dicebatur Buchema, ubi complures erant illorum qui atrocissimas Canibalorum manus evaserant: hi nobis retulerunt insulam culta esse exitimae, cultoresque mitiores, & usquequaque Canibalis infensos: inque ea memora complura, quae apros fouent ingenitissimos: hi naues non habent, quibus sulcare possint maria, & Canibalos adire: uerum ubi Canibali eò contenderint, congregiuntur atrociter, propulsantque eos: quos si ceperint male accipiunt, par pari referentes: nam erutis luminibus, eos in frustra minutatim concidunt, & ignibus torrent, & pro uindicta deuorant, alioquin humanis non uescuntur carnibus. Haec nobis referent nostri interpretes, quos ex Hispania insula adduxeramus. At nostri parum illic immorati, praeterire insulam, nisi quod ab ea parte quae occidentem respicit in terram descenderunt, ut aquae nonnulli haurirent, ubi eminentem pulchramque domum inuenerunt, & cum ea duodecim minores domos omni habitatore desertas, ibique nulla erant habitantium recentia uestigia: causam propterea ignorabant, quare deserta forent, nisi forte habeant illarum habitationum stata tempora, dum candens sydus seruet nimbis, abeunt in mitiora loca, reuersuri quum conducibile arbitrabatur: uel forte metu Canibalorum litora deserunt tantisper donec abeant, utcumque fuerit insulae unicum habet regem, cui perquam reuerenter adsunt, obediuntque mirum in modum, Chialischium appellant eorum regem: latus huius insulae quod meridiem continetur, longitudine ducentorum milliariam patet: ea nocte duae foeminae, & totidem adollescentes, quos asserueramus de manibus Canibalorum, ubi e conspectu suae patriae fuerunt, in mare sese profecerunt, & nando ad solum patrium deuenierunt nobis nescientibus.

Chialischius

Quomodo admirans suos reperit uitam exiisse. CAP. XCIII.

TAndem aliquando Admirans pervenit cum tota classe ad Hispaniam insulam, quae abest a Canibalis leucis ferè cccc. Verum omine inauspicato infelicitate: nam hi quos loco praesidi inibi reliquerat, uitam exuerunt omnes. In hac insula est regio, quae dicitur Xaynana, unde Admirans primo itinere profecturus in Hispaniam, quasi loco obsidum decem viros abduxerat: ex his ob caeli mutatione, septem occubuerunt: unus uero eorum qui superfuera, ubi suam patriam classis applicuit, Theresma dicitur, sponte a nobis emissus est: reliqui uero nando clanculum auferunt. Quae res parum Admirantem mouit, qui modo suos coperisset uiuos, reliqua nihil pendebat: uerum ubi paululum est progressus, canea quaedam apparuit, genus est liburnice longioris capax ingenium remorum: haec regis fratrem uehebat, eiusque praefectio apud prime abiens suos commendauerat, cumque eo foedus magni inerat. Is igitur regis Guanencarilli frater alio tantum uiro comitatus, ad Admirantem con-

Canea

tendit,

tendit:  
haec co  
qui in  
tis pro  
sibi p  
sumq;  
nes dol  
quin al  
iusite  
stis me  
niam n  
os inli  
bitu su  
respons  
gre fere  
oppidu  
oppidu  
ille, in  
propte  
nendo  
dam ce  
rem sci  
eò con  
tricus a  
agritu  
deuent  
insidij  
est uiru  
rantem  
raretur  
mulier  
fatus el  
illi plu  
abiuit,  
qui sug  
rum pe  
ratus p  
sibi per  
dia pro  
classen  
nocte s  
pelago  
tantes  
gem pe  
iacto n

Adm  
ad  
consec  
ostium  
Regali  
efficiens  
tur, nec  
ostio ad  
mons u



tendit, & nomine regis imagines aureas duas dono Admiranti dedit. Post  
 hæc cepit Hispanorū miserabiles casus exponere: uerum uix id intelligere  
 quātinus, nostris interpretibus non satis eius linguam callentibus. His audi-  
 tis progreditur Admirans, quoad deuenit ad Lignæ oppidū, quod Hispani  
 sibi pro potiori turela condiderant: id totum comperit demolitum combu-  
 sumq; nec alia supererant uestigia, præter pallidum cinerē: quæ res nos om-  
 nes dolore incredibili affecit: non tamen nobis facile persuasum iri poterat,  
 quin aliqui superuiterēt: propterea ut huius rei effemus certiores, Admirā  
 iussit tormenta quædam exonerari, ut reboatu edito, si qui delitescerēt e no-  
 stris mox excitarent, scirentq; nos aduentauisse: uerum operā lusimus, quo-  
 niam nullus usquam comparuit, cunctis fato functis. Tunc Admirans nunci-  
 os misit ad regem Guancenarillū sciscitātū de suis, questus grauius de occu-  
 bitu suorum. Hæc nostri retulerunt, quantum colligere potuerunt ex regis  
 responso, complures uidelicet, in ea insula reges esse illo potētiore, qui æ-  
 gre ferebant Hispanos subegisse insulas: propterea contēderant ad lignum  
 oppidum, ubi Hispani debebant, eoq; expugnato contrucidauerāt uiros, &  
 oppidum combusserant, ipsūq; ferentem nostris suppetias istum sagitta nec  
 ille, inq; eius rei fidem brachium falscijs circumuolutum ostentauisse, nec  
 propterea ad Admirantem iussit, quoniā consauciatius uulnere non contem-  
 nendo fuerat. His acceptis nulla fide adhibita, postridie Marchionem quen-  
 dam cognomine Sibilium, rursus ad regem misit, ut perquam diligenter  
 rem sciscitetur, perpendatq; an sint uera quæ ex rege allata fuerant. Is igitur  
 eō concessit, & remotis falscijs comperit regem falsa loquutum, nullius cica-  
 tricis apparente uestigio: uerum procumbentem nactus est uirum simulantē  
 agritudinem, huius cubili coniugebantur concubinarum cubilia octo. Tūc  
 deuenimus in eam opinionem, ut non difficulter crederemus nostros astu et  
 insidijs eius occubuisse: tamen Marchio finxit fidē prætere regi, hortatusq;  
 est uirum, ut in crastinum Admirantem uiseret. Postera itaque die ad Admi-  
 rantem rex contendit, à quo est honorificentissime exceptus, & ueluti mise-  
 raretur nostrorum erumnas gemebundus indoluit. At ubi conspiciatus est  
 mulierem quandam, quæ nostro auxilio erepta fuerat à Canibalis, eam ad-  
 factus est sua lingua longiore subsellio, nobis haudquaquam intelligētibus,  
 illi plurimū applaudēs, hæc dicebatur Catharina. Tandem post multa illinc  
 abiuit, & amicitiam foedusq; rursus pollicebatur: nō defuere tamen e nostris  
 qui suggererent Admiranti, ut uirum corripere, & corruptum cædis nostro-  
 rum penas luere cogeret. Admirans uero, ut erat uir multū pensū, rem accu-  
 ratius pensitatusq; pendebat, loci & temporis rationem habens: nō enim  
 sibi per id tempus conducere arbitrabatur, ut incolarum animos ad iracun-  
 diā prouocaret. Postridie uero illius diei quo illinc rex soluit, eius germanus  
 classem uisit, & mulieres subornauit, ut sequens effectus comprobauit. Itaq;  
 nocte subsequente Catharina cum septem alijs in mare desiliit, ut superato  
 pelago ad regem cōtenderet: nostri tamen, ubi fraus apparuit, consequuti na-  
 tantes mulieres, tres tantum ceperunt: at Catharina cum tribus alijs ad re-  
 gem peruenit, qui susceptis mulieribus in interiora insulæ dilapsus est: quo  
 facto nobis rex aperuit se nostros contrucidauisse.

De uindicta occisorum. CAPVT XCIII.

Admirans igitur cognita prodicione, decreuit hominem persequi usque  
 ad regni interiora. Misit itaq; tertentum uiros, qui Marchionem insensū  
 consecrarentur. Hic ergo dum hominē explorabundū quærent, deuenere ad  
 ostium cuiusdam signati fluminis, ubi perquam celebris erat portus, quem  
 Regalē appellarunt: nam ubi ingressus est, adeo flumen se sinuat, obliquatq;  
 efficiēs multiplices recessus, & flexus innumeros, ut alter Meandrus uidean-  
 tur, nec licet sis ingressus, cognoscere queas an sis intra uel extra, quanquā in  
 ostio adeo pateat, ut sit trium liburnicarum capax: ex aduersa fluminis parte  
 mons uisitur conspicuus, qui impendio uires, & preclaris exornatur nemori-  
 bus.

bus. Ibi plitaci complures, & auitia ferè omne genus exaudiuunt suauissime alterneq; concinentia. Hunc portum interfluunt fluiui duo, & dum altius progredimur, nacti sumus eminentissimas quasdam aedes, quas credidimus regis esse eius, quem persequebatur. Idcirco eò contendimus citato gradu, & ecce occurrit nobis uiri propè centum, qui habilissima habent corpora, quicq; arcus & sagittas ferentes, toruo uultu ibant ad nos, subinde uociferantes se minime esse Canibales, sed Tarnos, id est, nobiles, ac patricos: nos uero signo pacis edito propius accessimus, & quam mutuo colloquio frueremur, protinus lædus & amicitia nobiscum iniere, nec de cætero pauentes, ad nos ueluti ad suos cõfidentissime ibant, hos munere multiplici donauimus. At nostri dũ illic agerent, domum mensi sunt, quæ diametrum habebat  $\times \times \times 111$ . passuum, erat instar amphitheatri obrotunda, huic circumquaq; adiacebant triginta alia minores aedes, in cõgnationibus pro trabibus harundinib. uerlicoloribus utebantur, mira arte textus complicatisq;. Hos patricij nostri percunctati sunt de rege Marchione, quem adseuerarunt petisse montes. Huius rei decreuere Admirantem certiorum reddere, & in primis cõlatæ necessitudinis cum uiris patricijs. Verum Admirans flagrans perniciali odio in Marchionem ad diuersas insulæ partes exploratores expediuerat, qui regè si quo modo possent corripere: nã præ cæteris quos miserat, erant duo strenui iuuenes, Ho reda, uidelicet, & Gormalanus animo inuictio, alius alia loca petès, propè omnem regionè inter se partiti sunt explorandam. Hi ergo dum uarias regiones peragrarent, deuenere ad quædam spectatissima flumina, quorũ alia ab una parte montis desuebant, nõnnulla uero ab altera deriuabantur. Is mons eminentissime attollebatur, qui aurifero sabulo cõspergebatur, & inde aurũ effodiunt incolæ hoc modo: nam actis sinistris brachijs in præcordia montis egerunt aurum, egestumq; dextra excipiunt manu, dabantq; nostris: adseuerabant etiam uidisse grana compluscula zecare, quæ allata fuere regi Hispaniarum, nam granum unum pondus erat unciarum nouem, hoc uidere complures uiri.

De flumine aurifero. & alijs rebus repertis. CAPVT XCIV.

His uisus nostri conditio ad Admirantem rediere, ut nõ recederet à præscripto: nam Admirans iusserat, ut nil aliud agerent, quàm explorare regiones nouas, & mox referre earum situs & qualitates, nec ipsi pergerent eò inconsulto exercere cõmercia, pro quãto uitam caripederent suam: accipere etiã ab incolis non longe esse in montibus regem quendam, quem Gazichium Canobam, sua lingua appellant, id est, dominum domus auri: nam boa domus interpretatur, canum aurum, & Gazichius rex. In hoc etiã flumine inuenere absolutissimos pisces, aquamq; haud insuaue. Marchio Sibilus refert apud Canibales populos in mense Decembri esse æquinoctiũ, quod ratio sphaeræ nõ patitur: addebat etiã inibi aues eodẽ mense fortificare: quum tamen ab eo sciscitaremur, quantũ eis polus eleuaretur ab oriente, reuultu Septentrionẽ non uideri, sed mergi sub arctico polo, & transcendisse custodes. Verũ ut ingenue fatear, nemo inde uenit, cui indubia fides adhiberi possit, quoniam ferè omnes expertes erant literarum, & in primis syderalis scientiæ.

De oppido ab Admirante condito. CAPVT XCVI.

Igitur is Admirans clasissis præfectus in suam & gentis Hispaniæ memoriã, decreuit urbem erigere: eo optato itaq; loco, qui Locifro dicitur, nõ longe à portu, & ut bono omine succederent cuncta, auspiciatus est à diuinis: nam primo loco ecclesiã dedicauit, cæteraq; absoluisset, ni tempus appetisset patriæ repetendæ, uel saltem prout abies pollicitus fuerat regi, ipsum de omnibus certiorum facere quamprimum. Expeditis ergo duodecim celocibus, regem protinus de compertis rebus commonefecit. Quum igitur Admirans in insula Hispania adhuc ageret, alij appellanti huiusmodi insula Offiram, quã nonnulli eam esse adseuerant, cuius commemorat sacra uetus historia libro Regum tertio, quæ patet latitudine graduum quinque australium, id est, missa

Gazichium  
Canoba

Locifron

Hispania



**A**ria CCC LX, his polus eleuatur XXVII. gradibus: in meridie aſit, prout referat, XXXII. longitudine uero, id eſt, ab oriente in occidentem, patet milliaria D. CCC LX XX. & hæc inſula ſi forma conſideret, ſolū balani, id eſt, arboris nucis caſtanæ ſimillime reſert. Statuit propterea Admirans in colle cuiuſdã montis huius inſulæ urbẽ condere, in umbilico inſulæ ab ea parte, quæ Aquilonẽ respicit, quoniã inibi uidebatur mōs altus: qui frequẽs eſt nemoribus & lapidibus aſperatur, nec non calce ſcatet plurimã, eam Medi appellant Iſſa bellam: ad radices uero montis planities eſt perquam aprica, longitudine patens milliaria LX. & lata XXII. alicubi, perãguſta tamẽ alibi milliaria VI. hæc interluunt complura flumina, quorum celebrius ferẽ præterluit urbem ad iactum arcus. Hæc igitur flumina adeo uerim irrigant regionem, ut eam feraciffimam ferẽ omnium rerum, quæ terra parens mittit, effecerint: nam in harenarum fluminum iacta ſemina protiuſus germinant: ſecimus huius rei periculum. ſecimus enim ſemina multijugarũ herbarũ, uidelicet, lactucarũ, naſturtiorum, braſſicæ, & bugloſſæ, quæ omnia ſextodecimo die germinauere: nec, ut ingenuẽ fatear, meliora his comedi unquã. Hæc nouerat Admirans etiam relatu eorũ, qui ſecũ diuerſabantur, qui & ipſum certiores fecere rerum multarũ, & in primis prouinciæ cuiuſdã auriferæ: propterea miſit illuc e ſuis triginta uiros: regio Cipagora dicitur, auro ſcatet: ubi uero redire uiri triginta, retulerunt multa miratu digna, præſertim adſeuerabant ab eo monte deriuari flumina, unum ad orientẽ proficiſce batur, aliud uerſus occidentẽ contendebat, alterum in Septentrionẽ, in Auſtrũ alterum citatiſſime fluebant. Inſula quadripartitur, pars quæ uergit in Orientem dicitur Suma, quæ occidentem respicit Atribuina, quæ Aquilonẽ Lachem, quæ poſtremo meridie contuetur Naiba dicta eſt ab omnibus.

Quomodo Admirans adliit auri minas.

CAP. XXVII.

**B**reuerat unde ſum digreſſus, Admirans urbem condidit muro præcinctam, & duodecimo Martij illinc ſoluit, ducens ſecũ pedites circiter quater centum, ac equites nonnullos, pleno gradu contendens eò ubi acceperat minas auri eſſe uberrimas meridie uerſus. Igitur ſuperatis eminentiſſimis montibus uallibusq; ac traiectis fluminibus limpidiſſimis, tandem in eam deuenit prouinciã, ubi auſpicatur Cimbaga regio, in cuius patentiſſimã plantie decurſus quidã aquarum uiſuntur, quarum harenæ intermiſcẽtur auro. Igitur Admirans ingreſſus mediterraneã inſulã ad milliaria ferẽ LX XXII. tantundẽ diſtans ab urbe quam conſiderat, peruenit ad ripas cuiuſdã ingentiſſimi fluminis, ubi collis impendio attollitur, eminẽtq; admodũ, & cibi arcem erigere decreuit, quò tutius arcana regionis ſeruari quiret, huic diu Thomæ nomen inditum eſt. Dum itaq; arcem ædificat, ad eum undiq; cæteruatim homines regionis eiũ conſuebãt, accepturi mercimonia: quorũ uoto Admirans ſatiſfaciens, ab eis aliquid auri petebat qui breuit ad eum ruſus redeũtes, plurimũ auri comportarunt. Nec id ſilentio inuoluam, granũ allatum fuiſſe auri, quod pondere onziã excedebat, quæ res effectũ, ut grati magnitudinẽ admiraremur, ſupra omnem credulitatem, quum præſertim adieciſſent, ſe adhuc proceriora grana allaturos, quæ aiebant ferẽ aliam regionem, quæ illinc itinere mediæ diei aberat, eaq; grana in culta in harenis iacere adſeuerabãt, uim auri incolis neſcientibus: alij etiam tulere fruſtula auri dragmarum decem, maiorãq; inueniri ruſum adfirmantes. Illõ igitur miſit Admirans e ſuis complures, qui minas auri diſgentiſſime explorarent, referentiq; protiuſus: qui euntes plura compererunt, quam intellexerant, quamq; unquam autumaſſent. Inter alia admirati non indigna nemora habent, quæ omnium aromatum genere ubertim abundant: uerum ea haud legunt, niſi ubi permutatũ cum conterminis quæpiam: alij uero cum quibus commercia exercẽt ſua, uafa ferũt Samia, catinoſq; ligneos, pelues, malluua, & id genus cõplura, quibus qui dant aromata proſuſ carent. Inuenerũt in menſe Mar-

Iſſabella

Onza

ij uuas præmaturas, uerum agrestes. Hæc regio licet rupibus & faxis asperetur, ea tamen uiridantes gignit arbores: tota in colorē prallum inclinat, imbrēs excipit frequētiore. Ideo inibi multa flumina decursusq; auriferi, nam quum imbrēs deriuantur à montibus, secum auri copiam maximam trahunt ad plana arua patentēsq; campos, quos interluunt, ut præfecimus, innumera flumina, eadēq; amoenissima ac placidissima, decursu haud rapido citatoq; sed segnī ac placido. Hæc loca habitant gentes ignauæ, & ferē pensi nullius: ea gens otiaur plurimum, imò ignauia torpet, algoris admodū impatiens, & quum nemora habeant bombice referta, eo tamen uti nesciunt.

*De mirabilibus comperitis ab Admirante. CAP. XC VIII.*

**E**xploratis his locis, ut præfecimus, Admirans redijt ad arcem Issabellam, ubi nonnullos è suis dimiserat: ipse uero cum liburnicis tribus profectus est peregre, nouas etiā quærēs regiones, & in primis eas quas iam eminens conspicari fuerat: nam cōtinentem credidit esse, licet comperit habuerit insulam esse, quæ milliariibus LXX. abest ab ea insula quæ appellatur Hispana, regio Cuba dicitur. Ea præterita iter direximus ad meridiē, & inde cœpimus ad occidentem nonnihil flexere: uerum quanto magis progrediebamur, tanto plus litora extendi uidebantur, terris semper fugientibus: sinuabant enim se litora ad meridiem semper, recessu & ambage multiplici, ad eò ut quum crederemus contendere in occidentem, ad meridiem tamen in dies ferebamur, terris ducentibus, ac multijugis sinibus: tandem Admirans deuenit ad insulam, quam inquilini appellant lamiam: hanc aiunt appellari ab cosmographis Lamiam maiorem, quæ magnitudine Trinacriæ superat unicum in umbilico montem habet, qui sensim leniterq; surgit, ab omni regionis latere paulatim crescit, ut uix conscendere credas, ut in accliuis solet, doctec deuenis in mediū, tunc sese attollit uertice eminentissimò, & tardiatem qua usus fuerat surgendo, emientia cōpensat: hæc insula æque fax est ac ulla in maritimis aut mediterraneis, frequens habitatore, eodemq; acerrimo ad quæq; subeunda: nam in cōmercijs acri est ingenio, ad eò ut non difficulter circumadiacentes populos excedat dexteritate. Eò ubi appulit Admirans suos in terram exponere contendeat, uerum reluctabantur illi, ac pugnatum est identidem succumbentibus insulanis, nō sine hominum strages, tamen discordias pax est consequuta. Relicta lamia flante Zephyro, septē diebus nec interpolatis, per latus Cubæ nauigauimus, in tantūq; sumus progressi, ut crediderimus uel ipsam Chersonesum aureā, quæ est in ipso oriente, attingisse: ad eò igitur prouecti eramus in altū, petentes uarias orbis partes, ut ferē totū uniuersum orbē metiti fuerimus, & ex uiginti quatuor solis horis, saltē uigesimā & alteram cōperimus: licet perpessimus innumera mala, nomina tamen D. CCC. insulis indidimus, & supra ter mille præteruimus, ubi multa erāt memoratu digna, præternauigans latera Cubæ. Et paulo supra q̄ incoepit nauigare, nactus est Admirans portum nauium capacem complurium, ibi suos cœpit emittere: qui quum terram applicuissent, tantum mapalia inuenere, eaq; uidua omni habitatore: uerum ibidem conspexere in ueribus pisces quos ad ignem assabant piscatores: at nostri piscibus uelci tostis haud dubitarunt reiectis serpentibus: qui uilis Christianis, mox delapsi sunt in montes, & inde speculabatur quid sibi uellent nostri: à quibus prouocatis, piscatores paulatim cœperunt timorem exuere, annuentibus nostris, ne paruerent. Quidam igitur audaculus in inferiorem rupē desiliuit, propius accedens, quem compellare cœpit quidā oriundus ex insula Hispana, qui à teneris in Hispania apud Admirantem altus & educatus fuerat, cuius lingua parum ab eorum idiomate differt. Hunc itaq; percunctatus est, quur fugerēt, & quæ nā gens esset, quo ue nomine regio appellaretur: cōtracta igitur necessitudine, utribusq; animi reassumptis, dixit eos piscatores esse, qui eò piscatū concesserant rege iubēte, qui alij regi cœnā parabat pontificiā opiparamq; addidit etiā pergratū habuisse plurimū, quod serpentes minime comedissent,



sent, quando quidē hi, ut affirmabant, regi ueluti delicatiores epulæ adserua-  
 bantur: quibus auditis Admirans, eos missos fecit: nam iam habebat satis cō-  
 pertū regionis mores: propterea iter suum uersus occidentē persequebatur.  
 & dum regionem percurrit ad occidentē, eam naclius est seracilliam, referē  
 tamq̃ habitatoribus domesticis: qui mox conspectis nostris ad litus descen-  
 debant panes ferentes, quibus ipsi utuntur: tulere etiam cucurbitas plenas a-  
 qua, nosq̃ ueluti amicos hospites inuitabant cordate: nos uero paulo ultra  
 progressi, uisidimus innumeras insulas, quæ primo cōspectu quæ uidebantur  
 eximie, uirentibus plenæ arboribus, & in primis ab ea parte quæ continentē  
 respicit: dum latera percurrūt, deuenere ad ostium fluminis cuiusdam, cuius  
 latices ad eō seruēt, ut in eis diutius manum immergere nequeas feruescenti-  
 bus aquis: rursus progrediētes cōperere piscatores quosdā, qui in cymbis, id  
 est, in caua arbore piscabant, qui piscē rudentibus adligauerant nauis, eumq̃  
 post se trahēt: eius forma est nobis incognita, & nisi gradusculū caput ha-  
 beret, instar anguillæ formaretur, capite gestat pelliculā quandam, quæ simi-  
 litudinē habet crumenæ alicuius: quū uero pisces uel testudines emerferint  
 supra aquam, mox is piscis solutus dimittitur ad eos, qui telo acrior ac omni  
 uolucere ocyor, conditio uibrat pellē, quā diximus marsupiu referre aliquod,  
 pisces corripit, ac retinet sua pelle implicitos, nec prius prædā dimittit, q̃ a e-  
 rē senserit, cuius est impatiēs admodū: tunc uincto rursus pisce, prædā legūt:  
 nā nobis adstantibus cepere calandras 1111. prægrādes, quibus nos donarūt  
 amice, easq̃ in cibatu suauissimo habuimus. His uisus, percunctati sumus pi-  
 scatores an latus huiusmodi longius adhuc protēderetur, & quantū in occi-  
 dentē extendetur. Respondere latus huiusmodi finē habere nullū. Illinc igi-  
 tur soluentes, progrediebantur à latere semper, litus percurrētes: hi inter na-  
 uigandum innumeras gentes cōspexere. Non longe uero à terra huiusmodi  
 quæ nunquam terminatur, uisitur insula, ibi mortalitū uidere neminem, nam  
 si qui erant in ea, fuga pernici sibi consuluerant. At canū inibi copia ingens  
 conspecta est minime latrantū, licet toruo essent aspectu. Anseres etiam ana-  
 tesq̃: insula inerrabant multiplices. Præternauigantes itaq̃ latera, Cubæ de-  
 uenimus ad quasdam angustias, ubi gurgites ac breuia prope erant infinita:  
 & ibi mare undabundum spumas effervescebat indignabundum admodū  
 seuit: mare hoc modo itinere milliariū XL. aquis albicantibus, nō aliter q̃  
 si polline conspersum fuisset. Superatis his gurgitibus, prouecti ad milliaria  
 octoginta, eminentiorem comperimus montem, & tunc lixas emisimus, quæ  
 aquā ferent lignaq̃. Eo etiā cōcessit arquita quidā, qui quū inerraret insulæ,  
 & in nemus condensum peruenisset, arboresq̃ admiraretur, huic mox à ter-  
 go affuit uir grandisculus, toga indutus alba: sagittarius credidit primo cō-  
 spectu religiosum quendam fuisse, quē in classē habebāt. uerū ubi compertū  
 habuit altum esse, actūtū alij duo uiri eiusdem habitus & stature apparueres,  
 postq̃ eos supra triginta alios uidit, quibus conspectis, mox fugā cepit: at illi  
 sequebātur, manibus annuētes ne paueret, ne ue fugeret. Sagittarius uero q̃  
 citius quiuit classē repetijt, cuncta quæ uiderat denarrans Admiranti præ-  
 secto, qui ubi hæc accepit, protinus emisit multos, qui tenentes uaria itinera,  
 prope totam insulam explorauerunt. Erant ibi arborea multijugæ, aliæ fere-  
 bant aromata, uisolas aliæ. Percurrētes itaq̃ Cubæ latera, uarias nationes na-  
 cti sunt, quorum linguam etiam incolæ Hispanæ insulæ, qui Admiratē ul-  
 tro sequebantur, minime callebant: & dum progredimur, magis ac magis se  
 sinuabant littora, modo Nothos, modo Africo flantibus, quibus ipsi impulsū  
 aliquando ferebamur prope in siccum, ad eō mare insulis est implicitū com-  
 pluribus, naues ferē pessundabantur nimia onustæ aqua, quam & madidum  
 cœlum, & refluxus pelagi conrogauerant: quare operepretiū fuit referre gra-  
 dum, & domum redire eodem itinere quo uenerant: neq̃ quempiam pauē-  
 bant, quin potius sperabant ubiq̃: & amice & honorifice recipi: quando qui-  
 dem neminem læserant dum irent, uerum ferē omnibus morem gesserant.

Mira piscatō  
 di ratio

Quomodo Admirans insulas reddidit uectigales.

## CAPVT XCIX.

Quum itaq; rediisset ad Hispaniam insulam, ubi abiens complures Hispanos patricios loco praesidij dimiserat, comperit Margaritū uirum strenuum illinc abiisse, qui prope iratus patriciorum magna concommitatus caeterua patriam repetebat: quae ubi comperta habuit, hominē illico inducūt, ut & ipse patriam reuifus, ratus ne delatus regi, principis indignationem incurreret: domum tamen contendeat sub uelamento consequenda anhone, & renouandi praesidij, licet, ut praefecimus, alia subesset causa: non prius tamen abiit, quam sibi reges aliquos reconciliauerit, qui successerāt Hispaniis ob praedas, & latrocinia illata ab eis, absente Admirante: uerū eorum ipsi regibus, quorum conspectum, ut par fuerat, minime erubuerant. Primo loco igitur sibi reconciliauit regem Guaronensium, & cum eo necessitudinem contraxit arctissimam, desponsata sorore uni ex insulanis, quem prius inter suos adnuerauerat, & habito interprete, citato gradu contendit ad id oppidum quod considerat, nomenq; diu Thomae indiderat. Hoc itaq; repetita rege quodam obsideri, & parum abfuit quin deditioem fecerit, quonia iam triginta diebus continuus obsidebatur nemine auxiliante. Liberato itaque ab obsidione oppido, regem cepit, qui bellum non prouocatus intulerat, applicueratq; animum, ut pergeret reliquos profligare reges: uerū ubi intellexit incolas ob caritate annonae fame laborare, quae iam innumeros consumpserat populos, causa famis huius reuocatur in Christianos, qui creuerant ferē omnes radices, quibus ipsi panē conficiebant Barbari. Stauit itaq; Admirans regredi. haec meditantem praefectum mox commieatus regis Guaronensij largiter iuuere: nam regio eius nondum famem passa fuerat. Reuocato igitur ab inccepto itinere praefecto, ut tutius regio coleretur ab Hispanis, decreuit arcē erigere altetram, non longe à sancto Thoma oppido in monte eminentissimo, arcem de nomine Conceptionis nūcupauit. Vbi uero incolae compertum habuere haesisse cordi Christianis, ut regione diutius potirentur, legatos undequaque mittunt, qui praefectum orent exorētq; ut suos frenet, nec ut ab eis ea patiantur, quae uix ab hostibus expectassent: nam, ut aiebant, sub praetextu querendi auri, mala innumera inferebant, & ferē totā deuastrabant regionem: adieceretq; ad haec legati, se male pendere uectigales, quam his assiduo uexari incursionibus, & quiete frui posse nulla. Conuenit itaq; inter eos, ut regi Christiano uectigal soluerent hac lege, ut incolae montium Cibanoꝝ singulo trimestri (tres lunas appellant ipsi) auri quaedam pondera ad urbem ipsam conueherent: qui uero aurum non haberent, pendere aromata & cottonum.

De regibus qui ob malefacta Hispanorum deficiuere à Christianis.

## CAPVT C.

Itaque dicti reges fame compulsi polliciti fuerāt uectigal soluere Hispanis, quoniam deficientibus radicibus, quae illis loco siliqinis ac tritici succedūt, panem sufficere nequibant, nisi intolerabili labore ferē memora omnia peragrarent: tamen nonnulli fidem datam seruauerunt inconcussam praescripto tempore, & ubi soldum praestare non poterant, excusabant pauperem, promittentes se duplum soluturos, quum ad meliorem fortunam deuenissent, nam uictu deducto, uix habebant quod soluerent. Sub idem ferē tempus qui autum è terra egerunt, inueniunt auri granum pondere unciarum uiginti, in regno non procul distante à litore maris. Itaq; loco miraculi granum huiusmodi allatum est Hispaniarum regibus inuisitissimis, idq; complures uidere. Sunt ibi etiam memora quae ferunt complura miratu non indigna, & in primis lignum ibi uisitur, quod appellant sandalum. Verum ea argutulus alius quis forte illi intempestiue obijcet, quorū celo eis onustas eo ligno in Hispanias miserit, & non auro: quum illius relati compertum habeant insulas huiusmodi auro scatere plurimo. Quae obiecta non difficulter diluere potest hoc responso



responfo, quod licet ea regio uideatur abundare auro, fi noſtris conferatur, non tamen tanta eſt copia eſus, ut onerari poſſint naues, quum praefertim illud non ſine magnis laboribus erui poſſet & corde terrae, lanquentibus etiam uiris, quos ſecum ducebat, qui otio & laſcitiue iuacabant, adeo ut quaeque deſormarent tanto parta ſudore, deſidia ac uoluptati ſupra quam poſſunt ſeruire addeſſent; quippe qui uel ſipſum praefectum moribus cotrarium perniciam illud ſo perſequebantur, effeceruntque ſuis moribus, ut Barbari, qui ſua praenatura exleges ſunt & infrenes, magis ac magis efferantur, proſiliſſentque de genere rantes ab omni probata uita; perinde ut uſque in hanc diem expenſae ſuperent lucra: tamen hoc anno qui milleſimus & quingentelſimus primus eſt, bimeſtri legerit ſupra duodecim mille libras auri, libra uero penſatur uncijs octo, Lucra ſunt etiam alia complura, quorum mentio fiet in ſequentibus, ſuperis fauentibus: Et ne digrediamur a propoſito, id noueritis, eo anno tantam uim uentorum fuiſſe, ut illae arbores prope eradicaerit omnes, eaſque in ſublimate iacebant, ut uiderentur caelum ipſum coringere: inuertit etiam tres liburnicas Columbi, quae erant in portu, adeoque mare inundauit, ut ſupra menſurae brachij tota ſtrigauerit inſulam. Fuſus igitur diluuij cauſam barbari reſiciebant in Chriſtianos ob piacula & ſeclera, quae patrauerant, quique inturbauerat eorum quietem: adſiſcebantque nemine eſſe tam longeuum, qui meminifſet tantae tempeſtatis, quae nec ſimilem uita eſt, nec habere ſequentem. Itaque Admitans, ubi portum applicuiſt, protinus iuſſit fabricis lignarijs, quos optimos ſecum habebat, ut celoces duas fabricarent.

De arce extruſta apud milium auri. CAP. CI.

Interea Bartholomaeum germanum ſuum, quem iam inſulis praefecerat, cum nonnullis expeditis copijs ad effodiendum aurum miſit: nam hi quos ſecum irabebat milites, erudendi aurum metallorumque probe nouerant artes. Diſta hi mores unde egerit aurum, ab Iſabella inſula leucis ſere LXX. interque alia eorum monuit, ut diligentius loca explorarent. Igitur dictus Bartholomaeus profectus eſt imperator: ſiue, ut aiunt, ipſi Andelanitadus, coeperitque ualidissimas foueas, ac ſpecus altiſſimos, eoſdemque ueuſtiſſimos: unde adſeuerat Salomonem ſuos theſauros eruiſſe, ut eſt in diuina ueteris hiſtoria: artifices qui aurifodinas erant exploraturi, coeperunt terram egerere, & iam ſuperficie teluris eruerant, quum mox compertum habuerunt aurifodinam huiusmodi pretendi nimis ultra milleſarta & VII. in eaſque tantum auri effodi poſſe rati ſunt; ut quilibet artifice ſingulo die uncijs tres eruerere non difficulter poſſet. Cuius rei ſilico Bartholomaeus certior fecit Admirantem qui ubi hec accepſit, decreuit rursus in Hiſpaniam redire: uerum prius non abiuit, quam inſulae ſtrem ſuum praefecerit, & illinc ſoluit ingrediente Martio, M. CCCC. XCV. patriam repetens. Interea Bartholomaeus ut monitis fratris audiret, arcem condidit, quam appellauit Auream: quoniam dum conderent eam, inuenta eſt harena auro mixta: trimieſtri abſoluit opus: cuem perat uaria instrumenta auri erudi fabricare, uerum fame graſſante nequirit perficere. Soluit igitur inde, diſmiſſo praefecto uirorum decem, qui arcem cuſtodirent, prodiſſo ne fame laborarent, diſmiſſo cane ſagace, qui cuniculos ueniretur. Itaque illinc abiens, deuenit ad inſulae Coceptionis eo meſe, quo Gutarionexius & Nanicantexius ueſtigal perideae tenebantur: & tributis exactis ab his duobus regibus, pro uſſoſque de annonae, quae ſufficeret itinere pro ſe ſuisque, qui CCCC. erant, uentis uela dedit Hiſpaniam uerſus:

De comitatibus miſiſi a rege Hiſpaniarum, deſque eius praepro.

CAPVT CII.

Igitur circiter initium meſis Iulij celoces tres onuſta ſere omni genere comitatuū applicuerunt inſulas, ubi noſtri fame laborabant: uehebant enim uita, oleum, carnes aprygnas, bubulaſque ſaltas, necnon inſula, & facemina, & id genus alia complura, quae mox partiti ſunt ſingulis, ut unuſquique ſuam haberet portionem. Erogaui igitur comitatibus, regia promunt mandata;

uidelicet regem iubere ut eas in insulas colant, quæ meridientem respiciunt, ubi aurum egeritur, omnesque insulas accolat & reges, quorum insidijs nosiri occupauerant, in Hispaniam transmittant. Quare ut regio obsequerentur mandato, mox corripere ceteros viros, regesque eorum, & in Hispaniam miseret, deinde de colere coeperit eam insulam partem, quæ respicit meridientem, & ibi in colle eminentissimo arcem construxit, non longe à portu celeberrimo, arcem appellant dñi Dominici, quosdam die dominico eò peruenient: portum prædictum interluit eximium flumen, quod innumeris piscibus scætat, quosdam nauigantes uehit placido alueo, prope ipsam arcem ad duodecimum lapidem. In arce uero Isabella ualeudinarij milites caufarijque dimissi sunt, nec non fabri lignarij nonnulli, qui celoces duas fabricarent: ceteri uero contenderunt ad arcem dñi Dominici: qua erecta, illi præfecit uiros uiginti. Et soluens illi linc, uersus occidentem profectus est.

Quando Columbus comperit suos perisse.

CAPVT CIII.

Igitur inter nauigandum deuenit ad flumen Nayba, quod ab memorata habet insula milliaria ferè centum & uiginti, deriuaturque ab montibus Cibanis, qui meridiem respiciunt. Flumine traiecto, nonnullos præmissi exploratum regiones quasdam uersus Austrum, ubi ingentissima sandalij nemora conspiciantur. Exciderunt itaque huiusmodi sandalij struem maximam, eamque deposuerunt apud quosdam tandem, donec redirent, & suis liburnicis asportarent. Dum igitur præfectus latus dextrum percurreret, non longe ab Nayba flumine, inuenerunt regem quandam præpotentem, qui illis populis bellum inferèbat, ubi prædicta nemora uisibantur, decreueratque prius à bello haud desistere, quam suæ fecisset ditionis. Huius uero regis regnum est in cornu cuiusdam insulæ ad occidentem, Saragna dicitur, & distat à Nayba flumine leuicis triginta: regio asperatur montibus, regis huius circumadiacentes reges tributa pendunt parentis, ut principi supremo. At præfectus nositer alloquutus est regem huiusmodi, persuasitque ut sponte uectigalis fieret, à quo non diuulter impetravit, ut annis singulis tributa pendens, cotoneum & canabim mitteret, & alia nonnulla, quibus eà regio abundat: aurum uero ibi non nascitur. Itaque rebus pacatis compositisque, concordēs unà regem addeunt, à quo honorificentissime excepti sunt, effusa omni plebe, quæ illis occurrit hilaris admodum & iucunda. Inter cætera hoc genus ludicri in gratiæ præfecti actum est. Primo aduentu occurrerunt adolescentulæ triginta, quæ tantummodo pudorem cooperterant panno cotorto suo more, cætera nudæ: hunc morem seruant pedis que cosmetæ: at hæc nudæ prorsus incedunt. Igitur prædictæ ramos oliuarum manibus gestabant, & ubi appropinquabant præfecto, in signum foederis pacisque, illi ramos porrigebant: capillos uero promiserant per humeros, uittata fronte ambulantes: colos ipsa erat cyaneus, id est, nigrescens uiridis: uerum pulcherrimæ sunt, si omnem corporis habitudinem spectaueris, quod profecto his erat habilissimum symmetricumque. Postquam uero his iocis exceptus est, dispositis lectis discubitorijs, cœna paratur opipera. Demum itur cubitum apparatu sanè regio. Postridie uero eunt in domum quandam patentem, quæ theatrum referebat, & ibi ludicra exercere compluua, ut sunt tripudia & alia id genus. Post hæc dug hominum acies comparuere, hinc & hinc atrox prælium committentes: nam adeo acerrime digladiabantur, ut hostes uiderentur, & utrinque ceciderunt multi: pluresque occubissent, nisi rex annuisset, ut temperarent à manibus. Arma erant tela, arcus, & sagittæ.

Quando reges qui desinebant rursus succumbunt.

CAPVT CIII.

Illinc itaque tercio die soluit, & rursus Isabellam insulam uisit, ubi comperit suos uita functos: nam ferè ducenti occubuerant uarijs affectu agri tudinis: bus: quæ res adeo Columbum moestitia ac dolore affecit, ut prope de expecta-

tionem  
ca: H  
comm  
ad iac  
stru  
longe  
ad mi  
millia  
Conc  
num  
mora  
figal  
ducer  
spirar  
turi e  
rum q  
de ha  
pitq;  
ne ma  
prælia  
  
A  
D  
iter ag  
pus u  
qui tu  
sem p  
dixit  
uelle  
tè uer  
clenu  
gnific  
flant  
ferè C  
ut pro  
halab  
num c  
grant  
uig d  
tem o  
tius c  
indies  
line a  
hæc si  
quosp  
nos ad  
ad id  
tus fen  
uenit  
uenti  
quæ n  
gnou  
bant l  
res: q  
ad iac



tionē desperaverit: & id in primis hominem angebat, quod uide licet libertatis  
 cō Hispaniā uelientes annonam apparebant nullā, & iam pridem caritate  
 commeatum premebantur: tandem decreuere agros partiti per loca mari  
 adiacentia, inter Illabellam & sanctum Dominici, secus iter, quod inter Au  
 strum & Aquilonē uisitur, & ibi ceperunt condere noua oppida, & primo  
 longe ab Illabella, milliaria ferē xxxvii. arcem Spei construxerunt. Post eam  
 ad milliaria propē xxxiiii. arcem erigunt diuā Catharinā. Ab ea uero ad  
 milliaria ferē xxx. arcem condunt diuā Iacobi. Post hanc autē edificat arcē  
 Concepcionis. Interq; eam & diuā Dominici erecta est alia, quam Bonū an  
 nūm nuncupauerūt de nomine Ferdinā regis. Collocatis itaq; agris in me  
 moratis arcibus, ipse ad oppidū diuā Dominici contendit, & illic e regis ue  
 stigalibus accepit tributa. Dumq; diutius inibi immoratur, Hispanis uitam  
 ducentibus per mille latrociniā, ac rapinas, complures reges deliciuere, con  
 spiraruntq; ferē omnes in Hispanos: & quā quadam die conuenissent, para  
 turi expeditionē in nostros, Guarionexiū praeficiunt exercitui, qui nume  
 rum quindecim millium hominum excedebat. Verum praefectus noster, ubi  
 de hac re certior factus est, mox eos diligentia & sollicitudine praecauit, ce  
 pitq; ad unum omnes profligare, ueluti manum tumultuariam, nō tamen his  
 ne magno sudore ac labore, ac magnis periculis, utpote qui cum Barbaris  
 praeliabamur. Monet Admirans, ut his omiſſis ad eum redeamus.

*De nouis insulis, ex gente multiplici comperitis ab Admirante Co*

*lumbo. CAPVT. CV.*

**A**dmirans itaq; Columbus die xxxviii. Maij, m. ccccxcviii. sol  
 uit à Barameda oppido non longe à Cades cum liburnicis octo onustis  
 iter agens uersus insulas Fortunatas, prout consueuerat. Verum per id tem  
 pus uisum est conducere plurimum, si illac iter faceret ob nonnullos piratas,  
 qui tunc mare infestabāt. Illinc uero ad Mederā insulas tōtendit, & ibi clas  
 sem partitius est bisariam: nam quinque naues ad insulā, quae dicitur Hispana,  
 direxit, reliquas uero secum retinēs, uersus meridē pergit, destinans animo  
 uelle lineam aequinoctialem tandem aliquando superare, & inde ad occiden  
 tē uergere, ut ferē omnia scrutaretur, ea in primis, quae Christianis siue ha  
 denus inaccessa in cognitaq; la enim erat uir alto animo celsosq; nec nisi ma  
 gnifica aggrediebatur, & tandem peruenit ad Caput uiride. Indeq; soluens  
 flante Austro maria sulcabat, & quum in altum prouectus esset ad milliaria  
 ferē cccclxxx. in quandā deuenit regionē, ubi adeo sol torrebatur omnia,  
 ut propē ipsa classis conflagraret, uisq; omnes aestu magno quasi animā ex  
 halabant: nam impellente calore dolia complura crepuere, effusumq; est ui  
 num oleumq; simul, quū id eis usu euenisset in exortu caniculae, quo conflag  
 rant propē omnia. In his itaq; caloribus per octo dies uersati sunt, non sine  
 uitae discrimine: penituit eos sepe numero has partes adiuuisse. Transactis au  
 tem octo diebus, flante uēto Fauonio, iter uertūt ad occidentē, rati clemen  
 tius caelum nasci se posse, & accepto in puppi uento, citatissime cōtendunt,  
 indies clementius caelum salubrioremq; aërem nacti: nam tertia die postq; il  
 line abiterant, compererunt tantam temperiem aeris, ut si priori conferatur,  
 haec sit proflus felix & fausta. Ultima uero Iulij e specula eminentiori nostrū  
 quispit amnis tellurē conspexit, id est, montes editissimos: quae res tanto  
 nos aspersit gaudio, ut propē gestiremus, exiliremusq;: quādoquidem usq;  
 ad id tempus nos nostrae uitae tadebat plurimum: nam deficiebant commea  
 tus ferē omnes, calore dolia crepuerāt, & uitā propē desponderamus; ut us  
 uenit aliquando à morte parum distantibus: tandem aliquādo superis fa  
 uentibus, terrae appropinquamus, uerim non appulimus ob breuiā quaedā,  
 quae mare procellosum reddunt, faciuntq; ne ad litus tuto accedas, tamē co  
 gnouere terrā cultam esse, & habitari frequentissime: nam e classe conspecta  
 hanc locorum amenitatem, praeta praesertim uirētia, inq; eis innumeros flo  
 res, qui sua uitatem fragrabant inenarrabilem, ut uel ad ipsam classē minus

odor perueniret. Illinc soluentes ad  $xx$ . miliaria portum hanciscuntur absq. fluminis, aliò quin optimum: propterea inibi haud immorati, ultra progrediuntur, & mox altum comperiunt portum stationemq. peropportunam: eò itaq. proficiscuntur cœcissime, ut aquæ nonnihil haurirent: portum appellat Charanzæ, Cuspidem accolat: prope portum nullæ erant domus, uerum animalium cœplurium innumera uestigia. Postridie uero eminens conspeximus caneam citatissime adueniantem, id est apud eos cymbæ genus: in eaq.  $xxii$ . iuuenes sagittis prope onusti, gestantes clypeos, pudore tantò cooperto, hætera nudi: nam pudibunda inumbrauerant bombycino panno, capillumq. admodum promissum habebant. Hos ubi Admirans conspexit, nutu & signis quomodo cūq. quibus, inuitat probò eaq. ad mutua colloquia. Illi uero quanto magis accersabantur, tanto minus nobis fidebant, ueriti semper ne fraus subellet quæpiam. Paulatim discedentes à cōspectu nostro, & subinde post terga respicientes, demirabantur ritus nostros, formam corporū hætenus eis inuisam incomperantem. Videns itaque Admirans minime allicere posse hos uiros nutibus neq. inelamationibus, decreuit eorū feritatem lenire melodia aut concentu aliquo. Mandat propterea existētibus in specula eminentiore, ut musicā multijugam excitet, choraules, uidelicet, & tibicinēs, ac id genus alios moneant, ut concentum efficiant non mediocrem, quo alleciti barbari propius accedant. Hi uero ubi audiuerunt constrepētēs tibias, rati sunt belli signum esse, ueluti si ad arma conelamatum foret, expeditunt arcus sagittasq. bello se præparantes: & quoniam mirum in modum fidunt suæ pernicitati, condicio deserta matore canea, cymbam minorem ingredituntur, ut fuga sibi consulereint ut remorū adiuti: tamen tantū eis appropinquauimus, ut quidam e nostris iecerit in eorū cymbam prætextam & birretum: quo facto conuenit inter eos, ut litus appellētes mutuo fruerentur colloquio. Dum igitur præfectus ite ad Admirantem, impetraturus commeatum egrediendi classem, illi rati rursus ne sibi imponeretur, effusissime fugerunt. Igitur nihil aliud de populis huiusmodi cōperti habuimus. Et post hæc illinc abiuimus, & non longe prouecti, deuenimus ad profluentem quandam adeo rapidissimā, ut Admirans, qui à puero assueuit mari, confessus sit ingenue se non tantundem pauillè formidauisseq.: nam deriuabatur is profluens ab oriente, petens occidentem gradu citatissimo. Eo itaq. prope superatò, paulū progressi, deuenimus ad quoddam ostium, quod uidebatur ad portum quempiam nauigantes admittere, eorū proficisceretur profluens, interq. ostium & altum profluentem sinus est ad potandum suauissimus, unde aquæ plurimum haurimus: post quem aiunt semper aquas suas ad leucas uiginti lex inuenisse, & quanto magis appropinquabant occidenti, tanto plus ubertatis suauitatisq. aquarum nacti sunt. Deinde deueniunt ad montes quosdā eminentissimos, & eò accedentes uiderē prædia culta admodum: uerūm hominibus domiciliisq. uacabat regio, & ab alio latere montis occidenti uersus uisitur planticis maxima, explorauimq. habuere regionē nuncupari Pariam, esseq. pergrandē, nec raro habitatore. Inibi igitur pilotas accepimus itineris duces quatuor, quorū ducatu una die ferè prætereunt sunt insulam, cuius amœnitate alleciti terræ magis appropinquant, & insulam explorantes inuenerunt frequentiorem hominum numerum quam unquā alibi nacti fuisset, & in primis reges qui Cachi dicuntur, quos continuo ad Admirantem legatos mitunt, se suaq. ultro offerentes, enixe deprecantes eum, ut continenti attingens, fructus bonis pro arbitratu non dedignetur uerū Admirans his minime assensus est. Illi uero ut hominem sibi demerentur, postridie innumeras cymbas exornari iubent, quibus patricij primores que ueti fastu non mediocri ad Admirantem contenderent, torquibus aureis baccisq., ac armillis decentissime honestati insignitiq. Hos nostri incipiūt peruncuari amice, unde tantum auri eruerint, & ubi margaritas legant: at illi illico respondent nutu, uniones reperiri in harenis matris sibi contermini: significantes rursus nutibus

Cachi

nutibus  
prece  
tante  
tristit  
nia in  
perqu  
gion  
sunt e  
saluta  
irent  
suocq  
ducut  
sunt f  
feder  
genus  
uina e  
expro  
demq  
pud f  
lieres  
lori co  
tus re  
Clari,  
bant i  
clisi p  
ubi (u  
bant i  
B  
I Taq  
fed r  
prop  
igitur  
triticu  
di eò  
riunt,  
rea ui  
tis uac  
comp  
fecus r  
geten  
dam f  
autē p  
riden  
gis uie  
fluitar  
coeli  
bus di  
citi),  
spana  
propo  
dem e  
lurem  
exitur  
sus Ac  
uigeli



nutibus uim maximam baccarum inueniri inibi: uerum uix esse apud eos ita pretiosas, utpote qui ferè nihil eas pendunt. Has igitur raras opes subinde ostentantes nostris offerebant, modo nonihil illic comorarentur. Verum quoniam triticum classis satisficere incipiebat, uisum est conducibilis, si hæc mercimonia in aliud tempus dilata forent: mittunt tamen è suis nonnullos, qui terram perquam diligenter explorent, mores ac ritus acolarum, necnon suum regionis. Profecti sunt itaq; eò è nostris quidam, qui ab eis honorificentissime sunt excepti, & quidè honorificentius quàm unquam autumassent: nam ad eos salutari accurrebant accolæ certatim cæteruatimq;, non secus quàm si uisum irent nutem quodpiam: eos itaq; primo duo patricij excipiunt pater & filius, suorumq; more consalutant, & mox consalutatos ad domum instar theatri factam ducunt. Ante eam autem platea conspicitur grandis admodum, & eò allatæ sunt sellæ cõplures, fabricatæ ex ligno nigricante, & quidè faberrime. Confederunt ergo omnes, & illico erupit adolescentum cæterua, ferè fructus omne genus uberrimos nobis prorsus incognitos. Posthæc cenophori subsequuntur uina electissima propinantes, quæ fulua, tum etiam rubicundior: neq; id uinum expressum uuis aut racemis erat, uerum ex fructibus baccisq; multijugis eisdemq; suauissimis: uitæ non habent uiniferam. Vbi itaq; comestati sunt apud senem, in nati iuuenis mox diuertunt ædes, ubi cõplures uisabantur mulieres adolescentulæ formosæq; admodum, quæ bombicino panno uersicolori coopertis tantum pudibundis, cætera sunt nudæ, & hæc hominum conuentus refugiunt, solitaria uitâ degentes. Hos igitur uiros cœpere nostri percussari, unde tantum auri erueret. At hi quibus pro sermone nutus erat, inuebant id è montibus quibusdã egesti esse, nec tutò nos eò per id tempus proficisci posse: quandoquidem prout colligere potuimus ex eorum nutibus, aut ibi sunt fera quædã animalia, aut anthropophagi Canibali, qui môtus obseruant infensit: id nobis permolestum fuit, nam alter alteri haud intelligebat.

De reuictu Admirantis ad insulam Hispaniam. CAP. CVI.

Itaq; nostri illic immorati sunt ferè usq; ad meridiem, tempus nõ colloquij, sed nutibus terentes: tandem ualedictio eis illinc abeunt non indonati, nam propè quicq; illorum donatus fuit baccarum torque non contemnendo. Hos igitur Admirans saluo excipit in classem, uelacq; uentis dedit occytime: nam triticum, ut præfecimus, nõ patiebatur moras ulteriores: hærebat tamen cordi eò rursus redire. Progredientes igitur indies minus profunditatis comperiunt, ad eò ut uix mare capax esset liburnicarum aquis deficientibus: propterea uisum est expedire plurimum, si præmitteretur celox quæpiam, quæ conuis uada exploraret, & subsequenti classi iter prepararet. Dum ergo diebus complurculis cunctantur, pauideq; maria sulcât huiusmodi, rati esse insulam secus quam adnauigabant, ut demum eam circumuecti Aquilone flante, uergerent ad Hispaniam insulam. Igitur inter nauigandum deueniunt ad quoddam flumen, cuius altitudo mensuram triginta cubitorum excedebat: latitudo autè propè immensa credebatur, ad eò ut supra leucas  $\times\text{x}$ . pateret: inter meridiem & occidentem decurrit, licet ad eò sinuet, ut ad meridiem inclinare magis uideatur: mare illic implicat herbis, perinde ut uix sulcari queat nauibus fluitantibus feminibus herbarum instar lenticularum. Ibi refert Admirans cœli esse usquequaq; clemens saluberrimumq;, & ferè toto anno pars noctibus dies esse, ut sit sub ipso æquatore: ubi itaq; animaduertit sinum esse implicitum, & uix exitum habere, præsertim uersus Aquilonem, ut ad insulam Hispaniam remearet, naues uertendo, facit ut prora puppim cõsequatur, ordine præposito, eà igitur agens, quæ ingressus fuerat: & herbas frequentiores tandem euasit, dirigens gressus ad Aquilonem: non de sunt qui affirmant eam telurem continere Indiam esse: utcumq; fuerit, id Admirantem lauiti, qui terræ exitum nulsquam nactus est: propterea gradu relato, fauentibus superis, uersus Aquilonem nauigans, tandem aliquando ad insulam Hispaniam deuenit uigesimo octauo Augusti,  $\text{M. CCCCXCVIII}$ . prout instituerat.

De

De discordijs reperitis in insula Hispana. CAP. CVII.

**V**bi igitur Admirans appulit insulam Hispanam, nactus est ferè cuncta contusa, & in primis comperit Orlandum quendam alumnum suum de sciuisse, qui asylum improbis omnibus aperuerat. Hunc igitur admirans totis conatibus nixus est sibi reconciliare: uerum is nedum recõciliari uoluit, sed & regi serenissimo grauius de Admirante conquestus est literis quibusdam, huius ferè tenoris: Nouerit V. regia M. nos iam pridem passos fuisse ab Admirante, Bartholomæoq; fratribus, quæ ab impijssimis hostibus nusquã expectauisset quispiam, nam præter illud quod sunt omnibus sceleribus ad dicti, uacantq; omni honestate. Id plus etiam habent, quod uiri truculentissimi, pro re quac; minima ueluti uitæ necisq; nostræ potestatem habentes, in homines seuiunt atrocissime, & nullus est innocentia; tutus locus, eis est im pune occidisse hominẽ: uiri sunt & iniusti, & arrogantes, inuidiq; plurimũ, & ambiunt supra modum quæ sibi haudquaquã conueniunt. Propterea rex serenissimus, quum in nos grassarentur ueluti in pecudes, ab eis desciuiumus, quoniam nimium sunt sanguinis humani appetentes, & uestrum imperium subuertere cõtendunt, nihil relinquentes intentatum, ut insula potiri queant aliquando: & hoc erit uobis non obscurum argumentum, quod ubi esto diendum est aurum, emendum uerò, neminem ad aurifodinas admittit præter suos complices & alumnos, quos habent suorum scelerum consiliarios. At Admirans in hanc ferè sententiam regi scribit Rex serenissime, ne uos horum uirorum scelestorũ impura natura lateat, uobis testatissimum fiet, hos hic iura omnia diuina pariter & humana contempsisse: uitam nanq; agunt impurissimam, per cedes, supra, ac rapinas se exercentes: qui ueriti ne horum interdum penas luerent, desciuerunt ab imperio regio, uoluptati, delictis, ac libi dini supra q; scribere possim, dediti: qui ubi laxiori otio proficiunt, corpora exercent inter humanas cedes: nam uoluptas apud eos ducitur maxima, hominem patibulo suspendere. Interea dum maledictis & probris mutuo contendunt, rex quidam, quem appellant Cigianorum, desciuerat ab Chriftianis, quiq; exercitum sex millia hominum secum trahebat, præter sagittas & arcus inermẽ: nam nudi incedunt, etiã exeuntes ad bella, corpora uero notis compluribus inurunt, compunguntq; sigmatibus à uertice usq; ad pedum plantas. Hunc igitur post uarias interurbationes ueluti tumultuariam manum fudit, ac protinus subegit, subactumq; reddidit uestigalem.

Quomodo Admirans falso delatus regi missus est in Hispaniam uinctus ueluti captiuus quispiam. CAP. CVIII.

**I**nterea reges Hispaniarum ex utriusq; literis certiores facti sunt controuersia & uelitationis suorũ, qui insulas præsidij causa incolebant. Igitur ægerferentes quæ referebantur utriusq;, quum præsertim in tanta auri copia nihil adhuc emolumenti susceptum esset, grassantibus inter se suis: decreuerunt his quamprimum occurrere: propterea uirum strenuum dictis insulis præficiunt, qui eõ contendens nemine excepto, animaduerteret in reos quoscunq; que, aut in Hispaniam mitteret puniendos. Profectus est igitur gubernator, a rege accepta persona, & ubi delatoribus aures præbuit, mox ab inuidis Admirantis subornatis, Admirantem & germanum uinctos in compedibus ad reges misit: qui ubi Gades applicuere soluti sunt, & ultro sese conspectui regio præsentarunt, inq; regum regia splendidissima usq; in diem præsentem non inhonori degunt.

De insulis inaccessis, & uarijs moribus. CAP. CIX.

**P**ostq; Admirans eo infelicitatis deuenit, ut regum indignationẽ incurrit se uideretur, cõplures è suis alumnos, qui sulcandi maris probe nouerant artes, decreuerunt inter se irruocabili proposito, ut sese fortunæ cõmittentes, orbis partes adiret hæctenus inaccessas: & moestissime ualedictio Admirantis, imperatorq; ab eõ comæatus, sua impensa liburnicas quasdam expediunt: alij alias petentes orbis partes, ea lege, ut nemo eorũ ad quinquaginta leucas illis

locis



A locis appropinquare ubi Admiras fuisset. Igitur Petrus Alonfus dicitur Nig- Petrus  
Alonfus  
 ger, celocē cōmuniuit suis impensis, decernēs ad meridiē contendere. Dum  
 itaq; adnauigat, peruenit ad id loci qui dicitur Parias, cuius in superioribus  
 cōmeminimus, ubi baccas margaritasq; multiplicēs Admirans inuenit: & ut  
 à præscripto regio non discederet, locū prateriuit, nusquam appropinquans  
 ad leucas L. Illinc itaq; soluēs, deuenit ad prouinciā, quæ Curtana dicitur,  
 ubi portus uisitur nō absimilis illi qui Cades appellatur. Ingressus igitur por-  
 tum, uisit uicem non mediocrem, domorū forte LXXX. & propius accedens,  
 nactus est uiros quinquaginta nudos, qui eum locū minime accolebant, ue-  
 rum illinc ad tertiu lapidem oppidum habebant, cum quibus cœpit cōmer-  
 cia exercere, complura permutans: nam pro mercibus quibusdam, ut sunt az-  
 cus, & sonalia, licet nō nihil reluciat fuerint, unionū uncias quindecim con-  
 sequuti sunt: hos enim appensos collo habebant. Postridie illinc soluit, & ad  
 uicem minorem rediit: quō cum deuenit, omnis populus effusus illi obuiam  
 profectus est, rogans enixe, ut continentem attingens secum moram longiū  
 seculam traheret. uerū Petrus Alonfus, ubi conspexit tantam hominum tre-  
 quantiam, nam supra triginta tres uiros celox minime uehebat, timuit ne si-  
 bi male succederet cum gente barbara, propterea nutu & signis innuebat az-  
 colis, ut si quæ emere uellent eō contenderent, se haudquaquam descensurū  
 adfirmabat: quare his uicis ac colæ lembis quibusdam uecti ad celocem con-  
 tendunt onusti unionibus & baccis, qui cœpere cum nostris mercimonia  
 exercere, & pro nonnullis uilissimis mercibus dederunt libras ferē quinquā-  
 ginta unionum. Postquam autem Alonfus Niger comertum habuit gentē  
 huiusmodi minime feram esse: nam per xxx. prope dies illic immoratus, quū  
 eam comperit nihil feritatis habere, statuit in terram descendere, & huic gen-  
 ti fidere humaniori. Igitur ubi terram tenuit, adeo honorifice exceptus est,  
 ut id uix referre queam: domos habent ligneas, & pro imbrice palmarū fo-  
 lia habent, his regunt omnia: in cibatu ostreas habent gratissimas, & illorū  
 complures legunt uniones, apros, lepores, columbos, turtures abiam habēt:  
 mulieres uero aneres saginant & anates, ut nostræ. In eorum memoribus ui-  
 suntur pauones innumeri, à nostris nihil absimiles, si pennas species: mares  
 pau uix differunt à foeminis, falianis regio scater: aecolæ sagittandi sunt peri-  
 tissimi, quamcūq; rem pro scopoposuerint, nusquam aberrant. Ibi igitur A-  
 lonfus cum socijs lautissime multis diebus uixit frustum panis pro clausis fer-  
 reis quatour consequebantur: pro uno clauo falianos, columbos & turtures  
 etnebant: loco pecuniæ corollas uitreas dabamus & acus: percunctabamur  
 quandoq; eos, quur tanti facerent corollas huiusmodi, id est, ferta uitras, &  
 acus: respondebant quod eis compurgant dentes, euelluntq; sentes e pedi-  
 bus, quoniam nudi usquequaq; incedunt, propterea magnificiunt acus, &  
 in primis magni pendunt sonalia: ubi uero introrsus prouecti sunt, conspex-  
 re condensissima nemora, uarijsq; quadrupedum mugitus reboarunt, adeo ut  
 coelum ipsum intonuisse uideretur. tamen rati sunt ea animalia minime fera  
 esse, argumento quod aecolæ intrepide nudi nemora lustrant, solis arcubus  
 & sagittis cōmuniti: pro arbitratu apros in promptu semper habent, mitiora  
 armenta habēt nulla, ut sunt boues, capræ, & pecora: uiri nō sunt absimiles  
 illis, qui insula in colunt Hispanam, capillum nigrū promittūt, illumq; quasi  
 more Theutonico calamistratū serunt: ut autem dentes habeant albicantes,  
 herbam quandam assiduo elitant ruminantq; tritā expuunt, moxq; abluunt  
 latice: eorū mulieres colunt curantq; rem domesticam, at uiri uenatu exercēt  
 corpora, tripudijs ac fere ludicris omnibus usquequaq; insilites: uasa Samia  
 habent cōplura, que aliunde eō cōportantur: siglinas tabernas ipsi nesciunt,  
 mundinas habent & emporia, eorūq; confluunt ferē contemini finitimis om-  
 nes, uarias multijugasq; ferētes merces, prout cuiusq; solum gignit: pecuniā  
 eis haud est in usu, cuncta uenduntur emuntq; permutatione rerum, non  
 signata pecuniā: aues mansuetas, & eicurata animalia circunserunt ludi-

cri causa, eaq; exornat torquibus unionū baccharum ue, necnon auri, ut apud nos mos est colla canum torque quapiam condecorare. Ea regio non fert aurum, importatur aliunde, idq; consequuntur suarum mercē permutatiōibus, & excuduntur Germanorū nummi aurei, quos Rhenenses uocant. Viri loco foemoralū utre utuntur: itidem mulieres agunt, uerū hæ perrarō exēst, domi se cōtinentes: cōpērent nostri uiros huiusmodi percunctari, an longe ab ea regione essent maria, an forte regio in immensum protenderetur. Responderunt se id nescire, uerum credidere nostri eam regiōnē non insulā sed continentē, quandoquidem ad eū scātet omni genere animalū, ut non sit absolum credere continentē potius esse quā insulam: quum præsertim per id latus uersus occidentē nauigauerint ad millaria propē mille, nec tamen terminus repertus est quīspiam. Demū sciscitabamur ab eis, unde tantum auri haberent: pro responso habuimus, id erui in regione que dicitur Canchiet, que ab eis ab eis itinere sex dierum occidentem uersus.

## DE GENTIBVS VARIIS, LOCISQVE

INNUMERIS AB ALONSO REPERTIS. CAP. CX.



**N**o igitur Alonso Niger proficisci decreuit, & tandem prima Nouembris M. D. Canchietem regiōnem applicuit, quem ut uidere accole, mox exuto timore, cōmercij causa honorifice excēperūt, ferentes quicquid auri per id tēpus habebant: parum quidē tulerunt, uerū obryzum, defecatumq;. Regio abundat pitacis, temperatq; est incredibiliter nam mense Nouembri multus ibi algor, & rursus in æstate nullus æstus, torret plagam huiusmodi, temperata est regio admodum: id hominū genus sincerū est, & similitatis nullius, fidunt cunctis, lædunt neminem. Ibant ad nos uecti lembis & cymbis suo more fabrefactis intrepide, non cū præsertim, non aliter q̄ si proprias ades frequentarent: id habent tamen, quod zelotypia plurimum laborant: quū nos ad eunt, mulieres domi dimittunt: bombyce scātet regio, quippe qui suapte natura gignitur, colente nemine, eo subligacula conficiunt, quibus occultant inguina. Tandem illinc solue, & progredientes itinere dierū decem, nacti sunt regiōnē amœnissimā, ubi erant coplura oppida, flumina, uiridaria, adeo ut spectatiorem nusquā locum uiderim: eo igitur ubi accedere uoluimus, mox apparuerē ferē duo milia hominū, qui suo more arcus & sagittas gestabant loricasq;, litus per quā diligenter obseruantes: hos cōpimus nutibus, signis, & inclamationibus ad amicitiam & fœdera prouocare, uerū nusquam adduci quauerunt, ut nobiscum inirent fœdus, uidebantur magnam rusticitatem, imō serocitatē quandam præ se ferre: quamobrem credidimus syluestres esse, corpora tamen habent habilissima symmetricāq;, colore ad nigritudinem inclinato, in uniuersum macilentia. Quare Alonso Niger iam repertis contentus, statuit referre gradum, & patriam uersus eā rursus transire quā uenerat.

Quomodo Alonso patriam repositi consuetus bacchi & margaritis, & quomodo congressus est cum Canibalis. CAPVT CXI.

**I**gitur relato gradu Alonso ad nauigans deuenit in eam regiōnem quæ Cichiana dicitur, ubi innumeri sunt uniones, & illic immorati sunt XX. dies, ut fessa foueret corpora: & priusquā eō deuenissent, non longē a regiōne obseruauerunt canes, id est, cymbæ XVIII. Canibalorū, quos anthropophagos ita diximus: qui ubi nostros eminus conspexere, continuo celerem ambiunt, at cus & sagittas intrepide expedites: at nostri tormenta exonerat, & ueluti manū tumultuāsam protinus fundunt: qui quum terga dedissent, à nostris haud deserti cymbam amiserunt: qui uero in cymba erant, præcipites sese in pelagus dederunt, & nando ferē omnes euaserunt: unū tamen ex illis corripuerunt, qui adeo scruiebat in homines ut in promptu uiros tres ligatos haberet, quos



quos illico comederet. His itaq; solutis, illis custodiendum Caribalum dedi-  
 mus, qui non immemores caedis suorum, uirum atrocissimum mox aggredis-  
 untur pugnis seipsonibusq; quibus confectus parum abfuit, quin animam  
 efflauerit: nam is socios contrucidauerat suos, & postredie eos quos libertate  
 donauimus, trucidaturus erat. Post hæc percunctamur eos de Canibolorum  
 moribus, hi nobis respondent eius consuetudinis esse ac feritatis, ut hominum  
 sanguinem plus nimio appetentes, peragrent circumadiacentes regiones,  
 & ubi terræ appropinquauerint, mox aggerem palis & id genus lignis com-  
 pluribus extruunt, quo se tutantur tantisper, donec regionem deualauerint,  
 homines corripientes. Regio baccis abundat plurimum. In funere primorū  
 hunc morem seruant: Patrius ubi uitam exiit, in carpento quodam collo-  
 carur, & igne subdito sensim ueluti in suffitu corpus consumitur, guttatim di-  
 stillante liquore humano, donec sola super sit cum ossibus cutis, & eam reco-  
 dunt ueluti rem sacram: & is est uita functi non mediocris honos. Itaque his  
 acceptis illinc per XII. menses soluerunt, patriam repetentes, fere onulsi u-  
 nionibus plurifariam: nam uehebant complura, & in primis baccharum om-  
 ne genus, libras XCVI. Libram uero unciæ octo efficiunt. Emerant enim hu-  
 iusmodi margaritas perquam uili pretio. Navigando tandem in Gallitiam  
 diebus XVI. deuenimus, & ibi Mangonibus, quorum ingenium est & unio-  
 nes & gemas ad amūssim cognoscere, margaritas huiusmodi ostendimus  
 uisu quidem pulcherrimas, uerum eorum sententiæ pretij perq; mediocris.

DE NAVIGATIONE PINZONI SOCI-  
 CII ADMIRANTIS, ET DE REBUS PER-  
 eum repertis. CAPVT CXII.



VINCENTIANVS dictus Pinzonus, necnō Artes eius  
 germanus socij olim Columbi in primaria navigatione,  
 anni uidelicet, M. CCCC. CIX. sua impensa celoces qua-  
 tuor expediunt, cōmuniūtiq; omni genere cōmmeatū,  
 & tandē superis fauētibus, à Palos oppido solūtū X. VIII.  
 Nouembris uersus insulas Canarias, quas Fortunatas ap-  
 pellauius, & ut ipsi hæcenus inaccessa adirent, & inde hō-  
 norem, decus & emolumentum aliquando consequerentur. Relictis igitur  
 insulis Fortunatis, ad Caput uiside deueniunt Apeliote stante: quo uento na-  
 uigarunt ad leucas propē CCC, & in ea navigatione tantum progressi sunt,  
 ut Aquilonem iam non cernerent: & ubi id sidus, quo ducē utebantur, eua-  
 nuit ab eorum oculis, mox atrox sequuta est tempestas, uentus uidelicet uā-  
 lidus cum imbre grandine mixto: tamen Apeliote uento adhuc uehebantur,  
 nō sine magno discrimine ad leucas CCXL. processerunt: & tandem aliquan-  
 do XX. Ianuarij eminus conspexere tellurem: cui quanto magis appropin-  
 quabant, tanto minus profunditatis inueniebant, deficientibus subinde a-  
 quis, propterea contis uada explorantes, nacti sunt profunditatem non exce-  
 dere sedecim cubitorum: tandem in terram descendunt, & quum ibi biduo  
 immorati fuissent, nemo usquam apparuit. Paulo igitur progressi noctū quæ  
 luna pernox esset, conspicati sunt à longē micantia arma, exercitūq; non  
 mediocrem. Eo igitur & nostris triginta profecti sunt, quibus præfectus ius-  
 sit, ne hostem lacefferent: & quum comperissent armatorum aciem esse, gra-  
 dum referunt, rem in crastinum differentes, ne à præscripto præfecti receder-  
 rent. Postredie itaq; primâ luce triginta uiri rursus eò contendunt: qui ubi à  
 Barbaris conspecti sunt, mox excitant triginta dubs uirōs toru atrocisq;  
 aspectus, qui eis occurrerunt sagittis & arcubus suo more armati: hos nostri  
 cœperunt nutibus & inclamationibus sibi uelle conciliare: at illi seuebant  
 magis, ferociam incredibilem præ se ferentes, nec unquam adduci quiuerūt,  
 ut cœdera pacis nobiscum inirent. Quare nostri his uisus, classē repetunt,  
 h postred

postero die Barbaris congressuri. Verum illi nocte intempesta castra deseruere. Lusitani uero rati sunt uagos huiusmodi populos, nec alias habere stationes quam Aegyptij populi habeant, Tartaricis, qui errabundi per orbem, nec mapalia nec domos habent, nisi quas quousque dies obtulerit: apud omnes aduenae ed pergunt quocumque uoluptas trahit, modo huc, modo illuc: uxores & natos suppellectilemque secum trahunt: eorum uestigia e nostris complures persequuti sunt, & ut ex pedum uestigijs animaduertent, proceriores sunt nostris: nam planta pedis duplo maius uestigium impresserat, quam procerus quisque apud nos figeret. Progressi itaque ultra, deueniunt ad flumen quoddam magnum quidem, uerum nostrae classis minime capax, propterea cymbas expediunt, quae terrae appropinquantes regionem exactius explorarent. His igitur iam terram tenentibus, mox occurrunt populi innumeri inermes, idemque nudis, qui nutibus & signis nostram appetere amicitiam uidebantur: nostri tamen utpote morum eorum expertes, non intrepide accedebant: usum est itaque hoc modo populorum ritus experiri, si quo modo adduci possent ad exercenda commercia. Igitur unus e nostris iecit in confertam Barbarorum turbam sonaglium: at illi in nostros frustum auri, quo factio Hispanus audaculus accurrit, ut aurum proiecium acciperet: at illi conditio hominem corripuit mira pernicitate, nostri uero relicta classe, socio suppettas ferunt, & mox ingens praelium confertum est, eoque discriminis nostri peruenere, ut uix eis pedem referre licuerit, urgentibus Barbaris: nec profuit eis habuisse longiores hastas, ensesque: quandoquidem id genus uulnerum & denique mortem contempnentes, ruebant in eos ueluti atrocissimae ferae, urinantes, id est, aquis immedii; adhuc classis infestabant, effeceruntque sua feritate, ut nostri male accepti celocem amiserint, occiso illius nauis praefecto: nostri autem mee fiffime id ferentes, illinc amissa celoce soluerunt, & ad Aquilonem contederunt, eo modo se linuante litore.

*Quomodo Pinzonius mare potu suae inuenit, & de insulis uarijs.*

CAPVT CXIII.

Progressi igitur ad leucas ferè XL. nacti sunt pelagus potu haud insuaue & dum caussam suauitatis insolitam quarunt, deueniunt ad quoddam ostium ingentis fluminis, quod in mare uastissimo impetu exonerat: contra autem ostium insulae usuntur complures cultae admodum ac conspicabiles, uerum ibi nihil compererunt, quod ad eorum spectaret commercia: mancipia tantum triginta sex emerunt, quoniam nihil compertum est ibi, quod expectationi illorum faceret satis, eis praesertim qui auide lucris inhabant: regionis nomen Chiana marina Tambala: eius accolae referebant introrsus esse aurifodinas complures. Postquam illinc abiimus, non longe a flumine itinere perpaucorum dierum, rursus Septentrio apparuit ferè sub ipso horizonte, qui nostrum usum terminat. Peractis itaque leucis quinquaginta, ea computatione ad eam regionem deueniunt, quae Payra dicitur, & inde ad ostium quod appellant Draconis, quoddam eiusdem est regionis, quod aliquando profectus est Admirans, iter faciens per quasdam insulas, quae sunt e regione Payrae prouinciae propè innumerabiles: ibi sunt nemora sandalij, quoniam negotiatores suas liburnicas, comportantque alio. Inter has insulas, quarum meminimus, complures sunt incultae desertaeque Canibalorum metut propterea ingens domorum ruina conspiciebatur: uidere etiamnum plurimos homines, qui uisus nostris mox dilapsi sunt in editissimos montes. Ea regio fert arbores, quae gignunt cassiam electissimam. Nos uero rati his mercimonijs inesse lucrum ingens, multum cassiae in Hispaniam comportauimus: uerum physici asseuerabant, eam quidem optimam esse, si opportuno tempore legissent. Ibi uideas arbores tate proceritatis ac magnitudinis, ut si homines restim ducerent, nec amplecti quirent arborem unam. Conspexere etiam ibi animal quadrupes, prodigiosum quidem: nam pars anterior uulpem, posterior uero simiam praesentabat, nisi quod pedes effingit huiusmodi

*Monstrum animal*

A  
man  
star c  
ant, S  
nisi q  
Iatu  
uis se  
ramer  
adnat  
exista  
tia lu  
c C C.  
adort  
put: a  
uieba  
labor  
bigua  
perqu  
mium  
onem  
se atro  
pacita  
homir  
redire  
uentu  
ridlen  
quies  
non in  
B  
ca, p  
scula,



rum p  
abs no  
dualen  
insulas  
non in  
rum op  
haud d  
rem na  
res, qu  
cam ue  
scuris r  
ue nos



**A** manos: aures autē habet noctuæ, & infra consuetam alium aliam habet in-  
 star crumenæ, in qua delitescit catuli eius tantisper, donec tuto prodire que-  
 ant, & absq; parentis tutela cibatum querere: nec unquam exeunt crumenâ,  
 nisi quum sugunt. Portentosum hoc animal cum catulis tribus, Sibilam de-  
 latum est, & ex Sibilta Illiberim, id est Granatam, in gratiam regum, qui no-  
 uis semper rebus oblectantur. Catuli licet in itinere perierint, conspecti sunt  
 tamen à compluribus, qui huic rei astipulantur. Is itaq; Vincētinus affirmat  
 adnauigasse secus litus Payræ ferē leucas D. C. nec ambigit quin continētis  
 existat. Illinc ergo soluentes ad insulam Hispanam deuenērunt uigesima ter-  
 tia lunij, M. D. & inde aiunt rursus maria sulcasse occidentem uersus suprâ  
 C. C. leucas: & quum deuenissent ad quandam prouinciã, atrox tempesta  
 adorta est eos, effecitq; ut protinus duæ celoeces pessum ierint: altera uero cre-  
 pulsiat altera salutem focij præbuit, non tamen sine ingenti discrimine. Sæ-  
 uiebat profecto supra modum tempesta: uerum ad id accedebat, quod focij  
 laboribus innumeris fessi, uix sui potentes erant. Positi igitur inter salutē am-  
 biguam & metum, eminus nauim conspiciunt, quæ uentis prosperis uectâ,  
 perquam celeriter maria sulcabat: & quoniam perpauci supererant, sibi ni-  
 mium metuentes, ac uitam prorsus despondentes, in eam deuenērunt opini-  
 onem, ut se mutuo occiderent: propterea in terram descendunt, rati omnino  
 se atrocità subituros. Hæc meditantibus non defuit supernum auxilium: nam  
 pacatis uentis mari reddita est tranquillitas: propterea cōspecta nauis, in qua  
 homines solum XVIII. superstites erant, resumunt animos, & in Hispaniam  
 redire parant. Vtraq; igitur nauis uela uentis dedit, patriam repetēs, quò de-  
 uentum est última Septembris. Post hos uero complures alij nauigarunt me-  
 ridiem uersus, iter agentes per Payram regionem, itinere miliarium quin-  
 quies mille, nec unquam terminum nacti sunt: ideo arbitrantur continētē,  
 non insulam: unde nuperrime allata sunt complura, ut sunt casta, aurum, bac-  
 cæ, piper, cinamomum, herbar, arbores, animalia multijuga, & alia complu-  
 scula, quæ apud nos minime uisuntur.

## NAVIGATIONVM ALBERICI

VESPVTII EPITOME.

De nouo orbe, &amp; lingua Hispana in Italicam traducto.

CAPVT CXIIII.



**S**UPERIORIBVS diebus abudē reddidi te mei reditus cer-  
 tiorem, uir præstantissime: nam si probe memini, commo-  
 nefeci tuam præstantiam de his omnibus orbis partibus,  
 quas adueram cum classe & impensa regis huius inuicis-  
 sumi: quæ si singulæ pensatius expendantur, uidebuntur  
 profecto altetum orbem efficere: propterea non ab re no-  
 uum orbem nuncupauimus. Nam præci omnes harum re-  
 rum prius expertes fuere, superantē eorum opinionem quæ nuperrime  
 abs nobis sunt comperta: quandoquidem hi rati sunt, ultra lineam æquino-  
 ctialem meridiem uersus nihil esse nisi uastum æquor, perustas incultas ue-  
 insulas quasdam: id pelagus Atlanticum dixere: & si quandoq; assensu sunt,  
 non nihil telluris esse, eam contendunt incultam esse nec habitabilem: quo-  
 rum opinionem præsens ad eas partes nauigatio refellit, aperitq; omnibus  
 haud dubie falsam esse, & ab omni uero extorrem: quoniam ultra æquato-  
 rem nactus sum ego cultiores regiones, easdemq; habitatoribus frequen-  
 tes, quam alibi gentium usquam compererim, si Asiam, si Europam, si Aphri-  
 cam uespecaueris, ut latius in sequentibus liquebit: nam prætermisiss ob-  
 scuris rebus, illustres solum denarrabimus, quæ sint scitu nõ indignæ, quas  
 tu nos ipsi coram aduerimus, uel ex fide dignorum relatu accepimus.

h 2 Dē

De mundo igitur huiusmodi nuperrime inuento, sedulo & citra mēdacium complura mox explicabimus.

De ordine nauigationis, & de sua tempestate. CAPVT CXV.

Felicibus igitur, ut aiunt, auisibus ab Vlisbona XIII. Maij, M. D. I. solutus iussu regis tribus liburnicis expeditis, profecti sumus qualifitum nouum orbem, & uersus Austram iter agentes uiginti mensibus ad nauigauimus. Cuius quidem nauigationis seriem primo explicabimus. Hunc igitur ordinem nauigando seruauimus: nam per insulas Fortunatas iter egimus, quæ nūc magna Canariae appellantur: hæ enim sunt in climate tercio, in parte extrema habitari occidentis: inde sulcantes oceanum, litora Aphricæ Nigritarumque gradu citato percorrimus, usque ad id promontorium, quod Ptolemæus appellat Aethiopiæ, nostri uero Caput uiride, Aethiopes autem Bischerem, & accolæ Mandangam: & ea regio est intra zonam exultam gradibus XIII. uersus Aquilonem, quam Nigritæ incolunt. Ibi resumptis uiribus, & cōmunita omni genere annonæ classe, sublatis ancoris uentis uela dedimus, iter nostrum dirigentes uersus polum antarcticum, non nihil tamen ad occidentem declinantes Euro flante: nec prius tellus conspecta est, quam iugi nauigatione tribus mēsis, ac diebus totidem ualidissima æquora sulcauerimus: in qua nauigatione quæ discrimina subierimus, quæ uitæ pericula, quas animi anxietates, interurbationes, naufragia, quoties ueuitam pertæsi sumus nostram, id multarum rerum scijs iudicandum relinquo, & eis in primis, qui optime norunt, quàm sit arduū incomperta quærere, & adire inaccessa. Qui uero hæc nesciunt, rerum expertes, huius rei iudices esse minime uolo. Et ut paucis multa comprehendam, id sciant, nos ad nauigasse LXVII. diebus, quibus fortuna pertinax atroxque sauebat: nam quadraginta quatuor diebus reboante cœlo, nihil nisi tonitrua, fulgura ac coruscationes, imbres grauissimos passi sumus, adeoque tenebriosa nebula cœlum nubibrauerat, ut interdiu non quicquam non aliter uideremus, quam Proserpina existente cum Plutone, id est, quæ minime luna pernox est, nox atris tenebris obfuscat: propterea ad nos timor mortis incellerat, ut uitæ propè despondisse uideremur. Post hæc uero tam saeva, tamque atrocia, complacitum aliquando Deo fuit uitæ compartitæ nostræ (quæ sua fuit clementia) mox tellus apparuit: qua uisa, animi qui ceciderant elanguerantque, condicto redire ad se, ut ulu euenti superantibus calamitates maximas, & præcipuæ ereptis de fortunæ resstantis faucibus. Igitur septimo Augusti M. D. I. in litore eius regionis iecimus ancoras, dantes Deo maximo gratias quas poteramus maximas, ritu solenni, & Christiano more solennia missarum celebrari iussimus. Tellus reuera uisa est non insula, sed continens: quandoquidem in uastum protendebatur, nec finis apparebat quispiam: cunctaque erat admodum, ac habitatore multiplici perquam frequens: inibi que animalia feræ omne genus syluestria, quæ huic orbi nostro sunt prorsus incognita. Nacti sumus etiam ibi alia pleraque, quorum de insulstria non meminimus, ne surgat opus in Iliada magnam. Id solum haud prætereundum puto, quod de clementia adiuti, opportune tellus uisa est à nobis: nam diutius ferre nequibamus, deficientibus commeatibus omnibus lignis, uidelicet, aqua, nautico pane, salitis carnisibus, caelo, uino, oleo, & quod plus est, uigore animi. Igitur deo quod uisimus, referimus acceptum, cui honos & gloria ac gratiarum actio.

Quantum distet reuera tellus à Capite uiridi. CAPVT CXVI.

Conuenit igitur inter nos, ut secus litus huiusmodi nauigaremus, conspectum huiusmodi haudquaquam deserentes. Nauigauimus itaque tantisper, donec deuenimus ad frontem quandam huiusce continentis, quæ uergit ad meridiem. Hæc frons ab eo loco, ubi primo tellus conspecta est, abest leucis ferè CCC. In hoc itinere septemtero terram applicuimus, & cum indigenis commercia habuimus, prout latius in sequentibus tibi compertum fiet: prætermissam enim Caput uiride ab hoc reuera continente, abesse leucis propè DCC.

licet

A licet e  
stas &  
eoque  
cleri c  
tas no  
tes qu  
adam  
erem  
apud  
ut fate  
colmo  
merid  
grand  
ploran  
nauig  
habito  
corda  
catin  
fati su  
polu  
tropi  
cuimu  
ibi co  
delice  
cœli,  
nostra  
ea mo

PRE  
bust  
psi. Id  
xiu:  
nudi r  
triam  
cit can  
bent  
cie sun  
to ferè  
cet, ger  
magn  
facie h  
itac ca  
linis, u  
suo, ar  
turpis  
tam fa  
est, lap  
supera  
tentio  
aliqua  
ltaure  
pensile  
ut milt  
atroce



**A** licet ergo crediderim nauigasse plus quam DCCC. & id effecit atrox tempe-  
 stas & naufragia frequentia, & naucleri incertia, quæ omnia iter prolongat  
 eosque loci deueneramus, ut ni cosmographia nobis nota fuisset, incuria nau-  
 cleri de nobis actū erat: nam nullus erat itineris dux, qui ad leucas quingen-  
 tas nosset, ubinam gentiū essemus: errabundi enim eramus & uagi, nescien-  
 tes quò tenderemus, nisi astrolabio & quadrante, astrologicis instrumentis,  
 adamussim mihi & socijs consuluissem: comparauisq; mihi ob id nō medio-  
 crem gloriam, adeo ut deinceps eius loci fuerim semper apud eos, cuius sunt  
 apud probos uiri eruditiores: do cui enim eos chartam nauigationis, effecitq;  
 ut faterentur consuetos naucleros nihil haclenus sciuisse, si mihi conferretur  
 cosmographiæ expertes. Itaq; dicta fons reperti continentis, quæ uergit ad  
 meridiem, in ueriorē spem nos induxit scrutādis, uidelicet, eius orbis, perā  
 grandiq; ad regulam. Communi igitur sententia decretum, ut regionem ex-  
 ploraremus, etiā introrsus mores & ritus gentis illius percunctaremur. Ad-  
 nauigauimus ergo secus litus leucis fere DC. subinde in terrā descendentes,  
 habito cum aëolis colloquio frequentiore: à quibus profecto honorifice ac  
 cordate excipiebamur: & eorum probitate, & natura innocentissima prouo-  
 cati, nonnunquā quindecim uel uiginti diebus apud eos non in honori uer-  
 sati sumus: sunt enim hospiales admodum, sicuti latius infra patebit. Is igitur  
 tur continentis auspiciatur ultra æquinoctialem lineam gradibus octo uersus  
 polum antarcticum, & tamdiu secus hoc litus nauigauimus, donec superato  
 tropico hyemali prope polum antarcticum gradibus XVII. & medio appli-  
 culimus, ubi eleuatum horizontē habent gradibus quinquaginta. Quæ uerò  
 sibi conspicatus fuerim, mortalibus nostri æui incomperta sunt: gentem, ul-  
 delicee, mores, humanitatem, soli feracitatem, aeris temperiem, salubritatem  
 cæli, corpora cælestia, & in primis octauæ spheræ sydera fixa, quorū spherā  
 nostra non meminit, nec haclenus cognita fuisse à præcis etiā eruditioribus,  
 ea mox sedulo sum denarraturus.

De moribus & natura gentis illius. CAPVT CXVII.

**P**requentior est igitur hæc regio cunctis quas unquam uiderim regionis  
 bustnam uidetur innumera, ut cōmēnit diuus Ioannes in sua Apocaly-  
 psi. Id genus hominum cūcuratum est admodum & mansuetū, nemini dō-  
 xium: nudi prorsus incedunt, uti eos parens natura peperit: nudi nascuntur,  
 nudi rursus moriuntur: corpora habent habillissima, utpote facta ad symme-  
 triam symmetrica dici iure possunt, colore ad rubedinem inclinate: id effi-  
 cit candens sydus, quod non difficulter torret nudos homines: capillos ha-  
 bent nigros, sed promissos: incessu & ludis agiles sunt quàm qui maxime: fa-  
 cie sunt perquā liberali ac uenusta, nisi ipsi eam deformarent de honestate  
 se se incredibilibus: nam terebratam perforatamq; faciem circumferunt, uideli-  
 cet, genas, maxillas, nares, labra, aures: neq; foramine mediocri aut uno, sed  
 magnis compluribusq;: nam uidi quondam quempiam septem foramina in  
 facie habentem, quæ singula capacia erant pruni unius damasceni: demptā  
 itaq; carne, hæc opplent lapillis quibusdam cœruleis, marmoreis, aut baccas  
 linis, uel ex alabastro pulcherrimis, aut ebore uel ossibus cādidiſſimis, more  
 suo, arte non inepta fabrefactis elaboratisq;. Quæ res adeo est insolens &  
 turpis, ut monstrum prima facie præ se ferat, homo, uidelicet, qui gemma-  
 tam faciem circumfert, terebratus foramine multiplici: & si credere dignum  
 est, lapides septem in facie habens, qui singuli medijs palmi magnitudinem  
 superant. Nemo est profecto qui non admiretur: quum præsertim animo at-  
 tentiore apud se hæc tam prodigiosa expenderit, uera tamen sunt. Nam ego  
 aliquando obseruauī dictos septem lapides pondo fere unciarum sexdecimi  
 Inaures & ipsi ferunt pretiosiores, uidelicet, annulos appensos, aut baccas  
 peniles, more Aegyptiorum Indorumq;. Hunc morem uiri tantum seruant:  
 ut mulieres solum serunt inaures. Habent etiam scēminæ & alium morem  
 atrocem, & totius humanioris uitæ expertem. Quoniam igitur mulieres huius-  
 modi

tusmodi in Venetum prone sunt admodum & salaces, id facinus patrant, ut  
 turpiori earum uoluptati faciant satis: nam uiris in potu dant herbe cuius-  
 dam succum, quo epoto inguina mox tumet & crescut non medocriter  
 aut ubi id non profecerit, uenenata quædam admouent, quæ mordicus in-  
 guen lancinent tantisper, donec tumescat, fitq; propterea ut apud eos com-  
 plures testes amittant, & eunuchi reddantur. Lanam non habent, nec li-  
 num, ideo omnifariam panno carent: nec gossipinis uestibus, id est, bombi-  
 cinis utuntur: nullius enim egent amicus, qui nudi usquequaque incedunt.  
 Apud eos nulla sunt peculia: communia sunt omnia: regem non habent, nec  
 imperium: unusquisq; sibi ipsi rex est: tot ducunt uxores, quot libuerit in pro-  
 miscuum coeunt, nulla sanguinis ratione habita: cum matre filius, & frater  
 cum sorore coeunt: libidinem passim exercent instar brutorum animalium:  
 nam ubiq; & cum quavis muliere, etiam sibi forte obuia, rem peragunt uene-  
 ream. Dirimunt etiam pro arbitratu coniugia, quoniam exleges sunt, & h  
 iure sunt extorres: templa non habent, nec legem, minusq; idola colunt. Quid  
 plura: perniciosam quandam habent uiuendi libertatem, quæ Epscuris pot-  
 tius quam Stoicis quadrat. Commercium non exercent: pecuniam nesciunt  
 inuicem tamen diffident, prestanturq; atrociter, sed ordine nullo. Iuuenes se-  
 nes concione fleunt trahuntq; in eorum sententiam, quocumq; liberit, ac-  
 cenduntq; ad bella, quibus hostes conficiunt: quos subegerint prostigaerintq;  
 hostes in cibatu habent gratissimos. Carne uesteuntur humana, ad e-  
 ut patet filios epuletur, & uicissim nati parentem, prout fors tulerit & euen-  
 tus. Vidi ego quandam perditissimum hominem, qui pro gloria non medio-  
 cri iactabat, se esitauisse iuxta trecentum uiros. Vidi etiam urbem quandam  
 ubi immoratus sum diebus fere uiginti septem, & ibi contignationibus hul-  
 manas carnes, easdemq; salitas peniles uidi, uti nos carnes apud prunas sole ut  
 fumo siccatas appendimus in culina trabibus, & in primis insitia, & id genus  
 alia: imò mirabantur plurimum, quòd nos non uesteremur hostibus, quorū  
 carnes aiunt appetentiam cibi facere, & miri saporis esse, easq; extollunt tan-  
 quam dapes ganeatas opiparasq; arma habent nulla, præter fagitas & arcu-  
 his atrocissime diloricati preliantur: quippe qui nudi congregiuntur, con-  
 faucianturq; non aliter quam fera animalia: hos nixi sumus pluries uelle tra-  
 here in nostram sententiam, persuadebamusq; identidem, ut tandem aliquan-  
 do ab his improbatis moribus, ueluti ab re abominanda temperaret, qui no-  
 bis sexpenumero polliciti sunt se temperaturos ab hac scuita. Mulieres ue-  
 ro, ut præfeci, licet nudæ incedant uagæ & salaces in Venetum, non sunt tam  
 men deformes: quam habilissima corpora habent, nec quidem exusta, ut for-  
 te sibi complures persuadere quirent: & licet obese & præpingues, non tam  
 men ob id deformantur: & quod miratu nō est indignū, nullas uel puerperas  
 uidi, quæ demissas haberent mammæ: nam licet pepererint scæta, non sunt  
 in aspectu corporis uirginibus absimiles: nō caperata contractamq; in uen-  
 tre uidebis cutem, & ea quæ honeste nominari nō possunt, prorsus à uirgine  
 non absunt: ubi Christianorum copiam habebant, mirum est dictu quam  
 turpiter corpora sua prostituerent, libidinosiores supra omnem credulitatē.  
 Annis uiuunt centum & quinquaginta, raro ægrosāt: qui si forte in morbos  
 inciderint, sibi herbarum succo medentur protinus. Hæc sunt quæ apud eos  
 comperi non obscura, uidelicet, æris temperiem, cœli clementiam, solum fe-  
 rax, longam ætatem. Id forte efficit Eurus, qui illic iugiter perflat, quicq; eius  
 loct apud eos est, cuius Aquilo apud nos. Piscatu gaudent, eoque uiscitant plu-  
 rimum, adituatē hoc uotum natura: nam æquora inibi scætēt piscium omni  
 genere. Venatu parum oblectantur, quod efficit ferarum ingens multitudo:  
 pauent enim ob non cecurata animalia syluas frequentare. Visuntur etiā ibi  
 leones omnifariā, ursi, & id genus alia. Arbores ibi crescut in tantam altitu-  
 dinem ut uix credas. Temperant igitur à syluis, utpote qui nudi & diloricati  
 inermesq; tuto feris haud congregerentur.

R Eg  
 est  
 tranlit  
 tjug  
 scunt  
 xios, n  
 radice  
 uerum  
 ri igit  
 mo itir  
 hanc a  
 lius me  
 bent u  
 latim m  
 ret in o  
 rum re  
 quitus  
 gnitū  
 præbet  
 uariū,  
 conseq  
 mas, lic  
 res, pur  
 nam qu  
 non lor  
 tus, reg  
 nec alt

C Oe  
 rora  
 quam t  
 tiffime  
 ego cor  
 apud no  
 tus, met  
 non ign  
 quam at  
 claros a  
 sam mar  
 cum cor  
 quæ fig  
 uisitur,  
 tur, à læ  
 mediu

His  
 trum cir  
 alter Ca  
 claritate  
 perficte



De soli feracitate, &amp; cœli temperie. CAP. CXVIII.

**R**egio est africa, ferax, & eximia amœna: & licet sit cœnuosa, terrigua tamē est fontibus ac fluuijs innumeris, sylvasq; habet adē condensas, ut vitæ transitū præbeant, obstante arborum frequentia. His inerrant animalia multijuga, eademq; frivillissima: arbores & fructus abiq; cultore suapte natura crescunt: fructus habent uberrimos, eosdemq; suavissimos, nec mortalibus noxios, nostris prorsus absimiles. Gignit etiamnum terra innumeras herbas & radices, quibus panem conficiunt & alia pulmenta. Semina sunt complura, verum nostris minime similia. Regio nullum fert metallum, præter aurū: aurī igitur ibi ingens est copia: licet nihil nobiscum attulerimus inde hoc primum itinere: nam de hac re certiores nos fecerunt indigenæ omnes, qui plagā hanc auro scatere affirmabāt, idē apud eos minime in pretio esse, & fere nullus momenti, identidem prædicabant: hæc cas margaritasq; complures habent, ut in superioribus commemorimus: quorum omnium si uellem singularem ineminisse ob innumeram multitudinem, multijugamq; naturā, surgeret in opus magnum hæc historia: nam Plinius uir absolutissimus, qui tantarum rerum tenuit historiam, non tamen horum millestimam partem confestim quousque esse: si singula percensuisset, longe aliud opus effecisset, si ad magnitudinem spectes, altoquin absolutissimum: & id in primis admirationem præbet non mediocrem, psita eorum multijuga natura, colorq; multiplex & uariis, ad eū ut Polyetelus, uir in pictura ritus, has uitiorum uarietates uix consequi potuisset. Arborea omnes inenarrabilem suauitatē fragrant, gummas, liquores & succos emittunt passim, quarum uirtus si nobis comperta foret, putō nihil nobis non solum ad uoluptatem, sed etiam ad salutem, bonamque ualitudinem defuturum: & si qui est in orbe paradisi terrestris, non longe ab his regionibus haud dubie esse debet. Itaque ut sum præfatus, regio uergit ad meridiem tanta cœli temperie, ut nec hyemē algeant, nec æstate exæsuent.

De syderibus poli arctici. CAP. CXIX.

**C**œlum inibi & æra perraro nubes inumbrant, fere semper serena sunt: orat quandoq; sed leniter: uapores sunt propē nulli: nec diutius orat, quam tribus uel quatuor horis, & in star nebula: mox fathilcit: cœlum decen tissime exornat syderibus quibusdam, quæ sunt nobis incomperta, quorū ego consignantissime memini, & percensui fere uiginti tante claritudinis, ut apud nos Venus & Iupiter. Perpendi etiamnum eorū circuitus & uarios motus, metitusq; circumferentiam ac diametrū non difficulter quā geometriam non ignorarem: propterea pro comperto habui, maioris esse magnitudinis quā autem ent mortales: & in primis Canopus tres conspicatus sum: duos claros admodum, tertium obscurū & dissimilem alijs. Polus antarcticus uersam maiorem nec minorem habet, sicuti est uidere in nostro arctico polo: nec cum contingunt sydera quæpiam clara. Quæ uero ipsum ambiunt tria sunt, quæ figuram præ se ferūt trianguli orthogoni, quorum id quod medio loco uisitur, nouem gradus & medium circumferentiæ habet: & ubi hæc exoritur, à læua conspicitur Canopus albicans eximie magnitudinis, quod ubi in medium cœli deuenit, infra scriptam præsentat figuram.

\*

\*

\*

His succedunt tria alia præclara sydera, quorum medium habet diametrum circumferentiæ duodecim graduum cum dimidio, & in medio eorum alter Canopus cernitur albus. Hunc sequitur sex alia conspicua sydera, quæ claritate cum cœtis octauæ spheræ syderibus præstant, quorum medium in superioribus firmamenti diametrum circumferentiæ habet graduum triginta

h + duorum

duorum: hæc astra concomitatur Canopus ingens, sed niger: quæ omnia cetera nuntur in uia lactea: & ubi ad lineam peruenerint meridionalem, infra scriptam referunt figuram.



De nonnullis illius hemispherij, quæ philosophis repugnant.

CAPVT CXXX.

**I**lluc itaq; conspicatus sum complura alia sydera, quorum motus multiplices adamussim obseruans librum edidi quendam consignatissimes, in quo commemorari ferè omnium, quæ in hac mea navigatione non obscure dignoscere quisi: & is apud hunc inuictissimum regem adhuc hospitatur, quæ spero propediem ad suum dominum rediturum. In eo itaque hemisphærio non indiligenter quedam perpendi, quæ philosophorum sententiæ refragantur, utpote contrariæ, ac omnino pugnantia: inter cætera irim, id est arcum cœlestem album circiter noctem mediam: quoniam secundum opinionem quorundam colores trahit à quatuor elementis, ab igne, uidelicet, rubeum, à terra prasinum, ab aère lacteum, ab aqua cœruleum: sed longe aliter sensit Aristoteles in *Meteoris*, dicitq; irim esse repercussionem radij redundantis ad uaporem sibi oppositæ nubis, sicut splendor in aqua resurgens, in pariete resurgit, rediens ad ipsum sua interpositione feruorem solis temperat resolutione in pluuia, inferiora fœcundat, speciem sua superiora pulchra reddit, dominum humiditatis in aère esse ostendit: unde infra quadraginta annos à mundi fine non apparebit, quod elementorum desiccationem indicabit: pacem inter deum & homines denunciat: semper ex opposito solis est: nunquam apparet in meridie, quia sol nunquã est in septentrione. Plinius tamen ait, quod post autumnum æquinoctium apparet quacunque hora. Hæc excerpta sunt à Landino ex *Aeneidos* quarto ab interprete, ut nemo suis fraudetur laboribus, sed suus cuiq; reddatur honos: eum uidi rursus & iterum: nec ego unius arcum huiusmodi animaduerti, uerum complusculti è nautis huius sententiæ suffragantur meæ. Rursus uidimus neomeniam, id est nouam lunam, eadem die, qua cum sole coniungitur. Ibi etiam singulis noctibus uideas uapores & faces ardentissimas cœlo inerrare. Præfeci paulo supra, si tibi succurrit, id hemisphærium, quod nisi loquamur improprie, hemisphæriũ dici non posse, si nostro collatum fuerit: tamen quia non nihil formam eius effingere uideatur, uisum est improprie loquendo hemisphærium id appellare.

De forma quariæ partis terre nuperrime inuenta.

CAPVT CXXXI.

**I**gitur ut sum præfatus, ex *Vlisona*, unde nos soluimus, quæ distat ab æquinoctiali ueris septentrionem gradibus ferè *XL*. nauigauimus usq; ad eam regionem, quæ est ultra æquinoctialem gradibus *L*. quos si simul colligeris, nonagenarium efficiet numerũ: qui quidem numerus quartam partem obtinet maximi circuli, iuxta ueram præcorũ supputatione traditam nobis. Liquet igitur omnibus, nos quartam orbis partem metitos fuisse: propterea nos qui *Vlisonam* incolimus, citra æquatorẽ gradibus propè quadraginta in regione septentrionali distamus ab eis, qui ultra æquinoctialem lineam degunt, in meridionali longitudine angulariter gradibus nonaginta, id est: à lineâ transversali: & ut etiam compertius rem intelligas, lineâ perpendiculãris, quæ dum nos recto gradu consistimus, surgit à puncto cœli, & tendit ad nostrum Zenith, eademq; lineâ eorum qui ultra æquatorẽ sunt ad gradus quinquaginta, latera percutit: sitq; propterea ut nos in lineâ recta sumus: ipsi

uero

uero  
guli  
subse

H  
O  
prius  
occid  
rata,  
mach  
polli  
stant  
opus  
uber  
teres  
priu  
tant  
in ali  
tioru


D  
n  
mi m  
fortu  
partē  
nicæ  
scar  
plura  
nomi  
hono  
regis

F  
adu  
acc  
intell  
rimis  
tatis



vero sint, si nobis conferantur, in transversali: & is situs efficit figuram trianguli orthogoni, quarum linearum rectam nos tenemus, prout latius declarat subsequens figura: & de cosmographia satis superq; dictum arbitror.

Zenith nostrum



Cur liber dictus sit dies tertius. CAP. CXXXII.

**H**Aec sunt itaq; quae in hac ultima navigatione scitu digna celsi, quae etiam oculis subieci: nec ab re opus nuncupavi Diem tertium: quando quidem prius edidi libros alios duos eius navigationis, quae ex praeccepto regis perfecti occidentem versus, inq; eis coplura scitu non indigna colligantissime sunt exacta, & ea in primis quae spectant ad gloriam nostri servatoris, qui hanc orbis machinam miro extruxit artificio: quis enim satis deo pro meritis deum laudare possit, cuius mirabilia commemoravi in opere praedicto, leges cursim quae spectant ad situm & cultum orbis, ut dum latius otium dabit, exactius de geographia opus quodpiam edam, ut mei vel posterum meminerint, & ex hoc opere discerent uberius deum maximum colere indies magis, eaq; aliquando sciret, quae nostri veteres praecepi patres prorsus nesciuerunt. Propterea servator nostrum, cui pro prius est misereri mortalitatis, omnibus votis precor supplicibus, ut sinat me tantisper vivere, donec id peregerim quod mente concepi. At alios duos dies in aliud tempus differendos reor, quum praesertim rediero sospes in patriam, eruditiorum opera & consilio, necnon amicorum hortatu luculentius opus edam.

De excursionibus Alberici & voto eius. CAPVT CXXXIII.

**D**Abis uenia uir candidissime, si ultimae navigationis diaria ad te nondum misisti, sicuti pollicitus fueram. In causa fuit rex serenissimus, qui adhuc domi meos libellos detinet: uerum postquam distuli in hunc diem edere id opus, forte fortuna addam & quartum diem. Haesit mihi cordi rursum peragere eam orbis partem, quae spectat meridie: & huic operi iam nauando in expedito sunt liburnicae duae, armamentis ac comestibus ubertim communitae. Dum igitur proficiscar in orientem iter agens per meridie, noto uehar uento: quo quam deuenero, plura abs me fient in decus & gloriae dei, neenon patriae emolumentum, & mei nominis aeternitate, & in primis in senectute mea, quae iam prope appetit, honorem & leuamen. Quare nihil desideramus in hac re praeter comestum regis: quo impetrato, pleno gradu contendam: quod deus bene uertat.

De his qui plura querunt quam licet. CAP. CXXXIII.

**F**idus interpres praesens opus Lusitano Italicum fecit, ut scirent qui Latium accolunt, quam magna indies occurrunt, & item qui sibi nimium arrogant, intelligerent omnia se scire non posse: quando quidem haec mira tot uiris acerrimis ingenio, hucusq; a condito orbe incoperta fuere. Hinc arguitur temeritatis & superbiae nostra arrogans natura, quae scire posse putat omnia.

## RERVM MEMORABILIVM CALE

CHVT, QUAE NON SVNT ABSIMILES ILLIS QUAS

Petrus Aliares secundo & altero tractatu scriptis, quae rursus colliguescunt ex litteris quorundam nobilium uirorum, ut latus in sequentibus patebit.

Exemplum litterarum causa dñi Cretici dominorum Venetorum legati apud regem Lusitanum die uigesima septima Iunii, M. D. I.

## CAPVT CXXV.



**SERENISSIME** princeps, &c. Reor uestram dominatinem certiorē iam factam fuisse ab praestantissimo legato, rerum omnium memorabilem, quae hic uisu euenerunt, & in primis de classe, quam nuperrime rex Lusitaniae inuictissimus in India expediuit, quae superis miserantibus rediit, sed multata ratibus septē: nam eō cōcesserant liburnicae quatuor-

decim, & septē tantū incolumes rediere, reliquis pessundatis. Igitur egregie princeps per latus Mauritanie ac Gensule Noto ducti, deuentū est ad Caput uiride, dictū olim Experias, ubi uisuntur Hesperidū insulae: & ibi auspiceatur Aethiopia inferior uersus orientē, ultra quā prius minime iuere. Hinc egreditur latus Aethiopiae uersus orientē, donec respondeat lineae Siciliae, à dicto latere intra lineā aequatoris ad quinq; uel sex gradus: & circiter mediū dicti lateris uisitur aurifodina huius regis: postq; eam surgit caput ad Austrum, excedēs hyemale tropicū per gradus nouē. Istud Caput dicitur Bonae spei & illinc itur in nostras barbarias introrsus ad milliaria ferē quinq; millia uersus plagam nostram. Quum uero praeterieris dictū Caput, mox regio se sinuat, donec ad Praesulum deuentus promontorium, quod antiqui, & in primis

Experias

Praesulum

Ptolemaeus, pro termino meridionalis regionis posuit: ulteriore uero plagā appellauit incognitam. Inde itur ad Trogloditas: aurifodina uisitur, quā appellant Zaphalam, ubi maiores nostri affirmant uim auri ingentissimā esse quā alibi gentiū. Hic intrat sinum barbaricū, & inde in oceanū deuenitur Indicum, & demum ad urbem Calechur. Id est eorum iter: quod si recte superputaueris, milliaria propē quindecim millia uastitate sua occupat, ubi secus litora itur. Si uero desertis litoribus recto itinere ibis, recessus tertiarū & anfractus montium praetermittens, sed in altum tendens usquequaq; longē minus iter erit quā praediximus. Supra Caput Bonae spei Lebeccio uentū uentū, nacti sunt nouā tellurem, quā appellant Pliticorū: quoniam inibi inueniuntur alites huiusmodi incredibilis proceritatis, utpote qui brachium & dimidium longitudine excedant, multijugi coloris: duos nos uidimus, qui fidem rei praebēt. Nautae itaq; ubi conspexere latam plagam, credidere continentem: propterea ad nauigantū tantisper, donec terrae spatium duūm millium milliariū superarūt, nec tamē finis est repertus tantae uastitatis. Plagam incolunt uiri nudi & proceri, formosiq; admodū. In eo itinere amiserunt naues quatuor: duas ipsi miserant ad aurifodinam, quas autumant non reuerfuras: septem uero concessere Calechur: ubi honorifice nostro pro congressu sunt excepti, & desq; à principe consequuti sunt: & ibi nostrae naues statim amiserunt. Obiter superuenerunt Maurorum & circumadiacentium populorum rates, & cū primis magni Soldani liburnicae: & hi omnes cōspirarūt in Christianos: quippe qui egre ferebant Christianū genus usq; in illas partes pro-

Pliticorū

pagari: iactabantq; eō nostros contendisse, ut illis lucra adimerent sua: propterea primo loco naues onerare cōtendebant, nostro negotiatore relucante, qui mox regi de Maurorū insolentia quēstus est, quem illico deprehendit Mauris fauere, tamē ut erat uis ambiguae fidei, nostris respondit in hūc modum, se animo haud aequo laturum, ut Mauri prius mercimonia liceantur, quā Christiani suā commercia absoluerint: & in huius rei specimen iubebat, ut Mauris, qui huius decreti prauaricatores comperti forent, mercimonia

nia



nsa omnia impune adimeretur, eaq; occupatib<sup>9</sup> adjudicabat. Cōgressi igitur  
 Christiani cum Mauris, illico tota urbs in partes Maurorū declinauit. Qua-  
 re Christiani generis strages magna facta est, in qua supra quadraginta homi-  
 mines deliderati sunt Christiani nominis: inter quos oppetit negotiorū no-  
 stroū gestor: qui licet unda hundo mari sese credidisset, correptus est tamen  
 à barbaris, & vitam efflauit mœrore omnium. Hęc igitur ut nostris nota fuere,  
 condicto tormenta omne genus exonerant, & classem præfeci Syriae, id est  
 Soldani, rogo consumpserunt: nam in ea erant naues decem, catapultis uero  
 & bombardis urbem prope deualsarunt, complures domos incendētes, que  
 pro imbrice, instar mapalium, paleas habebant. Quamobrem illinc abiueres,  
 & duce Iudæo, qui fidem Christi induerat, aliud regnum petere ultra Cale-  
 chur, ad millisaria fere quadraginta, Cuchinum appellant: eius rex odit regē  
 Calechur, quāam qui maxime. Is igitur in odium regis Calechur nostros pro-  
 benigne excepit: & hic maiorem habet aromatum cōpsam, quāam rex Cale-  
 chur. Quare nostrī tot diuitias inde asportarunt, ut uix id audeam referre:  
 nam ipsi aiunt emisse illic cantarum, id est genus mensuræ non mediocris,  
 cinamomi aureo uno. Rex igitur huius regionis legatos milit ad regem Lu-  
 sitanum, duosq; obsoles, ut securius eò nostrī redirent. At rex Calechur inte-  
 ria ingentissimam classem expeditiū in nostros: qui quoniam onustas habe-  
 bant naues, illis congressi haudquaquam uoluere, sed altum petentes Borea  
 ducti, quem uentum ipsi ignorant, euaserunt: erat enim pertimescenda clas-  
 sis: quippe quæ supra centum & quinquaginta naues habebat, ferebatq; ho-  
 minum quindecim millia. Igitur quum euassissent discretim, deuenerunt ad  
 quandam insulam, ubi diui Thomæ corpus quiescit. Huius insulæ dominus  
 Christianos honorificentissime excepit, & sancti corporis reliquias in speci-  
 men amicitia nostris dedit. Quid plura aromata omne genus nostris, quos  
 nunquam uiderat, absq; plagunia obtulit: soluerit demum quum sibi perop-  
 portunum fuisset, & rediissent felicibus, ut aiunt, auiibus. Verū nostrī illius  
 comercij non egabant, utpote qui onusti erant admodum. Abfuerunt in hoc  
 itinere mentes quatuordecim, uerū trimestri rediere: & addebat deinceps  
 celerius iter perficere posse, utpote qui iam recessus & ambages maris nouer-  
 rant, utpote in decem mensibus iter se facturos rentur. Naues redire omnes,  
 præter unam, quæ illisa scopolis quibusdam pessum iuit, saluis tamen uiris  
 quos uehebat: & ea capax erat sexcentorum doliorum, nondum tamen ap-  
 plicuit classis: una tantum liburnica portum appulit: reliquæ uero nō longē  
 ab urbe esse censentur: hæc enim quæ nuperrime aduenit, portum attigit: ea  
 die quæ est diuo Iohanni perēlebris admodum: agebam enim per id tempus  
 apud serenissimū regem, qui me compellās his uerbis, inquit: Heus uir pro-  
 be, cōgratulare mihi, quoniam mea classis iam est in uado, omni aromatum  
 genere onusta: quod ego audiens, ut par erat, hæc noua læto animo excepī  
 & in gratiam regis fussi meis, ut festiuissimū quāam possent diem agerent, gris-  
 tinnitu & cymbalorū, tibiscinumq; ut assoler, modulationibus, & tormen-  
 tū reboatu frequentiore. Postridie actæ sunt gratiæ deo, & nuncupata uota  
 à cuncto populo. Rursus regē adiit, qui ut me uidit, mouit protinus ut ue-  
 stram serenitatem commonefacerem de sua lætitia, quæ per id tempus obti-  
 gerat: adiecitq; ad hæc, ut deinceps tuto & intrepidē eò mitteretis testras  
 à burnicas, mercaturi sua aromata: nam pollicebatur se uestros perquam beni-  
 gnē accepturum, ad eò ut domi esse censerentur. Addebat etiam se natatū  
 operam, ut præfectus Syriae, id est Soldanus, haudquaquā aromata ex India  
 comportare queat: in cuius rei euidens argumentum expedire cepit liburni-  
 cas & celoces supra quadraginta, quæ eò contendant, & earum quædam in  
 bi iugiter commorentur: alię uero ultro citroq; commercij gratia commēnt  
 assidue: nec dubitat quā India pro arbitratu suo potiri possit. Nauis quæ  
 iam aduenit, est Bartholomæi cuiusdam Thuscī, quæ tulit urbs Florentia. Ea  
 igitur infra scripta conuexit mercimonia, uidelicet piperis cantaros ccc. et  
 namomī

namomi cantaros CXX. lachæ cantaros LX. castorei, & id genus odorū cantaros XV. Gariophyllum & zinziber non attulere, quoniam praudenti sunt Mauris, qui & gariophyllum & zinziber asportauerant: nec, hæc fert regio Calechut, aliunde importantur. Minutiora aromata non tulere. At margaritas & uniones omne genus licitati quidem fuerant, uerū in congressu incolarum Calechut omnia perdidere, fecerunt hominum pariter ac mercium non modicam iacturā. Nec id inuoluā silentio, nuperitane huc aduenisse legatos quosdam, qui a rege Vbene Aethiopiæ accepta persona, consalutatū nostrū regem uenire, onusti muneribus complufculis. Munera fuerunt mancipia & elephantorū dentes, & complura alia, quæ & nostra regio fert. Hæc itaq; celox quæ primo loco aduenit, dum patriam peteret obuiam habuit naues duas, quæ proficiscebantur ex mina auri noua, & uersus Indiā pergebāt. Hæ igitur ubi nostrā conspiciatæ sunt, rati se fore nostrorū prædam, condito, ut sese redimerent nostris auri XV. M. quingentorū ducatorū obtulerunt: uerū nostrī temperantur ab eorū auro, immo eos complufculis donarunt muneribus, ut hac prouocati liberalitate, liberum pelagus nostris deinceps permitterent.

EXEMPLVM QVORVNDAM LITERARVM NEGOTIATORVM & collybitarū, ac trapezitarum Hispaniæ, ad correspondentes suos in urbe Florentiæ & Venetiæ, de pace & fœdere inter reges Portugalliæ & Calechut. CAPVT CXXVI.

EX relatu eorum qui classem concomitati sunt: eam, in quā, quæ M. D. II. mense Maij ab Vlisbona soluit, & anno M. D. III. die XV. Decembris redijt, certiores facti sumus, regem Calechut cum nostro rege in hæc fœdera pacis descendisse, ut uidelicet pro illata strage nostris pederet bæcharas quatuor mille piperis, id est cantarā duodecim millia; & quod Mauri undequaque aduenientes inibi commercia tractare nequeant, oriundis ex urbe Calechut exceptis, quodq; ijdem Mecham Mahumetis adire non possint, & quod rex noster pro suo arbitratu erigere possit arcem in urbe Calechut, acceptis à rege lapidibus, calce & lignis, quæ sufficiant condendæ arcis; arcē pro eis prius soluto: ita tamen ut rex eis faueat in cunctis, patiaturq; regem nostrum inibi uirum Lusitanū nostris præficere qui ius dicat, quicq; & uitæ & necis nostrorum habeat potestatem; adeo ut nec ad ipsū regem prouocare liceat, & ubi aliqui desciscerēt negotiatore nostro; n̄ protinus dedantur plectendi pro arbitrio præfecti Christianorum: & si qui Mauri capti detineantur, hi omnes negotiatori nostro reddantur: nec non Mediolanenses duo mangones gemmarū, qui ex urbe Roma profecti sunt in Indiā, & ibi artē ballistariam exercant, in Christiani nominis dedecus & detrimentum ingens, huiusq; nostro more fabricatur: hos igitur in pedicis ferreis captos, postulabat dandos præfecto classis. Præterea quod rex regni Cuchini & Canoræ inter cōfœderatos percensetur, ea lege, ut unum & commune periculum, una salus esset omnibus: perinde sit si quispiam sumeret contra eorum aliquem armā, is omnium cōfœderatorum hostis declararetur: & si uisū euenisset, ut aliquis descisceret ab hac pace & cōcordiā, in eum ueluti perfidum aliorum uires exerceretur, essetq; ab omnibus tanquam proditor, & fidei hostis explosus: & hæc omnia eo tendebant, ut diutius pax inter eos uigeret. Cauebatur etiā, ut dum classis Lusitanorum inibi agebat, illō naues cuiusuis generis non accederent, nisi prius nostris onustis. Vbi uero tantum mercium foret, quod sufficeret omnibus, tunc liberum erat unicuiq; naues onerare: ita tamen, ut ad consuetam pretiā nō adderent, id est, ut plūris solito non uendiant, quam pro centum octo: quod genus scenoris illic exercēt. Hæ sunt pacis conditiones & fœdera, quæ in nostri regis decus maximū suscepta sunt, ut colligescit omnibus nā reuera iam is noster rex non ab re dici potest dominus Indiæ. Quin iam & Turcæ, & Syriæ præfecto leges imposuit: adeo ut ad urbē Calechut eis non pateat aditus. Nec ambigimus quin intra quatuor annos rex noster na-



A ut operam, ut nostri nauæ tuto & impune Byzantium Thracum metropò  
 lim, & Alexandriam Aegypti, emporia orientaliù clarissima contendant, &  
 tandem se aliquando ulciscantur de Mauris, à quibus crebro pessime sunt ac  
 cepti. Classis igitur præfectus nauium duodecim hoc anno eò profectus est,  
 & comperit regem Cuchini extorem à suo regno: nam se celerat in quan-  
 dam insulam, ubi in locum editum receptus delitescere ab insidijs regis Ca-  
 sechur. Causam non afferebant aliam, nisi quòd memoratæ fidei sciuenti  
 regi Calochut nostros haudquaquam tradere uoluerat: nam maluit exulem  
 agere quàm fidem labefactare præstitam. Opportune igitur nostra classis sup-  
 petias tulit socio regi, & expeditis auxiliarijs copijs iure intrepidè in re-  
 gem perfidum, magnam cladem inferentes hosti. Regem Cuchini in regnù  
 continuo restituit. Id regnum est non longe ab angustijs maris Erythraei,  
 ubi arcem erigunt munitissimam: aliam edificant in ostio sinus Cuchini, ubi  
 tormentorum ferè genera omnia iam uisuntur, eisq; decernunt hostem pro-  
 pulsare eminus, & tutam classi stationem præbere suæ: neque eò illis relu-  
 ctantibus deinceps concedet quispiam. Idem fiet in sinu Calochut, perinde  
 ut stationem & litora proximiora non difficulter tueri queant. Naues uero  
 quæ superiore anno remanserant istic, prædam fecerant non mediocre: nam  
 quadam die mane ceperunt Maurorum naues quinq; regni Cambaia, quæ  
 ad Mecham, Mahumetis aram, proficiscebantur. In eis igitur nacti sumus  
 gariophylli cantaros mille defecati, id est mundi, line quilibet, inq; eis e-  
 rat plurimum gariophylli haud decorticati, ut apud nos uisitur. Ferebant e-  
 tiam hæ naues castoreum, & id genus odores, sandalium, ambram, lacham  
 purissimam, & tenuissimas telas lini: aurum uero & argentum signatum  
 abunde habebant, adeo ut opes quæ compertæ sunt ibi, ualorem C. C. mille  
 ducatorum excederent. Quare iam uobis testatum esse remur, quanti sit ha-  
 benda ea regio, quæ ferè omnibus rebus scatur effusa. Itaque ex his ratijs  
 quas præfecimus, duæ pessum iere: duæ uero dum statiuam agerent, iactis  
 ancoris in quodam portu huius insulæ, uel tempestatis acie, supra sexcentum  
 homines amiserunt non longe ab ostio maris Erythraei. Occubuit etiam ibi præ-  
 fectus Vincentius. Cymba uero alia, quæ licet atrocem tempestatem euasis-  
 set, paulum profecta in scopulum elisa, pessundata est, adeo ut totum æquor  
 corporibus humanis, tum uel maxime mercimonijs omnifariam lra-  
 tum & oppletum foret. Hunc finem quandoque male parta habent, ut est in  
 adagio ueteri: Male partum male finitur. Ex tot nauibus igitur sola celox  
 parua superstes fuit, ut cladis suorum nuncia foret. Noueritis ergo hunc no-  
 strum regem comteatum omnibus dedisse eundem in Indiam, & exercendū  
 inibi commercia: si tamen ex centenario lucro quadragenarium ipse habe-  
 at, hoc addito, ut ab eo naues emanant non minoris, quanti sibi constitisse ui-  
 debuntur: nec nauium huiusmodi solutionem tantisper differri patitur do-  
 nec redierint, sed priusquam abeant, aurum innumerato habere operæpre-  
 tium est. Visus est is princeps cognouisse tacturam quam fecit in tot nau-  
 fragijs, propterea cupit alios suo periculo eò proficisci. Vix credimus reper-  
 turum regem quempiam, qui oblatas suscipiat conditiones: indies tamē  
 sus rei certiores uos reddam. Illud etiam non præteribo, huius commercij res  
 haudquaquam stabiles esse: quicquid erit, euentus declarabit futurus. Cum  
 his nauibus portū appulit Lusitanus quidam, qui uisit minam auri in regno  
 Zaphalæ: de qua re mira refert. Assuerat nobis ibi nauem Christianorum  
 adhuc esse, & propè incredibilia de auri quantitate, quæ inibi reperitur re-  
 fert. Propterea rex noster alio nō tendit, nisi ut frenet hos barbaros, arcemq;  
 ibi erigat munitissimam, ac propulset Indos, & eos qui incolunt regnum  
 Cambata, ne ipsi deinceps mina potiri possint. Omnem igitur aurifodinam  
 sibi protinus arrogabit. Pro comperto etiam habemus, hanc aurifodinam  
 fuisse minam Salomonis, unde tot haulit thesauros: & ibi regina Saba, quæ  
 fuit ad Salomonem, ut testatur sacra uetus historia. Hæc profecto sunt ma-  
 gnâ

gna, ut uos nō latet. Nec ab re hic rex dicendus est felix & bene auspiciatus, cui contigit tam locuples thesaurus. Rentur igitur homines se mox consecuturos ab eo commeatum eundi in Indiam, soluto scenore, uidelicet, pro centenario quadragenarium, acceptis suis nauibus, ut præfati sumus. Hunc modū uidetur uelle seruire, ut mercatores eō mittant suos gestorum negociatores, qui intersint mercimonijs, non tamen prælint: uult esse dominus rerum, adeo ut omnia sibi exerceant, etiam impensa mercatorum: nam aromata suscipienda erunt de manibus Viceregis, nec liberum erit cuiq; mercari. Quare creditur commercium huiusmodi non suscepturum incrementa maiora. Indies iam men de his omnibus uos cōmonefaciam. Nec uos fugit nos alijs uobis scripsisse, Cayrum ob hanc causam decoxisse: nam ex magno orientalium emporio, si hæc succedunt regi, fiet ciuitas confusa, ut non ab re dicatur Babylon, neq; iniuria: nam illic Mauri consueuerant Christianos pessime accipere: forte erratorum dabunt pœnas. Eō igitur deinceps non comportabuntur aromata omne genus, neq; omnifariam gemmæ & margaritæ, & alia præclara complurā: quoniam urbem Calechut, neq; Zaphalam ultra non frequentabunt, reluctantibus Lulitanis ob arcus nuperrime erectas, & de omnibus certiores facti, gratias agētis deo maximo. De aurifodina uero Zaphalæ, ut præfecimus, mira hic feruntur. Huius rex possessor efficitur intra biennium. Res est profecto digna miratu: nam tota India & Persis inde suum aurū hauriebat, quæ nunc à gentilibus possidetur: licet sit ditionis Chaldæorum regis ostium sinus, ubi commercia & permutationes fiunt cum gentilibus: singulis enim annis Maurorum naues ueniunt onustæ uisioribus mercibus ex Cambaia, ut aurum asportent. Merces sunt cotoni, panni uillosi, serici plurifariam ac multijugi coloris, & in primis Turcharum more cōtextum. Hæc igitur sunt mercimonia, quæ inibi fiunt. Neq; illic rex Chiloæ diutius commorabitur metu gentiliū, qui non longe degunt ad Iucas sextaginta in insula quæ dicitur Chiloa: & eō contendunt naues omnes, ut soluant uectigal priusquam eant ad minam Zaphalæ. Quò quum perueniunt, ante sex uel octo menses nō expediuntur. Inde comportant aurum, ebur, & ceram merces optimas. Illinc soluentes Chiloam contendunt, & ibi rursus pendunt præstinati auri uectigal. Inde concedunt Cambaia siue Mecham: & in nostris nauibus sunt duodecim aut quindecim negociatores regis Chiloæ, qui tributum pendit nostro regi quotannis, id est, mitigallas M. D. & id est genus ponderis: nam mitigal quodlibet ualoris est ducatorum centum quinquaginta: tamen is rex pendet à rege nostro, adeo ut in manu sua sit ipsum pro libito profligare, & id quidem parua manu: nam quotiens libuerit eō mille hominum mittere, protinus is rex terga dabit: crediturq; ut id breui eueniat: nec res foret ardua, si profligato rege, redditus D. C. M. ducatorum singulo anno consequeretur. Neq; arbitremini, uos rogo, hanc esse fabulam: uera est historia. Iam nosse debetis, me iam pridem de nouis rebus crebro uos commonefecisse, & semper uera loquutum. Non sum is qui delecter mēdacijs: relatu etiam aliorum, qui inde ueniunt, testatissimum uobis fiet, me haud ficta, neq; commentitia scripsisse. Si uero apud uos bene supputaueritis, quid ferre possint naues, quas expectamus in dies: cōperietis certe eas ferre posse cantaros citriciter ducentos uiginti duos aromatum omnifariam. Nam deinceps illic mit tam aromata omne genus, naua boq; operam, ut nusquam uobis desint, postquam socius initum est cum rege Calechut: licet non paruum discrimen illud nauigantibus imminet ob quoddā archipelagus, in quo innatā insule prope quatuordecim mille, & etiam ob angustias cuiusdam freti, ubi mare uix est nauigiorum patiens: tamen tantum conabimur, quod pericula cōsuetudine & frequentia efficiemus innoxia: ut quandoq; gloriarī possimus. ferē totum orbem peragrauisse, & ea præsertim, quæ præci minime adiuere. Solum superest ut Taprobanam ad eamus insulam, teste Plinio omnium rerum loca pletissimam, si aurum, si gemmas, si ebora spectaueris: tantumq; nostra opera

&amp; for

Mitigal

**T** Domi  
ligatis  
lanj h  
eam te  
rat uer  
nente  
ntum,  
laria  
ideo c  
cuidas  
celox  
argum  
cet, ibi  
flumini  
eunt s  
uiros f  
ras, ad  
poris, b  
miles. I  
uulpiu  
nosra  
uerum  
tegun  
dentur  
ra habe  
sunt or  
Indora  
moder

EXE  
quali  
F



A & sollicitudine fiet, ut omnis India mercimonij nostris pateat. Illuc, ut scribunt nostris, non magni penduntur nostrae merces. Non enim propterea ipsi, ut eò mittamus cruciferos aureos, si breuem cupiamus expeditionem nostrarum rerum: quoniam aliae merces diutius manent in portu, procastinantibus ex cõposito Indis, ut tandem fatigatis impensa & diuturniore expectatione nostris, minore pretio nostra consequantur. Eius sunt ingenij, ut quodog: sunt Itali, qui simulat mercium non egere, ut demum utiliore pretio praesentent. Ibi etiam carpendunt æra, alumina alba, nõ rubea, & in primis grandia: minutiora uero spernunt. Corallium autem nõ floccipendunt, si sit magnum & fabricatum: alioquin nullus est apud eos pretij. Habent ij populi uices contrarias cum Alexandrinis, aded ut si illi minuta querant, hi proceriora, & uersa uice. Plumbum non uilispenditur ibi, si instar lateris sit conflatum. Argentum utuum & ambra nihil penditur. Ibi gra fabricata minore pretio licitantur: quoniam rursus suo more ea constant, uoluntq; nos in cõstante operam lusisse: non eo utuntur ut nos. Hæc igitur summa erit: alias merces, exceptis memoratis, ibi nullius esse pensi, licetq; perquam mediocris.

EXEMPLVM QVARVNDAM LITERARVM PETRI PA S  
qualigi oratoris dominorum Venetorum apud serenissimum & inuicissimum Portugallie regem, ad suos germanos in Vlisbona commorantes, die decima nona Octobris, M. D. I.

CAPVT CXXVII.

**R**AE S T A N T I S S I M I fratres tanquam patres honorandi, salutem. Petro cuidam Verzo tabellario, & nonnullis Valentinis ad uos literas dedimus superioribus diebus, quibus uos certiores reddidimus omnium quae hic usu eueniunt. Nunc autem rursus uisum est uos per Bartholomæum Marchionem auunculum Dominici Benedicij Florentinum commonefacere de rebus nostris, ut intel ligatis nobis cordi hæcisse, ad uos quam creberrime literas dare, modo habelarij habeantur. Ut igitur noua anni praesentis intelligatis, scitote hic esse eam irremem, quam superiore anno rex Portugalliae serenissimus expedierat uersus Aquilonem; praefecto Gaspare Corterato, qui nobis refert contentem inuenisse, distantem ad miliaria duo millia, inter Corum & Fauonium; haecenus toti penè orbi incompertam terram, cuius latus aiunt ad miliaria propè octingenta percurrisse: nec tamen finis compertus est quispiam: ideo credunt continentem; non insulam esse: regioq; uidetur esse coniuncta cuidam plaga, aliàs à nostris peragrate, quasi sub ipso septentrione: eò utque celox tamen non peruenit ob congelatum æquor, & ingruentes caelo nives: argumento sunt tot flumina, quae ab illis montibus deriuantur, quòd, uidelet, ibi magna us nstitutum existat: arguunt propterea insulam non posse tot flumina emittere. Aiunt praeterea terram esse eximie cultam. Domos subeunt lignae, quas cooperiunt pellibus ac corijs piscium. Huc adduxerunt uiros septem sexus utriusq;. In caelo uero altera, quam praestolamur in horas, aduehuntur quinquaginta illius regionis incolae. Hi si proceritatem corporis, si colorem, si habitudinem, si habitum spectes, Cinganis non sunt absumiles. Pellibus piscium uestiuntur & lutrarum, & eorum in primis, qui instar uulpsum pilosas habent pelles, eisq; utuntur hyeme, pilo ad carnes uelut, ut nos at æstate ritu contrario: neq; eas consuunt aut cõcinnant quouis modo, uerum uti fert ipsa bellua, eo modo utuntur: eis armos & brachia praecipue tegunt. Inguina uero fune ligant multiplici, confectio ex piscium neruis. Uidentur propterea syluestres homines, non sunt tamen inuerecundi: & corpora habent habilissima, si brachia, si armos, si crura respexeris, ad symmetriam sunt omnia. Faciem stigmatibus compungunt, inuruntq; notis multijugis instar Indorum, sex uel octo stigmatibus, prout libuerit. Hunc morè sola uoluptas moderatur. Loquuntur quidem, sed haud intelliguntur, licet adhibiti fuerint

ferè omnium linguarū interpretes. Eorum plaga caret prioris ferro: gladios tamen habent, sed ex acuminato lapide. Pari modo cuspidant sagittas, quæ nostris sunt acuminatiores. Nostris inde attulerunt ensis contracti partem inauratam, quæ Italiæ ritu fabricata uidebatur. Quidam puer illic duos orbes argenteos auribus appensos circumferebat, qui haud dubie caelati more nostro uisebantur, scaturam Venetam in primis præ se feretes. Quibus rebus non difficulter adducimus, continentem esse potius quam insulam: quia si eò naues aliquando applicuissent, de ea cõperti aliquid habuissẽmus. Piscibus scater regio, salmonibus, uidelicet, & alecibus, & id genus cõpluribus. Syluas habent omnifariam, perinde ut omni lignorum genere abundet regio. Propterea naues fabricant, antemnas, & malos, transtra, & reliqua quæ pertinent ad nauigia. Ob id hic noster rex serenissimus instituit inde multum emolumenti sumere, tum ob ligna frequẽtia pluribus rebus haud inepta, tum uel maxime ob hominum genus laboribus assuetum, quibus ad uaria eis utitur quibit. Quando quidem suapte natura hi uiri nati sunt ad labores, suntque meliora mancipia quàm uiderim unquam. Visum est propterea non fore ab amicitiã nostra deuium, si hæc uos non celarem. Vbi uero alia celox, quæ expectatur indies, aduenerit, mox aliarum rerum certiores uos reddam. Naues uero, quæ contendunt ad urbem Calechut expediuntur. Neq; id præteribo, regi hæc esse cordi, ut tota classis, quæ proficisci in Orientem consueuit, ea primo Mechæ classẽ corripiat, ut tandẽ Soldano Syriæ prefecto aditus illuc non pateat, nec inde deinceps aromata exportet: & huic rei rex uice studet, persuadetq; sibi, nihil posse obstarẽ, quin potius uotis huiusmodi. Assentitur tota curia, urbs & regnum omne cum eo conspirant: quoniam si sibi succedet, mirum dictu est, quàm breui omnium locupletissimus sit euasurus in tanta rerum copia & ubertate, & in primis aduentantibus Venetis biremibus & triremibus, ut hinc asportent mercimonia. Igitur pro cõperto habetur, nõ posse nisi maxime lucrari, Venetorum celocibus huc accedentibus, & id in manu habere sibi persuadet. Tardet propterea ipsum moræ, quoniam desiderio etiam ipsa celeritas est in mora. Peroptat igitur, & perquam ardentissime insistit rex serenissimus, ut uoto frui queat suo. Ob quam rem uero plurimum, ut ab hac sententiã, quæ cordi inhaesit, uix possit dimoueri: nec facile adducetur, ut in rebus orientalibus nobis adsit, quum sit huic expeditioni profusus addictus. Nos uero qui anno elapso prouinciam sustinimus à nemine adiuti, neq; ære ecclesiastico, sed solum nostris opibus, uix, ni faucati ipse, nobis bene consultum ibit. Valet.

EXEMPLVM QVORVNDAM LITERARVM FRANCISCI de Sagitta Cremonensis, datarum Vlisbonæ decimasexta Septembris, M. D. II. directarum ad oratorem Venetum Petrum Pasqualigum, apud reges Castiliæ agentem. CAP. CXXVIII.

Præstantissime orator, & domine obseruandissime, iam binis meis literis pollicitus sum iam pridem uestræ præstantiæ, me haudquaquam prætermisurum, quin certiores redderemini earum mercium, quas ferrent quatuor celoces, quæ indies expectantur. Nunc uero, quoniam portum applicuerit, usum est uos latius de rebus huiusmodi commonescere: & res uersusolum denarrabo. Igitur hæc sunt mercimonia quæ attulerunt. Primo uiperis cantaros mille, cinamomi cantaros quadringetos quinquaginta, zinziberis cantaros circiter quinquaginta, lachæ cantaros quinquaginta, cotonorū tantis, quantum emeremus ducatis quadringentis. Alia non attulerunt. Quæ uero non attulerint plura aromata, causam adducit, quod uidelicet quum hinc soluissem, conuenit inter eos, ut duæ celoces ad minam auri proficereant: duæ uero alia ad urbẽ Calechut: propterea unusquisq; eas merces composuit, quas arbitrabatur inibi quib cõtendebat, fore in pretio. Quis uero dictæ naues cõtendissent ad urbẽ Calechut, hæc quisissent accedere ad minam auri,

merces





naues, dimiduum mercium dent regi, reliquum uero sibi uendicent. Et ut di-  
 lucidius intelligatis negotiantes pro cantaris duobus aromatum non plus  
 exponunt quam aëreos septem, uel ad summum octo: & hos cantaros bisā-  
 riam diuidunt, alterum regi, sibi alterum, expensis, ut dictum est, regis: & tam-  
 compertum habemus, conducibilis nobis fore, hoc modo commercia exter-  
 cere, quam nostro periculo illuc cōtendere, ut hactenus egimus. Fit propter  
 ea, ut non difficulter rex nanciscatur, qui conditionē huiusmodi non reuolu-  
 nit. Nos duarum prædictarum nauium hoc modo portionem habuimus. De fu-  
 turis uero, quæ forte eō cōcedent, bene perspiciat deus ipse maximus, qui est  
 omnium autor. Video me prouectum nimis, & quasi epistolarem stylum e-  
 gressum: uerum rapuit me charitatis & amicitia Fauonius: nolui enim al-  
 terius uos latere. Scio quidem de alijs meis uos commonefuisse, sed non ad  
 regulam, de his quæ uisui euenierant: non enim comperta tunc mihi erant eun-  
 cta. Me igitur commendo, oroq; ut si forte fortuna uobis nostra fuerit opus  
 opera, ea uelitis uti æque ac uestra: non enim sum unquam defuturus, quin  
 uobis morem geram, dum spiritus hos reget artus. Valete. Datum Vlis-  
 bonæ, die xxvi. Septembris, M. D. II.

QVOMODO IOSEPHVS INDVS VE-  
 NIT VLISBONAM, ET EXCEPTVS A REGE  
 honorifice, contendit Romam & Venetias, à nostra  
 sociatus. CAP. CXXIX.



VVM igitur alijs suis celocibus & liburnicis rex noster re-  
 giones australissimas peragrauisset, dum eā irēt in Indiam  
 herendo suorū sententiā, qui easdem partes retroactis tem-  
 poribus lustrauerāt, decreuit eo anno, qui est in ordine M.  
 D. rex Emanuel memoratus rursus eō mittere classem XII.  
 nauium, cui præfecit Petrū Aliarēs, qui suscepto de manu  
 præfecti sui trophæo, octauo mensis Martij, eius anni, sol-  
 uit Vlisbona, qui inter nauigandū innumeras passus est anxietates & discer-  
 mina. Tandem annuentibus superis XIII. Septembris, eiusdem anni, deue-  
 niunt ad urbem Calechut cum septem tantū celocibus: nam ex classe conie-  
 rant quatuor, obrute tempestatibus frustissimis: alia uero Zaphalam conuel-  
 serat. Steterunt igitur in portu urbis Calechut mensibus serē tribus: & demū  
 orta inter nostros & urbis incolas controuersia, occisisq; hinc inde homini-  
 bus nonnullis, nostræ celoces Cuchinū profectæ sunt uigesima quarta No-  
 uembris, anni supradicti: nam Cuchinū distat ab urbe Calechut milliariibus  
 serē centū & decem. Id regnū mari adiacet, cui dominatur rex gentilis, eius  
 scilicet cuius est rex Calechut. Is igitur rex Cuchini nostras celoces perbehi-  
 gne excepit, & dum illis cōmoratur cōmercia exercentes, uti in superiori-  
 bus retulimus libro s. cap. 78. duo germani fratres Indi Christianiq; uenerunt  
 ex urbe quadam dicta Caranganora, quæ abest ab urbe Cuchina milliariibus  
 serē uiginti, qui aiebant se in uotis gerere plurimum, ut occidentalem uide-  
 rent plagam: supra autem uora gerere, ut Romam, & demum sanctam ciuita-  
 tatem Hierusalem inuiserēt: qui nostras celoces ingressi, nobiscum ultro in-  
 teribant: & ecce per id tempus ingens classis soluit ab urbe Calechut, ut nostrā  
 classem pessime acciperet: quod ut nobis compertum fuit, mox uela uentis  
 dedimus altum pefentes; euntibus nobiscum dictis fratribus, & nonnullis ob-  
 sidibus, qui loco & cōpensatione nostrorū dati fuerant, eorum, inquam, qui  
 in urbe Cuchina negotiaturi remanserant. His igitur conspectis uersus Vlis-  
 bonam iter cepimus. Ex his uero fratribus Indis, quorum tam memini, alter  
 uiuit, alter uero uita functus est, dum in Lusitaniam proficere mur. Tandē  
 aliquando mense Iunij M. D. I. Vlisbonā deuenimus: quō ubi applicuimus,  
 dictus Ioseph cōmmeatu à rege habito socioq; Romam, & demum Vene-  
 tias



Atias contendit, & rursum redijt Vlisbonam: & per id tempus complura scitu non indigna accepimus, & referent eodem Ioseph Indos, quorum latius meminisse animus est in sequentibus.

De patria Ioseph, & habitudine corporis. CAP. CXXX.

IGitur Ioseph prædictus natione Indus, patria Caraganorensis, annis ægens quadragesimum, coloris subcineritij, stature fuit mediæ, hoc est, inter proceriores & breues medius: id asseuerant, qui sæpenumero hominem contemplati sunt. Vir erat ingenio non mediocri, utrax admodum, ut pote qui nihil magis oderat quàm mendacia: uirq; abstemius, & integritatis non uulgaris: & reuera quantum colligere ex eius consuetudine quæuis: uir erat nõ peccatendus, & in primis fidei inconcussæ illibataq;. Vrbs igitur, unde ortus est uir memoratus, abest ab urbe Calechut ferè milliaribus nonaginta, quæ est in sinu quodam dicto Milibar, introrsus terras ad quintumdecimũ lapidem: muro haud ambitur: longitudine uero milliarium triginta: quoniam domus ut apud nos haudquaq; sunt contigua, sed inuicem distant, adeo ut uideantur uicatim habitare: eamq; interfluunt complura flumina: & plerũq; eorum uides adiacent fluminibus. Hanc urbem incolit hominum duplex genus, alterum Christianorũ, gentilium alterum. Et ut uobis cunctisq; colligere sciat qui sint gentiles, scitote itaq; eos esse populos, qui olim pro dijs colebant idola, necnon animalia multijuga, uti in sequentibus denarrabitur. Rex eorum seruicij idolis. Inibi etiam sunt complures Iudæi, uerũ uispenduntur plurimum: eo etiamnum contendunt negotiatores ferè innumeri cõmercij causa, ut sunt Syri, Aegypti, Persæ, Arabes, Medj, & id genus complusculi: quoniam illic comportantur ferè omnia aromatum genera, fertq; plaga huiusmodi multa humano generi non ingrata.

De incolis urbis Caraganore, deq; eorum delubris & moribus.

CAPVT CXXXI.

VRbs trisariã diuiditur. Primores, id est, patritij, ac primæ classis uirj: sua lingua Naïres dicuntur. Secundo loco, homines census ferè nullius, ut proletarij, succedunt, ut sunt apud nos gregarij. Canes suo idiomate appellantur. Postremo tertiam partem absoluunt capite censj, uirj nullius census & classis postremæ: hi piscatu uicium quæritant, suntq; deteriores cæteris. Nuiram eorum lingua appellantur: hos adeo odit nobilitas, ut si forte eos ob utos habuerit, nisi fuga sibi condicio consulant, pessime accipiat. Priuè tribus priuã habent delubra. Mulieres uero alta templa habent, quæ non aduent uirj. Dant deo honorum suorũ, loco primitiarum, fruges multijugas. Adorant deum celi, eumq; trinum credunt: propterea trifrontem pingunt in statuus complicatis manibus, Tambram nuncupant. Ante eorum statuas trahuntur plagæ, nos cortinas appellamus, ex lino candidissimo: hæ referantur dum sacrificant, sicuti latius in sequentibus referemus. Habent etiamnũ statuas ant malium uarias, uerũ eas minime colunt. Quando delubra adeunt, alij frontem terra cooperiunt, aqua alij aspergunt: ter in die uisunt templa, mane, meridie, & uesperj. Sacrificant hoc modo: Conuocant plebẽ buccinatores, cornicina, & choraulæ nõnulli, ut nos campano aere: & tantisper concentus efficiunt, donec magnus eorum sacerdos aduentauerit, qui indutus ueste nescio qua sacerdotali, astat altari, & canere quædam incipit ad cultum diuinũ pertinentia: orationes nos appellamus. Mox subsequitur alius sacerdos, canens et ipse nõnulla. His populus respondet omnis, usq; tertio hæc sunt. Demũ peractis his egreditur sacerdos quadam porta nudus totus, habens pro coronâ sertum rosarũ in capite, duosq; magna lumina, totidẽq; cornua scititia. In manibus gerit enses duos denudatos, & gradu citato ueluti lymphatus quispiã uersus eorũ deum currit, cortinamq; mox reserat, & enses alterũ magno sacerdoti porrigit, altero uero seipsum complusculis confauciat uulneribus: et ubi se propè confectis plagis innumeris, illic proflit in rogam ardentissimũ, ibi ex copposito paratum, inq; eo saltat more tripudiantiũ & chorizantium: i ¶ euadit

evadit tandem rogum, tortuosisimisque oculis dicit se esse loquutū cum deo suo, taliaq; mandavisse: & tunc qualia deo accepta persona incipit docere populum. Sunt & alia complura sacrificia, quorum non meminit Ioseph, tum quia vix eum intelligere quivimus, tum vel maxime quia is Ioseph et gentilibus vix diuersatus fuerat, utpote qui eius sectæ militie erat. Satis itaq; ac super de delubris ac sacrificijs horum dictum arbitror.

*De regum moribus & indigenarum, & quod ibi sunt quidam Christiani.*

CAP. CXXXII.

**R**ex gentilium colit idola, & complures habet cōiuges, quibus nullus est pudor, nulla ue pudicitia: passim prostituūt corpora: ubi functi sunt vita concremantur: at eorū mulieres per occiduum tantū superuivunt: demum ut in memoriam uiroꝝ & ipsæ concrementur uiuæ, sunt suæ spontis. Hęc re ferebat Ioseph coram uidisse. Filij regum regni haudquāquā sunt heredes, uerum qui secundo gradu succedunt in stemmate: argumentum sumunt ex incontinentia cōiugum, quod uidelicet, filij sunt nothi, propterea regno pri uantur. Quin huius corpora, uarijs utūtū ceremonijs. Gentiles hoc modo induuntur. Rex apicem aureum aralici panhi gerit in capite: at urbis primo res bitretum ex serico contextū, ceteri aperto capite prodeū, nudū incedūt, pudorem contegunt lindone mundissimā, brachia condecorat armis pretio sissimis, omne genus gemmarum faberrime excultis: in pedibus cōdalia fe runt magni pretij, uidelicet, anulos omnisfarā insignitos lapidibus pretio sis, qui inibi magni pendunt: his & iterum lauantur in die, lotaq; ad id depu tata habent complura: uiri & foeminae in uniuersum sunt formosi, pelchrius dine eximia honestantur: comunt capita mirum in modum, uti decet mulie brem mundum: caput exornant gemmis & margaritis: gentiles non aliter scribunt quā stylo ferreo in libris arborum: linguam habet Indām. Et de his haecenus. Verum quia in superioribus cōmeminimus Christiani nomī nis, diximusq; complures esse in urbe Caranganora Christianos, non ab re eritis eorum mentionē in hoc capite fecerimus. Nouerint igitur omnes ab Indo flumine, ubi auspiciatur India occidentem uersus, insulam Ormis, quae est non longe à sinu Persico, Christo tantū parere: alibi non sunt Christiani, praeterquam in Caranganora urbe. In India uero sunt multiplices reges, qui Christum norunt. Qui uero incolunt Caraganoram urbē, Christiani com plursculi sunt, penduntq; uectigal regi Gentilium: nā concludunt aere annuo eorum aedes, praeterquam quod tributa solunt, ut latus dictum est.

*De domibus eorum, & quod eorum pontifices moderantur ecclesiā.*

CAP. CXXXIII.

**E**orum aedes parietibus fulciunt, habentq; uarias contignationes: at gen tiles suas domos tegunt assamēis & lignis id genus. Christiani uero ibi delubra habent nostris non ab similia: uerū solas cruces inibi uidebist nullas habent sanctorum imagines, concamerata sunt ut nostra, inq; eorum crepi dine crux uisitur pergrandis, ut est uidere apud nos: tintinabula habent nulla: quando uocant populum ad diuina, seruant morē Graecorum. Hī populi habent magnū antistitem, cui adstant Cardinales duodecim, Patriarchæ duo, Archiepiscopi uero & episcopi cōplures. Referebat propterea dictus Ioseph cū quodā Episcopo soluisse ab urbe Caranganora, & concessis rati bus iussisse ad insulā Ormū, quae est à Caranganora milliartibus serē mille & quingētis. Et inde petijt mediterranea itinere trium mensium, unā cum episcopo memorato, peruenit in Armeniam maiorem, ut consalutaret reueren tissimē suū magnū pontificē, à quo episcopus dictus initatus factus, Iosephq; memoratus ad sacerdotij gradum promotus est. Itidem agunt Christiani omnes Indij, & regni Cataij. Eorum Pontifex Catholica dicitur, fertq; tonsuram instar crucis: praescit patriarchas suos, ut dictum est, alterum in India, in Cataio alterum: alios uero Episcopos alio mittit, prout expedire uti sum fuerit, ut ad suas prouincias moderandas transmittatur, Huius Catholice

comment

ad Ormū

ITag.  
Herun  
Infante  
ingruer  
unction  
tur eorū  
Christi  
non fer  
uitium  
munt,  
comple  
exhalat  
Peracla  
litor uc  
proxim  
unt in p  
euange  
& adue  
die par  
ris orat  
storum  
bus seq  
colunt.  
studios  
phanta  
haec Ta  
cationē  
esq; do  
in mem  
ubi cor



commeminit Marcus Paulus in tractatu Armeniæ, & sibi dicit dud esse genera Christianorū. Iacobitarum, uidelicet, & Nestorianorum, quorum papa dicitur: Iacobita, qui est hic Catholica, de quo est sermo, cuiusq̄ meminit Ioseph saepe dicitur. Et quum dicitur papa uarios homines promoueat ad gradus huiusmodi, efficiatq; multiplices antistes, posset non ab re ambigere quispiam, unde ei hæc sit autoritas, autorandi homines cum sancta Romana ecclesia, quæ est unica, & unicam habet fidem, unumq; Romanum pontificem recipit. Sciant igitur tempore quo Alexander VI. sceptrum moderabatur ecclesiæ uniuersalis, dicitur Ioseph Romam contendisse: hunc Alexander maximus pontifex percunctatus est; à quo Catholica prefatus habuisset facultatem antistandi in Oriente: huic respondit Ioseph his uerbis: Olim diuum Petrum Apostolorū Antiochiæ prefecit fuisse: & quæ sancta Romana ecclesia schisma te laboraret atroci, duce Simone mago, qui sui nominis monumenta reliquit, sanctus Petrus accessit ad Romam, ut Simonem confunderet, & laborantibus Christianis non deesset. Hic itaq; Petrus non prius soluit Antiochia, concessurus Romam, quam uicarium Antiochiæ præfecerit, & is est qui Orientalē plagā moderatur, & dicitur Catholica, geritq; Petri uices: huic uero Catholicā præficiūt cardinales duodecim in Armenia, & id iactant autoritate Romane pontificis facere: quod esse falsum nemo est qui nesciat, quando quidem una est sponsa Christi, quæ unam figurat ecclesiam Romanā, extra quā salus est nulla: que uero dicitur de alijs, cõmentantur omnia, & fidei nullius. Hæc dixerim, ne quis putet à soliditate petreæ Christi esse recedendū. Unus deus igitur una fides, una est sancta Romana ecclesia.

*De modo consecrandi eorum ecclesias, & de moribus quos seruant ad humant corpora.*

## CAPVT CXXXIIII.

Itaq; hi habent sacerdotes, leuitas, & hypodacaonos. Sacerdotes uero non serunt tonsuram, sed nonnihil capillorum in summa parte capitis habent. Infantes non baptizantur ante quadragesimum diem sui ortus, nisi morte ingruente. Confitentur ut nos, eucharistiam sacram sumunt: extremam autē unctionem non habent, sed loco eius corpora benedicunt: quæ ingrediuntur eorū delubra, latice benedictio corpora aspergūt ut nos: consecrāt corpus Christi & sanguinē, si tamen id cõsequi possunt, in azymis, hoc est, in pane non fermentato, more nostro: & ubi non habent uinum, quoniam ea regio uitium est impatiens, uuas passas mergunt aqua, & demum succum exprimunt, eorū uici uini utuntur: nam eod ex Cataio comportantur uas passæ complures, humant humana corpora more nostro, quumq; quispiam uitam exhalauerit, mox cõueniūt multi, & dieb. octo cõtinuis simul comestantur. Peractis uero epulis, fundunt pro defuncto preces, testantur, supremaciõ colitur uoluntas: & ubi intestati decesserint, qui arctiore gradu defunctio est proximior, is est hæres. Eorum cõiuges uis uita fundis, cum dotalitio abeunt in paternas aedes: ita tamen, ut intra annum luctus nõ nubant. Quatuor euangelistas habent, totidemq; euangelia colunt: obseruant quadragesimā, & aduentum ieiunij & orationibus perquam diligentissimè: inter cetera, à die pasceues usq; in diem paschæ omni cibo abstinent, nocte sancti ueneris orationibus & concionibus sacris iugiter insistant. Intra annum has sanctorum celebritates mire obseruant. Primò diē sanctæ resurrectionis cū duobus sequentibus diebus. Octauum diem paschæ supra omnem festiuitatem colunt. Quippe qui affirmāt ea die diuum Thomam, cuius sunt ipsi perquam studiosi, in latus nostri seruatoris manum posuisse, cognouisset non esse phantasma. Deinde diem qua Christus cõelos conscendit eximie colūt. Post hæc Trinitatis, Assumptionis beatæ Virginis, natiuitatis eiusdē, & purificationis, natiuitatis nostri Seruatoris, epiphaniæ, & omnium Apostolorū, dicitur dominicos obseruant. At primā diem Iulij mirè in modum custodiunt in memoriam diuæ Thomæ Christiani pariter ac gentiles. Cœnobìa habēt ubi continentissime uiuūt monachi nigri, habēt & sanctimonialia complu-

res: sacerdotes uiuunt castissime, & si qui comperti fuerint incontinentes, hi mox priuantur missarum celebratione. Qui Christo parēt, diuortijs minime utuntur, bonum uel malum sit matrimonium, petennat ad ultimum usque fari diem. Ter in anno populus suscipit eucharistiam sanctissimam. Doctores habent egregios, eosq; eruditissimos. Literarum studia ibi uigent plurimum. Prophetas ut nos legunt. Addebat etiam dicitur Ioseph inibi esse complures sanctos doctores, qui uetus & nouum Testamentum explicarunt cordatisime: habitu utuntur Maurico, id est, lineis tunicis: diuulserunt annum ut nos in menses duodecim, & habent intercalarem diem. Verum diem partiti sunt in horas sexaginta, easq; ad aspectum solis interdū cognoscunt, noctū uero intuitu stellarum.

*Quando hyems est in urbe Caranganora, & de nauibus eorum.*

CAPVT CXXXV.

**Q**VI Caranganoram incolunt, hi sunt inter tropicum aestiuum & aequatorem, & ut referebat dicitur Ioseph, diem habent maiorem horarum tredecim cum dimidia, minorem uero decem, ita ut intelligas de nostris horis, non autem de suis, quae sunt multo minores, ut dictum est. Quom uero sol est in tauro, umbram habent perpendicularē: quādo est in cancro, projectur umbra ad Austrum: & ubi est in uirgine, rursum habent perpendicularē: quando autem est in capricorno; ad Septentrionem umbra projectur: temporis mutationē apud eos uidebis à medio mense Masi, usq; ad medium Augusti: tunc temperant à nauigationibus, & nullo pacto obsecunt, tem per id tempus fortunam maria sulcant. Sunt etiam in illis Indiae partibus innumera nauigia, quae in occidentem contendunt: alia uero in Arabiam, in Persidem alia nonnulla mare Erythraeum arant: alia uastissimam Iustrant Indiae ad orientem in primis, usq; ad Chersonesum auream, & deinceps ad extrema Indiae, pretereuntes Cataium & Taprobanam insulam Fayllamq; & complures alias. Naues itaq; huiusmodi quibus sulcant, sunt praegrandes, addo ut circa duodecim uela habeat, remiges innumeros, nonnulla uero minus, aliae autem pro uelis tegetes, id est, storiās habent, & huiusmodi ab insulis proficiuntur: aliae uero ex cottonina omne genus uela conficiunt. Naues fabricatur clauis ferreis: & propterea id dixerim, quoniam falso arbitratī sunt quidā clauis ligneis eorum naues consolidari. Haec enim non indiligenter sciscitatus sum à Ioseph praedicto. Ostēdi illi aliquando formam conficiendi nostra nauigia, ratus longe alium esse eorum morem: at ille subridens, ait itēdem Indos quoad fabricandas naues seruare, eas etiam ferrum nant thure admixtū nonnullis alijs. Quom autem in mare fabrefactas naues proficiunt, elephantos hinc & hinc ponunt, qui non sine hominum strage molem trahunt in mare. Cōeperunt ob tot hominum cladem ab hoc more temperare, & dimissis beluis, quibus utebantur ad nauandam hanc operā, numerosiorem hominum ceterum addunt, donec moles in pelagus trahatur.

*De moneta illorum, & de rebus quae ibi nascuntur.*

CAP. CXXXVI.

**T**Riplex est genus monetae illic, saraphūm appellat suū aureū nummum, ualoris & ponderis nostri ducati. Aliam uero appellant parantē argenteam, & ea est ualoris solidorum sex et nostris. Habent & aliam ualoris solidi unius: & haec omnes habent imaginem subscriptionemq; sui regis: ibi aurum neq; alia metalla inueniuntur, illuc comportantur aliunde, uidelicet, ab montibus quibusdā, qui absumt milliaribus fere CCC. Plaga Caranganorae est soli patens eiusdemq; aprici, & feracis: longe absunt mōtes: coeli est per quā elementis uiri sunt subcinericij: qui uero mōtes incolit, hi sunt albicanis coloris, & nō nisi annosi pereunt. Referebat Ioseph inibi uiros centenarios esse, qui adhuc dentū ordinē illāsum habebant. Regio est admodū serax, licet triticum nō gignat, neq; equos: eō triticū cōportatur à quibusdam insulis eiusdē naturae, cuius est regio Calechur, & Cambaia, & id efficit are

nosa

nosa pl  
nisi ad  
non ut  
peis ob  
alij fe  
trabiles  
ut sint  
minis g  
tiam ha  
sumus s  
suos sex

HAc  
Hole  
genera  
rosmar  
ostendi  
adeo ut  
& aliam  
quadrig  
rum: qu  
phia, &  
put in f  
oleum f  
in aqua

E Xpa  
enim  
arbores  
uotis em  
ea pro u  
tura: qui  
tem intr  
superflig  
id rursum  
& quom  
uissimo.  
arbores  
libro ar  
gis huma  
rent ad c  
bores ibi  
presertim  
calsia, &  
ciatores.  
portant,  
etiam ue  
proulat  
rangano.

VRbs  
mill  
est Caran



noſa plaga. equos mittunt Ormus & montes quidam, eis minime utuntur, niſi ad gerulam operam, quum ultro citroq; comportantur merces, ad bella non utuntur: pedites præliantur arcibus & ſagittis, necnon macheris & clypeis obrotundis, hæſtis nonnullis utuntur in prælio. digladiatores ſunt eximii, alij ſe loſicant piſcium pellibus, quæ ſunt ad quoscunq; iclus propè impene- trabiles, alij loricas & thoraces ferro fabricant. Animalia omniſaria hæc, ut ſunt boues, arietes, bubali, pecora, & id genus cõpluſcula, & ea uice nu- minis gentiles colunt. Regio etiam fert elephantos uberrime, minutiora etiam habent animalia, ut ſunt gallinæ, anſeres: ſues nõ habent. Percuſſiati ſuntus etiam pretium rerum, & oſtenſis gallinis ipſi Joſeph Indo, dixit apud ſuos ſextantum gallinas aureo uno conſequi quire.

De oriza, palmis, & nucibus Indis.

CAPVT CXXXVII.

**H**æc plaga fert orizam eximie, & ſaccarum tritum, utrunque emittit, ac oleo conditū. oriza panem conficiunt nõ inſuauem: habent herbarum genera uiginti, quæ hominẽ alunt plurimū: radicibus in primis oblectantur roſmarinum non habent, neq; burxum, poma, uites, nec perſica: hæc omnia oſtendimus illi, quæ dixit haud eſſe in regione ſua. ficus habent complures, adeo ut uix ſit credibile, quantum ſcateat regio fructibus huiusmodi: habet & aliam arborem quæ fert Indas nuceſ: & hæc arbores, ut referebat Joſeph, quadrigeminos gignunt fructus, uidelicet, oleum, uinum, acetum & ſaccarum: qui uero hiſ fidem non adhibet, legant Strabonẽ in xvi. ſuæ Geogra- phicæ, & adſtipulabuntur Joſeph Indo uera narratiõ: ſic enim Strabonis ca- put incipit: Cætera uero ex palma præbet, ex ea enim panis, mel, acetum, & oleum fit, & reſtilia uaria: nucleis pro carbonibus fabri ferrarij utuntur, qui in aqua macerati bobus & ouibus in pabulum dantur.

Strabonis  
locis

Quomodo ex palma fit uinum, oleum, acetum, & ſaccarum.

CAPVT CXXXVIII.

**E**x palma igitur hoc modo quatuor ſiunt fructus in mense Auguſti, id enim eſt eis primum uer. palmam putant, ut nos uites: & quoniam tunc arbores potiſſimū luxuriant, gemunt incifa, lachrimasq; inſtar conſauciate uitis emittunt: has ualis excipiunt, tribus ſolum diebus ab arbore ſauciata, ea pro uino utuntur albicante aqua. Elapſo triduo ex lactice fit acetū ſuaete natura: qui uero ſaccarum efficere uoluerit, is aquã huiusmodi ſumat emanantem intra tridū, & ahenis impoſitam tãtiſper coquat, donec tix tertia pars ſuperſit, tũ ſe de octa mel efficitur ſuauiſſimum. Vbi uero mel eſt effectū, id ruruſum aquis immergunt, & cõpurgant ſubinde uſq; ad uigelimū diem: & quum diligenter defecauerint, eo utuntur pro uino, & quidẽ ut aiunt, ſua uiſſimo. E nucleis uero fructus palme exprimitur oleum. Habes igitur ex una arbore fructus complures: ex lignis etiam ſemicombuſtis carbones ſiunt, ex libro arboris funes. Hæc itaq; ſumma ſit nullam eſſe aliam arborẽ, quæ magis humanis uſibus conducat. Ibi etiam ubertim piper naſcitur, quod torrent ad calorem ſolis, ne forte ſatum alibi germinet in damnum eorum. Arboreſ ibi non ſunt magnæ proceritatis, nuſquam tamen ſunt ſitquentiores, præſertim in India. Ibi etiamnum copia eſt ingens zinziberis, myrobalaniſ, caſiæ, & aromatum ferẽ omne genus. Hæc omnia præſtinant Mauri nego- ciatores, & ea Babyloniam, Cayrum nunc appellans, urbem Niloticã com- portant, inde Alexandriã, Damascum, & demũ ad Perſas. Conuehunt hæc etiam uerſus montes, & ad Cataum, quæ regiones plurimū à nobis abſunt, prout latius referemus in ſequentiſ. Verũ poſtq; ſatis ac ſuper de urbe Ca- ranganora dictum eſt, equum cenſeo ut ruruſum ad urbẽ Calechut redeamus.

De urbe Calechut, deſq; eius rege & moribus, nec non mercibus.

CAPVT CXXXIX.

**V**rbes itaq; Calechut occidentem reſpicit, abeſtq; ab urbe Caranganora milliariſ propè x. mari adiacet, & portū habet nõ incelebrẽ, maior eſt Caranganora, cuius dominus eſt idolorum cultor, & eius ſectæ, cuius eſt dominuſ

dominus Caranganoræ: in nullo propè differunt, si culti deorum, si mores, si superstitiones spectaueris, uti latius commemorimus in superioribus: propterea ut parcamus iusto uolumini, parcus in præsentia de hac re loquemur. Illud tamen non præteribo, illic esse propè innumeros negotiatores, Persas uidelicet, Mauros, Indos, Medos, Assyrios, Syrios, Arabas, Aegyptios, et ferè ex omni orbe cõuenas: alij alias ducunt merces, ad eò ut ibi ferè nihil quod ad humanum cultum spectet desideres. Sunt inter cæteros illic nonnulli qui Guzerati appellantur, qui multijuga tractant mercimonia. Eò itaq; quasi tota India merces comportat uberrimas: frequentior etiã inibi negotiatorum numerus erat, quàm incolæ Cataij illò proficiscerentur. Hi igitur Cataij populi colunt Christum, & coloris sunt albicantis ut nos, uiri sunt per quã stre nui, qui olim in urbe Calechut eximie negotiabantur. Verum quum rex Calechut male eos accepisset, solute illinc, & paulo post reuertentes, stragè non mediocrem incolis urbis Calechut intulerunt, & deinceps non sunt regressi. Post hæc adiuere urbem Malaperam, quæ urbs paret regi Narlindo: regio respicit orientem, & distat ab Indo flumine milliariibus X C. ibi nunc sua exercent mercimonia: populi dicuntur Malafines, multijuga ferunt mercimonia, uidelicet, serica omne genus, æra, plumba, stanna ac castorium, & id genus innumeros odores, hæc sunt quæ eò ipsi comportant. Quæ uero exportant illinc, hæc sunt, uidelicet, coralli omnium generum & aromata. Asunt eorũ regionem abesse ab urbe Calechut milliariibus sex mille: in capite ferit ornamenta quædam ingentissimi pretij, locupletes sunt in uniuersum. Redeamus ergo ad urbem Calechut, cuius rex dicitur Bauer, qui magnam regiã habet instar theatri, cuiusq; latera stipant septem millia hominum, qui pro salute principis uigilant. Hi noctu urbem lustrant: quoniam uasta est & patens absq; mœnibus. Per uices propterea uigiliæ disponuntur, ne quid inopinatum accidat, dum dant membra quieti. Hanc curã uiri CCC. habent. In theatro uisuntur aulæ siue cœnacula magna quatuor, quæ singula singulis patent nationibus, alia Indis, Mauris alia, alia Iudæis, Christianis alia paret: una quæque natio nouit suum auditorium, in alieno non admittitur. Priuã priuã loca audientiæ habent, & ibi expediuntur: uerum eò prius non accedunt, quàm loti fuerint, alioquin ad regem minime admitterentur, illoti, uidelicet, utpote immundi, ac scædi. Gentiles hunc morem seruant. In mari nunquã comedunt, quoniam si id agerent, nunquã regem uiderent deinceps, neque omittimus quin & rursum de hac re mentionẽ faciãmus, licet in superioribus cõmeminerimus: nam retulimus paulò supra, mulieres Indas hunc morem habere, quòd uidelicet, nihil ducunt honorificentius, quàm cum uiris simul occumbere. Comburi propterea cum cõiugibus iam fato sanctis summe appetunt: nec id mirum. Putant enim non posse aliter sibi parare immortalitatem. Huius rei commemorat Strabo xv. suæ Geographiæ: eius caput sic auspicatur. Refert enim Nicolaus Damascenus se Antiochiæ &c. quæ sequuntur. Sicuti igitur præfeci, in urbe Calechut magna sunt commercia, & sitis anni temporibus fiunt nũdina: non in celebres, eorq; undequaq; cateruatim populi confluunt, ex Cataio in primis: demum Indi omne genus, Persæ, Medi, Syrii, Turcæ, Assyrii, Arabes, Aegyptii, & hi præsertim qui Babylonẽ, id est, Cayrum incolunt, urbem Aegyptiam, quæ Nilo adiacet anni famigerato, multarumq; gentium ac regionum termino. Percussati sumus etiã Ioseph prædictum Indum, an illi nostræ huius regionis cognitionẽ habeant quam præcipiam. Referebat Romanam urbem et Venetiã, nec non Galliam, quæ Franciã dicitur, esse apud eos non nihil in pretio, & in primis aurum Venetorũ, signatum argentumq; illic esse eximio in pretio. Is ergo Ioseph adiuit illi strisimos dominos Venetos, & eis ostendit nonnullos antiquissimos aureos, in quibus erat expressa Venetuducis perquam uetus imago.

Strabonis  
locus

Dere

A  
PON  
ser  
milli  
est in  
caput  
fere c  
re freq  
nume  
mã, eq  
tãt sua  
insula  
inter q  
mij. In  
ur præ  
Cãba  
lim die  
eo refe  
quẽtiã  
lẽ, & l  
cidisse  
ris, sup  
capilli  
lo fact  
ducte  
mi, nec  
quæ pa  
de urbe

B  
VR  
st  
tior. C  
habet  
est Ma  
incolu  
uberiu  
meras,  
non In  
eius sin  
quæ M  
qd app  
D  
H  
ad  
neis no  
geã mo  
bẽ habe  
seph In  
tes III  
xit ad b  
bis par  
sus orie  
tus occ  
gnum h



De regnis Cambaia, Ormus, & Guzerat. CAP. CXL.

**P**ostquam satis ac super de urbe Calechut dictum remur, de rebus occidentis fiet sermo, & in primis de regno Cambaia, quod abest ab urbe Calechut miliaribus prope mille: & uerinde ad insulam Ormus miliaria CCC. & ea est in principio sinus Persici intorsus terras miliaria X. & id loci dicitur caput Mogolistanum, ubi auspiciatur sinus, hec insula circuitu patet miliaribus CL. eius dominus seruis Mahumeti, urbs est uasta admodum, & habitatio frequentissima, ac prope omnium rerum ferax: mercimonia emittit quasi innumerabilia, & uitrea sunt uasa elegantissima. Legunt illic unionum copia maxima, equos fert eximios, quos in India uenales mittunt, eis etiam merces & portus suas. hinc igitur id est, ab hoc capite Mogolitano, quod est in umbilico insulae Ormus usque ad urbem Cambaia, intercedit innumere Maurorum urbes, inter quas hae minime sunt obscurae, uidelicet, Sobobee, Semath, & Chelmissi. Intorsus uero est urbs Guzerat. Secus autem litus urbs Cabaig uisitur, quae ut praefecimus, potest abesse a capite Mogolitano mil. quasi CCC. haec urbs Cabaig plurimum sinuatur, & ubi est sita urbs, dicitur sinus Guzerati uerum olim dicebatur Betrosia. Et quia meminimus huius loci Guzerat, nonnulla de eo referemus. Eius itaque plaga habet urbes complures, uicos & oppida, frequentissimis est habitatoribus, eiusdemque negotiatoribus. idola colunt, nec non solis, & lunae, bouesque feminas adeo, ut apud eos capitale sit bouis scemina occidisse. Morticina non comedunt uinum non bibunt albi uiri sunt albicatis coloris, superantque albedine incolas Calechut: facinorosi sunt eximii, comunt capillum & barbam, & cincinnos ut mulieres circumferunt, torquibus ex capillo facto caput mire exornant: mulieres uni uiro solum nubunt, & rursum uiri unam ducunt coniugem. Postquam uita coelibet agunt, in uniuersum sunt continentissimi, nec in uenerem facile ruunt ut reliqui saeae: legumine uiuunt, & oleribus quae parens mittit terra, ut auctor est Pythagoras. Abunde dicitur arbitror de urbe Guzerat, super est ut non nihil de urbe Cambaia differamus.

De situ urbis Cambaia, de qua eius regem nonnulli alij locis, ac de aromatibus.

CAP. CXXI.

**U**rbis Cambaig sita est in sinu Guzerat: ea est maxime culta, eximiaque uastitate, & uiuorum frequentia, ac fere omnium est Indiae urbium excellentior. Cayrum propterea Indiae appellatur, muro ambitur, & pulcherrimas habet aedes. Olim eius dominus erat gentilis, & idolis seruiebat, nunc seculum est Mahumetanae, id effecit numerosior coetus Mahumetanorum, qui urbem incolunt, eamque moderanda suscipere, quae scaturit gentilibus. Ibi Lacha nascitur uberius quam alibi gentium: negotiatores sunt non incelebres, naues habent innumeras, quibus sulcat maria, & in primis Aethiopicum, Erythraeum, Persicum, nec non Indicum. Abest haec urbs a capite quod dicitur Diongul miliaribus CCC. In eius sinu sunt conpluseulae urbes, quas percensere longum foret. In quo insulae quae Maya dicitur, & post id cap. Diongul orientem uersus aliud caput occurrit, quod appellatur Ely, ad miliaria fere CL. & inde ad urbem Calechut miliaria DC.

De rege Narfindo, & quadam ecclesia sancti Thomae. CAP. CXXII.

**H**ucusque litoralia omnia percurramus, uidelicet, ab urbe Caraganora usque ad insulam Ormus. Superest ut de regno Cuchini praefertim de mediterraneis non nihil exaremus. Est igitur intorsus ad miliaria fere CCC. non longe a montibus rex quidam nimium potens Narfindo. Is quem sit ualde potens, ubi habet triplici circumdatam muro, ea dicitur Besenegal. Is rex, ut reuoluit Ioseph Indus, quum ad bella proficiscitur, secum ducit elephantos DCCC. equos 1111. mille, pedites uero innumeros, adeoque magnam innumerumque, quum exit ad bella, secum trahit exercitum, ut spatium XXX. miliarium ad quacunque orbis partem minime contineri possit, id est, quadrata acie tantum de terrarum uersus orientem & occidentem, & rursum itidem uersus Aquilonem & meridiem exercitus occupat. Res prope incredibilis, licet uera: addebatque dicitur Ioseph regnum huiusce regis patere circuitu trium milium miliarium. Is rex colit idola.

k dola.

mores, us: pro uemur. Persas os, et se il quod nulli qui uall to/ otatoru atarij po qua stre rex Ca/ rage no egressi. o: regio ua exer monia, il genus portant ni eoru ut orna deamus iam ha/ pro fa/ patens inatum atro uis ent na/ maque/ ua loca quam lo utpote mediu/ itemus in emi/ habere, necum/ appetit m. Hu/ uicatur ur. Sicu is anni n popu edis, Sy /, id est, gerato, Ioseph quam/ ge Fran netoru, ut illu

Dere

dola. Verum reuertamur ad litoralia, & primo loco auspicabimur ab urbe Cuchina, quæ respicit orientem, & prætenta est Indis. Dum igitur soluis ab urbe Cuchina, tendisq; ad ortum solis, ad miliaria fere centum, caput comperies quod appellant Cumar, & inde usq; ad Indu fluium, ubi auspicatur India intercedit miliaria quingenta. Inq; eo itinere sinus uisitur nō incelebris, cui nomē est Oriza, & ibi famigerata urbs de nomine sinus Oriza dista, eam præterfluit Indus. Et in eodē sinu est urbs alia, quæ instar promontorii in mare prominet, ea dicitur Milapar, in qua diui Thomæ apostoli delubrum celebre colitur eximie, idq; templū refert ecclesiam sanctorū Ioannis & Pauli Venetiārū. In eo igitur delubro corpus diui Thomæ quiescit, quod claret innumeris miraculis. Colitur propterea eximie ab omnibus, licet infidelibus. Propterea in hoc mari Indico cōplures insule uisuntur: & inter alias duæ sunt, quæ cæteras omni rerū celebritate præstant: altera Sayla dicitur, quæ abest à dicto capite Comar miliaribus prope ccc. ea est quæ mittit equas. Post hanc ad orientē altera uisitur, quæ dicitur Samotra, nos Taprobanam appellamus, quæ abest ab urbe Calechut itinere triū mensū. Ultra eā est Cataiū feracissima, ut dictū est, insula cū alijs cōpluribus, quarū haud quaquā meminisse est animus: quandoquidē ab dicto Ioseph Indo plura nō accepimus, neque nos eas remotiores orbis partes adiuimus. Potuissēmus quidē longiore subsellio gemmarū ac lapidū, margaritarumq; naturā indagare, necnon de aromatū generibus disserere cōplura, quā hæc in primis ferat India. Verū quā minime pertineant ad id quod reulit Ioseph prædictus, ex cōposito temperabimus: tum ut præter uerum nihil relatum putetis, tum uel maxime, ut tandem aliquando ceptum opus ad umbilicum deueniat.

ILLVSTRISSIMO RENATO HIERUSALEM ET SICILIAE regi, duci Lothoringiæ ac Barri. Americus Vesputius humiliter reuerentiam, & debitam recōmendationem.



**I**TER I potest illustrissime rex, ut tua maiestas mea ista temeritate ducatur in admirationē, propterea quod hæc literas tam proluxas ad te scribere non subuear, quum tamen sciam te continuo in arduis consilijs & crebris reipublicæ negotijs occupatissimum. Atq; existimabor forte non modo præsumptuosus, sed etiam otiosus, id mihi muneris uendicans, ut res statui tuo minus cōuenientes, non delectabiles, sed barbaro profusus stylo, ueluti amulus ab humanitatis cultu alienus, ad Fernandum Castiliæ regem nominatim scriptas, ad te quoque mittam. Sed ea quam in tuas uirtutes habeo confidentia, & comperta sequētium rerum, neq; antiquis neq; neotericis scriptarū ueritas me coram r. M. fortassis excusabunt. Morant me in primis ad scribendū præsentū lator Beneuenutus, M. t. humilis famulus, & amicus meus nō poenitēdus: qui dū me Lisbonæ reperiret, precatus est ut r. M. rerū per me quatuor profectioibus in diuersis plagis mundi uisitarum, participē facere uellem. Peregi enim bis binas nauigationes ad nouas terras inueniendas, quarum duas ex mandato Fernandi inelyti regis Castiliæ per magnum oceanū sinu occidentē uersus feci: alteras duas iussu Manuelis Lusitanæ regis ad austrum. Itaq; me ad id negotij accinxit, speras quod r. M. me de clientulorum numero nō excludet, ubi recordabitur, quod olim mutuā habuerimus inter nos amicitia tempore iuuentutis nostræ, quā grammaticæ rudimenta imbibentes sub probata uita & doctrina uenerabilis & religiosi fratris de S. Marco Fra. Georgij Anthonij Vesputij auunculi mei pariter militaremus. Cuius auunculi uestigia utinā sequi potuissem, & huius profecto, ut & ipse Petrarcha ait, essem quā sum. Vt utiq; tamē sit, nō me pudet esse qui sum. Semper enim in ipsa uirtute & rebus studiosis summā habui delectationē. Quod si tibi hæc narrationes omnino nō placuerint, dicam sicut Plinius ad Mecōnatem scribit: Olim facietijs meis delectari solebas. Et licet

A licet  
temp  
nouit  
rarum  
& ipse  
nē fac  
Incl  
mum  
ellem  
caduc  
deind  
rat, co  
tia din  
fas res  
obtul  
terras  
lia inu  
cccxx  
piēte  
tatas, c  
tiquos  
mini n  
rint. C  
pite de  
derim,



Scriptur  
ridem  
delign  
bus, no  
uelis, n  
cij quæ  
terre ce  
naria n  
da habi  
extra h  
occeder  
spexim  
ta anco  
gimus,  
usq; ad  
cundus  
mus ga



**A** licet M. t. sine fine in reipublicæ negotijs occupata sit, nihilominus tantum temporis quandoq; suffuraberis, ut has res quamuis ridiculas, quæ tamē sua nouitate iuuabūt, perlegere possis. Habebis enim hisce meis literis post curarum fomenta & meditantia negotiorum, non modicā delectationē, sicut & ipse sceniculus prius sumptis elculentis, odorē dare, & meliorē digestionē facere affluuit. Enimvero si plus æquo proluxus fuero, ueniā peto, uale.

In clytissime rex, sciat t. M. quod ad has ipsas regiones mercandi causa primum uenerim. Dumq; per quadriennij reuolutionē in eis rebus negotiosus essem, & uarias fortunę mutationes animaduertē, atq; uiderem quo pacto caduca & transitoria bona hominem ad tempus in rotæ summo tenerent, & deinde ipsū præcipitarent ad imum, qui se possidere multa dicere poterat, constitui mecum uarijs talium rerum casibus exantlatis istiusmodi negotia dimittere, & meorum laborum finem in res laudabiliores ac plus stabiles ponere. Ita disposui me ad uarias mundi partes contemplandas, & diuersas res mirabiles uendendas. Ad quam rem le & tempus & locus opportune obtulit. Ipse enim Castiliæ rex Fernandus tunc quatuor parabat naues ad terras nouas occidentem uersus discooperiendas, cuius cellitudo me ad talia inuestiganda in ipsam societatem elegit. Et soluius xx. die Maij, m. c. cccxxvii, de portu Caliciæ, iter nostrum per magnum oceanū sinum capientes, in qua profectioe decem & octo consummauimus menses, multas inuenientes terras firmas, & insulas penē innumerabiles ut plurimum habitatas, quarum maiores nostri mentionem nullam fecerunt; unde & ipsos ante quos talium non habuisse notitiā credimus. Et nisi memoria me fallat, meminī me in aliquo legere, quod mare uacuum, & sine hominibus esse tenuerit. Cuius opinionis ipse Dantes poëta noster fuit, ubi duo de uigesimo capite de Inferis loquens, Vlisīs mortem confingit. Quæ autem mirabilia uiderim, in sequentium processu tua maiestas intelliget.

## AMERICI VESPTII

## NAVIGATIO PRIMA.



**A** NNO domini, M. CCCCXCVII. uigesimo mensis Maij die, nos cum quatuor conseruantie nauibus Caliciū exiuntes portum, ad insulas olim Fortunatas, nunc uero magnam Canariam dictas, in fine occidentis habitati positas in tertio climate, super quo extra horizontem earum se xxvii. gradibus cum duobus tertijs, Septentrionalis eleuat polus, distantesq; ab hac ciuitate Lisbona, in qua conscriptum extitit hoc cæne opusculum, cclxxx. leucis, uēto inter Meridie & Lebeccium uentum spirante, cursu primo pertigimus. Vbi nobis delignis, aqua cæterisq; necessarijs prouidendo, consumptis octo fere diebus, nos, facta in primis ad Deum oratione, eleuatis dehinc & uento traditis uelis, nauigationem nostram per Ponētem incipientes, sumpta una Lebeccij quarta, tali nauigio transeurrimus, ut uiginti septem uix elapsi diebus, terræ cuidam applicaremus, quam firmam fore existimauimus. Distansq; Canaria magna ab insulis mille uel circiter leucis, extra id quod in zona torrida habitatum est. Quod ex eo nobis constitit, quod Septentrionalem positi extra huiusmodi telluris horizontem xvi. gradibus se eleuare, magisque occidentalem lxxxv. quam magnæ Canariæ insulas gradibus existere conspeximus, prout in instrumenta omnia monstrabant. Quo in loco, iactis de porta ancoris, classem nostram, leuca à litore cum media distantem, restare cogimus, nonnullis solutis phæelis armis & gēte stipatis, cum quibus ipsū usq; ad litus attigimus. Quod quā primum peruenimus, gentem nudam secundum litus euntem innumeram percepimus, unde non paruo affecti fuimus gaudio: omnes enim qui nudī incedere conspiciebantur, uidebantur

quod propter nos stupefacti uehementer esse, ex eo, ut arbitor, quod uestri, nos, alteriusq; effigiet quam ipsi forent, nos esse intuiti sunt. Hi postquam nos aduenisse cognouerunt, omnes in propinquum montem quendam auferunt, a quo tunc nec nutibus, nec signis pacis & amicitiae ullis, ut ad nos accederent, allici potuerunt. Irruente uero interea nocte, nos classem nostram male tuto in loco, ubi nulla marinas aduersus procellas tuta residetia foret, considerare timentes: conuenimus una, ut hinc mane factis discederemus, exquireremusq; portum quempiam, ubi nostras statione in tuta collocaremus naues. Qua deliberatione arrepta, nos uento secundum collem spiranti traditis uelis, postquam usui terram ipsam sequendo, atq; ipso plagae in litore gentes continue percipiendo, duos integros nauigauimus dies, locum nauibus satis aptum comperimus. In quo media tantum leuca distantes ab arida constitutum, uidimusq; tunc inibi innumerabilem gentium turbam, quam nos cominus inspicere & alloqui desiderantes, ipsam die litori cum cymbis & nauiculis nostris appropiaimus, necnon & tunc in terra exitiimus, ordi nepulchro XL circiter uiri, huiuscemodi gente se tamen a nobis & confortio nostro penitus alienam praebere, ita ut nullis eam modis ad colloquium communicationem ue nostram allicere ualuerimus, praeter illos paucos quos multos post labores ob hoc susceptos, tandem attraximus ad nos, dando eis nolas, specula, crateres crystallinos aliaq; similia leuia: qui tum securi de nobis effecti, conciliatum nobiscum, necnon de pace & amicitia tractatum uenerunt. Subeunte autem interim nocte, nos ab illis nosmet expedientes, relicti eis, nostras ingressi sumus ad naues. Postea uero subsequentes summo diluculo diei, infinitam in litore uirorum & mulierum paruulos suos secum uectantium gentem rursus conspeximus, cognouimusq; multitudinem illam suppellectilem suam secum deferre totam, qualem infra suo loco dicitur. Quorum complures quamprimum terrae appropiaimus, semet in aequor proiectentes, quum maximam natatores existant, quatus est balistae factus, nobis uenerunt natantes obuiam: susceperunt nos humaniter, atq; ea securitate & confidentia seipsos inter nos commiscuerunt, ac si nobiscum diutius antea confuissent, & pariter frequentius practicauissent. Pro qua re tunc haud parum oblectati fuimus. De quorum moribus, quales eos habere uidimus, hic quandoquidem se commoditas offert, interdum etiam interserimus.

## DE MORIBVS AC EORVM VIVENDI MODIS.



Quantum ad uitam eorumq; mores, omnes tam mares quam feminae nudi penitus incedunt, tectis non aliter ueredis, quam quum ex utero prodierunt. Hi medioctris existentes staturae multum bene proportionati sunt, quorum caro ad rufedinem, ueluti leonum pili uergit: qui si uestimentis operiri mearent, albi credo tanquam nos extarent. Nullos habent in corpore pilos praeter quam crines, quos proceros nigrescentesq; gerunt, & praesertim feminae, quae propterea sunt tali longo nigrog; crine decorae. Vultu non multum speciosi sunt, quoniam latas facies Tartarijs adsimilatas habent: nullos sibi sinunt in supercilijs, oculorum ue palpebris, ac corpore toto, crinibus demptis, exerescere uillos, ob id quod habitos in corpore pilos quid bestiale brutalesq; reputant. Omnes tam uiri quam mulieres, siue meando, siue currendo leues admodum atq; ueloces existunt, quoniam, ut frequenter experti fuimus, ipse etiam mulieres una aut duas percurrere leucas, nihil putant, & in hoc nos Christiolas multum praecellunt. Mirabiliter ac ultra quam sit credibile natant, multo quoque melius feminae quam masculi, quod frequenti experimento didicimus, quum ipsas etiam feminas omni prorsus sustentamine deficientes, duas in aequore leucas penitare perspeximus. Arma eorum arcus sunt & sagittae, quas multum subtiliter fabricare norunt. Ferro metallisq; alijs carent: sed pro ferro bestiarum piscium ue dentibus suas sagittas armant, quas etiam, ut fortiores existant



stant, unamquamque saepe praerunt. Sagittarii sunt certissimi, ita ut quisquid uoluerint, iaculis suis feriant, nonnullisque in locis mulieres quoque optime sagittarices extant. Alia etiam arma habent uelut lanceas praecutatas uel sudes, necno & clattas, capita mirifice laborata habentes. Pugnare potissimum asfucti sunt aduersus suos alsenigene linguae confines, contra quos nullis parcendo, nisi ut eos ad acriora tormeta reseruent, multum crudeliter dimicant. Et quum in praelium properant, suas secum uxores, non belligeraturas, sed eorum post eos necessaria perlaturas ducunt, ob id quod sola ex eis mulier tergo sibi plus imponere possit, et deinde xxx. uel xl. leucis subuehere, pro ut ipsi saepe uidimus, quam uir, etiam ualidus, a terra leuare queat. Nulla belli capita, nullos uel praefectos habent, quinimmo quum eorum quilibet ex se dominus extet, nullo seruato ordine meant. Nulla regnandi dominium uel suum extendendi, aut alterius inordinatae cupiditatis gratia pugnant: sed ueterum solum ob inimicitiam in illis ab antiquo insitam, cuius quidem inimicitiae causam interrogati, nullam alsam indicant, nisi ut suorum mortes uendicent antecessorum. Haec gens sua in libertate uiuens, nullisque obediens, nec regem nec dominum habet. Ad praelium autem se potissimum animant & accingunt, quum eorum hostes ex eis quempiam aut captiuum detinent aut interemerunt. Tunc enim eiusdem captiui interempti uel consanguineus senior quicunque exurgens, exit cito in plateas & uicos passim clamitans, inuitansque omnes, & suadens ut cum eo in praelium consanguinei sui necem uindicaturi properent: qui omnes compulsionem moti, mox ad pugnam se accingunt, atque repente in suos amicos irrunt. Nulla iura, nullam uel iustitiam seruant, maleficia suos nequaquam puniunt, quinimmo nec parcentes ipsi paruulos suos edocent aut corripunt. Mirabiliter eos inter sese coquestionari nonnunquam uidimus. Simples in loquela se ostentant, uerum callidi multum atque astuti sunt. Perraro & submissa uoce loquuntur, eisdem quibus utimur accentibus utentes. Suas ut plurimum uoces inter dentes & labra formantes, alij utuntur uocabulis quam nos. Horum plurimae sunt idiomatum uarietates, quoniam a centenario leucarum in centenarium diuersitatem linguarum se barbarum retinent, nec quidem noratis manducant horis, sed siue nocte siue die, quoties edendi libido suadet. Solo manducantes accumbunt, & nulla manutilla, nulla uel gauisapa, quam lineamentis pannisque alij careant, habent. Epulas suas atque cibaria in uascula terrea quae ipsimet costringunt, aut in medias cucurbitarum testas ponunt. In retiaculis quibusdam magnis ex bombice fabricatis & in aere suspensis dormitant: qui modus quauis insolitus & asperior forsatis uideri queat, ego nihilominus talem dormitandi modum suauem plurimum iudico. Etenim quum in eisdem eorum retiaculis mihi plerumque dormitasse contigerit, in illis mihi metipsum melius quam in tapetibus, quae habebamus, esse persensit. Corpore ualde mundi sunt & expoliti, ex eo quod se ipsos frequentissime lauant. Et quum egestum ire, quod salua dixerim reuerentia, coacti sunt, omni conamine nituntur, ut a nemine perspici possint: qui quidem in hoc quantum honesti sunt, tantum in dimittenda urina se immundos inuerecundosque tam mares quam foeminae prebent: quum siquidem illos non bisicum loquentes, & coram positos suam impudicissime urinam sepius eminxisse perspeximus. Nullam legem, nullum legitimum thori foedus in suis connubijs obseruant, quinimmo quotquot mulieres quisquam concepti scit, tot habere, & dein illas quando cunque uolet, absque hoc quod id pro iniuria aut opprobrio habeant, repudiare potest. Et in hac re utique tam uir quam mulieres eadem libertate fruuntur. Zelosi parum, libidinosi uero plurimum extant, magisque foeminae quam masculi, quarum artificia ut insatiabilis suae satisfaciant libidini hic honestatis gratia subticenda censuimus. Ego ipse in generandis paruulis foecundae admodum sunt, neque dum grauidae effectae sunt, poenas aut labores euitant. Leuissimo minimoque dolore par-

riunt, ita ut in crastinum alacres sanataq; ubiq; ambulent: præsertimq; post partum in flumen quoddam sese ablutum uadunt, tumq; sanæ mundaq; inde, ueluti pisces apparet. Crudelitati autem ac odio maligno adeo deditæ sunt, ut si illas sui foris tan exacerbauerint uiri, subito eertum quoddam efficiant maleficium, cum quo præingenti ira proprios fetus in proprijs uteris necant, abortiuntq; deinde, cuius rei occasione infiniti eorū paruuli pereūt. Venusto & eleganti proportione compacto corpore sunt, ita ut in illis quicquam deforme nullo inspici modo possit. Et quamuis diuine ambulent inter feminas, tamen earum pudibunda sic honeste reposita sunt, ut nullatenus uideri queant: præterquam regiuncula illa anterior, quam uerecūdiore uocabulo pectusculum imum uocamus, quod & in illis utiq; nõ aliter quam honeste natura ipsa uidentum reliquit. Sed & hoc nec quidem curant, quoniam, ut paucis expeditam, non magis in suorum uisione pudendorum mouentur, quam nos in oris nostris aut uultus ostentatione. Admirandam perualderem ducerent, mulierem in eis mamillas, pupasue laxas, aut uentrem rugatum ob nimium partum habentem, quam omnes æque integræ ac solide post partum semper appareant, ac si nunquam peperissent. Hæc quidem se nostri cupientissimas esse monstrabant. Neminem in hac gente legem aliquam obseruare uidimus, nec quidem ludæi aut Mauri nūcupare solide queunt, quum ipsis gentilibus ac paganis multo deteriores sint. Etenim non perferentissimum quod sacrificia ulla faciant, aut quod loca orationis uel domos aliquas habeant. Horum uitam, quæ omnino uoluptuosa est, Epicuream exultim. Illorum habitationes singulis ipsis sunt communes, ipsiq; illorum domus campanarum instar constructæ sunt, firmiter ex magnis arboribus solidatæ, palmarum folijs desuper contectæ, & aduersus uentos & tempestates tutissimæ, nonnulliq; in locis tam magnæ, ut in illarum unica sexcentas esse personas inuenerimus. Inter quas octo populosissimas esse cõperimus, sic ut in eis essent habitaretq; pariter animarū decem millia. Octiennio quolibet aut septennio, suas sedes habitationes uel transferunt: qui eius rei causam interrogati, naturale responsum dederunt, dicentes quod plebei trehemensis æstus occasione hoc faceret, ob id quod ex illorum longiore in eodẽ loco residentia aer infestus corruptusq; redderetur: quæ res in eorum corporibus uarias causaret agitudines, quæ quidẽ eorum ratio non male sumpta nobis uisa est. Eorum diuitiæ sunt, uariorum colorum auium pluma; aut in modum lapillorum illorū, quos uulgariter Pater noster uocitamus, laminæ siue calculi, quos ex pisciū ossibus, lapillis uel uiridibus aut candidis faciūt, & hos ornatus gratia sibi ad genas, labia uel aures suspendūt. Alia quoque similia futilia & leuia pro diuitijs habent, quæ nos omnino paru pendebamus. Commutationibus aut mercimonijs in uendendo aut emendo nullis utuntur, quibus satis est, quod natura sponte sua propinat: aurum, unioes, localia, ceteraq; similia, quæ in hac Europa pro diuitijs habemus, nihil extimant: imò penitus spernunt, nec habere curant. In dando sic naturaliter liberalissimi sunt, ut nihil quod ab eis expetatur abnegēt. Et quemadmodum in dando liberales sunt, sic in petendo & accipiendo cupidissimi, postquam se cuiquam amicos exhibuerint. Maximum potissimumq; amicitie suæ signum in hoc perhibent, quod tam uxores quam filias proprias amictis suis pro libito habēdas offerunt: in qua re parens uterque se longe honoratum iri existimat, quum natam eius, & si uirginem, ad concubitū iuum quispiam dignatur & abducit, & in hoc suam inter se amicitiam potissimū cõciliant. Varijs in eorum decessu multiq; modis exequijs utuntur. Porro suos nonnulli defunctos in humo cum aqua sepeliunt, & inhumant illis adcaput uel cūalia ponentes, quibus eos posse uesci & alimētari putant: nullum deinde propter eos alium plancium, aut alias carimonias efficiētes. Alijs quibusdã in locis barbarissimo atque inhumanissimo sepeliēdi utuntur modo. Quippe quum eorum quempiam mortis momento proximum autumant, illum

eius pr  
biceps  
arbore  
una tot  
quo qu  
inibi se  
dis, si  
sanitate  
nes ac  
tam gra  
Qui si  
Alfos o  
hic om  
gritudi  
rentur  
didicim  
qua febr  
gunt &  
nec plu  
dum de  
uidimus  
perstitu  
nunt  
etiam a  
tong per  
longum  
abundā  
uarijsq;  
Comm  
in farina  
cha, alijs  
minum  
sic inhu  
stialem  
captos  
tiunt, ut  
sic effe  
miranti  
mus. E  
quas pl  
non ual  
diuersa  
lum que  
conscri  
distinct  
publica  
gentur  
nostram  
deo.  
uidimus  
nonnull  
straban  
uix dar  
gius nas  
aridam



eius propinquiores in syluam ingentē quandam deferunt, ubi eum in bonis  
 A bicis retiaculis illis, in quibus dormitant, impositum & recubantem ad duas  
 arbores in aëra suspendunt, ac postmodum ductis circa eum sic suspensum  
 una tota die choreis, irruente interim nocte, et aquam, uictum que alium, ex  
 quo quatuor aut circiter dies uiuere queat, ad caput apponunt: & deinde, sic  
 inibi solo pendente relicto, ad suas habitationes redeunt: quibus ita per-  
 cūctis, si idem agrotus postea manducet & bibat, ac inde ad conualecentiam  
 sanitatem que redeat, & ad habitationem propriam remeet, illum eius affi-  
 nes ac propinqui cum maximis suscipiunt cęrimonijs. At per pauci sunt qui  
 tam grande prætereant periculum, quum eos ibidem nemo postea uisitet.  
 Qui li tunc inibi forsitan decedunt, nullam aliam habet postea sepulturam.  
 Alios quoque complures barbaros habent ritus, quos euitandę prolixitatis  
 hic omittimus gratia. Diuersis uarijsq; medicaminibus in suis morbis & æ-  
 gritudinibus utuntur, quę sic a nostris discrepant & disconueniunt, ut mira-  
 rentur haud parum qualiter inde quis euadere posset. Nempe, ut frequētis  
 didicimus experientia, quum eorum quempiam febricitare contigerit, hora  
 qua febris eum asperius inquietat, ipsum in fringentissimam aquam immer-  
 gunt & balneant, postmodumq; per duas horas circa ignem ualidum, do-  
 nec plurimum calecat, currere & recurrere cogūt, & postremo ad dormien-  
 dum deferunt, quo quidem medicamento complures eorum sanitati restituti  
 uidimus. Diętis etiam, quibus tribus quatuor ue diebus ab hęc cibo & potu  
 perisistunt, frequentissimis utuntur. Sanguinem quoq; sibi persępe commi-  
 nuunt non in brachijs, salua ala, sed in lumbis & tibiariū pulsus. Seipsos  
 etiam ad uomitum cum certis herbis quas in ore deferunt medicaminis gra-  
 tia plerumque prouocant, & multis alijs remedijs antidotisq; utuntur, quę  
 longum diuenerare foret. Multo sanguine, multo que slegmatico humore  
 abundāt, cibariorum suorum occasione, quę ex radicibus, fructibus, herbis,  
 B uarijsq; piscibus faciunt. Omni farris granorumq; aliorum semine carent.  
 Communis uero eorū pastus, siue uictus, arborea quedam radix est, quam  
 in farinam satis bonam comminuunt, & hanc radicem quidam eorum iu-  
 cha, alij chambi, alij uero igname uocitant: alij carnibus, præterquam ho-  
 minum perharo uescuntur, in quibus quidem hominum carnibus uorandis  
 sic inhumani sunt & immanis ueti, ut in hoc omnem feralem, omnem ue be-  
 stialem modum superent: omnes enim hostes suos quos aut perimunt, aut  
 captos detinent tam uiros quam scēmas indistincte cum ea feritate deglu-  
 tiunt, ut nihil ferū, nihil ue brutum magis dici uel inspici queat: quos quidē  
 sic efferos immanesq; fore, uarijs in locis mihi frequētius cōtigit aspexisse,  
 mirantibus illis quodd inimicos nostros sic quoque nequaquam manducare-  
 mus. Et hoc pro certo maiestas uestra regia teneat: Eorum consuetudines,  
 quas plurimas habet, sic barbarę sunt, ut hic nunc sufficienter satis enarrari  
 non ualeant. Et quoniā in meis hisce bis geminis navigationibus, tam uaria  
 diuersaq; ac tam a nostris rebus & modis differentia perspexi, idcirco libel-  
 lum quempiam, quę Quatuor diętas, siue Quatuor navigationes appello,  
 conscribere parauī, conscripsiq; in quo maiorum rerum a me usitatum partē  
 distincte satis, iuxta ingenioī mei tenuitate collegi, utrum tamen non adhuc  
 publicauī. In illo uero quoniā omnia particulariter magis ac singillatim tan-  
 gentur, idcirco uniuersalia hic solummodo prosequens, ad navigationem  
 nostram priorem perficiendam, a qua paulisper digressus fueram, iam re-  
 deo. IN HOC nauigij nostri primordio notabilis commoditatis res non  
 uidimus, idcirco, ut opinor, quod eorum linguam nō capiebamus, præterq;  
 nonnullam aurī denotantiam, quod nonnulla indicia in tellure illa esse mon-  
 strabant. Hęc uero tellus quo ad sui situm positionemq; tam bona est, ue  
 uix dari melior queat. Concordauimus autem, ut illam derelinquentes, lon-  
 gius navigationem produceremus. Qua unanimitate suscepta, nos de hinc  
 aridam ipsam collateraliter semper sectantes, necnon gyros multos, scalasq;  
 K 4 plures

plures circumeuntes, & interim cum multis uarijsq; locorū illorum friculis conferentiam habentes, tandem certos post aliquot dies portui cuidā applicuimus in quo nos grandī a periculo alitono spiritali cōplacuit eripere. Huius enim modi portū quamprimum introgressi fuimus, & populationē unam eorum, hoc est, pagum, aut uillam super aquas, ut Venetię, positam comperimus, in qua ingentes xx. aedes aut circiter erant, in modum companarū, ut prætactum est, effectę, atq; super ligneis uallis solidis & fortibus firmiter fundata, prę quarum porticibus leuaticij pontes porrecti erāt, per quos ab altera ad alteram tanquam per compactissimam stratum transitus erat. Igitur huiusmodi populationis incolę quamprimum nos intuii sunt, magno propter nos timore affecti sunt: quam ob rem suos cōfessim pontes omnes contra nos eleuauerunt, & sese deinde in suis domibus abdidērunt. Quam rem prospicientibus nobis, & haud parum admiratibus, ecce duodecim eorum lintres uel circiter singulas ex solo arboris caudice cauatas, quo nauū genere ununtur, ad nos interim per aquorū aduentare conspeximus, quorum naucleri effigiem nostram habitumq; mirantes, ac sese circum nos undique circumferentes, nos eminus aspiciēbant. Quos nos quoq; ex aduerso prospicientes, plurima eis amicitię signa dedimus, quibus eos, ut ad nos intrepdī ac cederent exhortabamur, quod tamen efficere cōtempserunt. Quam rem nobis percipientibus mox ad eos remigare incepimus, qui nequaquā nos prestolati sunt, quinimmo omnes confestim in terram fugerunt, datis nobis interrim signis, ut illos paulisper expectaremus, ipsi enim extēplo reuersuri forent. Tumq; in montem quandam properauerunt, a quo eductis bis octo iuuēculis, & in lintribus suis pręfatis una secum assumptis, mox uersus nos regressi sunt. Et post hæc ex iuuēculis ipsis quatuor in lingulis nauū nostrarū posuerunt, quem faciendi modum nos haud parum admirati tunc fuimus, prout uestra satis perpedere potest maiestas. Cæterumq; cum lintribus suis pręmissis inter nos nauesq; nostras cōmixti sunt, & nobiscū sic pacifice loquuti sunt, ut illos amicos nostros fidelissimos esse reputaremus. Interea uero ecce quoq; ex domibus eorum pręmemoratis gens nō modica per mare natitans aduentare cœpit, quibus ita aduenientibus & nauibus nostris iam appropinquate incipientibus, nec tamen proinde mali quicquam adhuc suspicaremur, rursum ad earundem domorum eorum fores, uetulas nonnullas conspeximus, quę immaniter uociferātes, & ecelum magnis clamoribus implentes, sibimet in magnę anxietatis indicium proprios euellebāt capillos: quę res magnam mali suspensionem nobis tunc attulit. Tumq; subitō factum est, ut iuuenicula illę quas in nostris impostērūt nauibus, mox in mare proflirent, ac illi qui in lintribus erant, sese a nobis elongantes mox contra nos arcus suos intenderent, nosq; durissime sagittarent. Qui uero a domibus per mare natantes adueniebāt, singulis latentes in undis lanceas ferebāt, ex quibus eorum proditionem cognouimus. Et tum non solum nosmet magnanimitate defendere, uerumetiam illos grauiter offendere incepimus. Ita ut plures eorum faelos cum strage eorum non parua perfrigerimus, & penitus in ponto submergerimus: propter quod reliquis faelis suis cum damno eorum maximo relictis, per mare natantes omnes in terram fugerunt, interemptis ex eis uiginti uel circiter, uulneratis uero pluribus: & ex nostris quinq; dum taxat latis, qui omnes ex dei gratiā incolumitati restituti sunt. Cōprehendimus autem & tunc ex prætactis iuueniculis duas, & uiros tres, ac dehinc domos eorum uisitauimus, & in illas introiuimus: uerum in eis quicquā, nisi uetulas duas & ægotantē uirum unū, non inuenimus: quas quidem eorum domos igni succendere non uoluimus, ob id quod conscientię scrupulum hoc ipsum esse formidabamus. Post hæc autem ad naues nostras cum prætactis captiuis quinq; remeauimus, & eosdem captiuos, pręterquam iuueniculas ipsas in compedibus ferreis alligauimus. Eadem uero iuuenicula, captiuorumq; uirorum unus superuenientē nocte a nobis subtilissime euaserunt.

Hic itaq;  
secundū  
quandā  
Comu  
ipiam e  
plaga g  
nos app  
cunctis  
uero in  
balista  
ad pisca  
las suas  
piscēs i  
demptis  
appareb  
dem ten  
uos inu  
perire p  
ant effi  
la uener  
gnitudi  
gos mar  
rem pel  
stant; a  
o sic prote  
lominus  
quos in  
triqua  
& in par  
postea n  
mus. Al  
uarijs ra  
uis ad qu  
nobis le  
rijs perm  
tes ad na  
riti titan  
in terram  
tamen fr  
curitate  
tesq; illi  
rante & f  
nos tanc  
amicitia  
inimici  
mus & c  
ret neces  
dies, & t  
gum un  
ris egrim  
choreis,  
culis eib  
res suas  
portune  
illic noct



His itaq; peractis, sequenti die concordauimus, ut relicto portu illo, longius  
 secundum collem procederemus, percursumq; LXXX. fere leucis, gentem aliam  
 quandam comperimus, lingua & conuersatione penitus à priore diuersam,  
 Conuenimusq; ut classem inibi nostram ancoraueremus, & deinde in terram  
 ipsam cum nauiculis nostris accederemus. Vidimus autem tunc ad litus in  
 plaga gentium turbam IIII. millia personarum uel circiter existere, qui quò  
 nos appropinquare persenserūt, nequaquam nos praestolari sunt, quinimmo  
 cunctis quae habebant relictis, omnes in syluas & nemora diffugerūt. Tum  
 uero in terram profluentes, & usam unam in syluis tendentem, quantus est  
 balista factus perambulantes, mox tentoria plura inuenimus, quae ibidem  
 ad piscandum gens illa tetenderat, & in illis copiosos ad decoquendas epu-  
 las suas ignes accenderat, ac profecto bestias ac plures uariarum specierum  
 pisces iam allabat. Vidimus autem inibi certum asari animal, quod erat,  
 demptis alijs quibus carebat, serpenti simillimum, tamq; brutum ac syluestre  
 apparebat, ut eius non modicum miraremur feritatem. Nobis uero per ea-  
 dem tentoria longius progredientibus, plurimos huiuscemodi serpentes ui-  
 uos inuenimus, qui ligatis pedibus, ora quoque funibus ligata, ne eadem a-  
 perire possent habebant, prout de canibus aut feris alijs, ne mordere que-  
 ant efficit solet. A specum tam ferum eadem praese ferunt animalia, ut nos il-  
 li tenensas purantes nullatenus auderemus contingere. Capreolis in ma-  
 gnitudine, brachio uero cum medio in longitudine aequalia sunt. Pedes lon-  
 gos materialesq; multum ac fortibus unguibus armatos, necnon & discolo-  
 rem pellem diuersissimam habent, rostrumq; ac faciem ueri serpentis ge-  
 stant, à quorum naribus usque ad extremam caudam seta quadam per tergum  
 sic protenditur, ut animalia illa ueros serpentes esse iudicaremus, & nihili-  
 lomius eis gens praefata uescitur. Panem suum gens eadem ex piscibus  
 quos in mari piscantur efficiunt. Primum enim pisciculos ipsos in feruen-  
 ti aqua aliquantisper excoquant. Deinde uero contundunt & compilant  
 & in panes conglutinant, quos super prunas insuper torrent, et tandem inde  
 postea manducant: hos quidem panes probantes quambonos esse reper-  
 imus. Alia quoque quam multa esculenta cibariaq; tam in fructibus quam in  
 uarijs radicibus retinent, quae longum enumerare foret. Quum autem à syl-  
 uis ad quas aufergerant non redirent, nihil de rebus eorum, ut amplius de  
 nobis securi fierent, auferre uoluimus, quinimmo in eisdem eorum tento-  
 rijs permulta de reculis nostris, in locis quae perpendere possent, derelinque-  
 tes ad naues nostras sub noctem repedauimus. Sequenti uero die quò exo-  
 riti titan inciperet, infinitam in litore gentem existere percepimus, ad quos  
 in terram tunc accessimus. Et quamuis se nostri timidos ostēderent, se ipsos  
 tamen inter nos permiscuerunt, & nobiscum praticare ac cōuersari cum se-  
 curitate ceperūt, amicos nostros se plurimum fore perstimulantes, insinuan-  
 tesq; illic habitationes eorum non esse, uerum quod piscandi gratia aduen-  
 rant: & idcirco rogantes, ut ad eorū pagos cum eis accederemus, ipsi etenim  
 nos tanquam amicos recipere uellent: & hanc quidem de nobis conceperāt  
 amicitiam, captiuorū illorum duorū, quos tenebamus occasione, qui eorum  
 inimici erant. Visa autem eorum magna rogandi importunitate, cōcordaui-  
 mus XXXIII. ex nobis cum illis in bono apparatu, cum stabili mente, si cogere-  
 ret necessitas, omnes strenue mori. Quum itaq; nobiscum per tres extitissent  
 dies, & tres cum eis per plagam terramq; illam excessissemus leucas, ad pa-  
 gum unum nouem dumtaxat domorum uenimus, ubi cum tot tamq; barba-  
 ris cgrimonijs ab eis suscepti fuimus, ut scribere pēna nō ualeat, utpote cum  
 choreis, & canticijs, ac planctibus hilaritate & laetitia mixtis, neenō cum fer-  
 culis cibarijsq; multis. Et ibidem nocte illa requieuius, ubi proprias uxo-  
 res suas nobis cum omni prodigalitate obtulerunt: quae quidem nos sic im-  
 portune sollicitabant, ut uix eisdem resistere sufficeremus. Postquam autem  
 illic nocte una cum meda die perstitimus, ingens admirabilis quae populus  
 abscq;

absq; cunctatione stuporeq; ad nos inspiciendos aduenit, quorum seniores nos quoque rogabant, ut secum ad alios eorum pagos, qui longius in terra erant cōmearemus, quod & quidem eis annuimus. Hic dictū facile non est, quantos ipsi nobis impenderunt honores. Fuimus autem apud quam multas eorum populationes, per integros nouem dies cum ipsis euntes, ob quod nobis nostri qui in nauibus remanserant, retulerunt socij se idcirco plerūq; in anxietate timoreq; nō minime extiisse. Nobis autem bis nouem leuicis aut circiter in eorum terra existētibus, ad naues nostras repedare proposuimus. Et quidem nostro in regressu tam copiosa ex eis uirorum ac mulierum multitudo occurrit, qui nos usque ad mare prosequuti sunt, ut hoc ipsum mirabile foret. Quumq; nostri quempiam ex itinere fatigatum iri contingeret, ipsi nos subleuabāt, & in suis retiaculis, in quibus dormitant, studiosissime subuehebant. In transitu quoque fluminum, quæ apud eos plurima sunt & maxima, sic nos cum suis artificijs secure transmittebant, ut nulla usquam pericula pertimesceremus. Plurimi etiam eorum eos comitabantur rerum suarū onulsi, quas nobis dederunt, in retiaculis illis quibus dormiunt uolantes plumaria, uidelicet, præditiā, necnō arcus multos sagittasq; multas ac infinitos diuersorum colorum plitacos. Alij quoque complures supellectilem suam totam ferentes, animalia etiam sua secum ducebant. Et quiddam admirabile dicam, quod is se fortunatum felicemq; putabat, qui in transiendis aquis nos in collo dorso ue suo transueciare poterat. Quamprimum autem ad mare pertigimus, & faselos nostros conscendere uoluimus, in ipsō faselorum nostrorum ascensu, tanta ipsorum nos comitantium & nobiscum ascendere concertantium, ac naues nostras uidere concupiscentium pressura fuit, ut nostri idem faseli penē præpondere submergerētur. In ipsis autem nostris eidem faselis recepimus ex eis nobilissimū quotquot potuimus, ac eos ad naues nostras usque perduximus. Tanti etiam illorum per mare natantes, & unā nos concomitantes aduenerunt, ut tot aduentare molestiuscule ferremus: quum siquidem plures quā mille in nostras naues, licet nudi & inermes introiissent, apparatus artificiumq; nostrum, necnō & nauium ipsarum magnitudinem mirantes. Ast tunc quiddam risu dignum accidit: nam quum machinarum tormentorumq; bellicorum nostrorum quædam exonerare concuperemus, & propter hoc impposito igne, machinæ ipsæ horridissime tonuissent, pars illorū maxima, audito huiusmodi tonitruo, sese in mare natitans præcipitauit, ueluti solite sunt ranæ in ripa sidentes: quæ si fortassis tumultuolum quicquam audiunt, sese in profundum luti latitaturæ immergunt, quemadmodum & gens illa tunc fecerunt, illiq; eorum qui ad naues aufugerāt, sic tunc perterriti fuerunt, ut nos faseli nostri nosmet reprehenderemus. Verum illos mox securos esse fecimus, nec amplius stupidos esse permisimus, insinuantes eis quod cū talibus armis hostes nostros perimeremus. Postquam autem illos illa tota die in nauibus nostris festiue tractauimus, ipsos à nobis abituros esse monuimus, quoniam sequenti nocte nos abhinc abscedere cupiebamus. Quo audito, ipsi cū summa amicitia beneuolentiaq; mox à nobis egressi sunt. In hac gente eorumq; terra quam multos eorum ritus uidi cognouiq; in quibus hic diutius immorari non cupio. Quum postea nosse uestra queat maiestas, qualiter in quauis nauigatio num harum mearum magis admiranda annotatūq; digniora conscripserim, ac in libellū unum stylo geographico collegerim, quem libellum Quauot dicitas intitulauī, & in quo singula particulariter & minutim notauī: sed hæc tenus à me nō emisi, ob id quod illū adhuc reuifere collationareq; mihi necesse est. Terra illa gēte multa populosa est, ac multis diuersisq; animalibus & nostris paucissime similibus undique densissima: demptis leonibus, uris, ceruis, suis, cepreolisq; & damis, quæ & quidem deformitatem quandā à nostris retinet; equis, ac multis, alinisq; & canibus, ac omni minuto pecore, ut sunt oues & similia, necnō & uaccinis armentis penitus carēt; uerū tamen

alij

alij qua  
abundat  
nime ut  
peniam  
quidem  
na, quæ  
innume  
zona sit  
horizon  
di. Nob  
uenit, eff  
scitantib  
quod &  
res instit  
lingua cl  
Parias al  
quentes,  
quentes,  
russq; int  
ubi in pl  
ras illas  
tunc tred  
nostra, ap  
fracti: c  
undique  
dum per  
optimum  
tam inue  
uiculam  
ipfasq; m  
stierant, in  
hac in te  
In qua re  
quin imm  
pter quos  
genti pro  
bus Hisp  
autem ill  
rum cum  
Nobis au  
cupiscent  
festam ex  
ram per it  
rum inter  
domos ca  
insinuauit  
centum a  
monia co  
mitterem  
tes non p  
quod plu  
ditione re  
ducendo  
rioni ipsi  
effectos d  
naualibus



alijs quamplurimis uariorum generum animalibus, quæ non facile dixerim  
 abundantes sunt, sed tamen omnia syluestria sunt, quibus in suis agendis mi-  
 nime utuntur. Quid plura? Hi tot tantisque diuerforum modorum ac colorum  
 pennarumque alitibus foecundi sunt, ut id sit uisus enarratque mirabile. regio si-  
 quidem illa multo æcena fructiferaque est syluis ac nemoribus maximis ple-  
 na, quæ omni tempore uident, nec eorum unquam folia fluunt. Fructus etiam  
 innumerabiles & nostris omnino dissimiles habent. Hæcce tellus in torrida  
 zona sita est directe sub paralelo, qui cancri tropicum describit, unde polus  
 horisontis eiusdem se uiginti tribus gradibus eleuat in fine climatis secun-  
 di. Nobis autem inibi existentibus nos contemplatum populus multum ad-  
 uenit, effigiem albedinemque nostram mirantes: quibus uide ueniremus sci-  
 scitantibus, e caelo inuisendæ terræ gratia nos descendisse respondimus,  
 quod & utique ipsi credebant in hac tellure baptisteria fontes uel sacros plu-  
 res instituimus: in quibus eorum infiniti seipso baptizari fecerunt, se eorū  
 lingua charabi, hoc est, magnæ sapientiæ uisus uocantes. Et provincia ipsa  
 Parias ab ipsis nuncupata est. Postea autem portum illum terramque derelin-  
 quentes, ac secundū collem transnauigantes, & terram ipsam uisus semper se-  
 quentes, DCCCLX. leucas à portu illo percurrimus, facientes gyros circui-  
 tusque interit multos, & cum gentibus multis conuersantes practicantesque:  
 ubi in plerisque locis aurum, sed non in grandi copia, eminus quam nobis ter-  
 ras illas reperire, & si in eis aurum foret, tunc sufficeret cognoscere. Et quia  
 tunc tredecim iam mensibus in nauigatione nostra persistitamus, et naualia  
 nostra, apparatusque nostri, toti penè consumpti erant, hominesque labore per-  
 fracti: communem inter nos de restaurandis nauiculis nostris, quæ aquam  
 undique recipiebant, & repetunda Hispania inuisum concordiam: in qua  
 dum persistitamus unanimitate, prope portum unum eramus totius orbis  
 optimam, in quem cum nauibus nostris introeuntes, gentem ibidem infinitam  
 inuenimus, quæ nos cum magna suscepit amicitia: in terra autem illa nauicula  
 unam cum reliquis nauiculis nostris ac dolijs noua fabricauimus, ip-  
 sasque machinas nostras ac tormenta bellica, quæ in aquis undique penè per-  
 rierant, in terram suscepimus, nostrasque naues ab eis exonerauimus, & post  
 hæc in terrâ traximus, & refecimus corteximusque, & penitus reparauimus.  
 In qua re eiusdem telluris incolæ, non paruum nobis adiuuamen exhibuere,  
 quin immo nobis de suis uictualibus ex affectu largiti sponte sua fuere, pro-  
 pter quod inibi perpauca de nostris consumpsimus: quam quidem rem in-  
 genti pro beneplacito duximus, quum satis tenuia tunc teneremus, cum qui-  
 bus Hispaniam nostram non nisi indigentes repetere potuissimus. In portu  
 autem illo XXXVII. diebus persistimus, frequentius ad populationes eo-  
 rum cum eis euntes, ubi singuli nobis non paruum exhibebant honorem.  
 Nobis autem portum eundem exire, & nauigationem nostram reflectere con-  
 cupiscentibus, conquesti sunt illi gentem quandam ualde ferocem, & eis in-  
 festam existere, qui certo anni tempore per uiam maris in ipsam eorum ter-  
 ram per insidias ingressi, nunc proditorie, nunc per uim quam multos eo-  
 rum interimerent, manducarentque: deinde alios uero in suam terram suasque  
 domos captiuatos ducerent, cõtra quos ipsi se uix defendere possent, nobis  
 insinuantes gentem illam quandam inhabitare insulam, quæ in mari leucis  
 centum aut circiter erat. Quam rem ipsi nobis cum tanto affectu ac queri-  
 monia commemorauerunt, ut eis ex condolentia magna crederemus, pro-  
 mitteremusque, ut de tantis eos uindicaremus iniurijs: propter quod illi lætan-  
 tes non parum effecti, sese nobiscum uenturos sponte sua propria obtulerunt,  
 quod plures ob causas acceptare recusauimus, demptis septem, quos data con-  
 ditione recepmus, ut soli in suis litribus in propria remearent, quoniam re-  
 ducendorum eorum curam suscipere nequaquam intendebamus, cui condi-  
 tioni ipsi quam gratanter acqueuerunt. Et ita illos amicos nostros plurimum  
 effectos derelinquentes, ab eis abscessimus. Restauratis autem reparatisque  
 naualibus nostris, septem per gyrum maris, uento inter Græcum & Leuan-  
 tem

tem nos ducente, nauigauimus dies. Post quos plurimis obuiauimus insulis, quarum quidem alix habitatae, alix uero deserte erant. Harum igitur uirtandem appropinquantes, & naues nostras insibi insere facientes, uidimus ibidem quammaximum gentis aceruum, qui insulam illam Ity nuncuparet, quibus prospectis, & nauiculis phaelisq; nostris uiris ualidis, & machinis tribus, stratis, terrae eidem uicinius appropinquantes, quadringentos uir, ros cum mulieribus quammultis iuxta litus esse conspeximus: qui, ut de prioribus habitum est, omnes nudi meantes, corpore strenuo erant, necnon bellicosi plurimum, ualidique apparebant, quum liquidem omnes armis suis, arcibus, uidelicet, & sagittis, lanceisque armati essent, quorum quoque complures parmas etiam, quadratae uel scuta gerebant, quibus sic opportune sese praemunitiebant, ut eos in iaculandis sagittis suis in aliquo non impedirent. Quibus in phaelis nostris terrae ipsi quantus est sagittae uolatus appropiassemus, omnes citius in mare profluerunt, & infinitis emissis sagittis sese contra nos strenue, ne in terram descendere possemus, defendere ceperunt. Omnes uero pro corpus diuersis coloribus depicti, & uarijs uolucrum pennis ornati erant: quos hi qui nobiscum uenerant aspicientes, illos ad praedium paratos esse, quotiescunque sic picti, aut autum plumis ornati sunt, nobis insinua uerunt. Intantum autem introitum terrae nobis impederunt, ut saxuomas machinas nostras in eos coacti fuerimus emittere, quarum auditu tumultu, impetuq; uiso, necnon ex eis plerisque in terram mortuis decidisse prospectis, omnes in terram sese receperunt. Tumque factu inter nos collisio XLII. de nobis in terram post eos concordauimus exilire, et aduersus eos magno animo pugnare, quod & quidem fecimus. Nam tum aduersum illos in terram cum armis nostris prosluimus, contraque illi sic sese nobis opposuerunt, ut duabus ferme horis continuum inuicem gesserimus praedium, praeter id quod de eis magnam faceremus uictoriam, demptis eorum perpaucis, quos balistarum lubricariisque nostris, suis interemerunt telis, quod idcirco ita effectum est, quia seipsum a nobis ac lanceis enibusque nostris subtiliter subtrahebant. Verumtamen tanta demum in eos incurrimus uolentia, ut illos cum gladijs mucronibusque nostris cominus attingeremus. Quos quidem quum persensissent, omnes in fugam per sylvas & nemora conuersi sunt, ac nos campi uictores, interfectis ex eis uulneratisque plurimis, deseruerunt. Hos autem pro die illa longiore fuga nequaquam insequi uoluimus, ob id quod fatigati nimium tunc essemus: quin potius ad naues nostras cum tanta septem illorum qui nobiscum uenerant, remeauimus letitia, ut tantum in se gaudium uitae ipsi suscipere possent. Sequenti autem aduentante die uidimus per insulam ipsam, copiosam gentium appropinquare cateruam, cornibus instrumentisque alijs, quibus in bellis utuntur, buccinantem: qui & quoque depicti omnes, ac uarijs uolucrum plumis ornati erant, ita ut ueri mirabile foret: quibus perceptis, ex insula rursus inter nos deliberauimus consilio, ut si gens haec nobis inimicitias pararet, nosmet omnes in unum congregaremus, uideremusque mutuo semper, ac interim satageremus, ut amicos nobis illos efficeremus: quibus amicitiam nostram non recipientibus, illos quasi hostes tractaremus, ac quotquot ex eis comprehendere ualeremus, seruos nostros ac mancipia perpetua faceremus: & tunc armatiore potuimus, circa plagam ipsam in gyrum nos collegimus. Illi uero, ut puto, praemachinarum nostrarum stupore, nos in terram tunc minime prohibuerunt exilire. Exiimus igitur in eos in terram quadrifariam diuisi LVII. uiri linguli decurionem suam sequentes, & cum eis longum manuale gessimus praedium. Verumtamen post diuturnam pugnam, plurimumque certamen, necnon interemptos ex eis multos, omnes in fugam coegimus, & ad usque populationem eorum una prosequuti fuimus: ubi comprehensis ex eis XXXV. captiuis, eandem eorum populationem igni combulsimus, & insuper ad naues nostras cum ipsis XXXV. captiuis repedauimus, interfectis ex eadem gente uulneratisque plurimis. Ex nostris autem interem-

pro du  
tem re  
ordina  
premi  
captiu  
ris in t  
ne regr  
uimus  
bris di  
ac ibi e  
tionem



la cuid  
& aqua  
incepta  
mus, qu  
superio  
aequino  
quinq;  
nomina  
In qua t  
pico est  
nec non  
plurimu  
unde ne  
sem nos  
ipsam a  
eam sap  
fusam ir  
ret. Vid  
modu ip  
niam ea  
nostras  
exanco  
cundum  
pluribu  
ualerem  
maris fl  
mus, ut i  
entibus,  
gistraler  
mus, ut e  
mumq;  
tibus, u  
bam a m  
tati non



pto duntaxat uno, sed vulneratis xxii. qui omnes ex dei adiutorio sanitatem recuperaverunt. Caterum autem recursus in patriam per nos deliberato ordinatoq; viro septem illis, qui nobiscum illuc uenerant, quorum quinq; in premissis bello vulnerati extiterant, phaselo uno in insula illa arcepto, cum captiuis septem, quos illis tribuimus, tres, uidelicet, uiros, & quatuor mulieres in terram suam cum gaudio magno, magna uirum nostrarum admiratione, ne regressi sunt. Nosq; Hispania usam sequentes, Calicium tandem repetiimus portum, cum c c x x ii. captiuius personis, decimo quinto Octobris die. Anno domini m. c c c x x v i i i. Vbi letissime suscepti fuimus, ac ibi eosdem captiuos nostros uendidimus. Et hæc sunt quæ in hac nauigatione nostra priore, notatu digniora conspeximus.

AMERICI VESPVTTII

NAVIGATIO SECVNDÆ.



Quantum ad secundariæ nauigationis cursum, & ea quæ in illa memoratu digna conspexi, dicetur in sequentibus. Eandem igitur inchoantes nauigatione, Calicium exiimus portum, anno domini m c c c l x x x i x. undecimo Maij die. Quo exitu factò, nos cursum nostrum Campiuisridis ad insulas arripientes, nec non ad insularum magnæ Canariæ usum transabeuntibus, in tantum nauigauimus, ut insule cuidam, quæ Ignis insula dicitur, applicarem: ubi facta nobis de lignis & aqua prouisione, & nauigatione nostra rursum per Lebeccium uentum incepta, post enauigatos xix. dies, terram quandam nouam tandem tenuimus, quam quidem firmam existere censuimus, contra illam de qua facta in superioribus mentio est, & quæ quidem, terra in zona torrida extra lineam æquinoctialem ad partem Australi sita est: supra quam meridionalis polus se quinq; exaltat gradibus extra quodcunq; clima, distatq; eadem terra à prænominitis insulis, ut per Lebeccium uentum constabat, leucis quingentis. In qua terra dies cum noctibus æquales xxvii. lunij, quum sol in cancri tropico est, existere reperimus. Eandem terram in aquis omnino submersam, nec non magnis fluminibus perfusam esse inuenimus, quæ & quidem semet plurimum uiridem, & proceras altissimasq; arbores habentem monstrabat, unde neminem in illa esse tunc percepimus. Tum uero cõstitimus, & classem nostram ancorauimus, solutis nonnullis phaselis, cum quibus in terram ipsam accedere tentauimus. Porro nos aditum in ipsam querentes, & circum eam sæpius gyrantes, ipsam ut prædictum est, sic fluminum undis ubiq; perfusam inuenimus, ut nusquam locus esset, qui maximis aquis non immedesceret. Vidimus tamen interim per flumina ipsa signa quàm multa, quemadmodum ipsa eadem tellus inhabitata esset & incolis multis fecunda. At quoniam eadem signa consideraturi, in ipsam descendere nequibamus, ad naues nostras reuertimur concordauimus, quod & quidem fecimus. Quibus ab hinc ex ancoratis, postea inter Leuantem & Seroccum uentum collateraliter secundum terram, sic spirante uento, nauigauimus pertentantes sæpius interim, pluribus quàm quadraginta durantibus leucis, si in ipsam penetrare insulam ualeremus. Qui labor omnino inanis extitit: quum siquidem illico in latere maris fluxum, qui à Serocco ad magistralem abibat, sic uiolentum comperimus, ut idem mare se nauigabile non præberet. Quibus cognitis in conuentibus, consilio factò conuenimus, ut nauigium nostrum per mare ad magistralem reflecteremus: tumq; secundum terram ipsam in tantum nauigauimus, ut tandem portum uni applicarem, qui bellissimam insulam, bellissimumq; sinum quendam in eius ingressu tenebat: supra quem nobis nauigationibus, ut in illum introire possemus, immensam in insula ipsa gentium turbam à mari quatuor leucis aut circiter distatam uidimus. Cuius rei gratia letati non parum extitimus. Igitur paratis nauiculis nostris, ut in eadem in su-

Iam uaderemus, lintrem quandam, in qua personæ complures erant, ex alto mari uenire uidimus: propter quod tunc cōuenimus, ut eis inualis ipsos comprehendere mus: & tunc illos nauigare, & in gyrum, ne euadere possent circumdare ocepimus: quibus sua quoque uice nitentibus, uidimus illos, aura temperata manente, remis suis omnibus sursum erectis, quasi firmos ac resistentes se significare uelle: quam rem se idcirco illos efficere putauimus, ut inde nos in admirationem conuerterent. Quum uero sibi nos cominus appropinquare cognouissent, remis suis in aquam conuersis, terram uersus remigare inceperunt. At tunc nobiscum carbasum unam quadraginta quinq; dolo rum uolatu celerrimam educebamus, quæ tunc tali nauigio delata est, ut subito uentum super eos obtineret. Quumq; irruendi in illos aduenisset com moditas, ipsi sese apparatusq; suum in phaselo suo ordinate spargentes, se quoq; ad nauigandum accinxerunt. Ita que quum eos præterissemus, tunc fugere conati sunt. At nos nonnullis tunc expeditis phaselis, ualidis uiris stipatis, illos tunc cōprehendere putâtes, mox in eos incurrimus: contra quos bis geminis serè horis nobis nitentibus, nisi carbasus nostra, quæ cursu eos præterierat, rursum super eos reuersa fuisset, illos penitus amittebamus. Quum uero ipsi se eisdem nostris phaselis carbasoq; undiq; confictos esse perspicerent, omnes, qui circiter uiginti erant, & à terra duabus serè leucis distabant, in mare saltu prosilierunt: quos nos cum phaselis nostris tota prosequentes die, nullos ex eis, nisi tantummodo duos, prendere potuimus, alijs omnibus in terram saluis abeuntibus. In lintre autem eorum quam delerunt, bis gemini iuuenes extabant, non de eorum gente geniti, sed quos in tellure aliena rapuerant, quorum singulis ex recenti uulnere uirilia absce derant: quæ res admirationem non paruam nobis attulit. Hos autem quum in nostras suscepissemus nauiculas, nutibus nobis insinuarunt, quæammodum illi eos ab ipsis manducandos abducerent: indicantes interim quòd gens hæc tam effera & crudelis, humanarum carniū comestrix, Cantibali nuncupatur. Postea autem nos ipsam eorum lintrem nobiscum trahentes, & cum nauiculis nostris cursum terræ eorū uersus arripientes, parumper interim consistimus, & naues nostras mediâ tantū leuca à plaga illa distantes ancorauimus, quū in litore populū plurimū oberrare uidissemus, in illam cum ipsis nauiculis nostris subito properauimus, ductis nobiscū duobus illis, quos in lintre à nobis inuasa comprehenderamus. Quamprimū autem terrā ipsam pede contigimus: omnis trepidi & seipsos abdituri in uicinas nemorum latebras diffugerunt: Tum uero uno ex illis quos prehenderamus abire permisso, & plurimis illi amicitia signis, necnō nolis, cymbalis, ac speculis ple risq; datis, diximus ei, ne propter nos ceteri qui auferant expauescerent, quoniam eorum amici esse plurimum cupiebamus. Qui abiens iussa nostra solerter impleuit, gentē illa tota, quadringētis, uidelicet, serè uiris cum sex minis multis à syluis secum ad nos eductis. Qui inermes ad nos ubi cum nauiculis nostris eramus, omnes uenerunt, & cum quibus tunc amicitiam bonam firmauimus, restituto quoque eis alio, quem captiuum tenebamus, & pariter eorum lintrem, quam inuaseramus per nauium nostrarum socios, apud quos erat, eis restitui mandauimus. Porro hæc eorum linter quæ ex solo arboris trunco cauata, & multum subtiliter effecta fuerat, longa uiginti sex passibus, & lata duobus brachijs erat: hæc quum à nobis recuperassent, & tuto in loco fluminis reposuissent, omnes à nobis repente fugerunt, nec nobiscū amplius cōuersari uoluerūt. Quo tam barbaro factō cōperto, illos xat pauculum, quod ex auribus gestabāt, uidimus. Itaq; plaga illa relicta & secundum eam nauigatis octoginta circiter leucis, stationem quandam nauiculis tutam reperimus, in quam introeuntes tātas inibi comperimus gentes, ut id admirabile foret. Cum quibus facta amicitia, iuimus deinde cum eis ad complures eorū pagos, ubi multum secure, multumq; honeste ab eis suscepti

A  
suscep  
cum a  
stibus  
bibum  
bus cu  
bus, a  
Hæc e  
gensq;  
alibi r  
ti plac  
giemq;  
nostra  
eis inf  
bebat  
micis  
que &  
docen  
uestra  
cundia  
cursu  
nostra  
quibus  
doque  
defens  
gentiū  
nos co  
lam qu  
inea p  
rantes  
pleis  
dem g

H  
he  
star us  
que fir  
quam  
mili pl  
mafic  
cum e  
poneb  
do: &  
illius  
dere.  
uenit,  
tiam h  
loquer  
signa,  
quam  
defic  
ore ga  
circum  
dam a  
bant a  
te coll



suscepti fuimus, & ab eis interim quingentos uniones unica nosa emimus, cum auro modico, quod eis ex gratia contulimus. In hac terra vinum ex fructibus semetibusque expressum, ut ciceram ceruisiam uel albam & rubentem bibunt: melius autem ex myrrhae pomis ualde bonis confectum erat: ex quibus cum multis quam bonis alijs fructibus gustui sapidis, & corpori salubribus, abundanter comedimus: propterea quod tempestiue illuc adueneramus. Haec eadem insula eorum rebus suppellectilibus uel quam multum abundans est, gensque ipsa bonae conuersationis & maioris pacificentiae est, quam usquam alibi reperiremus aliam. In hoc portu decem & septem diebus cum ingenti placito perstitimus, uenientibus quotidie ad nos populis multis, nos effugiens nostram & albedinem necnon uestimenta armaque nostra, & nauium nostrarum magnitudinem admirantibus. Hi etiam nobis gentem quandam eis infestam occidentem uersus existere retulerunt: quae gens infinitam habebat unioinum quantitatem, quodque quos ipsi habebat uniones, eisdem inimicis suis in belligerationibus aduersus eos habitis abstulerant: nos quoque & quemadmodum illos piscarentur, & quemadmodum nascerentur edocentes. Quorum dicta uera profecto esse cognouimus, prout & maiestas uestra posthaec amplius intelligere poterit. Relicto autem portu illo, & secundum plagam eandem, in quam continuae gentes affluere prospiciebamus, cursu nostro producto, portum quendam alium rescindente unius nauiculae nostrae gratia, subiimus, in quo gentem multam esse comperimus, cum quibus nec ut, nec amicitia conuersationem obtinere ualuerimus: illis si quandoque in terram cum nauiculis nostris descenderemus, se contra nos alperere dentibus, & si quandoque nos sustinere non ualentes, in syluis ausugientibus, & nos nequaquam expectantibus: quorum tantam barbariam nos cognoscentes, ab eis hinc discessimus. Tuncque inter nauigandum insulam quandam in mari leucis a terra quindecim distantem uidimus, quam si in ea populus quispiam esset, inuisere concordauimus. In illam igitur accedentes, quandam inibi inuenimus gentem, quae omnium bestialissima simplicissimaque omnium quoque gratiosissima benignissimaque erat. Cuius quidem gentis ritus & mores eiusmodi sunt.

De eiusdem gentis ritu & moribus.

In uultu ac gestu corporis brutales admodum extant, singulique maxillas herba quadam uiridi introrsum repletas habebant, quam pecudum instar usque ruminabant, ita ut uix quicquam eloqui possent: quorum quoque singuli ex collo pusillas siccatasque cucurbitas duas, alteram herbam ipsam, quam in ore tenebant, alteram uero farina quadam alba, gypso minuto similibi plenam gerebant, habito bacillo quodam, quem in ore suo madefactum masticatumque saepius, in cucurbitam farina repletam mittebant, & deinde cum eo de eadem farina extrahebant, quam libi post haec in ore utrinque ponebant, herbam ipsam, quam in ore gestabant, eadem farina respergendo: & hoc frequentissime paulatimque efficiebant. Quam rem nos admirati, illius causam secretumque, aut cur ita facerent, fati nequiuimus comprehendere. Haecce gens, ut experimento didicimus, ad nos adeo familiariter aduenit, ac si nobiscum saepius antea negotiati fuissent, & longam amicitiam habuissent. Nobis autem per plagam ipsam cum eis ambulantibus colloquantibusque, & interim recentem aquam bibere desiderantibus, ipsi per signa, se talibus aquis penitus carere insinuantes, ultro de herbam farinae quam in ore gestabant offerebant: propter quod regionem eandem aquis deficientem, quodque ut sitim subleuarent suam, herbam ac farinam talem in ore gastarent intelleximus. Vnde factum est, ut nobis ita meantibus, & circum plagam eandem una die cum inedia illos concomitantibus, uivendam aquam nusquam inuenimus, cognouerimusque quoddam eam quae bibebant aqua, ex rore noctu super certis folijs, auriculis alini similibus, decidentem collecta erat. Quae quidem folia eiusmodi rore nocturno tempore se implebant.

plebant ex quo rore, qui optimus est, idem populus bibebat: sed tamen ta-  
 libus folijs pleraque eorum loca deficiebant. Hæcce gens uictualibus, quæ  
 in terra solida sunt, penitus carent: quin immo ex piscibus quos in mari pi-  
 scantur uiuunt. Etenim apud eos, qui magni piscatores existunt, piscium ingens  
 abudantia copia, ex quibus ipsi plurimos turtures, ac quam bonos pisces alios  
 plures ulstro nobis obtulerunt. Eorū uxores herba, quā in ore uiri ipsi gere-  
 bant, nusquam utebatur: uerū singulę cucurbitā unā aqua impletam, ex qua  
 hiberent habebant. Nullos domorum pagos, nullaq; tiguria gens hæc ha-  
 bent, præterquā folia grandia quædā, sub quibus à solis feruore, sed non ab  
 imbribus se protegunt: propter quod autumabile est, quod parum in terra il-  
 la pluit. Quū autē ad piscandū mare adierint, foliū unū ad eō grande secum  
 quisq; piscaturus effert, ut illo in terrā defixo, & ad solis meatū uersato, sub  
 illius umbra aduersus æstum totum se abscondat. Hæcce in insula quam mul-  
 ta uariorū generū animalia sunt, quæ omnia aquā lutulentā bibunt. Viden-  
 tes autem quod in ea commodi nihil nancisceremur, nos relicta illa aliam  
 quandam insulam tenuimus: in quam nos ingredientes, & recentem unde  
 hiberemus aquam inuestigantes, putantes interim ipsam eandem terram à  
 nullis esse habitatam, propterea quod in ea neminem inter adueniendū pro-  
 spexeramus, dum per arenā deambularem, uestigia pedum quam magna  
 nonnulla uidimus, ex quibus censuimus, quod si eisdem pedibus reliqua  
 membra respondebant, homines in eadem terra grandissimi habitabant.  
 Nobis autem ita per arenam deambulantibus, uiam unam in terram dedu-  
 centem comperimus, secundū quam nouem de nobis euntes, in sulā ipsam  
 inuisere paruimus, ob id quod nō quā spatio sam illam, nec quā multas  
 in ea habitare gentes existimauius. Pererrata igitur secundum eandem ui-  
 am una ferē leuca, quinq; in conualle quadam, quæ populatæ apparebant,  
 uidimus casas: in quas introeuntes quinq; in illis reperimus mulieres, uetu-  
 las, uidelicet, duas & iuuenclas tres: quæ quidē omnes sic statura proceræ  
 erant, ut inde ualde miraserunt, ut aufugiēdi animo penitus deficerēt. Tumq;  
 deo stupefactę permanserunt, ut aufugiēdi animo penitus deficerēt. Tumq;  
 uetula ipsæ lingua eorū nobiscum blandiuscule loquentes, & sese omnes in  
 casam unam recipientes, per multa nobis de suis uictualibus obtulerunt.  
 Eadem uerō omnes longissimo uiro statura grandiores erant, & quidem e-  
 que grandes ut Franciscus de Albicio, sed meliore quā nos sumus propor-  
 tione compactæ. Quibus ita comperitis, posthæc una conuenimus, ut iuuen-  
 culis ipsis per uim arreptis, eas in Castiliam quasi rem admirandam abduce-  
 remus: in qua deliberatione nobis existentibus, ecce triginta sex, uel circi-  
 ter uiri, multo quā foemina ipsæ, altiores, ad eō egregie compositi, ut illos  
 inspicere delectabile foret, casam ipsam introire occæperunt: propter quos  
 tanta tunc affecti fuimus animi turbatione, ut satius apud nauiculas nostras  
 quā cum tali gente esse duxissemus. Hi etenim ingentes arcus & sagittas,  
 necnon & sudes perticasq; magnas instar clauarum ferebant. Qui ingressi  
 loquebantur quoque inter se mutuo, ac si nos comprehendere uellent. Quo  
 tali periculo percepto, diuersa etiam inter nos tunc secimus consilia: unis ut  
 illos in ipsa eadem casa inuaderemus: alijs uero nequaquam, sed foris poti-  
 us & in platea, & alijs, ut nusquam aduersus eos pugnam quæreremus, do-  
 nec quid agere uellent intelligeremus, asseuerantibus. Inter quæ consilia ca-  
 sam illā simulate exiimus, & ad naues nostras remeare occæpimus: ipsiq;  
 quantus est lapidis iactus, mutuo semper loquētes nos insequuti sunt, haud  
 minore quā nos, ut autumo, trepidantes formidine, quum nobis manenti-  
 bus ipsi quoque eminus manerent, & nisi nobis ambulanti bus non ambula-  
 rent. Quum uero ad naues nostras pertigissemus, & in illas ex ordine intro-  
 iremus, mox omnes in mare profluerunt, & quam multas post nos sagittas  
 suas iaculati sunt, sed tunc eos perpaucum metu ebamus; nam tunc machina-  
 rum nostrarum duas in eos, potius ut terrentur quā ut interirent, emi-  
 simus.

simus. C  
 num pro  
 pariter.  
 sulam  
 à terra p  
 se nobis  
 miterer  
 nobis in  
 mari pe  
 munitio  
 tuleram  
 exitu n  
 uigasser  
 habitur  
 ribus s  
 quempi  
 gentem  
 quam q  
 maxim  
 mus, &  
 mus, q  
 nolas, l  
 lia eis t  
 neret u  
 quomo  
 scuntur  
 in quib  
 dem re  
 & à cor  
 sunt. Q  
 redacti  
 quod ip  
 xis igit  
 rinum  
 rerum  
 eis nup  
 nostras  
 simus,  
 perpeti  
 lam uig  
 uigatic  
 mus: u  
 nem no

**N**  
 plurim  
 se eten



simus. Quam quidem tumultu percepto, omnes confestim in montem u-  
num propinquum fuga abierunt. Et ita ab eis crepti fuimus, discelsimusq;  
pariter. Hi omnes nudi, ut de prioribus habitum est, eunt: appellauimusq;  
fulam illam Gigantum, ob proceritatem eorum. Nobis autem ulterius &  
à terra paulo distantius transfremigantibus sæpius interdū cum eis pugna-  
se nobis accidit, ob id quod quisquam à tellure sua sibi tolli nequaquam per-  
mittere uellent. Et utique quidem repetundæ Castilixæ propositum iam  
nobis in mentem subierat, ob id potissimum, quod uno iam ferè anno in  
mari perstiteramus, nec nisi tenuem alimentorum necessariorumq; aliorum  
munitionem retinebamus. Quæ quidem adhuc ex uehementibus, quos per-  
tuleramus, solis caloribus iam contaminata inquinata que erant, quam ab  
exitu nostro à Campiuiridis insulis usque tunc continue per torridam na-  
uigassemus zonam, & transuersim per lineam æquinoctialem bis, ut præ-  
habitu est. In qua quidem uoluntate nobis perseuerantibus, nos à labo-  
ribus subleuare nostris sanctifico complacuit spiritui: nempe receptum  
quempiam pro rursus nouandis naualibus nostris nobis quærentibus, ad  
gentem quandam peruenimus, quæ nos cum maxima suscepti amicitia, &  
quam quidem unionum perlarum uel Orientalium compertimus in numero  
maximo tenere. Propter quod quadraginta & septem diebus ibi perstiti-  
mus, & centum decem & nouem unionum marchas, pretio, ut æstimaba-  
mus, quadraginta non superante ducatos, ab eis comparauimus. Nam  
nolas, specularias, crystallinos que nonnullos, necnon leuissimas electri so-  
lia eis tantum propter ea tradidimus. Nempe quotquot quislibet eorum obti-  
neret uniones, eos pro sola nola donabat. Didicimus quoq; interdū ab eis,  
quomodo & ubi illos piscarentur: qui & quidem ostreolas, in quibus na-  
scuntur, nobis plures largiti sunt. Et pariter nonnullas mercati fuimus: ubi  
in quibusdam centum & triginta uniones, in quibusdam uero non toti-  
dem reperiebantur. Nouerit que maiestas uestra, quod nisi permaturi sint,  
& à conchilijs in quibus gignuntur, per sese excidant, omnino perfecti non  
sunt. Quinimo in breui, ut sæpius ipse expertus sum, emarcescunt, & in nihil  
redacti sunt. Quum uero maturi fuerint, in ostrea ipsa inter carnes, preter id  
quod ipsis carnibus hæreant, se separant: & huiuscemodi optimi sunt. Efflu-  
xis igitur quadraginta & septem diebus, nec non gente illa, quam nobis plu-  
rimum amicam effeceramus, relicta, hinc ab eis excelsimus, ob plurimarū  
rerum nostrarum indigentiam, uenimusq; ad Antigiæ insulam, quam pau-  
cis nuper ab annis Christophorus Columbus discooperuit, in qua perculas  
nostras ac naualia reficiendo, mensibus duobus & diebus totidem perman-  
simus, plures interdum Christicolarum inibi conuersantium contumelias  
perpetiundo, quas, prolixus ne nimium siam, hic omitto. Eandem uero insu-  
lam uigesima secunda Iulij deserentes, percursa unius mensis cum medio na-  
uigatione, Calicium tandem portum octauo mensis Septembris subiui-  
mus: ubi cum honore profectusq; suscepti fuimus. Et sic per dei placitum fi-  
nem nostra cepit secunda nauigatio.

## AMERICI VESPERTII

## NAVIGATIO TERTIA.



**M** in Sibilia existente, & à penis atque laboribus, quos  
inter præmemoratas pertuleram nauigationes, paulis-  
per requiescente, desiderante que post hæc in perlarum  
terram remeare, fortuna fatigationum mearum nequa-  
quam adhuc satuta, serenissimo illi domino Emanueli  
Portugallix regi misi in cor, nescio ut quid, ut destinato  
nuncio literas regales suas ad me transmitteret, quibus  
plurimum rogabat ut ad eum apud Lisbonam celerius me transferrem: ip-  
se etenim mirabilia mihi plurima faceret. Super qua re nondum tunc deli-  
beraui

berauit: quíntimo ei per eundemet nuncium me minus bene dispositum, & tunc male habere significauit. Verum si quandoque reconualecerem, & maiestati eius regiae meum forsitan complaceret obsequium, omnia quae cumq; uellet ex animo perficerem. Qui rex percipiens, quod me ad se tunc traducere nequirem, Iulianum Bartholomaeum locundum, qui tunc in Lisbóna erat, rursum ad me destinauit cum commissione, ut omnibus modis me ad eundem regem secum perduceret. Propter cuius Iuliani aduentum & preces coactus tunc fui ad regem ipsum meare: quod qui me nouerant omnes, malum esse iudicauerunt. Et ita à Castilia, ubi honor mihi non modicus exhibitus extiterat, ac rex ipse Castiliae existimationem de me bonam conceperat, profectus sum: & quod deterius fuit, hospite insularum, ac mox coram ipso rege domino Emanuele meipsum obtuli. Qui rex de aduentu meo non paruam uisus est concepisse laetitiam, plurimum me interdum rogans, ut uná cum tribus eis conseruantiae nauibus, quae ad exeundum, & ad nouarum terrarum inquisitionem praeparatae erant, proficisci uellem: & ita, quia regum preces praecipuae sunt, ad eius uotum consensi.

*Tempus professionis tertiae.*

Itaque ab hoc Lisbonae portu cum tribus conseruantiae nauibus die Maii decima M. D. habebunt, cursum nostrum uersus magnae Canariae insulas arripimus, secundum quas & ad earum prospectum insisterent nauigantes, idem nauigium nostrum collateraliter secundum Aphricam occidentem uersus sequuti fuimus. Vbi piscium quorundam, quos Phargi nuncupant, multitudinem maximam in aequore prendidimus, tribus inibi diebus moram facientes. Exinde autem ad partem illam Aethiopiae, quae Belliica dicitur, deuenimus: quae quidem sub torrida zona posita est, & super quam quatuordecim gradibus se septentrionalis erigit polus in climate primo: ubi diebus undecim nobis de lignis & aqua prouisionem parantes restitimus, propter id quod Austrum uersus per Atlanticum pelagus nauigandi mihi inesset affectus. Itaque portum Aethiopiae illum post haec relinquentes, tunc per Lebecium uentum in tantum nauigauimus, ut sexaginta & septem infra dies insulae cuidam applicuerimus, quae insula septingentis à portu eodem leucis ad Lebecij partem distaret. In quibus quidem diebus peius perpessi tempus fuimus, quam unquam in mari quispian antea pertulerit, propter uentorum nimborum ue impetus, qui quamplurima nobis inulere grauamina, ex eo quod nauigium nostrum lineae praeritim & quinoctiali continue iunctum fuit. In ibiq; in mense Iunio hyems extat, ac dies noctibus aequales sunt, atque ipsae umbrae nostrae continue uersus meridie erant. Tandem uero omnitonanti placuit nouam unam nobis ostendere plagam, decima septima, scilicet, Augusti, iuxta quam, leuca seposita ab eadem cum media, restitimus, & postea assumptis cymbis nonnullis in ipsam uisuri si inhabitata esset, profecti fuimus. Quam & quidem incolae plurimos habitare reperimus, qui bestijs prauiores erant, quemadmodum maiestas regiae uestra post haec intellegit. In hoc uero introitus nostri principio gentem non perceperimus aliquam, quamuis oram ipsam persigna plurima, quae uidimus, populo multo repletam esse intellexerimus. De qua quidem ora pro ipso serenissimo Castiliae rege possessorium cepimus, inuenimusq; illam multum amena ac uiridem esse, & apparentie bonae. Est autem extra lineae aequinoctialem Austrum uersus quinq; gradibus: & ita eadē die, ad naues nostras repedauius. Quia uero lignorum & aquae penuriam patiebamur, concordauimus iterum in terra altera die reuerti, ut nobis de necessariis prouideremus: in qua quidem nobis extantibus, uidimus stantes in unius montis cacumine gentes, quae deorsum descendere non audent, erantq; nudae omnes, necnon consimilis effigiei colorisq; ut de superioribus habitatum est. Nobis autem satagentibus, ut nobiscum conuersatum accederent,

non



non sic securos eos efficere ualimus, ut de nobis adhuc non diffiderent. Quorum oblatione proteruitaq; cognita, ad naues sub noctem remcauimus, relicti in terra, uidentibus illis, nolis speculisq; nonnullis, ac rebus alijs. Quum que nos in mari eminere esse prospicerent, omnes de ipso monte propter reculas quas reliqueramus descenderunt, plurima inter se admirationis signa facientes. Nec tunc de aliquo, nisi de aqua nobis prouidimus. Crastino autem effecto mane, uidimus e nauib; gentem eandem numero quam antea maiorem, passim per terram ignes fumosq; facientem: unde nos existimantes, quod nos per hoc ad se inuitarent, iuimus ad eos in terram, ubi tunc populum plurimum aduenisse cōspeximus, qui tamen a nobis longe se ipsos tenebant, signa facientes interim nonnulla, ut cum eis interius in insulam uaderemus. Propter quod factum est, ut ex Christicolis nostris duo protinus ad hoc parati, periculo ad tales eundi semetipsos exponerent, ut quales gentes ipsi forent, aut si quas diuitias species ue aromaticas illas haberent, ipsi cognoscerent. Quapropter in tantum nauium praetorem rogauerunt, ut eis quod postulabant annueret. Tum uero illi ad hoc sese accingentes, nec non pleriq; de rebus suis minutis secum fumentes, ut inde agentibus eisdem mercarentur alias, abierunt a nobis, data conditione, ut ad nos post quinque dies ad summum remeare solliciti essent: nos etenim illos tantum diu expectaremus. Et ita tunc iter suum in terram arripuerunt, atq; nos ad naues nostras regressum cepimus, ubi expectādo eos diebus octo perstitimus: in quibus diebus gens permulta noua dietim fere ad plagam ipsam adueniebat, sed nusquam nobiscum colloqui uoluerunt. Septima igitur aduentante die nos in terram ipsam iterum tendentes, gentem illam mulieres suas omnes fecit adduxisse reperimus. Quam uero primum illuc peruenimus, mox ex eisdem uxoribus suis ad colloquendum nobiscum quamplures miserunt, foeminis tamen eisdem non satis de nobis confidentibus. Quod quidem nos attendentes, concordauimus ut iuuenem unum e nobis, qui ualidus agilisq; nimium esset, ad eas quoq; transmitteremus: & tunc ut minus foeminae eadem metuerent, in nauiculas nostras introiimus. Quo egresso iuuenes, qui seipsum inter illas immiscuisset, ac illae omnes circūstantes contingerent palparentq; eum, & propter eum nō parum admirarentur: ecce interea de monte foemina una uallum magnum manu gestans aduenit: quae postquam ubi iuuenis ipse erat appropiauit, tali eum ualli sui ictu a tergo percussit, ut subito mortuus in terrā concideret: quē confestim mulieres aliae corripientes, illum in montem a pedibus pertraxerunt, uiriq; ipsi qui in monte erant, ad litus cum arcubus & sagittis aduenientes, ac sagittas suas in nos conijcentes, tali gentem nostram affecerunt stupore, ob id quod nauiculae illae in quibus erant, haerentem nauigando radebant, nec celeriter aufugere tunc poterant, ut fumentorum armorū suorum memoriā nemo tunc haberet: & ita quamplures contra nos sagittas suas eiaculabantur. Tum uero in eos quatuor machinarum nostrarum fulmina, licet neminem attingentia, emisimus. Quo audito tonitruo, omnes cursum in montem fugerunt, ubi mulieres ipse erant, quae iuuenem nostrum quem trucidauerunt, nobis uidentibus in frustra fecabant, nec non frustra ipsa nobis ostentantes, ad ingentem quē succenderant ignem torrebant, & deinde post haec manducabant. Viri quoque ipsi signa nobis similiter facientes, geminos Christicolos nostros alios se pariter peremisse manducasseq; insinuant: quibus, qui & utique uera loquebantur, in hoc ipso credidimus. Cuius nos improperij uehementius piguit, quum immanitatem quam in mortuū exercebant, oculis intueremur ipsi proprijs. Quam obrem plures quam quadraginta de nobis in animo stabiliueramus, ut omnes pariter terram ipsam impetu petentes, tam immane factum, tamq; bestiale ferociam uindicatum uaderemus. Sed hoc ipsum nobis Nauipraetor non permisit: & ita tam magnam ac tam grauem iniuriam passi, cum maleuolo animo, & grandi opprobrio nostro, efficiēte hoc Nauiprae-

pitore nostro, imputatis illis abscelsimus. Postquam autem terram illam re-  
 liquimus, mox inter Leuantem & Serocum uentum, secundū quos se con-  
 tinet terra, nauigare ocepimus, plurimos ambitus, plurimosq; gyros inter-  
 dum sectantes: quibus durantibus gentes non uidimus, quæ nobiscum pra-  
 cticare, aut ad nos appropinquare uoluerint. In tantum uero nauigauimus,  
 ut tellurem unam nouam, quæ secundum Lebeccium se porrigeret, inuene-  
 rimus. In qua quum campum unum circuiuissemus, cui sancti Vincentij  
 campo nomen indidimus, secundum Lebeccium uentum post hæc nauiga-  
 re ocepimus: distatq; idem sancti Vincentij campus à priore terra illa, ubi  
 Christicolæ nostri extiterunt interempti, centum quinquaginta leucis ad  
 partem leuantis: qui & quidem campus octo gradibus extra lineam æquis  
 noctialem uersus Austrum est. Quum igitur ita uagantes iremus, quadam  
 die copiosam gentium multitudinem, nos nauiumq; nostrarum ualiditatem  
 mirantium, in terra una alia esse conspeximus, apud quos tuto in loco mox  
 restitimus, & deinde in terram ipsam ad eos ex nauiculis nostris descendi-  
 mus: quos quidem mitioris esse conditionis quam priores reperimus: nam  
 et in edomandis illis diu elaborauimus, amicos tamen nostros eos tan-  
 dem effecimus: cum quibus negotiando practicandoq; uarie quinque man-  
 simus diebus, ubi cannas, fistulas uirides, plurimum grossas, & etiam non-  
 nullas in arborum cacuminibus secas inuenimus. Concordauimus autem,  
 ut ex eadem gente duos, qui nos eorum linguam edocerent, inde tradu-  
 ceremus. Quamobrem tres ex eis, ut in Portugalliam uenirent, nos ultro  
 comitati sunt. Et quoniam me omnia prosequi ac describere piget, digne-  
 tur uestra nosse maiestas quòd nos portum illum linquentes, per Lebec-  
 cum uentum, & in uisu terræ semper transcurrimus, plures continue faci-  
 endo scalas plures que ambitus, ac interdum cum multis populis loquen-  
 do, donec tandem uersus austrum extra Capricorni tropicum fuimus. Vbi  
 super horizonta illum meridionalis polus triginta duobus sese extollebat  
 gradibus, atque minorem iam perdideramus ursa, ipsa que maior ursa  
 multum infima uidebatur, ferè in fine horizontis se ostentans, & tunc per  
 stellas alterius meridionalis poli nosmetipsos dirigeuimus, quæ multo  
 plures, multo que maiores ac lucidiores, quam nostri poli stellæ existunt  
 propter quod plurimarum illarum figuras confinxi, & præsertim earum  
 quæ prioris ac maioris magnitudinis erant, unà cum declinatione diamet-  
 rorum, quas circa polum austri efficiunt, & unà cum denotatione earum,  
 dem diametrorum, & semidiametrorum earum, prout in meis quatuor dia-  
 ritis, siue nauigationibus inspicere facile poterit. Hocce uero nauigio nostro,  
 à campo sancti Augustini incepto, septingentas percurrimus leucas, uide-  
 licet, uersus Ponentem centum, & uersus Lebeccium sexingentas: quas qui-  
 dem dum peragraremus, si quis que uidimus enumerare uellet, non totidem  
 ei papyræ chartæ sufficerent. Nec quidem interdum magni commo di res  
 inuenimus, demptis infinitis casæ arboribus, & pariter plurimis, quæ lam-  
 nas certas producunt, cum quibus & miranda alia permulta uidimus, quæ  
 fastidiosa recensitu forent. Et in hac quidem peragratiōe decem ferè men-  
 sibus extitimus. In qua cognito quod mineralia nulla reperiebamus, con-  
 uenimus unà, ut ab inde surgentes aliò per mare euagaremur. Quo inito  
 inter nos consilio, mox editum fuit, ac in omnem coetum nostrum uulgatum,  
 ut quicquid in tali nauigatione præcipiendum censerem, id ipsum in-  
 tegriter fieret. Propter quod confestim editi, mandauitq; ubique, ut de li-  
 gnis & aqua pro sex mensibus munitionem omnes sibi pararent: Nam per  
 nauium magistros nos cum nauibus nostris adhuc tãtundem nauigare pos-  
 se iudicatum est. Qua quidem, quam edixeram, facta prouisione, nos oram  
 illam linquentes, & inde nauigationem nostram per Serocum uentum in-  
 tantes, Februarij decima tertia, uidelicet, quum sol æquinoctio iam appor-  
 pinquaret, & ad hoc Septentrionis hemisphærium nostrum uergeret, in

tantum

tantum p  
 quinqua  
 ris uris:  
 à quo per  
 teria, u  
 exorta el  
 gare con  
 scente, &  
 mum im  
 cles quos  
 circa Ar  
 tæ sunt:  
 maiestas  
 prilis sec  
 propiatu  
 rimus, in  
 speximu  
 acerbum  
 tempesta  
 grandi tu  
 re parite  
 quendi,  
 mus. Q  
 lum adhi  
 abissim  
 nitus ob  
 uota, ne  
 tunc feci  
 bus, den  
 quinqua  
 necnon  
 præmissi  
 fra nau  
 pie latus  
 mille ter  
 tiam Ma  
 Serratio  
 post hæc  
 dem in si  
 ad quas  
 endo per  
 recursum  
 leucis cr  
 uatione  
 uibus, ob  
 set, igni  
 decim cr  
 nec stell  
 ter



tantum peruagati fuimus, ut meridiana polum super horizonta illum  
 quinquaginta duobus gradibus sublimatum inuenimus, ita ut nec minoris  
 uris: nec maioris stellæ amodo inspicere ualerent. Nam tunc à portu illo,  
 à quo per Serocetum abieramus, quingentis leucis longe iam facti eramus,  
 tertia, uidelicet Aprilis. Qua die tempestas ac procella in mari tam uehemens  
 exorta est, ut uela nostra omnia colligere, & cum solo nudoc malo remi-  
 gare compelleremur, perfante uehementissime Lebeccio, ac mari intume-  
 scente, & aëre turbulentissimo extante. Propter quem turbinis uolentissi-  
 mum impetum nostrates omnes non modico affectu fuerunt stupore. No-  
 cles quoque tunc insibi quammaximæ erant. Etenim Aprilis septima, sole  
 circa Arietis sinem extante, ipsæ eadem noctes horarum quindecim repe-  
 rtae sunt: hyems que etiam tunc insibi erat, ut uestra satis pendere posse  
 maiestas. Nobis autem sub hac nauigantibus turbulentia, terram unam A-  
 prilis secunda uidimus, penes quam uiginti circiter leucas nauigantes ap-  
 propinquauimus: uerum illam omnimodo brutalem & extraneam esse compe-  
 rimus, in qua quidem nec portum quempiam, nec gentes aliquas fore con-  
 speximus, ob id, ut arbitror, quod tam asperum in ea frigus algeret, ut tam  
 acerbum uix quisquam perpeti posset. Porro in tanto periculo, in tanta que  
 tempestatis importunitate nosmet tum reperimus, ut uix alteri alteros præ  
 grandi turbine nos uideremus. Quamobrem demum cum nauium præto-  
 re pariter concordauimus, ut conuatis nostris omnibus, terram illam lin-  
 quendi, se que ab ea elongandi, & in Portugalliam remeandi signa facere-  
 mus. Quod consilium sanum quidem & utile fuit, quum si insibi nocte so-  
 lum adhuc illa perstissemus, dispersi omnes eramus: nempè quum hinc  
 abissemus, tam grandis die sequenti tempestas in mari excitata est, ut pe-  
 nitus obrui perditæ metueremus. Propter quod plurima peregrinationum  
 uota, necnon alias quamplures cærimonias, prout nautis mos esse solet,  
 tunc fecimus. Sub quo tempestatis infortunio quinque nauigauius die-  
 bus, demissis omnino uelis. In quibus quidem quinque diebus ducentas &  
 quinquaginta in mari penetrauimus leucas, lineæ interdum æquinoctiali,  
 necnon mari & auræ temperatori semper appropinquando, per quod nos à  
 præmissis eripere periculis altissimo deo placuit. Erat que huiusmodi no-  
 stra nauigatio ad transmontanum uentum & Græcæ, ob id quod ad Aethio-  
 piæ latus pertingere cupiebamus, à quo per maris Atlanticæ fauces eundo,  
 mille tercentum distabamus leucis. Ad illam autem per summi tonantis gra-  
 tiam Maij bis quina pertigimus die. Vbi in plaga una ad latus Austris, quæ  
 Serrallona dicitur, quindecim diebus nos ipsos refrigerando fuimus. Et  
 post hæc cursum nostrum uersus insulas Lyazori dictas arripuimus: que qui-  
 dem insulæ à Serrallona ipsa septingentis & quinquaginta leucis distabant,  
 ad quas sub Iulij sinem peruenimus, & pariter quindecim insibi nos refici-  
 endo perstitimus diebus. Post quos inde exiimus, & ad Lisbonæ nostræ  
 recursum nos accinximus, à qua ad occidentis partem tercentum seposita  
 leucis eramus, & cuius tandem deinde portum M. D. II. cum prospera sal-  
 uatione et cunctipotentis nutu rursus subiimus cum duabus duntaxat na-  
 uibus, ob id quod tertiam in Serrallona, quoniam amplius nauigare nō pos-  
 set, igni combusseramus. In hac autem nostra tertio cursa nauigatione, sex-  
 decim circiter menses permanimus: è quibus undecim absque transmon-  
 tane stellæ, necnon & maioris uris minoris ue aspectu nauigauius, quo  
 tempore nosmet ipsos per aliam meridionalis poli stellam regeba-  
 mus: quæ superius commemorata sunt, quæ in eadem  
 nostra tertio facta nauigatione, relatu ma-  
 gis digna conspexi.

## A M E R I C I V E S P V T I I

### N A V I G A T I O Q V A R T A .



**R**ELIQUVM autem est, ut quæ in quarta nauigatione nostra prospexerim edisserã. Quia uero iã quæ longa narratione fathisco, & quoque hæc eadem nostra nauigatio ad speratum à nobis finem minime perducta est, ob aduerlitatem infortunium u'e quoddam, quod in maris Atlantici nobis accidit sinu: idcirco breuior fiam. Igitur ex Lisbonæ portu cum sex cõseruantia nauibus exiimus, cum proposito, insulam unam uersus horizontem positam inuisendi, quæ Melcha dicitur, & diuitiarum multarum famosa, necnon nauium omnium, siue à Gangetico, siue ab Indico mari uenientium, receptus siue statio est, quemadmodum Calicia receptus siue hospitale omnium nauigantium est, qui ab oriente in occidentem, & econuerso uagantur, prout de hoc ipso per Calicutiã uiam plus est. Quæ quidem insula Melcha plus ad occidentẽ, Calicutiã uero ipsa plus ad meridiem respicit. Quod idcirco cognouimus, quia ipsa in aspectu triginta trium graduũ poli antarctici sita est. Decima ergo Maij die, M. D. III. nobis unde supra egredientibus, cursum nostrum ad insulas Virides nuncupatas, primo direximus: ubi rerum necessarium munimenta, necnon & plura diuersorum modorum refrigeramina sumẽtes, duodecim interdum inibi diebus cessantes, per uentum serocccum post hæc enauigare occcepimus, quum Nauidominus noster tanquam præsumptuosus capitosusq; præter necessitatem, & omnium nostrum inanimitatem, sed solum ut sese nostri & sex nauium præpositum ostentaret, iussit ut in Serrationam Australem Aethiopiæ terram tenderemus. Ad quam nobis accelerantibus, & illam tandem in conspectu habentibus, tam immanis & acerba suborta tempestas est, ac uentus contrarius, et fortuna aduersa inualuit, ut in ipsam, quam nostris ipsi uidebamus oculis, per quadriduum applicare non ualuerimus: quinimo coacti fuerimus, ut illa relicta ad priorem nauigationẽ nostram regrederemur: quandoquidem nos per Suduestium, qui uentus est inter meridiem & Lebecium, reassumens tercentum per illam arctitudinem nauigauimus leucis. Vnde factum est, ut nobis extra lineã æquinoctialem tribus penè gradibus iam tunc existentibus, terra quedam, à qua duodecim distabamus leucis, apparuerit: quæ appãitio nõ parua nos affecit admiratione. Terra etenim illa, insula in medio mari multũ alta & admirabilis erat, quæ leucis duabus longior, & una dilatator non existebat: in qua quidem terrã nunquã quisquam hominũ aut fuerat, aut habitauerat: & nihilominus nobis infelicissima fuit. In illa enim per stolidũ consilium suum & regimen, præfectus nauium noster nauem suam perdidit: nempe illa à scopulo quodã elsa, & inde propter hoc in rimas diuisa, sancti Laurẽtij nocte, quæ Augusti decima est, in mari penitus submersa exitit, nihil inde saluo manente, demptis tantummodo nauis: eratq; nauis eadem dolorũ trecentorũ, in qua nostræ totius turbæ totalis potentia erat. Quum autem omnes circa illam satageremus, ut si forte ipsam è periculo subtrahere ualeremus, dedi mihi in mandatis idem nauium præfectus, ut cum nauicula una receptũ quem piã bonum, ubi puppes nostras secure omnes recipere possemus, apud insulam eandem inuentum pergerem: nolens tamen ipse idem præfectus, ut nauem meam, quæ nouem nauis meis stipata, & in nauis periclitantis aditório intenta foret, mecum tunc traderem, sed solum ut eduxerat portum unum inquisitum irem, & in illo nauem meam ipsam mihi restitueret. Quia iussione recepta, ego ut mandauerat, sumpta mecum nauitarum meorũ merceditate, in insulam ipsam, à qua quatuor distabamus leucis, properans, pulcherrimum inibi portum, ubi classem nostram omnẽ tute satis suscipere possemus inueni. Quo comperto, octo ibidem diebus eundem nauium præfectum



tum cum reliqua turba expectando persisti. Qui quum non aduenirent, mo-  
 leste non parum pertulit: atque qui mecum erant sic oblitescerebant, ut nullo  
 consolari modo uellent. Nobis autem in hac existitibus angustia, ipsa oclia/  
 ua die puppim unam per æquor aduentare conspeximus, cui ut nos percipe-  
 re possent, mox obuiam iuimus, confidentes sperantesq; unâ quod ad melio-  
 rem portum quempiam nos secum ducerent. Quibus dum nos appropin-  
 quassemus, et uicissim nos resalutassemus, retulerunt illi nobis, eiusdem præ-  
 feci nostri nauem in mari penitus, demptis nauitis, perditâ exitisse. Que nâ  
 cias, ut contemplari uestra potest maiestas, me non parua affecerunt molestia,  
 quum à Lisbona, ad quam reuerti habebam, mille longe existens molestia,  
 in longo remotoq; mari me esse sentirem: nihilominus tamen fortunæ nosmet  
 subiicientes ulterius processimus, reuertisq; in primis fuimus ad memoratam  
 insulam, ubi nobis de lignis & aqua in conseruantie meæ naui prouidimus.  
 Iteruero eadem insula penitus inhospitata inhabitataq; multa aqua uisida  
 & suauis in illa scaturiente, cum infinitis arboribus innumerisq; uolucris  
 marinis & terrestribus, quæ adeo simplices erant, ut sese manu comprehēdi  
 intrepide permetteret. Propter quod tot tunc prendidimus, ut nauiculam u/  
 nam ex illis adimpleuerimus. In ea autē nulla alia inuenimus animalia, præ-  
 terquam mures quammaximos, & lacertas bifurcam caudam habētes, cum  
 nonnullis serpentibus, quos etiam in ea uidimus. Igitur parata nobis inibi  
 prouisione, sub uento inter meridiem & Lebecium ducēte perreximus, ob  
 id quod à rege mandatum acceperamus, ut qualicumq; non obstant pericu-  
 lo, præcedentis navigationis uia insequeremur. Incepto ergo huiuscemodi  
 nauigio, portū tandē unum inuenimus, quem Omnium sanctorum abbatiam  
 nuncupauimus, ad quem, prosperam annuente nobis auram altissimo, infra  
 XVII. pertigimus dies: distatq; idem portus tercentum à præfata insula leu-  
 cis: in quo quidem portu nec præfectum nostrum, nec quenquam de turba æ-  
 lium reperimus, cū tamen in illo mēsisbus duobus & diebus quatuor expe-  
 ctauerimus: quibus effluxis, uiso quod illuc nemo ueniret, conseruantia nos-  
 tra tunc & ego concordauimus, ut secūdam latius longius progredere-  
 mur. percurisitaq; ducētis sexaginta leucis, portui cuiusdā alij applicuimus, in quo  
 castellum unū erigere proposuimus: quod & quidem profecto fecimus, reli-  
 ctiis in illo uiginti quatuor Christicolis nobiscum existentibus, qui ex præfe-  
 cit nostri puppe perditâ collecti fuerant. Porro in eodem portu præfatum  
 construendo castellum, & bresilico puppes nostras nouitas efficiendo, quin-  
 que persistimus mensibus: ob id quod præ nauarum perpauitate, & pluri-  
 morum apparatusum necessitate, longius progredi non ualebamus. Quibus  
 superioribus ita peractis, concordauimus post hæc in Portugalliam reuertit-  
 quam rem per Græcum transmontanumq; uentum necesse nobis erat effice-  
 re. Relictis igitur in castello præfato Christicolis uiginti quatuor, & cū illis  
 duodecim machinis, ac alijs pluribus armis unâ cū prouisione pro sex mensi-  
 bus sufficere, necnon pacata nobiscum telluris illius gente, de qua hic min-  
 ma sit mētio, licet infinitos inibi tunc uiderimus, et cū illis præcauerimus.  
 Nam quadraginta ferē leucas cum triginta ex eis in insulam ipsam penetra-  
 uimus. Vbi interdum plurima perspeximus, quæ nunc subiticefcens, libello  
 meo quatuor nauigationum referuo. Estq; eadem terra extra lineam æqui-  
 noctialem ad partem austrī octodecim gradibus, & extra Lisbonæ meridia-  
 num ad occidentis partē triginta quinq; prout instrumenta nostra monstra-  
 bant. Nos nauigationem nostram per Nornordensium, qui inter Græcum  
 transmontanumq; uetus est, cum animi proposito ad hanc Lisbonæ ciuitatē  
 tem proficiscendi inuitantes, tandem post multos labores, multaq; pericula  
 in hunc eiusdem Lisbonæ portum infra LXXVII. dies XXVIIII. Iunij  
 XI. D. MLL. cum dei laude introiimus. Vbi honorifice multum, & ultra  
 quam sit credibile festiue suscepti fuimus, ob id quod ipsa tota ciuitas nos in  
 mari disperditos esse existimabat, quemadmodum reliqui omnes de turba  
 nostra

nostra per præfecti nostri nauium stultam præsumptionem extiterant. Quo superbiam modo iustus omnium censor deus compensat. Et ita nunc apud Lisbonam ipsam subliio, ignorans quid de me serenissimus ipse rex deinceps efficere cogitet, qui à tantis laboribus meis iam ex nunc requiescere plurimum peroptarem. Hunc nuncium malestati uestræ plurimum quoque interdum commendans.

Americus Vesputius, in Lisbona.

EPISTOLA POTENTISSIMI AC INVICTISSIMI EMANVELIS REGIS PORTUGALLIÆ & Algarbtorum, de uictorijs habitis in India & Malacha, ad S. in Christo patrem & dominum nostrum, dominum Leonem X. Pont. Max.

**S**ancitissimo in Christo patri, ac beatissimo domino, domino nostro E. S. additissimus filius Emanuel, dei gratia rex Portugallia, & Algarbtorum, citra ultraque mare in Aphrica, dominus Guineæ, & cõquisitæ nauigationis ac cõmercijs Aethiopiæ, Arabia, Persiæ, atq; Indiæ, humillima beatorum pedum oscula. Quantum deo optimo maximo, quantum & tibi gratulari debeamus, beatissime pater, uel ex nuncio, quod nostra India claslis proxime attulit satis apparet. Quod enim te Pontifice Maximo, te S. Romanæ ecclesiæ & Christiano orbis præidente, tam admiranda in dei laudem ac gloriã gesta tam ex uoto successerint, tua certe laus, tua gloria censeri debet. Iure itaque uisum est, quæ in India dei suffragio ad ipsius cultum spectata nostris armis modo facta sunt, ad tuam sanctitatem, utpote totius Christianæ reipublicæ caput, et orthodoxe religionis normam, carptim ac summatim, ne stylum epistolarem exceedamus, describere, ut pro rerum dignitate pensari, summorumq; deo accepta referri ualeant, ac indes sui sanctissimi nominis gliscentem laudem, Christianiq; dogmatis propagationem facile speremus. Igitur post plures duobus Martis uictorias, nõ sine labore & sanguine partas, India relicta in ea opportunis præsidijs, Alphõsus de Albiecher protocapitaneus noster, ut facturam quam superioribus annis nostri fecerant, iniuriamq; ulcisceretur, auream Cheronesum, Malacham accole appellant, contendit: ea est inter sinum magnum & Gangeticum sita urbs miræ magnitudinis, usq; uiginti quinque millium & amplius larium censeatur. Terra ipsa fecundissima, ac nobilissima, quas fert India, mercijs feratissima: celebratissimum ob id emporium, ubi non modo uaria aromata, & omnigeni odores, sed auri quoque, & argenti margaritarum, ac pretiosorum lapillorum magna copia affluit. Hanc rex Maurus gubernabat, eatenus uires suas Mahumetica secta protendentis, cætera Gentiles tenent. Huc itaque quum instructa classe applicuisset Alphonfus, urbem oppugnare destinat. Quod præsentientes Sarraceni, bello se multis mutationibus & armis præparauerant, sed frustra: nam cõmisso cum eis prælio, nostri tandem dei auxilio superiores, plurimis ex hostibus caesis, urbem uintrant, occupant, data prædæ libertate diripiunt, incedunt. Rex ipse, qui ex elephanto pugnabat, grauitè uulneratus, cum superstitibus Mauris fuga sibi consuluit. In ea pugna magnus hostium numerus exiguo nostrorum damno interit: capti plures: magna etiã ablata spolia, in quibus & septem ipsius regis bello affueti elephantes, suis turribus, sericis atque auro intextis ephippijs, illius prouinciæ more muniti, ac æneorum omnis generis tormentorum ad duo millia summa arte fabricata. Capta sic urbe, hostibusq; profligatis, quo nostræ rei tutius cõsuleretur, in fluminis quod mediã urbem interfluit, ostio, unde terra mariq; subactio undiq; suæ securitati prospiciat, munitissimam arcem murorum quindecim pedum latitudine construxit, ex lapide, uidelicet, qui ex dirutis Sarracenorum, quas Mesquitas uocant, ædibus exco-



pius est. Mirabilis profecto diuina providentia, quod ubi tanto tempore Mahumeticæ perfidiæ cultus celebratus, ubi redemptoris nostri nomen toties blasphematum, inde occulto Dei cōsilio magna sua laudæ ac satanæ decore, qui tanto labore ac nostrorum sanguine tamdiu pro catholicæ fidei augmento affectuarius, huic ædificio, & Christianis tam necessario operi ope accepimus. Erant eo tempore Malachæ plures extranei, ac diuersarum nationum mercatores, scilicet, Zamatri, Pegus, Iaames, Gores, & ab extremo oriente atq; ultima Sinarum regione Chines, aliq; gentiles, qui urbem commercij gratia frequenter multis diuitijs, auro, argento, margaritis, & pretiosis lapillis, Irice etiam uellere, ac multifarijs aromatibus & odoribus affatim replent. Hi cum multis quoque finitimis ab Alphonsi fœdus & amicitiam ultro flagitantes, ab ipso & benigne & fauorabiliter sunt accepti, pactoq; commercij & mercaturæ tractatu, suas negotiationis domos cum arcem, ubi tutius uersari possent, secum transfudere: mutuo fœdere ad eodæ facti, ut quamuis hætenus illud emporiū omnium fuerit celeberrimū, dein ceptis tamen si fieri poterit, multo maius ac celebrius futurum existimetur.

Quin & ipsi Chines nuncium ad nos mittūt, à quo perfectius res suas intelligamus: atque adeo tam hi quàm ceteri urbis accolæ dicto audite, imperatissq; legibus parere non recusarunt, ut reipublicæ regimins, iustitiæq; officiales nostro nomine Alphonsi manu acceperint: quorū iudicio & arbitrio gubernantur, simul & monetam nostrā ibi nomine usam, tanquam regis dominicq; sui agnoscentes excipiunt, & expendunt, auream catholicos mille, scilicet, numorum, argenteam centum ualore Malachenses inscripserunt. Hæc quæ cognouisset rex de Auliam, & gente & solo oriente uersus potentissimus, ad quem fama erat iure Malacham spectare, & à Mauris olim uisū patam, legato ad præfectum nostrum destinato, qui se suaq; nostro manciparet obsequio, aurēum simul craterem cum pretioso magnæq; existimationis carbunculo, enseq; auro affabre elaboratū, in signū, uidelicet, recognitionis ac ueræ perpetuæq; futuræ amicitie dono milit: ad quæ præfectus aliquos & nostris expertos uafrosq; uiros intima regionis scrutaturos cum multis etiam muneribus remisit, unde maximum dei obsequium & catholicæ fidei augmentum fore non dubitamus. Rebus sic apud Malacham compositis, & obfirmato tractatus commercij fœdere: relicti in arce tormentis machinisq; munitissima, secentorū etiam uitorum, ac strenuorum militum securo presidio, & classe ad maritimæ oræ tutelam uiris armisq; optime instructa: Alphonsus in Indiam reuertens, Goæ urbis præcipuam arcem, quam ipse superioribus annis magno nostrorū periculo, sed maiore hostium strage occupauerat, nostræq; ditioni & imperio adiunxerat à Mauris obsessam reperit, extracta etiam iuxta alia firmissima arce, unde Ruminum Turbarumq; sex millia nostros continue infestabant. Quos quum adoriretur præfectus, plurimis iam trucidatis, desperata salute, pacta tantummodo corporum incolumitate, sed tandem ac reliqua nostris dediderat: & ibi machinarum, equorum, armorum, & huiusmodi haud contemnendis spolijs, quibusdam etiam qui inter Mauros reperti sunt apostatis, qui à fide nostra desierant, debito afflictis supplicio, urbem pristinae quieti restituit. Appulerat interea Vabuli, urbi haud procul à Goa, presbyteri Ioannis potentissimi Christi colarum domini, ad præfectum nostrum legatus, qui eius nomine, ut Christiani Christiano omni ope omnia ad bellum contra catholicæ fidei hostes opportuna, militum exercitus, armorum & commeatus præsidia ultro offerat, præsertim si mare Rubrū suo coniunctum dominio nostra classis trajecta, ubi commodissime utriusq; uires iungi possent: haud exiguū adorandæ & ueræ crucis signū ad nos mittit, uiros uafros & industrios potes, quorū ingenio & artificio à Sultani territorio & regione ad Nilum deflecti aliquando & diuertere posse existimat. Aderant tunc apud nostrū præfectum à Naslingæ rege legati, rege gentili adeo potentissimo, ut mille & quingē-

tos beligeros elephantes, armatorum equitum quadraginta milia, praeter innumeram pedum numerum suo arbitrio in aciem paruo negotio profere, tantumque agri possidere perhibeatur, quantum semestri uix itinere emitti possit. Huius plures reges ac satrapes pariter quorum nonnulli maritimis oris proximi nobis sunt tributarii, Apud Alphonsum & Gambaica regis legatus, terra marisque potentissimus, atque inter Mauros maximissem à Zabar, Goæ quondam domino, atque à rege Grosapa, aliisque complures regum satrapumque legati à nostro praefecto foedus pacemque ultro exorantes, ac sua munerum singuli afferentes. In hac etiam qua proxime appulit classe, ab Alphonsi rege legatus cum multis margaritarum rerum pretiosarum donis, in signum, uidelicet, fidelitatis & recognitionis ad nos uenit. Hunc regem Alphonsum idem, urbe opulentissima & precipuo emporio Armusio in capto, quindecim millium saraphorum (id est aurea moneta ducatis aequiualens) annuorum nobis tributarium effecerat. Inter hos successus, pater beatissime, diuino suffragante numine per uniuersam Indiam plurimi, spiritus sancti gratia igneque afflati, depositis gentilitijs erroribus indies ad nostram religionem conuersi, ueram dei fidem agnoscunt. Ob quod deo optimo maximo summae gratiae sunt merito referenda, quod tam procul à nostro orbe in tantis remotis regionibus, quod ne fama quidem sui sanctissimi nominis penetrauerat, nostraque nunc opera sedulo suam ueram fidem cultumque celebrari, publicari ac propagari dignatus sit. Vnde proculdubio diuina fauente clementia sperandum est, quum nunc praefectus noster ad mare Rubrum, ut eius ostio occupato, Sarracenis earum partium commercia interdicat, relicta in India opportunis praesidijs, ingenti classe proferret, ut ibi coniunctis sub crucis uexillo presbyteri Ioannis nostrisque uiribus, maximum Dei obsequium, & Mahumeticae sectae detrimentum & ignominia sequatur, extremaque Orientalis ora, quod & sacras Apostolorum uoces in tonuisse compertum est, occidentali nostri propediem iungatur, & ad ueri Dei cultum ipsius suffragante numine traducatur. Si, sedi Apostolicae, ac tuae sanctitati ut optimo pastori, Christiani gregis more debitum obsequium & obedientiam obtulatur. Bene ualeat beatitudo tua, quam piensissimus Deus diu ac felicissime conseruare & augere ad uotum dignetur. Dat. in urbe nostra Olisipone, octauo Idus lunias, anno domini M. D. X. I. I.

## PRAEFATIO LUDOUICI VARTO

MANNI BONONIENSIS QUI ET PATRITIVS ROMANUS.

**R**EVRES ante me fuerunt, qui ut mirabilia mundi cognoscerent, in defesso studio autores quosque qui de his rebus scripserunt, legerunt; alij uero uia uoci magis fidem adhibentes, à peregrinis hominibus, atque in remotis regionibus aduentibus haec percontari maluerunt, quam ex libris discere qui plerumque falsa ueris admixta habent. Fuerunt denique alij, qui tanto flagrarunt desiderio uisendi exteras regiones, atque cognoscendi peregrinos populorum mores, conditiones terrarum, & naturas rerum, ut nec librorum lectio, nec aduenarum narratio illorum sitim restinguerent, sed potius accenderent, & quodammodo cogerent etiam cum iactura rerum familiarium egredi terras suas, & coram ea uiderere, quae absentia illorum tanta sauciarunt cupidine: id quod mihi plane, ut ueris sarear, usuuenisse scio: nihil enim erat, quod irrequietum animum meum sedare posset, quoties exterarum nationum mihi recordatio incidet, praesertim orientalium, de quibus tam mira apud historicos & cosmographos leguntur, nisi ipse haec iustassem & oculis conspexissem. Sunt qui maiori ingenio praediti, haec terrena tanquam humilia transcenderunt & subuolantes in caelum usque motum illius atque stellarum dispositionem subtili disquisitione inuestigarunt, & totum

& tot  
ribus  
felic  
ratio  
flexio  
mo  
fied  
mis  
mus  
tus &  
turas  
tur. E  
tis fee  
sumi  
unt, i  
culof  
sectis  
ranie  
com  
sitim  
ra per  
autem  
ceant  
sunt,  
nem  
nus p

B LV  
v

ausp  
pelag  
rerum  
comp  
centi

Illo  
ubi t  
ma lo  
neq; u  
longe  
ger, q  
se Bab  
iustim  
les. N



& totum animi sui studiū huc destinarunt, ut singularū rerū, quæ in corporibus illis cœlestibus sunt, rationes redderent in terris, nihil iucundius & scelerius ducentes, quam de retrogradationibus, directionibus, absidum mutationibus, epicyclorum reuolutionibus, inclinationibus, deuiationibus, reflexionibus, & alijs id genus philosophari: quod neuisquam damnauimus, imo laudamus, & perpetua memoria dignos huiusmodi uiros iudicamus: sed nostro pede nos metientes, grauem illam cœlestem sarcinam robustissimis humeris Atlantis atq; Herculis sustinendam relinquentes, reperi uolui mus in terris, proprias in persona conspiciere terrarum situs, hominum ritus & mores, uarietatem animalium, arborum mirabiles proprietates & naturas: potissimum quæ apud Arabes, Persas, Indos & Aethiopes inueniuntur. Et quum in his inquirendis, tandem non nihil uotis nostris, laus Deo, factis fecerimus, parum egisse arbitramur, nisi & hæc quæ uisimus & experiri sumus, etiam alijs, qui ex talium lectione uoluptatem non mediocrem capiunt, impertierimus: in quorum fauorem totum iter nostrum, & uarium periculorum discursum, quæ in tot & tam uarijs regionibus, atq; hominum sectis experti sumus, uoluimus breui & ueraci describere sermone, non ignorantes ueritatem in his scriptis potissimum desiderari. Cæterum quid in commodi in qualibet regione mihi acciderit, quantam passus sim famem, sitim, frigus, calorem, bellum, captiuitatem, cædes, terrores, & alia innumera pericula, obiter in ipso itinero meo suis in locis ostendam. Tantum autem abest ut hæc perpessa pericula me ab alijs regionibus ad eundem coëccant, ut etiam peruestigatis terris, quæ ad orientem, meridiem & occidentem sunt, iam deliberauerim adoriri aliud iter, exploraturus terras ad Aquilonem sitas, reliquos uitæ meæ dies talibus consumpturus laboribus Domini uos prosperum reddat iter meum.

**LVDŌVICI ROMANI PATRITII NATIONIS AETHIOPIAE, AEGYPTI, VTRIVSQUE ARABIAE, PERSIDIS, SYRIÆ, INDIAE INTRA & EXTRA GANGEM, LIBER PRIMUS, ARCHANGELO MADRIGNANO INTERPRETE.**

De urbe Alexandria. CAP. I.



**S**I qui forte professionis huius causam admirati, instituti mei abs me rationem contenderint; si proculdubio sciant me non alia causa actū esse, quæ ea, quæ & complures alij, qui uisendi orbis desiderio enixissime deflagarunt: uerū quia pleraque reliqui orbis à nostris sunt crebrius peragrata ad tu frequentiore, animo destinaui eas partes uisere, quæ minus essent à nostris exploratae. Ob id Venetijs soluentes auspiciato, id est, non sine diuini numinis inuocatione, uela uentis dedimus, pelagicos commissi Alexandriam urbem Aegyptij appulimus, & nouarum rerum æque cupidi ac sitiētes frigidam apprime exoptant. Illinc ueluti à compertiore orbis parte abscedentes, Nilo uicini Babylonem, cui Cayro recentior ætas nomen indidit, deuenimus.

De Babylone urbe Nilotica. CAP. II.

**I**llo ut peruenimus, tanta sum affectus admiratione, ut uix id referre queat: ubi tamen proprius accessi, licetque urbem introspicere, reperta est sane fama longe inferior: quippe quæ tanta non est inuenta, quantus erat rumor: neque urbe Roma maior est ambitu, licet sit multo frequentior, utpote quæ longe plures habent indigenas: uerum sefellit complusculos suburbanus ager, qui uicis prope inumeris dispersigitur: ob id rati sunt complures, eam esse Babylonis partem: quod minime conuenit, quando certe rura uicis huiusmodi ad secundum tertium uel lapidem ab urbe sunt rusculis haud absimiles. Nec operæ pretium est ut denarrandis eorum fide ac moribus multum

in temporis

temporis abstinam: quando colliquecit ferme cūctis eam plagam à Mahumetanis atq; Mamaluchis (si sunt nostræ fidei desertores) cultam esse: quibus Syria præfectus, Sultano uocant, imperitat. Huic famulantur Mamaluchis, huius uero Mahumetani.

De Berynto, Tripoli, ac Antiochia.

CAPVT III.

**O**Pes, amoenitatem, fastumq; Babylonis, Mamaluchorum siue peregrinorum militum mentionem, eum notiora prudens prætereo. Relicta itaq; Babylone urbe Nilotica, prouiore uectus flumine rursum Alexandriam rediens ac mare nostrum ingressus Berynthum peruenit, urbem Phœnicia: Syriæ maritimam, ubi complurimos dies absumpsi. Ea à Mahumetanis collitur, nullius propè indiga: æquor moenia allatrat, nec usquam muro ambitur, nisi ubi pelago alluitur occidentē uersus. Nihil ibi memoratu dignum cōpeti, præter id quod incolæ memorant, locum, scilicet, uetustate exesum squalentemq; ubi autumant diuū Georgiū regis filiam à dracone immanissimè asteruisse, beluæq; mactata parenti natam restituisse. Inde soluentes Tripolim uersus uelificauimus: ea est urbs Syriæ, & à Berynto oriētē uersus bidui itinere distat, cultores præfecto parēt Syriæ, latræ Mahumetanz addit: uber est solū, & ob mercimonia omnium ferme rerū illic uisitur ubertas cōpiæ: incredibilis. Illinc discedens in urbem Comagenen Syriæ aleph nomine me contulit: ea à nostris dicitur Antiochia, sub monte Tauro urbs est elegantissima & Babylonis præfecto parēt ibiq; scalæ Turcarum & Syrorum (ita enim uulgo dicuntur) nā mōi adiacet Olympo: Azamiforū Persarumq; præsertim famigeratum est emporiū: sunt enim Azamij Mesopotamij, Persis finitimi, Mahumetē colunt. Eo usq; memorati populū ceu ad nuditas cōmerq; causā contendunt. Illinc iter ad Turcas Syrosq; habetur, ab illis cū primis, qui ab ea parte Mesopotamiæ, quæ Azamia dicitur, proficiscuntur.

De Aman & Menin urbibus.

CAP. IIII.

**I**Nde discedens Damascum contendi itinere decem dierum: uerū priusq; Damascum peruenias, circiter medium iter urbs sita est Aman nomine. Ea fert xylon abunde, & fructus suaues admodū ferme omne genus. Progredientibus paulisper ad sextū lapidem à Damasco, quæua est urbs Menin nomine, quæ in cliuo montis posita est: colitur à Christianis Græcorum ritu. In principi Damasceno parent. Ibi uisuntur duæ cōspicua basilica, quas ut memorant indigenæ, diua Helena Constantini parens construi iussit. Illic fructus omnifariam optimi, ediles uerū præsertim: horti q; perentibus fontibus irrigui. Inde itaq; abiens tandem aliquando Damascum concessi.

De urbe Damasco.

CAP. V.

**D**ICTU propè incredibile est, fidemq; ferme omnem excedit, quàm elegas sit urbs Damascena, quam ue sit eius ager fecundus: nam urbis allecūs amoenitate, inibi dies plurimos insumpsi moram trahens, ut eorū linguam doctus, mores incolarū imberē. Ea colitur à Mahumetanis Mamaluchisq; eximie, nec non Christianis cōpluribus, qui ritu Græcorū degūt. Obiter nō ab re fortasse erit, quippiā de eorū hexarchatu disserere. Ea, ut præfati sumus Syria præfecto parēt. Primum igitur omnium ibi arx est munitissima: huius fuisse autorem ferunt Etruscum quendam ab urbe Florentia oriundū: ære proprio exadificasse dicebatur, dū inibi hexarchus foret. Id testantur in uetustissimo marmore insculpta lilia Florētina: urbis insignia. Vrbis cingitur altiore fossa, quaternisq; insigni uastigio turribus. Pōte pensili trañseitur fossa. isq; tollitur ac demitur pro arbitrato. Tormentis omne genus, ac Mamaluchorū fortissimo præsidio, utpote numero L. arx munita est: ij arcis præfecto assistent assidue. Sub Syriæ domino stipendio merent. Peperit huius urbis principatū Florētino uirō fortuna: ut enim de incolis accepimus, ita rem denarrabimus. Ferunt itaq; præfecto Syriæ Sultano quādoq; propinaztū fuisse uenenū: & quū remediū quæssissent, ab quodā Florētino id reperitū esse. Is inter Mamaluchos cōnumerebatur, inuēto igitur antidoto, principit

in pau



**A** In paucis chartis erat: ob id ea urbe clarissima donatus est, propterea quod uideret, princeps, illi retulisset acceptum. Arce ergo constructa Florētinus in sibi rebus humanis exēptus est. Vita functū colūt uice numinis indigenā, in seruatū principis perennem memoriā. Superstitiōne funalibus accensis testantur. Defuncto successit rursum Syriæ præfectus. Adiciebant ad hæc incolæ, Sultanū post indeptum Imperium suis regulis (Amiræ lingua Syriæ dicuntur) gratum esse admodū: quippe qui hexarchatus & præfecturas paruo negotio, petentibus elargitur: ea tamen lege, ut aureorum (Saraphos ipsi appellant) complura millia quotannis pendant. Abnuentibus sponſa dilſo, luere exitū imminet certissimum. Principē cōcomitantur ex summatis deni uel duodeni. Et ubi principi cordi hæserit, uelle auri quippam à satrapis aut commerciā exercentibus (quia summa in sibi uiget iniuria, passim de hæchantibus latrunculis, fauentibus præsertim in Mahumetanos Mama lachis) dat princeps ad arcis præfectum bñas literas: alteris continetur, ut cōcōne aduocata in arcē quos uoluerit accersat: alteris continuo colliqueſcit mens principis, id est, quid princeps à subditis consequi uelit. Quibus perlectis, haud mora, Imperata faciunt, æquum uel iniquum iubeatur, nulla habita ratione. Hunc morem corrogandi auri comētus est princeps. Visu tamen quandoq; euenit, ut sint tantarū uirium satrapæ, ut etiam iussi adesse nolint, gnari uim illaturū tyrannum esse. Ob id sæpenumero, ubi exploratū habēt uocaturum eos esse arcis præfectū, mox in Turcarum regionem dilabuntur. Hæc sunt quæ quali de eorum moribus collegimus. Id etiam obseruauimus, ut gles in turribus nō uoces, sed tympano uigilias custodiasq; agere, correspondentibus inuicē ictu tympani uigilibus. Sed si qui forsā uigillum semilomtes, uel paruo horæ momento ad tesseram non responderint, illi acutum ueluti sitarū desertores custodiarū carceri ad annū mancipant.

De his que Damasci uisuntur. CAP. VI.

**D** Postquam reguli Damasceni mores explicuimus, in rem esse iudicamus, ut nonnulla quæ in sibi conspicatū sumus, elegantiam urbis concernentia expediāmus: nam ea urbs incolarū numero frequēss est admodum, eademq; diuissima. Mirū dictū est, quantū opulentia ac exitiis artificio polleat: quippe quæ assatim cōmeatum sermē omnium habet, rei præsertim frumentariæ carnumq; & id genus annonæ. Scæter omnifariam fructibus, & cumprimis per totum annū recentū uuarū illic est ubertas. Sunt præterea ibi mala punica, chrysoloma, amygdala, & proceriores oliuæ, eadēq; optimæ, rosæ itē albicantes rubetesq; & sane pulchriores quàm unq; uiderim: & rursum poma omne genus suauissima: pyra uero ac persica gustu insitauia. Rationē huius insuauitatis non aliā afferebant, q̄ aquarū copiam nimiam. Fluius lympidissimus urbē interfluit: ob id plerūq; in singulis edibus signati fontes cōspiciuntur elaborati: præsertim opere tessellato, musæacū appellant. Aedes autem eorum à foris inellegantes sunt, sed intus decentissimè multiplici mar more, & cumprimis ophite lapide eas exornante. In urbe sunt complura delubra, Moscheas appellant. Sed quod cæteris præstat, id constructum est instar basilicæ diui Petri urbis Romæ, ubi magnitudinē inspexeris: si tamen id demas, quod in mediuillo nulli sunt imbrices uel tectā, sed pateſcit ut sis sub diuo. Circum uero delubrū omnia concamerata sunt. Illic peculiari cultu sanctissimi uatis Zachariæ ut uerū corpus obseruat, idēq; summo in æstimateo habent. Valuæ delubri præcipue ex metallo quateruæ insignes plurimum: inq; delubro plures fontes, idēq; cōspicui. Superſunt adhuc collarum parum editū monumenta, quæ à Christianis olim incolebantur, Canoniciam appellant: ea opere Musæaco exulta erat. Videre etiam licuit cum locum, ubi ferunt seruatorē nostrū diuū Paulū increpuisse his uerbis: Saule, Saule, quid me persequeris? Is locus est extra urbem ad primū lapidē: ibi Christiani humanantur, qui in ea urbe è uisus decedunt. Vilitur etiam ibi ea turris, quæ diuo Paulo pro custodia data est: ea moenibus urbis connexa est. Eum

Damasci opulentia.

ut i uerō

uero locum tutris, unde ab angelo sanctus Paulus exēptus est, nequēquam obstruere Mahumetani tentarūt nam ubi uesperī obstruxerūt, mane referatū offendunt: idēq; ut numinum euenire autumāt, ne acē rei testimoniū desit. Vidi etiā illas aedes, in quibus, ut fama fert, Cain Abel fratrem cōfēcit germanū: ea enim ab altera urbis parte sunt ad primum lapidē in conualle quadam sita, tamen in colle decliui. Sed hinc redeamus ad peregrinos milites, quos uocant Mamaluchos, de quibus eorum licentiā, quā in ea urbe abuntur multo licentiū, quā par est, prosilientes differamus.

De Mamaluchis Damasci CAP. VII.

**S**Vnt itaq; Mamaluchi ex ea hominum nota, qui a nostra fide descuerūt, abq; Syriæ præfectio ueluti mancipia emuntur. Illud comertum habemus, id hominum genus solers esse admodum: quippe qui tum disciplina militari, tum literarū studio exercentur tātisper, donec peritiores euaserint. Indiscriminatim tam parui quā magni stipendia sub præfectio merent: id stipendii senos sarraphos (id est auri genus nō excedit mense singulo, præter sui, ac ferui, nec non equi uictum: tantoq; maiore stipendio conducitur, quanto strenuiores & manu promptiores euaserint. Igitur nō perambulāt urbem, nisi bini, uel terni simul: illis enim probro daretur maximo, si sine comite incederēt. Et ubi inter eundem obuias habuerint ternas uel quaternas mulieres, licentiā eis cōcessa uel extorta, in quibusdā diuersorij, chansos uocant, qua sciūt iter facturas mulieres opperiantur, & ut propius euasserint priuī prius corripitū. eisq; introductis licenter nimitū utuntur. Conātibus Mamaluchis frontē earū reterege (uelata enim faciē incedunt) obstitūt maxime, nec cognosci uolūt mulieres: nos enim norūt, licet a nobis agnosci nō lint. Instant audacius Mamaluchi, & solta petulentiā se uelle eas detegere asseuerant. At illæ inquit: Satis ne ac super est, quod corpora nostra uulgastis, proq; libito usi estis, nisi etiā frontē nostram aperiatīs? Tunc Mamaluchi eas missas faciunt. Verum quādoq; accidit, ut rati prostituerē principis filiat, suas met uxores comprimant: idēq; dū ego illic agerē usū euenit. Mundum mulierum curant quā maxime: uestibus sericeis utūtur, & eas cooperiunt gospinis pannis, eisdemq; tenuissimis, quasi instar serici. Ocreis utūtur albicantibus: soleis uero coccineis, aut sanē purpureis. Caput multi fugis exornant monilibus: delectantur in auribus, & in digitis gestant conualsa. Nabunt toties, quoties libuerit: ubi enim pertæse fuerint prioris coniugis, sacerdotem suæ fidei præfectum (Cadi appellant) ad eunt, se coniugē esse flagitant a priore coniugio. Discretionem huiusmodi eorum lingua Talactre nuncupant. Peractō itaque a Cadi eorum sacerdote diuortio, ad alia noua transeunt: itidemq; uiris licet. Sunt qui autem Mahumetanos quas uel senas simul habere uxores: quod minime animaduerti: reor tamen, ut licuit intelligere, binas, uel ad summum ternas eos uxores ducere. Vescuntur in propatulo, in emporijs præsertim, ubi promercalia usuntur: & sibi quicquid est esculenti excoquunt. Vescuntur equis, camelis, bubalis, hœdīsq; & id genus animalibus. Recentis casei summa est copia. Quibus lac est uenale, si circumducunt quadraginta uel quinquaginta capreas, easq; ubi lac emere uolueris, in superius deuehant cœnaculū, etiā si triplex foret cōsignatio, coram in uase stannea lac emuntur. Supra palmum longas habēt capreae auriculas, ubera habent multiplicia: sæcundæ admodum. Tuberum sibi ingēs est ubertas, nā non unq; illo uiginti quinq; aut triginta camelū tuberibus ornūti conspiciuntur, & tamen intra triduum uenduntur. Aduehūtur ex Armenia montibus, ex Asiaq; minore, quā Turchiā, alij Anatoliā appellāt. Mahumetani longioribus uestibus utuntur fluxisq; eisdēq; solutis pannis uel sericis, plerunq; caligis utuntur gospinis, soleisq; albicantibus. Ii ubi obusam habuerint quempiam ex Mamaluchis, eadē Mahumetanus præstare cæteris, qui sibi mercimonia exercent, illū tamē honore prosequitur, eadēq; illi de semita, qui si secus agerēt, seipione haud dubie uapularēt, admodum nescuntq;

Cadi

Polygamia

Turchia



admonerenturq;. Sunt item ibi tabernæ complures mercium à Christianis conductæ: in illis ferica omnifaria, & præsertim ex altera parte villosa, ut lutum appellant, & id genus complura: uerum Christiani ibi à Mahumetanis male accipiuntur.

*Quomodo ex Damasco iur ad Mahumetis Mecham, & de Arabum moribus.*

## CAPVT VIII.

POSTquam plus iusto forte de Damascenis rebus disseruimus, urgeorq; sollicitudine perficendi suscepti itineris, pergam expedire alia. Igitur anno salutis quingentesimo tertio supra millesimum, mensis Aprilis octaua luce, quum accepissem camelos, Carauanam uocant, expediti, ut Mecham cõten derent, nouarum rerum percupidus, essemq; expers eorum consuetudinũ, qui illuc erant profecturi, inij cum Mamaluchorum duce amicitiam: is fidẽ nostram abnegauerat. Ad eum itaq; ubi receptum habui, ære medio mox me donauit amicũ, quo Mamaluchi uti solent: datõq; equo pernici ac fertidõ, cæteris consoctauit Mamaluchis. Id, ut sum præfatus, ut maxima auri, ac aliarum rerum, quas illi dono dedi, consequutus sum. Ingressi tandem iter sumus, ac itinere dierum trium perfecto, ad locum quendam peruentimus, cui Mezariũ nomen est. Illic tridui moram fecimus, ut itineri capessendũ sume, rent mercatores necessaria, camelos præsertim, & complura alia. Eius loci princeps quidam est, quẽ Zambei uocant: artus Arabibus simul imperitat, estq; ingentium uirũ dominus. Huic terni sunt germani, ac nati quatuor: alit equorum quadraginta millia, inq; eius regia equarum dena millia, ac camelorũ quaternam millia uisuntur. Patet in immensum ager, utpote itinere bidui, ubi armenta huiusmodi pecuascere solent. Is princeps Zambei capessurus bellum, tantarum est uirũ, ut Babylonis Sultano, ac Damasci præfecto, Hierosolymorumq; principi simul arma inferat. Et quum leguntur fruges, prædam inhiat studio incredibili, mitaq; impostura circumuenit Arabas. Nam aliquando arbitrantur Arabes procul, utpote spatio mille passuum uirum abesse, & mane postridie prædabundus adest, inopinatoq; corripit nihil tale metuentes: adueniens insperato rem frumentariam ac hordeum ipsis inditum sacculis asportat aliõ. Nonnunquam per dius ac pernox excursionibus populabundus insilit irrequietus admodum. Vbi uero gradum sistere placuerit, equabus iam ob cursum sellis camelorum lac propinat, ceu rem fritgidam. Verum enim uero uisum est mihi iumenta huiusmodi non curis, sed uolatu ferri instar accipitris. Id licet testari, quonia coram uidi iens cum eis simul. Illud etiam uobis competum sit, memoratos Arabes equis instratis insidere, solatq; tunica interiore amicti. Pro telis ferunt hãrundinem longam decem aut duo decim brachiorum, cui ferrum in cuspide inest, circumq; cuspidem sericum elaboratũ. Et ubi excursiones sunt faciendæ, adeo confertim incedunt, ut turmatim eos iter agere existimes. Statura sunt despicabĩ, li paruq; color est inter fuluum & nigrum: uox est mulsebris: capillum habent promissum extentumq;, eundemq; nigricantem. Frequentiores sunt quã quĩquam autmare queat: inter seq; concertant disuturiore prælio: montana incolunt: stataq; prædandi habent tẽpora: id enim tempus miro studio obseruant, quo exploratum habent illac transituros esse qui ad Mecham contendunt. Tunc ueluti latrunculi oblidit itinera, & prætereuntes opperiantur, ut eorum fortunas populentur. In prædam ituri ducunt secum omnia, uxores, natos, & quicquid possident fortunatum. Aedes eorum imponunt camelis: quandoquidẽ nullas habent aedes: tentorijs & conopseis ut nostri milites utuntur. Huiusmodi tabernacula ex lana nigra sunt confecta, eademq; de pexa uilicq; admodum. Igitur undecima Aprilis camels, id est carauana, numero quasi triginta quinq; millium ex Mezariis discessere, ad quadraginta millia hominũ numerus ascendit. Nos uero non plus sexaginta eramus & Mamaluchis, qui loco præsidij custodiendos susceperamus camelos, id est, ipsã carauanam: sic enim collocabantur pro custodia Mamaluchis

Vclotum

Zambei

Arabes

maluchi trifarjam diuifalijs in fronte:mediam aciem tenent alij: alij agmen claudebant:eo modo incedunt itinerrantes, ut paulo post aperitemus. Primi igitur omnium fcire conuenit, quod à Mecha Damafcius abeffe fcire qua, draginta dierum, ac totidem noctium. Difceffimus ergo à Mezaris, iterq; egimus ea die usq; ad horam uigefimam fecundam. Tunc Agmirus dux tel- fara data iubet eo loci lifti omnes, ubi fignum exaudferint. Et fimul omnes exaudito figno conftitunt:exonerandis onuftis camelis, cibo capfendis, fpa- tium duarum horarum abfumitur. Dar tesseram rursum dux, & acutū onu- ftis camelis illinc abeunt. In cibatu camelis dantur fingulis quini panes hor- deati, haud cocti, magnitudine mali puncti. Infcenlis equis iter agunt no- ctē ac die fequentibus usq; ad horam uigefimam fecundam. Hora uigefima fecunda eundem feruant morem quem paulo ante memorauimus. Singulis octo his diebus aquam hauriunt, egesta humo aut fabulo. Inueniuntur tamē nonnulli putei ac ciferne. Temperant octauo die ab itinere, camelis biduo mora data ad recuperandas uires. Grauantur pondere incredibili cameli, quippe qui geminum pondus ferunt, utpote duorum mulorum. Illis est potus in ternos dies tantum.

De robore Mamaluchorum.

CAP. IX.

**V**bi gradum liftere contigit ad aquas predictas, femper oportuit cum ma- xima Arabum manu conffigere, fed plerūq; increuentum certamenam etfi creberrime manū conseruimus, tamen unum tantum hominem oecubuisse conftat: adeo enim sunt imbelles Arabes, ut à sexaginta Mamaluchis Arabum quinquaginta millia cohifberi potuerint: quoniam ex eis qui Pa- gani nuncupantur, non sunt Mamaluchis strenuiores, armisq; capellendis ap- tiores, ac manu promptiores. Noueritis profecto me coram plura uidiffe, quæ Mamaluchorum bellicam uirtutem præ se ferebant. Memini inter cere- ra uidiffe Mamaluchis quendam, qui pofito supra uerticem ferui malo Af- fyrio, & ad diftantem ad duodecim, uel quindecim paffus ueluti ad fco- pum iclum deftinare, & altero icctu malum Aflyrium e uertice deurbare. Vidit alium Mamaluchum citatiffimo gradu agentem equum, ephippijs eidem equo quo infidebat detrahentem inter currendum, ea que capiti im- ponentem, & rursum fternentem currendo eundem equum. Ephippijs mo- re nostro utuntur.

De Sodomæ & Gomorrhæ urbibus.

CAP. X.

**P**eracto itinere duodecim dierum deuenimus ad conuallem Sodomæ at Gomorrhæ. Vera equidem refert fæcra pagina. Superiunt adhuc colla- pfarum urbium uestigia, diuinaq; ira teltimonium. Aftuere licet, tres esse urbes, quæ fingulæ in cliuo fingulorum montium fubi pofitæ, & circiter alti- tudinem trium uel quatuor cubitorum adhuc uifitur nescio quid infitar fan- guinis, quali exprimat rubicantem ceram humo admixtam. Ego certe credi- derim id genus hominum corruptiffimum uitiorum labe fuiffe, argumento quod circum urbes regio arida incultaq; fqualeto humo, nullius ferax, aqua rum præferum expers. Velcebantur olim illi manna: & quum diuino mu- nere abufi fuiffent, uapularunt uerberare atrociffimo. In dei euidentis miracu- lum adhuc confpicitur ruina urbium. Præteritis ad uiginti mille paffus ur- bibus, & noftris circiter triginta tres fuit occubueret, obruti fuere inibi fabulo complures femineces, tantum fronte retecta. Progreffi non nihil nafti fumus montem paruum, ad cuius radices aqua reperta eft: cuius inuentu gauiffi fu- mus plurimum: ibi ftatua fecimus. Poft die illius diei luce prima affuere Arabū uiginti quatuor millia, haufte a que prædum refofcēbat. Refponden- tibus nobis, foluere nolfe, id quoque munere deorum datum esse: continuo confertum est prælium: fuceclamantibus illis, nos eorum latices haufiffe. Nos uero in monte prædicto tanquā in loco tutiore cōglobati, camelos ceu pro- pugnaculū aliquod obfecimus uice muri. Mercimonis exercentes recepim- erant in aciem mediam, id est, in medio camelorū, nobis quaquaerfum

Eremit  
anhydros

acriter

acriter pra-  
ra latices  
los irrum  
flitum nes  
mos da  
haufitam  
quarere g  
nofter co  
foret, car  
mane præ  
mus, terce  
cidere du  
ro confec  
stragem p  
li interua  
tis adduc

SPatio  
Decim  
millia. It  
uox est il  
runt. Nu  
se inficia  
deueneri  
fendimus  
rime. Nas  
cuius rei  
nulli. A d  
derunt qu  
arbores r  
ftr loco n  
eresq; co  
dem peri  
quartum  
lorum ag  
duictq; m  
Ea frequ  
ut agger  
qui urbi  
quod ab  
funtur, q  
curfus. Is  
reftam p  
tur. Sed  
Mahum  
lo penfil  
ueriffim  
eft Mah  
dwi fecim  
ma die u  
lar



riter præstantibus: tam diuq; certatum est, quo ad hostes nosq; bidui mo-  
 ra lætices defecere. Montem corona cinxerant Arabes, iactabantq; in came-  
 los irumpere uelle. Tandem ut modum prælio faceremus, adhibitis ad con-  
 silium negotiatoribus, dux noster Arabibus ducentum ac mille aureos num-  
 mos dant iubet. At illi accepto auro dixere nos minime perfoluturos esse  
 haustam aquam denis aureorum millibus. Tunc intellectum est à nobis alia  
 querere gentem quam nummos, quasi nodum quereret in scirpo: ob id dux  
 noster continuo edicit, ut in omni agmine nullus qui armis ferendis aptus  
 foret, camelum inscenderet, sed prælio se expediret quamprimum. Postridie  
 mane præmissis camelis, nobisq; agmen claudentibus, ut iter agere cepti-  
 mus, tercentum ferme numero eramus, consertum est prælium: e nostris ce-  
 cidere duo, uir & mulier: nec aliud incommodi passi sumus. Ex Arabibus ue-  
 ro consecimus mille ac quingentos. Nec uos subeat admiratio, quod tantam  
 stragem pluribus pauci intulerimus. Occidioni causam præbuit, quod illi so-  
 la interualla prope nudi agebant, instratisq; equis insederant, eoq; necessita-  
 tis adducti erant, ut instantibus nobis ad propria uix remeare quierint.

De monte culto à Iudæis. CAPVT XI.

Spatio dierum octo nacti sumus montem, qui patet ambitu decem aut duo  
 decem mille passuum. Hunc montem incolunt Iudæorum circiter quina  
 millia. Ii nudi incedunt: magnitudine sunt inter quintum & sextum palmi:  
 uox est illis muliebris, nigri sunt coloris, sed inter se nigricante colore differ-  
 runt. Nulla alia re uestuntur quam hœdinis carnibus. Circunciduntur, nec  
 se insiciantur esse Iudæos. Si casu quopiam Mahumetatus ad eorum manus  
 deueniret, is crudeliter in modum decoriatur uiuens. Ad radices montis of-  
 fendimus cuniculum, is est meatus subterraneus, unde deriuabant aquæ plu-  
 rime. Nacti hanc opportunitatem, sexdecim millia camelorum onerauimus,  
 cuius rei pertaxum est Iudæos. Palabantur errabundi in eo monte ceu hii-  
 nuli. A descensu tamen montis temperabant: quippe qui Mahumetanos o-  
 derunt quam qui maxime. Infra montem uisabantur septem uel octo spineæ  
 arbores mira pulchritudine, inq; eis par turturum comperimus: quæ res ces-  
 se loco miraculi, quam tot itinera mensi essemus, & nulla animalia uolu-  
 eressq; conspicati fuissetus. Post hæc iter egimus duorum dierum, & tan-  
 dem peruenimus ad urbem quandam, cui nomen est Medinathabî. Ad  
 quartum lapidem à dicta urbe puteum inuenimus. Ibi carauana, id est, came-  
 lorum agmen constitit, ibiq; unius diei sumpta mora, illic quisque se lauit, in  
 diuicq; mutatoria, ut nitidiorè amictus habitum urbem lætius ingrederetur.  
 Ea frequens est populo, quippe quæ circiter aedes trecentas habet. Mœnia  
 utaggeres ex humo: domus uero tum lapideæ, tum lateritiæ sunt: Ager  
 qui urbi adiacet ob diuinam interminationem nullius ferax, si id excipias  
 quod ab urbe ad geminum lapidis iactum circiter quinquaginta palmæ ut-  
 suntur, quæ cariotas ferunt. Præterfuit hortum quandam ibi aquarum de-  
 cursus. Is quasi ex loco cliuoso ad gradus ferme uicenos quaternosq; in sub-  
 lectam planiciem effunditur: inde aquantur cameli, quum illuc proficiscun-  
 tur. Sed tempus iam appetit ut eorum resellam opinionem, qui autumant  
 Mahumetis uiri impurissimi arcem apud Mecham in aere absq; adminicu-  
 lo pensillimè consistere. Ego longe aliter sentio, adfirmoq; ea nec uera, neque  
 uerisimilia esse, utpote qui coram hæc perpendi, ut diuicq; locum ubi humatus  
 est Mahumetes in memorata urbe Medinathabî: moram enim inibi tri-  
 dui fecimus, ut in horum omnium certissimam deueniremus notitiam. Pri-  
 ma die urbem inijimus. Quum uero delubrum eorum, Melechitam appel-  
 lant, ingredi contendebamus, id prius non licebat quam comi-  
 te quopiam paruo uel magno. It apprehensa manus nos  
 illò ducebant, ubi humatum adfuerant

Mahumetem.

Atror prælii

Medinathabî,  
habet urbs

De

De delubro &amp; sepulchro Mahumetis, deq; eius socijs.

## CAPVT XII.

**D**elubrum eius testudinatum est, longitudine passuum centum, latitudine uero passuum octuaginta patescit. Gemina porta ingressus, aduentibus pater. A latere tripliciter tegitur opere cōcamerato: sulcitur columnis quadringentis ex lateritio opere albicantibus. Lychni peniles accens, lampades appellamus, phœres admodum numero quasi triū milliū. Ab altera delubri parte in priore loco Mefchitæ turris uisitur ambitu quinque passuum quatuordecim testudinata, pannosq; contecta sericeo: ea crate ærea faberrime facta sulcitur, distantia duorum passuum, abq; aduentibus quasi per transennam conspicitur. Læuorsum angusta porta stur ad turrim: & quum eò peruenis, rursum angustiorē iantia admitendus est. Hostium huiusmodi hinc & hinc complures codices bibliothecæ, instar honestant: alterum latus uiginti, alterum uero quinq; & uiginti condecorant: illi enim Mahumetis sociosq; traditionis fœdissimas, tenoremq; uitæ eius continent. Intra dictam portam sepulchrum uisitur, id est, defossus locus, ubi adstruunt conditum esse Mahumetem, sociosq; eius. Nabi uidelicet, Bubacar & Othomar, Aumar & Fatoma. At Mahumetes dux erat, Arabsq; natione. Mahumetis gener erat Hali, quippe qui eius natam Fatomam uxorem duxerat. Bubacar is est, quem ferunt inter purpuratos patres relatum esse, adq; summum apostolatus apicem nequicquam aspirauisse. Othomar & Aumar in exercitu Mahumetis præfecti militum erant. Ii singuli singulos habent gestorum traditionumq; suarum codices. Ob eam rem discors admodum id genus fœdissimum, inter se conuertant, alijs alia affirmantibus: multifariam enim diuiduntur, nec satis sciūt cui potissimum credant, mutuisq; ob id cædisibus se conficiunt, ceu belluæ, his additū hæresibus ac fallis opinationibus pensiq; nullius.

De secta Mahumetis. CAPVT XIII.

**N**unc uero denarrabimus mores ac sectam Mahumetis. Igitur in excelsoiore turris parte est locus patens in circuiitu fastigium turris extra ambire uolentibus. Mox cōmpertum fiet uobis, quibus usi sint dolis, ut caruana imposturam facerēt. Primo uesperis quo illo deueneramus, ut uiseremus Mahumetis sepulchrum, dux agminis ad se accersiri delubri, id est, Mefchitæ an tistitem iobet, eumq; in hunc ferme modum alloquitur: Eo uenisse ut uisret Nabi, quæ uox prophetam Mahumetem significat, corpus: pretium eius res saraphorum fore quaterna millia: parentes se habere nullos, minustq; germanos, sorores, coniuges natosq; neque se illo contendisse commercij causâ, ut aromata, aut baccar, & id genus nonilia præstinaret: profectiōni causam dedisse desiderio seruandæ animæ, amorem uel compandæ salutis: ob id se ardere desiderio uisendi corporis prophetici. Ad hæc præfectus delubri, Sidi appellat, quasi Symphatus respondit: Audes ne his luminibus, quibus tot patraisti scelera, eum uelle conspiciari, cuius intuitu deus maximus cœli ac terram creauit? Et rursum dux noster: Domine rex uetum dictis, sed abs te unum liceat impetrasse, ut uideam prophetam: quo uisus, in eius gratiam effodiâ mihi mox lumina. Side uero respondit: Cuncta tibi aperiam princeps, Nemo it inficias quin hic propheta noster uitam exuerit: qui si uoluisset, potuisset quidem apud Meham decedere: uerū ut in opia specime præ se ferret, eosq; nos instrueret exemplo, hic quâm alibi maluit rebus humanis exui, illicq; in deorum sedes relatus est ab angelis, adeoq; in cœlum uelut compar receptus est confessum. Et iterum dux noster ad templi præfectum: **IESVS CHRISTVS MARIAE FILIUS** ubi est? At Sidi: Ad Mahumetis pedes. Ad hæc dux noster respondit: Sufficit, sufficit, nolo plura scire. Post hæc delubro egressus dux conuersus ad nos inquit: Respicite pro qua re terna millia saraphorum prodigere uolebam. Eadem die uesperis hora ferme tertia noctis, ex senioribus Mahumetanæ sectæ decem forte uel duodecim carauana ingressi sunt: ea enim ad iacium lapidis ab urbis porta cōstitit.

Nabi  
TurcarumImpia per  
suasio

stiterat.  
Mahum  
parce m  
re cœp  
stante  
banitur,  
li quipp  
phago p  
quit, uo  
à nobis  
luchist  
quitis c  
Ad hæc  
lia, meh  
splendor  
esse. ut  
ris cont  
iniret. I  
bi ferru  
ad quar  
gminis  
abq; Ba  
uehunte

Poste  
tietas  
ficere d  
na, ut s  
gantissi  
fontis in  
ea regio  
lem tam  
his priu  
huiusm  
bis inno  
ta sunt a  
illac (te  
berent c  
buli ad e  
alter alte  
lignis,  
undabu  
plures: a  
testas: ta  
ro à sepe  
conglob  
pyle an  
lauam c  
Comm  
Illuc nos  
tereund  
suros ar  
cum qua  
ad Mecl  
manis, u



stiterat. Ille igitur succlamare ceperunt huc atque illuc cursitantes ceu fanatici, Mahumetes dei nuncius resurgeret: o propheta, o deus, Mahumetes resurget, parce mihi deus. Excitati his, inclamationibus dux noster, nosque arma expedire cecepimus, rati Arabas esse, qui direpturi carauanam aduentissent, percunctantes quidnam rei esset, quidue in clamarent: quoniam non aliter tumultuabantur, quam nos Christiani, quum inopinato rescimus factum esse miraculum quippiam. At senes responderunt: Num conspicitis fulgorem qui est sarco-phago prophetae Mahumetis effulsit. Ad hanc uocem dux noster: nihil, inquit, uideo: nosque percunctatus est, uidissemus ne quippiam? Responsum est à nobis, nihil uidisse nos. At unus senū: estis ne, inquit, mancipia, id est Mamaluchie? huc rursus dux: sumus sane mancipia. Tunc senex: uos domini, ne quis cœlestia conspiciat, utpote neophyti, inquit, nostra fide nondum firmi. Ad hæc noster dux respondit: O infanti, daturus eram aureorum terna milia, mehercle dabo nunquam, canes canibusque prognati. Noueritis itaque non splendorem et sepulchro emicuisse, sed senes ignem flammamque commentos esse, ut sub uelamento fulgoris nobis imponerent, ceu diuinitus id splendoris contigisset. Ob eam rem iussit dux, ut de cetero nemo nostrum delubrum intraret. Id etiam exploratum uobis fiet, adiurat illi meque uobis adstruimus, inquit, si ferrum calybem uel haud esse, minusque magnetem, nec propius montem quam quartum lapidem esse. Nos illic tridui moram egimus, causa rescitendi agminis. Ad eam urbem commeatus omnemque annonæ genus ex Arabia felicis, abque Babylone, Cayrum uocant, nec non Aethiopia cōportantur marique aduehuntur Erythraeo, à quo urbs abest itinere quatuor dierum.

Præstigia

Quomodo iter ad Mecham. CAPVT XII.

Posteaquam ineptiarum deliramentorumque ac nugarum Mahumetis factitas, imò fastidium nos cepit, decreuimus progredi, iterque ceptum persicere duce piloto, qui itineris cursum moderabatur pyxide ac pagina marina, ut sunt sulcandi equosque peritissimi. Austro igitur ferebamus, puteique elegantissimi offendimus: inde enim immensa aquarum ubertas deriuabat: eius fontis incolæ autorē memorant diuū Marcū euangelisæ architecto deo quæ ea regio siccitate incredibili exaruit. is ab agmine nostro epotus est. Nollem tamē obliuioni tradere, quæ cōperi in mari cognomēto Arenæ: id à nobis prius repertum est quam ludæorū montem nacti essemus. In mari igitur huiusmodi arenoso iter quinq; dierum ac noctium habuimus. Iam iam uobis innotescet, cuiusmodi mare existat. Ea sunt arua patentia, quæ arenis strata sunt albicantibus pollinis instar. Si quod sinistro pede usu eueniret, ut inquit illac iter ageret Austro ferrentur, ut septentrione aguntur, sabulo obruti occumberent omnes. Nam etsi prosperis uehebantur flatibus atro tamen turbine sabuli adeo inuoluēbamur, ut adempto è cōspectu interuallo decem passuum alter alterum non conspiceret. Ob id incolæ camelis uehuntur caueis inclusi ligneis, inque eis uitam trahunt, ducibus tamen pilotis, qui non aliter quam in undabundo mari pyxide ac pagina ducuntur: & ibi siti exanimati sunt com plures: alij interiere ob haustos plus iusto latices, quum fontis facta fuisset potestis tantum aquæ biberunt, ut crepuerint mediū. Et illic fit Momia. Vbi uero à septentrione flant uenti Etesia, tūc arena tollitur in altum; in montemque conglobata fertur. Is mons Sinai montis est brachium. Quod ut peruenimus, pylæ à nobis repertæ sunt manu & arte elaboratæ: ianuam ipsi appellant. Ad leuam dicti montis in fastigio antrum est, ad quod patet aditus porta ferrea. Communitur quidam, eodē loci Mahumetem contemplationi uacauisse. Illic nostris auribus ingens strepitus, clamorūque horridus insonuit: nam prætereundo montem prædictum tantum discriminis subijimus, ut uix nos euafuros arbitrati fuerimus. Relicto itaque puteo iter egimus dierum decem, bisque cum quinquaginta millibus Arabum præliati sumus, & tandem aliquando ad Mecham deuenimus: & ibi uigebant bella, concertantibus inuicem germanis, uter eorum regno Mechæ potiri deberet.

Pilotus

Arenosi maris pericula

Momia

Dg

Iam tempus appetere uidetur, ut de famigerata urbe Meche non nihil disceramus, quidnam sit, quomodo ue situetur, qui ue illi morderentur. Vrbs est elegantissima, cultaq; magnopere: quippe quæ ambtu fenum millium & dium continetur. Dõmus sunt incolatu optimæ, æque ac nostras, uisunturq; nonnullæ trium aut quatuor millium aureorum impensa. Vrbs moenia non habet. Ad geminum ferè stadium ab urbe nacti sumus montem, ubi uia erat ut incisa, ea ducebat ad subiectam planiciem. Vrbs moenia sunt montes, quibus quaquaerfum uallatur: quadruplicem habet aditum. Moderator urbis & ipse Sultanus est, è quatuor germanis unus, ex stirpe Mahumetana, patetq; Sultano Babylonis, quo cum reliqui tres fratres diuturniore prælio certant. Igitur octauadecima Maij Mechem inijimus urbem. Ingressus paruit ab ea parte quæ septentrionem respicit: mox per decliuum locum in planiciem deuentum est. Ad meridionalem partem montes bini ferè se complectuntur, discreti angusto intervallo: ea itur ad Meche portum. Quæ uero sol oritur, uisuntur montis fauces instar conuallis cuiuspiam. Illac iter patebat ad eum montem, ubi Abrahæ & Isaac patriarchis sacrificant. Is mons ab urbe abest ad octo uel decem millia passuum. Altitudine consurgit terni factus lapidis, constatq; non marmore, sed nescio quonam lapide colore ab marmore dissimili. In fastigio montis est delubrum, Meschitam uocant, fabricatum more eorum: id tres habet aditus. Ad montis radices sunt geminæ cisternæ, quæ incorruptas seruant aquas: altera Carauanæ Babylonis, altera Damascenis camelis latice propinat. Aqua est pluuiæ, proculq; illinc deriuat. Sed ad urbem reuertamur, quum opportunum erit de more sacrificandi, quo ad radices montis utuntur, assatum dicturi. Ita que urbe inita, mox Memphiticam carauanam offendimus, quæ spatio dierum octo nos prouenerat neq; ea uenerat, quæ nos iter feceramus. Carauanam huiusmodi sexaginta quatuor millia camelorum complebant custodibus Mameluchis centum. Id in primis innotescet uobis opinione cunctorum, urbem memoratam deß maximum diris maledictionibus esse execratam, argumento quod nullum est ferax fructus, cunctarumq; regionum infœcundissima. Aret comprimis aquarum indigentia: adeoq; in immensum aquarum pretium excreuit, ut duodenis denarijs tantillum aquæ emere nequeas, quo sitim unius diei expleas. Iam subiectam quo nam modo uidentur. Plerunq; ex Babylone, siue Memphi Nilotica urbe, Cayrum uocant, commeatu illud mari Erythraeo comperantur, portu præsertim inseruente, cui Gidæ nomen est: is abest ab Mecha quadraginta mille passibus. Commeatus suppeditat perbeata appellatione felix Arabia, annonam mittit & Aethiopia. Illic comperimus peregrinorum numerum maximum: Alij ex Aethiopia, ex utraq; India alij, ex Perside alij, alij ex Syria profecti erant. Nusquam profectio frequentiore uidi populum, quantum mora uiginti dierum perspicere licuit. Li uarijs de causis illud accesserant: commerciorum alij causa, nonnulli ut uotum absoluerent, igitur noscentiarum causa eò contenderant, in quibus ignoscentijs mox exploratum fiet uobis quidnam agant.

Primum omnium de mercimonijs quæ illud comportantur, dicemus. Ex India maiore, quæ est intra extrag; Gangem fluium, bæccæ, id est unioes & id genus monilia aduehuntur, assatumq; aromatum: & præsertim ex ea urbe Indiae maioris, cui nomen est Bangellæ, panni gospini fericiq; ducebuntur: Aethiopia etiam sua mittit aromata. Quo sit ut fateri liceat, eam urbem famigeratum esse emporium omnium ferè rerum, bæccarum, monilium, aromatumq; omne genus, ferici, gospini, ac unguentorum, quæ suauissimum fragrant odorem, quorum omnium summa est ubertas, & copia incredibilis.

Carauana

Meche ager  
sterilis



De ignoscencia siue indulgentiâ Mecha. CAPVT XVII.

**T**Andem redeamus ad peregrinorum indulgentiarum, quarum causa illud cō-  
tendunt aduenâ. In urbe mediâ delubrum instat colosseï Romani, am-  
phitheatrum dicitur, non tamen ex marmore proceribusq; lapidibus, sed ex  
coctis lateribus: Amphitheatri instar nonaginta, aut sane centum portas ha-  
bet, estq; concameratum: ingressus descensu scalarum duodecim graduum  
patet hinc & hinc. In propylæo monilia tantum uenduntur. Ingressus undiq;  
auro obducti parietes effulgent splendore incomparabili. In inferiore partē  
templi, id est subtus loca concamerata, ingens hominum turba: nam nibli  
ad quatuor, uel quinque hominum millia non nisi unguenta odoratorâ uen-  
dunt, & cum primis puluisculum odoriferum, quod humana corpora condi-  
untur. Inde ad Mahumetanos ferme omnes traducuntur odoramenta. Excē-  
dit enim omnem fidem, quâ inenarrabilem suauitatis odorem fragrent eâ  
unguenta, nō aliter quâ si fores in myrposito, quod castoreum & id genus  
fragrantiores odores redoleat. Vigesima tertia Maij indulgentiâ in delubro  
coeptæ sunt erogari. Quonam modo id fiat iam reserabimus. Delubrum  
in mediotallo patet absq; imbricamento, inq; medio est turris, circumquaq;  
sensu passuum magnitudine: ea serico panno obuoluitur, supraq; uiri unius  
altitudinem non exurgit. Turrim ineunt porta argentea: utrinque sunt bal-  
samo, ut ferunt, oppleta uasa: ea uisendi potestas sit omnibus in die Pente-  
costes. Memorantq; incolæ, id balsami partem esse thesauri Sultani eius qui  
Mecha moderatur. Ad omnem turris testudinem positum est ferum instat  
oræ orbiculatum, idemq; terebratum, cuiusmodi retinendis iumentis parietes  
tenuiuntur. Vigesima tertia Maij frequens populus cœpit horis antelū-  
canis septies turrim ambire, deosculando singulos angulos, eosdemq; idē-  
tidem palpât. Ab hac turri ad decem uel duodecim passus est turris altera in-  
star facelli nostro more extructi: ea ternos uel quaternos habet aditus. In tur-  
ri mediâ positus est puteus, qui agitur in profundum ad brachia quasi septua-  
ginta. Is aquas salnitro infectas emittit. Puteo præfecti sunt circiter octo  
homines toti populo aquis hauriendis: & ubi frequens populus septeno am-  
bitu priorem turrim circundedit, propius accedit, & tergi putei orificium  
tangens hæc præfatur. Sit in Dei honore: Deus indulgens mihi dimittat pec-  
camina. His prolatis, qui aquam hauriunt ternas aque lægenas singulis pu-  
reo hærentibus infundunt, totumq; hominem a uertice usque ad calcem ab-  
luunt. Madesunt omnes, etiâ si serico amictentur. Tunc somniant in-  
priors ac deliri infuso lacte se esse ab omni reatu emaculatos. Addunt fa-  
bulæ scelerosi absumere reatus puteum. Adstruunt etiâ, priorem turrim  
quam supra memorauimus, septemplici circuitu ambitam esse primam do-  
mum, quam unquam Abraham exædificauerit. Propterea ita loti, madidi  
adhuc ad eum montem, quod præmissimus eos profectos esse sacrificandi A-  
brahæ gratiâ contendunt, illic biduo cōmorantes. Rursum Abrahamæ ad mon-  
tis radices sacrificant.

De ritu sacrificandi apud Mecha. CAPVT XVIII.

**Q**Via plerunque generosos animos noua delectant, ac cenduntq; quisquē  
optimus ad magna subeunda horum narratu, ob id ut magnanimitas fiat  
facti, compendiosius quantum quibus, eorum sacrificandi ritum subiiciam. Templum  
Mecha  
Igitur sacrificaturi, alij ternos, quaternos alij, senos nonnulli uerueces ma-  
diant, adeoq; laniena mader, ut supra terna millia huiusmodi pecudum con-  
fecta fuerint: quæ sol emergit iugulantur, mox in opibus in dei gratiam ero-  
gantur: nam ingens, eademq; incondita egentium turba aderat, utpote tri-  
ginta millium, qui humo egesta foueam agunt, inq; ea exuscitatum ignem  
camelorum excrementis alunt, torrentq; elargitas carnes, eisdemq; allatis ue-  
scentur. Ego uero crediderim inedia compulsos, non uoti gratia egentes hu-  
iusmodi illo profectos esse: adducorq; ea coniectura, quod nobis ingens cu-  
cumerum copia erat: abunde enim ex felici ac perbeata Arabia aduehebantur

n tur:

Cadi concio

tur: illis nempe cortice dempto ut sciebatur: siliquas uero extra tabernaculum, ut affolet, projiciebamus: at inopes numero quadraginta uel quinquaginta correpturi cortices mox aderant, interq; eos iurgium ingens uisebatur: suscipiendarum siliquarum causa, parumq; a digladiatione aberant: concorrentes, utri eorum priores legerent siliquas uel sabulo infectas. Ob eam rem in eam deuenimus opinionem, quod eximende famis, non abluendorum reatum causa eo aduenissent. Poltridie eius diei eorum Cadi (is eius loci est apud eos, cuius sunt apud nos uerbi Dei concionatores) montem summum concionaturus ad subiectum populum ascendit: nam circiter horæ spatium incolarum lingua concionatus est. Concionis summa erat, ut obortis lachrymis peccamina deherent, pectora plangentes, ipseq; uoce sublatissima hæc subdebat: O Abraham dilecte Dei. Et rursum: O Isaac à Deo electe, eiusdemq; amice: deumq; pro Nabi populo exora. His dictis continuo gementium uoces exaudiebantur. Habita concione rumor increbuit. Arabum manum numerosissimam, utpote uiginti millium aduentare. Quo nuncio facti qui carauanam agebant, acutum quasi lymphati in urbem Mechæ dissiugiunt. Ad sextum usque lapidem ab Mecha Arabas direpturus caraua, nam uenisse nuntiabatur. Ob id & nos iuto in urbem Mechæ dissapsi sumus. Verum dum pedum struimus circiter medium iter, id est, inter montem & Mecham, à nobis despicibilis paries repertus est, latitudine quaternorū cubitorum. Circum parietem præteriens populus calculis ac lapillis solū constrauerat. Huius causam hanc esse referebant. Quum, uidelicet, diuus Abraham à Deo iussus esset, ut filium macharet immolantium ritu, ut præceptorū Dei amans fertur natum Isaac monuisset, ut imperata Dei capessiturus se sequeretur. Sequenti parentem nato Isaac ementita & chari cuiusdam forma iuue, cacodæmonem non longe à pariete astitisse, percunctatumq; fuisse amici appellatione, quo nam contenderet. Respondenti Isaac, se ad parentem proficisci, qui eum opperiebatur: ad hæc hostem humani generis respondisse memorant, gradum reuocaret, quoniam si pergeret iter perficere, sacrificaturū eum parentem Abraham esse: ferunt Isaac hoc monitu dæmonis haudquaquam perterritum dixisse dæmoni, sineret parentem exequi imperata Dei, postquam Deo sic erat complacitum. Hoc responso narrat euanuisse dæmonem. Verum progresso nonnihil Isaac, rursum alterius chari accepta persona, demonem itidem monuisse aiunt, ne, uidelicet, obsequeretur parenti, machare eum paranti. Tunc ferunt Isaac ira percitum lapillo impaço dæmonis frontem confauciasse. In cuius rei monumentum illac iter agens populus, ubi propius parietem accesserit, iacere in murum calculos consueuit: indeq; in urbem se recipiunt. Dum iter agimus, cælum inumbrabant palumbes innumeri. Aiunt auitia huiusmodi à uoluce illa traxisse genus, quæ Mahumeti in aurem loquebatur, sub uelamento sacri pneumatis. Inerrant dicti palumbes uicis, ædibus, tabernisq; ipsis frumentarijs, milij a orizæ, uicq; licet eos abigere, occidere uero aut capere huiusmodi palumbes propè capitale censetur. Arbitrantur enim incolæ, ubi memoratæ aues uapularent, orbem totum ruiturum, ob id impensa aluntur in templo medio.

De unicornibus templi Mechæ, quos Monocerotas appellant, qui sermè

alibi non uisuntur. CAP. XIX.

Vnicornes

**A**ltera delubri parte septa uisuntur, siue claustra maui appellare: in his unicornes gemini asseruantur, locoq; miraculi populo spectandos præbent. Nec ab re, res est miratu dignissima: sunt enim eiusmodi, ut illico denarabimus. Alterum eorum, quem constat longe proceriorem esse, pullo equino triginta menses nato haud absimilem crediderim. Prominet in fronte cornu unicum longitudine trium cubitorum. Longe natu minor est alter, utpote anniculus, ac equino pullo simillimus: eius cornu quaterni palmi longitudinem haud excedit. Coloris est id animal equi mustellini: caput cerui instar: collo non oblongo, rarissimæq; subæ, ab altera parte solum dependens.



his Tibias habet tenues, easdemq; graciles admodum hincnulli modo. Ungulas anteriorum pedum bifidas habet, caprinos pedes referentes. Tibiarum posteriorum pars exterior villosa est, pilis plurimis. Sanè id animal ferè videtur, verum ferociam nescio qua comitate condidit. Eos unicorines quosdam Sultano Mecha dono dedit, ceu rem inuentu rarissimam, eandemq; pretiosissimam. Aduerit sunt ex Aethiopia ab Aethiopyum rege, ut eo munere necessitudinem coniunctissime cum Sultano Mecha prefecto iniret.

De nonnullis apud Mecha contingentibus, deq; Zida Mecha portu.

## CAPVT XX.

**H**Oc loco peropportunum videtur, ea recensere, quae in te subita acerrimum praeseferunt ingenium: ubi ipsa ingruens necessitas, cuius sunt a marissimae leges, sic sciendum persuaserit. Illud mihi usum euenit, operacq; pretium fuit, ut fugam meditando, clanculum ab Mecha discessurus uirum me ex pluerim. Igitur cum forte à duce meo nonnulla emendi datum mihi fuisset negotium, in emporio attentus me obseruans Mahumetanus quidam, Christianum esse nouit: propterea his me uerbis percontatus est lingua patriae, Intemeham, id est, unde es tur cui ego, Mahumetanus sum. At ille, uerè non dicit: cui ego, per Mahumetis caput, sum Mahumetanus. Rursum Mahumetanus ille, Veni domum meam: quare sequutus sum hominè. Is ut domi fuit, cepit me Italorum lingua percontari, unde nam essem, adseuerans me nosse, subdendq; me Mahumetanus haud esse, adfirmans Genuae ac Venetijs fuisse aliquando: & ut dictis fidem faceret potiorum, nonnulla memorabat quae praeseferbant eum uera locutum esse. Hoc intellecto, falsus sum ingruere me Romanum esse, sed Mahumetanae fidei initiatum me esse in urbe Babylonis Memphitica, factumq; ex Mamaluchis unum. Hoc audito, uisus est Mamaluchus ex denariis non mediocrem cepisse uoluptatem, ob id honore me prosequatur infueto. Verè quia cordi haeserat mihi longe ultra progredi uelle, Mahumetanus percontabar, esset ne ea urbs Mecha illa adeo famigerata, ut eius totus ferè orbis meminerit: sciscitabarq; ab homine, ubi nam esset haccaurum ac margaritarum, & id genus monilium, aformatum ue ingens, ut ferebatur copia: & item ubi essent tot mercimonia, quae illo com portari dicebantur: eorq; omnis mea oratio pertingebat, ut explorata Mahumetani mente, compertum fieret mihi, qua de causa illic commercia, ut fere uerant, non uigebant. Et quia percontando hominem, in causa esse Lusitaniam regem, ceu maioris partis illius oceani moderatorem, Erythraeiq; ac Persici sinus dominum minime dixi: suppressa ex composito regis mentione, ipsi mihi attentiore animo ueluti explorabundus, cepit ex ordine causam exponere, cur nundinis non interessent commercia exercentes, inq; unum Lusitaniam regem causam reiecit. At ego, ubi eius regis meministi Mahumetanus, de industria regis famam carpere cepi, ne in eam opinionem Mahumetanus deueniret, ut gratum haberem, quod illo commercij causa contenderet Christiani. Mahumetanus uero ubi perpendit me ex professo Christiani nominis hostem esse acerrimum, honorificentius etiam solito me excepit. Et rursum ex ordine cuncta denarrabat. Doctus omnia, amici appellatio: ne eum rogita bant, haec Mahumetanorum lingua subdend, Menaha menahab, id est, oro te ut mihi assistens, me instruas quo nam modo hinc abscedere clanculum queam, iuratissime adfirmans me iturum ad eos reges qui Christianis forent inenssi, Mahumetanusq; insinua bant, scire me nonnulla arcana, eaq; tantum pensi, quae si comperta foret ipsi regibus, nulli dubium fore, quin abusu Mecha continuo me accesserent. Suspendus uerborum horum summa expectatione Mahumetanus, Quid, inquit, artis te precor hosti: Cui ego, fabricandis tormentis omne genus fabricedo nemini. At ille, Mahumetanusq; laudetur, qui te talem huc misit uirum, ut deis Mahumetanis inseruias. Propterea duce eo in eius adibus delitui simul cum sua coniuge, precibusq; abs me cotendebat, ut à duce nostro impetrarem, ut sibi liceret circiter quin-

Ludouici dñi  
fundatio

Exploratus  
solitudo

denos camelos omnifariam aromatū onustos haud perfolutis uretigalibus a  
 à Mecha abducere: pro huiusmodi enim abducendis mercimonijs Sultano  
 saraphi triginta debebantur. Ego uero Mahumetanū in spem certissimā in-  
 duxi abducendorum camelorum uel si centeni forent, & hoc adstruebam si-  
 centiore Mamaluchorum ritu. Pro his tamen omnibus efflagitabā, ut mihi  
 tuto in eius aedibus esse liceret. His auditis Mahumetanus, ueluti uoti sui cō-  
 pos, gaudēbat plurimū, cōpitq; ob eam rem me cuncta docere, monuitq; ut  
 ad regē quendā maioris Indīe regni de Decham me reciperem. Huius regis  
 ubi oportunū duxerimus, mentio fiet. Itaq; pridie quā Carauana abscē-  
 serit à Mecha, memoratus Mahumetanus iussit me in penitiorē aedium suarū  
 parte delitescere: postridie eius diē horis antelucanis buccinator Cara-  
 uanae sono tube cinctos Mamaluchos admonebat, ut instratis equis iter suū  
 Syriam uersus dirigerent: differentibus aut abnuentibus ex edicto mortem  
 minitabatur. Vbi ea uox meis insonuit auribus, illico incessit me mentis hor-  
 ror, ac animi perturbatio tanta, ut continuo cōperim prehensare, ac precari  
 hospitis Mahumetani uxorem, ne me proderet, gemebundusq; deum maxi-  
 mum exorabam, ut me ab hac inturbatione metuq; maximo allereret alii,  
 quando. Ea diē quā Marti dicata est, Carauana, id est, camelorum agmen, à  
 Mecha abiit, me delitescēte in Mahumetani aedibus comite uxore eius. Ma-  
 humetanus autē Carauanam sequutus est: uerum prius nō discessit, quā  
 coniugem monuerit, ut diē Veneris me duci iuberet ad eam Carauanam,  
 quā Zida portu Mechae in Indiam profectura erat. Absēt enim à Mecha is  
 portus quadraginta mille passibus. Dum latui, quanta me exceperit mulier  
 comitate, pro meritis mitti me referre possum. Ad id accedebat, quod specta-  
 te formae Mahumetani neptis uirguncula annos nata quindecim, flos ipsius  
 plurimum quasi me deperiret, ad mutuū amorem blanditulosā allecēbat.  
 Verū per id tempus ingruēte uitae discrimine, praeter metu ac formidine Ve-  
 nus propē emortua erat, propterea uitam sponis ac pollicitationibus ama-  
 ta praeferebam esse duxi. Igitur diē ueneris proxima circiter meridiem abiit  
 Carauanam Indicam sequutus, nocteq; intempesta peruenimus ad ruscū  
 quoddam Arabū, & ibi quod supererat noctis absumpsimus, usq; ad proxi-  
 mum meridiem. Postridie iter cepimus Zidam uersus, eoq; deuenimus silen-  
 tio noctis. Ea urbs mœnia habet nulla, sed aedes sunt conspicuae, Italīs haud  
 ab similes: earum elegantiam prudens praetero, ut breue faciam. In urbe hu-  
 iusmodi uigent magnopere cōmercia, illō confluētibus omnibus propemo-  
 dum nationibus, praeter ludæos ac Christianos, quibus nephas est eo profu-  
 cisci. Simul ac urbem inij, contendit ad delubrum eorū, Mefchitā ipsi uocant,  
 & illic natus sum inopum egentiumq; cateruam maximam, utpote nume-  
 ro uiginti quinq; millū. Hi opperiebantur, quempiam nauatū, quo duce in pa-  
 triā repedarent: uis egentibus delitui in delubri angulo, & ibi stratus humi  
 diebus quindenis morā trahens ueluti languens, plorabundus querulas sub  
 inde emittens uoces agritudinē simulabā, quasi affligeret stomachi, uel cor-  
 poris languore quopiam: excitū mercimonia exercentes ad gemebundā uo-  
 cē, pauperes percōriabantur quis nam mortalitū ille esset, qui eas ederet lugu-  
 bres uoces. At inopes qui hārebāt lateri meo: Est, inquiunt, miser Mahume-  
 tanus, qui animā est effaturus. Vesperi autē post primam facē egrediens de  
 lubro esculenta empium itabam, utrum cibi appetentiam concitasset ea po-  
 testis coniectura assequi, quod semel in die tantū comedebam, neq; opipare,  
 sed quidē frugalitū q; quis autumate possit. Urbis moderatur Sultanus, Ba-  
 bylonis hexarchatum habet germanus eius Mecha Sultanus. Verū ut pra-  
 missimus, Babylonico paret. Non operapretitū censo, ut denarrandis huius  
 urbis moribus ac ritu diutius insistam, quando certe cōstat eos Mahumeta-  
 nos esse. Solum est infocundum admodū, aquari uero praesertim potu su-  
 uum summa est caritas, a des pelago alluuntur. Ibi quicquid est quo huma-  
 nior uita carere non possit inuenitur, sed aliunde aduchitur, & comprimis ex  
 Baby,

Zida

Baby  
 alijs.  
 perea  
 bitu c  
 ctum  
 centū  
 seas.

S  
 rel  
 casum  
 nauat  
 sur tu  
 pulsi  
 turm

L



ginta  
 Mah  
 done  
 sas, fl  
 radif  
 tanor  
 dei, m  
 nis: tr

A  
 acc  
 quep  
 tuord  
 sulim  
 adme  
 emini  
 illis e  
 mes e  
 tuolos  
 colare  
 dum

E  
 da  
 dium  
 copia  
 latus



Babylone urbe Nilotica, ac ex perbeata felicitate Arabiæ, compluribusque locis alijs. Illic ob cæli inclementiã ægrefcunt plerumque humana corpora. Sunt propterea ibi ferme semper languentiũ cateruæ. Vrbs ædium quingentorũ ambitu cõtinetur. Peractis quindenis diebus, cum nauta egit, qui Perfidẽ proteſturus erat, ut & mihi eõdem eũdi faceret poteſtatẽ. In portu lecerat anchoras centũ ferme liburnicis, ſi celoces cymbasque & id genus actuarias naues percẽfeas. Itaque tranſacto triduo, uero uela dãtes, Erythrẽo mare fulcare cõcepimus.

*Quir mare Erythrum ſit importuoſum, ſulcarique nocte non poſſit.*

## CAPVT XXI.

Satis eſt in conſeſſo omnibus, quodd dictũ equor non eſt rubrũ, ſed inſtat reliqui æquoris: Nos igitur pelago cõmiſſi, maria ſulcauimus uſque ad occaſum ſolis: interdũ tantũ nauigabile eſt mare, noctũ cõquiſcunt tantisper nauas, donec ad eam inſulam quæ Camaran dicitur, peruentũ eſt: deinceps inur tutius. Quir noctũ ſulcari nequeat, id cauſiã afferunt, quodd aridis ac ſcopulis breuibusque frequens eſt mirandũ in modum mare, ob id opus eſt diu, nũmiore ſpecula e ſuperiore parte mali præuidentibus diſcrimina nauitis.

## LVDOVICI ROMANI PATRITII

## ARABIAE FELICIS LIBER II.

*De urbe Gezan, deque eius fecunditate.* CAPVT I.



OSTOYAM de moribus populorum, deque urbium ac locorum felicitate Arabiæ ſitu ſatis ſuperque diſſertimus, quantum nobis licuit perſpiceere, non abſonum eſſe uidetur, ut minore quã quibimus immoratione, quæ ſuperſunt expediãmus. Tranſactis ergo ſex diebus, ad urbem peruentũ nomine Gezan. Ea potũ habet cõmodiſſimum, eundemque elegantiffimũ. Illic enim offendimus ſupra quadragintaque diuerſarum regionum liburnicis. Vrbs litori adiacet, principiũ Mahumetano paret. Ager terax eſt modo Italici ſoli, fert in primis mala cydonæa, Punicasque, ac Aſſyria, & optimas uuas, perſica, pepones, nuceſ, roſas, flores multiplices, cucurbitas, poma citrina, allium, cepas, diceret perſiſſimum uoluptatis: incolæ plerumque nudi agunt: in reliquis more Mahumetanorum degunt: ibi etiam ſumma eſt ubertas carniũ, rei frumentariæ, hordei, milij albicantis, dora ipſi appellant: eo enim ſuauiſſimum conſicitur panis. tridui mora inſibi cõmeatum ſumendorum gratia abſumpta eſt.

*De nonnullis populis qui Bandain dicuntur.* CAPVT II.

Abeuntes ab urbe Gezan itinere quinq; dierum, nauigamus lætorum in conſpectu tellurem ſemper habentes: & ubi a nobis conſpecta ſunt ades queplũ, mox eſculenta ſumpturi in terram deſcendimus numero ferme quatuordecim, rati non difficulter id impetrare ab incolis poſſe: uerum operant ſulimus. Pro reſponſo iacti ſunt funda lapides. Id genus appulſi inhõſpitale admodum Banduin dicitur, centeni propemodum erant qui nobiſcũ manũ eminus conſeruere, fundis lapides uibrantes: horã ſpatio cõcertatum eſt: ex illis cecidere circiter uiginti quatuor, reliqui uero eſtuliſſime diſſugere. Inermes erant, ſi fundas excipias, nudique agebant: diſſugentibus ipſi, gallinas uullosque optimos ſuſtulimus. Intra horas ternas ecce ſrequentis continentis incolarum turba, utpote ſexcentũ: quibus conſpectis, uilum eſt nobis referent, dum eſſe gradum, redeundumque ad liburnicas eſſe.

*De inſula maris Erythraei, Camaran nomine.* CAPVT III.

Eadem die iter cepimus uerſus inſulam quã Camaran nomẽ inditum eſt. Ea ambitu decem mille paſſuum pater. In ea uiſitur oppidũ ædium ferme ducentarũ. Ab Mahumetanis conſitur, in ea aquarũ carniũ ue copia eſt, ibique ſal elegantius quã unquam conſpicatus ſim. Ad continẽtis laus portus, abeſtque ab ipſo continẽti octonis millibus paſſuum. Ea paret

Sultano Amatorum, id est, felicis Arabiae. Illic bidui mora sumpta, uersus ostiū Erythraei maris iter cepimus duorum dierū itinere. Noctu interdiūq; suscitatur id aequoris. Nec ab re id dixerim, quandoquidem ab ea insula usq; ad Zeilae portum noctu tuto nauigari mare rubrū nequit, ob breuia ac frequentiores scopulos. Vbi uero ad ostium pelagi peruentū est, inter passura siue claustra quāpiam esse uidebamur, ostio non plus ternis millibus passuum parente. Dextrorsum uero continens uisitur eminens altitudine decem passuum; sed tellus inculta admodum, quantum terminari oculis quibat. Ad Iguā autem dicti ostij confurgit mons eminentissimus, idemq; faxeus. Circiter uero medium ostium apparet insula perquam mediocris, Behmendo nomine, omni habitatore uidua, proficiscentibus Zellā iter est dextrorsum; Aden uero euntibus leuorsum iter accipiendū est. Ea nos profecti sumus in cōspectū tellurē semper habentes, ex Behmendo uidelicet in Adē itinere bidui mediāq; diei,

De urbe Aden, deq; nonnullis eorum erga appulos negociatores moribus.

## CAPVT IIII.

**H**Ac urbe non meminisse uidisse munitiorem, in continentē praesertim haud inaequalis solit; geminū latus sepiunt moenia. quod superest, montibus occluditur, inq; eis quinā sunt arces: in solo aequali est urbs, ambitu sex mille aedijm cōtenta; comērcia in nundinis noctu hora secunda ob nimfos, qui fax uisū interdiū astus, exercēt. Prope urbem ad lapidis iactū mons est, inq; eo arx sita est. Ad radices autem montis considunt naues: urbs profecto elegans est, & totius felicis Arabiae urbium pulcherrima. Illo ceu ad famigeratū emporium ex utraq; India, Aethiopia ac Perside exercentes mercimonia nauali itinere confluunt. Iudem agunt, qui ad Mechem frequentes contendunt: iter simul ac liburnicae portum appulerint, adsunt praefecti uectigalium percontantes unde soluerint, quid ue conuehant mercū, quantumq; temporis fulcando maria absumpserint, & itē quot homines singulae celoces tulerint. His exploratis, conditio malum, uela & id genus armamenta asportant alio, ut illinc abeundi, haud persolutis uectigalibus, exempta sit occasio appullis. Postridie illius diei, quo illuc appuleram, corripuere me Mahumetani, cor repto actum compedes indidere. Huic rei occasione idolorū cultor quidā praestitit, qui me his quasi uerbis cōpellauit, Cantis, inquit, Christiane, cane natus. exaudito Christiani nomine, Mahumetani illico me corripunt, cor reptumq; trahunt ad eum, qui Sultani uicaria fungebatur operā: moxq; conuocione aduocata, sciscitabatur ab his qui ad consilium adhibiti fuerant, utri leto tradendus foret, ueluti Christianorū explorator. Aberat urbe Sultanus, qui quoniā caedum humanarū expers adhuc dicebatur: itum est in eam sententiam, ut prius morti haud traderet, q̄ monitus Sultanus fuisset. Igitur sortium beneficio seruatus sum, in custodia habitus diebus quinis ac quinquagenis, pedibus appendente ferro pondo librarum duodeuiginti. Perendino die quo capti sumus, ad eum, qui de perduellione inquiri, accurrerunt complures Mahumetani minarū pleni, qui nando superioribus diebus Lusitanorum manus effugerant, pessundatis eorū celocibus: ob id caedibus Christianorū inhiantes, sanguinē nostrum expetebant, adseuerantes identidem nos Lusitanorū exploratores esse: uerū non desuit superiū auxiliium nobis: nam qui nos custodiendos susceperat custodiarū praefectus, conspectis lymphaticis Mahumetanis, ratus uim subesse, ualuas occludit, statimq; obdit pessullis. Transactis uero quinis supra quinquaginta diebus, Sultatus nos ad se ductū iuber: eō enim binī unico cameli compeditū pedicis ferreus uecti sumus: nec ante ad Sultani peruentum est, quam dierū octo itinere consummato. Itaq; Sultano in urbe cui Rhadae nomen est sistimur: tunc enim rei bellicae princeps operam dabat, delectū triginta millium hominū habens, Bellum Sultano cuiusdā urbis Sana nomine, illaturus. Abest ea urbs à Rhada itinere dierum trium, partim in decliui colle, partim uero in subiecta planicie sita, uisū pulcherrima, antiquiore aëo, ac hominū frequentia; nec non opū ubertate

Lusitanā car  
pituitas

praeci



præcipua. Itaq; tremebundū Sultano assisētes, cepit me percontari explorā bundus, unde nā essem; ego uero respondi me Romanū esse, inq; urbe Baby lonis, cui Cayro nomē est, fidei Mamaluchorā inītiūm esse, cōtendisse me ad eam urbē quæ Medina uocatur, ubi Nabit, id est propheta humatus dicit, quodq; illō cōcesserim usendi sui gratia, fama suæ celebritatis allectus. Ad densq; ubiq; gentiū ac locorū, & cōprimis apud Syros ac Mechā, Medināq; urbē receptū esse, eum claritudine morū, ac uitæ sanctissimo tenore secundū esse nemini deberi propterea sibi perspicuum fore, cui ob uitæ eminentiam cōperta esse debebant omnia, me minime Christianorū exploratōrē fore, sed Mahumetanū optimū, suæq; eminentiæ mancipium. Ad hæc Sultanus ait, dī cito, leisa illa Mahūmet resullula. Hæc ego nunq; promere quiuī, aut quia deo nō erat cōplacitum, uel certe sc̄tus pauore nimio hiscere nō audebā: ubi ego cōticiui, mox iussus sum in custodia cōjci, præsidio hominū compluriū: nā ex oppidis duo de uiginti quaterni homines, quatuor singulis diebus ad mei custodia excubabant, mutatis subinde custodijs, ut per uices singula op pida quaternis diebus custodiendum me traderent: ita trimesiri celo frui ne quiuī. In cibatu autē ex milio panis singulo die dabatur, isq; modicus admo dū, adeo ut uel seni panes eiusmodi, famē unius diei non exemissent. Si uero ad fatietatē aquam propinassent, mecū optare nimis actū esse arbitratus su issem. Intra triduū Sultanus in expeditionē bellicā profectus est, Sanā urbē oppugnaturus: trahebat enim exercitū secū, quē memorauimus, subq; eo me rebāt equitū terna millia: Christianis parētibus nati erant equites, idē instar Aethiopū nigricātes. Et in regno presbyteri Ioannis impuberes adhuc em pti fuerant, discipulinq; militari aliteruerant, erantq; prætotiani milites, qui principis stipabant latus, longeq; pluris pendebātur q; cæteri uel numero lo res, ut pote numero octuaginta millib; . Corpus hi uelāt sindone in str chlamī dis facta, altero exerto brachiō, cætera sunt nudi. Inituri bella orbiculatis cly peis utuntur, ea ex binis bubalinis tergoribus constant, intercurretib; qua ternis bacillis, qui ferrumine nescio quo dilabi nō sinunt coria. Clypeus hu iusmodi exornat pictura multiplex, efficitq; ut uisū credas pulchrius nihil, te lisc; uitandis nihil aptius, magnitudine dolij orificiū haud excedūt. Pro ma nubrio tantū asseris habet, quantum ipsa potest capere manus, idq; geminis clauis firmant. Tragula utuntur, teli enim genus est, enseq; haud oblogo, sed lato admodū: lineis uestibus, uerū uersicoloribus amictiunt: xylon sine gosipt um arcendi algoris gratia, neoterici bombicē appellant, addunt: gosipine hu iusmodi uestes prælio nauando nō sunt ineptæ: ob id ituri in prælia eas loco chlamydis induūt singuli singulas ferūt fundas ut circum capita uibrēt lapī des. Subtus fundā est surculus, mesier appellāt, eo pro dentalcalpio utuntur. Nati XL. aut L. annos, ex proprio capillo sibi cornua construūt, sicq; bicor nes incedunt ceu caprearū hinnulū: ubi in bellicā expeditionē itur, sequūtur exercitū camelorum quina millia, hi singuli onusti sunt futibus gosipinis.

De desiderio mulierum Arabicarum, quo assisitūm deperunt albicanes homines. CAPVT V.

Digressio exercitū, haud mora, in meā custodia redij. In prætorio principis externis cōiugibus Sultani una degebat, ea pedissequas cosmetasq; cir citer duodenas aiebat filo corporis conspicuas, colore ad nigrum inclinante earū sane opera mihi plurimū cōduxit: nam qui in custodia eram, decreui mus omnes (tres enim eram) ut quispiā nostrū stultitiā simularer, quo com modius quiret alteri alter esse usui: tandem fors tulit, ut infantendi provinciā suscipere: qua suscepta operæpetitiū erat ut ea agerē quæ præ se ferrent de, mentiam: uerū in numero primis tribus diebus, quibus ceppi insanus esse, a deo fessus laboribus exantlati repertus sum, ut maiores nunquam subierim erumnas, pueris insensibilis me obseruantibus: nam quinquaginta plerūq; ex omni incolarū colluione diuissimē me lapidibus inceslebant, ut parum abisset quin me obruerent: me tamen par pari referēte quod læderet. Dum

Simulata  
infantia

me confectabantur pueri, insanū uocitabant. At ego in interula affatim lapsus  
 dum semper gerebā, ut ex ea re dementia meam cunctis aperiret. Regina uero  
 conspiciebatur per transeñā ē fenestris, concommitantibus eam uirginibus.  
 Abq; solis emerit usq; ad occasum uacabat meis ineptijs, ut inde uidendi  
 mei sumpta occasione colloquia mecum insret. Quū itaq; nonnullis negotiatori-  
 ribus essem ludibrio, ut testator mea foret insania, exuta interula nudus pro-  
 diui, adq; regine conspectū ueni: quæ uiso me magna affiebat uoluptate,  
 uixq; ferebat æquo animo, ut a se abscederē, quasi nondū factus aspectū. In-  
 terea opiparas ganeatasq; dapes mihi dare iubet, ob id splendide epulaban-  
 & ubi uidisset irruentes in me pueros, hortabatur ut eos neci eorū periculo  
 traderē, belluas identidem appellans. Adibus principis inerrabat præpiti-  
 quis uerue, cuius cauda adeo obesa erat, ut pondo esset librarū. X. hunc ego  
 manu apprehensum ture in sania, his uerbis cōpellabam, effe ne Mahu-  
 metanus, an Christianus, uel Iudæus? at pecus obtumescibat: ego uero ere-  
 brius ut fidei Mahumetanz iniriaretur, his uerbis instabā: lela illala Mahu-  
 met resulala: at belua nulquā respondit: cui ego scipione cōfregi eruras obies-  
 clabatur his regina ineptijs, & maciati pecudis carnes mihi dari iussit epulan-  
 das: uiscēbar ego adeo illecebre, ut nihil unq; comederim uoluptuosius: in-  
 tra tridū confecti & alinū: qui latice in regiā cōuectabat, ob id ipsū quod  
 fieri Mahumetanus renueret. Per id tēpus etiam abs me adeo male acceptus  
 est Iudæus, ut propē femine eē eum reliquerim. Verū dū pergo insanire, qui-  
 dā me longe fultor cœpit probris ac maledictis cōsectari: his ferme uerbis;  
 Canis Christiane, cane natus. Ad has cōtumelias factus iritator, cœpi in eā  
 lapides iacere plurimos. Conuersus ille (subseribentibus pueris) lapide meū  
 pectus percussit grauiore ictu. At ego compeditus fugientē assequi nequii.  
 Ob id ad custodia redeo meam: euntē rursum ille me dementior insequutus,  
 in latera lapidem impexit: ob cuius ictū sum longe deterius acceptus, q̄ ex  
 priore percussione fuera: licet quiuissem ut cunq; uulnus euitare, uerū ut in  
 sania meæ fidē adstruerē maiorem, malui lapide uapulare. Custodiā ingres-  
 sus congerie lapidum ostium obstruxi, in ibiq; uitam per dolores & intertur-  
 bationē traxi biduo ab omni cibatu potiq; temperans: propterea rebantur  
 regina & cōplures aliq; me animā essaturū, consumptum inedia. Reserant  
 itaq; reginæ iussu obstrictū abs me ostium: at canes illi mihi illudentes loco  
 panis marmoris frustra obijciebant, adfirmantes id saccharum esse, aliq; botros  
 uix harena oppletos projiciebant, sal esse dicētes: ego uero actus fame incre-  
 dibilis, saburratas utas comedebā. Eadem die quoniā increbuerat me biduo  
 temperasse à potu cibosq; fama accedente uulgari, me diuinū esse: alijs tamen  
 cententibus me prorsus insanire, ut scinditur incertū studia in contraria uul-  
 gusti: itū est præstō ad quosdā, qui eius loci erāt apud eos, cuius sunt apud nos  
 eremita, opinione sanctioris uitæ celebriores: hi montana incolebant. Ad me  
 itaq; sunt perducti, ut exploratius sciscitarentur quisnam essem mortalium.  
 Percontantibus eos negotiatoribus nonnullis, sanctus ne essem, an demēs:  
 horum uaria erat sententia, alter me sanctū adseuerabat, alter uero me correp-  
 tum amētia arbitrator. Dissidentibus eis diutius, id est, plus horo spatio sus-  
 per re huiusmodi, duxi missos eos facere. Ob id sublata interula, lotio illos u-  
 sperit: quo factio, mox cōuenit inter eos, me prorsus amentē esse, fugaq; arre-  
 pra, hæc succubabant, me dementē, nō sanctū esse. Regina uero ē prospectu  
 eminentiore cuncta ridens despiciebat, uirgunculis asiantibus, in hancq; uo-  
 cem prorupit, aiens: Per dei bonū, perq; Mahumetis caput, hic cunctos hō-  
 minum est optimus. Mane postridie quum illam sorte somno indulgentem  
 nactus essem, qui me gemino ictu percusserat, memor acceptæ cōtumelias, si-  
 rui in hominem, & arreptis eius crinibus, genibus cœpi stomachum collide-  
 re, adeoq; pugnis uultum uiri contudi, ut plueret cruore facies, uixq; semine  
 cē desitit hominē. At regina à longe omnia prospectans aiebat: Cōfite, con-  
 fice beluam. Abscessit ille, nusquamq; comparuit. Inter hæc urbis moderatores  
 rescituit



resciliat multiplici cōfessura, socios meos perfidia Punica fuga sibi cōsulere uelle, & exutis cōpedibus, effractaq; custodia abscelluros, me tamen harū rerum experire: uerū quia probe nouerat uisendi mei reginam summa affici uoluptate, statuit prius uim mihi inferendam haud esse, q̄ ipsam conuenisset. Quae ubi in horum cognitionē deuenit, censuit me nō esse insanum, iussitq; me poni in inferiore regiae custodia, ostio patente, compeditum tamen.

De regina liberalitate. CAPVT VI.

PROxima nocte regina comitibus senis pedilequis elegantioribus me uisit, animoq; attentiore percontabatur, an essem demēs: ego uero sensim reginae aperui me minime amentem esse: at illa huius rei gnara in meā ibat sententiā, ccepitq; me blādus excipere, iussitq; mihi ex leuissimis mollioribusq; plumis strātū poni, splendidiusq; alebat, meq; totū lauaero additis fuffimētis emaculauit. Igitur quum me spatio duodecim dierū ita accipi tractariq; humanius iussisset: illis peractis, ē superiore regia ad loca infima descendēs, singulo uesperī hora noctis circiter quarta me uisum itabat, secumq; comportabat delicatiora esculenta. Ingrediens uero me hac uoce inelamat: Accede in quies Ludouice, esuris ner Ego autē respondebam, me esurire, futurā inediae prospectū iri cupiēs: consurgensq; occurrēbā reginae, interiore tantū tunica amictus. At illa aiebat: Non ita, sed exue interulam. Cui ego: O domina, nō sum nūc demens. Rursum illa: Mehercule noui te nunq; amentē fuisse, imō astutiorē cautioremq; te uidi neminē. Ego uero in eius gratiā exui subuculā: ea enim obscena uelabam. Nudū uoluptuosius illa me geminā horae spatio intuebatur, nec ā me aciem oculorū unquā auertebat, me obseruans uelutī cupidinē quēmpiam, querebaturq; deos incusans his ferme uerbis: O Deus huic creāsti sole candidiorē, ē diuerso autē coniugem meum, meq; ae natos meos omnes nigricantes formalsti: utinām hic meus coniunx foret: itēta superis placeret, ut natū huic nō ablimilem haberē. Hae promens linus lachrymis impleuit obortis, abq; imo pectore irāhēs suspiria me attrēctabat, moxq; est pollicita mihi, se simulac Sultanus aduentasset, daturā operam, ut compedes exuerem. Proximo noctis cōtincinio rursum it ad me regina, sequentibus eam binis eleganti forma puellis, allatisq; dapibus opiparis, me hac uoce in clamabat: Veni huc Ludouice. Ego respondi, adsum. Et rursum illa: Vis ne Ludouice ut tecum nonnihil morer? Cui ego, neutiq; domina, subdens, non satis superq; sibi fore, quōd compeditus eram, nisi etiā capitis pena plecterer: At illa inquit: Noli pauere, per hoc caput tibi spōdeo impunitatē: quōd si me istuc ire nō annuis, tibi Gazella, aut Tegta, uel Galzerana. Hae dicebat regina, nō alio tendens, nisi ut loco earū cuiuspiam puellarū meū cubaret. Verūm ego nunq; sum his assensus, longeq; ante hae omnia prouiderā: quū mihi plus iusto affecta emori me ac deperiri uidebatur, occurrabant autē mox quae ingruēbant discrimina. Haud certe nesciebam, ubi regina potita me fuisset, non defuturū mihi aurum argentumq; camelos ue ac mancipia, & id genus ferme omnia, quae mihi cōplacita fuissent probe etiā intelligebā: si paturos latera mea acriorē obseruatione dena mancipia quocūq; proficisci cōtigisset, uixq; me euadere posse Arabiā septa nouerā, obseruantibus portus ac transitus omnis mancipiis nigricātibus. Edixerat enim rex omnibus; qui fluminū portus ac usarū obseruant angiportus, ne me sinerent distingere, imō abeuntē corripent: obuertabatur etiā animo, quōd si semel fuga arrepta nō euasisset, praesto affuturā mortē, aut saltē cōpedes tantisper, quoad uita superstes fuisset. Ob eā rem reginae nunq; sum assensus, ne simul animā ac corporis subire apertū discrimen. Moxstis itaq; ac gemebundus nocte transiē, deo Opt. Max. me cōmittens. Intra tridū uero Sultanus aduenit, ob cuius aduentū haud mora, per internunciū regina me fecit certiorē, se nauatūram operā, ut maximarū opum fierē dominus, si modo illi obsequi uellem. Ad haec respondi: Exolueret datā deo ac Mahumeti fidē, meq; ē cōpedibus erueret: demum planissime non desperat et me illi rem gratiam facturum esse.

Quare

Quare illico me prodire iussit, ac Sultanum adire: qui ut me uidisset, percōtari cōcepit, quō nām proficisci uellem exutis cōpedibus. Cui ego, O princeps, parentes habeo nullos, proles sum expers, germanos ac seruos nullos habeo: prāter deum ac prophetam habeo neminem. Tu uero princeps, si tibi est cōplacitum domi tuæ me alere, ero tibi pro mancipio in famulatu perpetuo: erumpebant tandē lachrymæ, oraq; ubertim irrigabant, regina adstante. Quæ miserata erumnas meas, Sultanum his uerbis alloquebatur, Reddenda est tibi aliquando ipsi deo huius pauperis ratio exactissima, quem ditissime in custodia nullis accedentibus demeritis habere iussisti, caue ne deorū subtea indignationem. Ad hæc Sultanus, ad me conuersus inquit, I quod libet, nam te posthac iubeo liberū esse, ut cælo pro arbitrato frui queas. Quo dicto actutum compedes abiecti, referantibus illis quibus id munus soluendi mei delictum erat. Liber factus corruui ad Sultanū pedes, uestigiaq; pedum eius deosculabar, gratias agēs. Regina uero manus tantū osculatus pro uirili gratia agebam. Illa autē manū me apprehendens: Veni, inquit, mecum pauperrime, quoniam noui te inedia prope assumptū esse. Vbi uero in cubiculum me introduxit suum, suauitari me cōcepit torrens, ut plus quā centies id factum esse arbitrer, dapibusq; appositis, me epulari iussit opipare. Ego comedere nolui, siue quōd præ gaudio partæ libertatis capiendi cibi appetentiam habebam nullam, aut quōd summa gaudij futurus metus occupauerat: nam ubi conspicatus sum reginam arcane in aurem Sultanū loqui, cōepi totius horrore, ratus reginam ab rege me loco mancipij impetrauisse: ob id ad reginam conuersus aio: Tantisper domina non comedam, quoad me libertate donaueris. At illa, conticesce demēs, quando certe te fugit, quid de te immortalis dii sanxerint: si uir nequam non eris, princeps fies. Jam compertum habebam quorūm hæc tenderent, noueramq; quem hexarchatum esset datura. Addidi propterea, sineret me cōquiescere tamdiu, donec id sanguinis quod metus pauorq; abstulerat, reassumpsissem: nam prāter Vencrem cuncta uelle posse uidebar. At illa, mehercule uerum dicitis: sed ego te quotidie splendidius excipiam, appositis uis recētoribus, gallisq; gallinaceis, columbis, pipere, cinamomo, ac nuce mystica. His auditis, cōepi ampliores sumere et spiritus, factus non nihil lætior ob ea quæ tam ampliter mulier pollicebatur: & ut refocillatis uiribus, proculq; pulsa formidine, priorem aliquando recognoscerem Ludouicum. Conquieui in regia ad quīdenos uel uicenos dies optime acceptus. Interea regina uenatū cundi mihi potestatem facit, iui secum ubi uero redij, simulabam cōparasse præ lassitudine & gritudine, ex compo sito id agens, ut mihi liceret a cōgressu reginæ tēperare. Delitui itaq; octidies sub languoris uelamento: illa frequentius per interuincios me uisibat. Inter hæc commonestatio reginam uouisse me deo ac Mahumeti, destitit nauisq; animo ire uelle usum uirum quendam, qui opinione probioris uitæ celebrer erat admodum, in ea urbe quæ Aden dicitur. Annuit illa, & contiuo camelū ac saraphos quinq; & uiginti mihi dari iussit. Quæ res me maxima effecit uoluptate. Postridie cōscenso camelo abeo, itinereq; octo dierum in Aden urbem perueni: moxq; uisi eum hominem, quem uulgus ob uite sanctitatem mire colebat. Nec is ab re cultus erat, quippe qui in summa inopia expers Veneris semper uixerat. Inibi complures uisuntur huic haud absimiles, uerū operam ludunt, quando certe constant absq; baptisimi fide inaniter ac nequicquam insumptos esse labores huiusmodi. Peracto uoto postridie eius quō illuc accesseram, sinxi me ope illius qui sanctus habebatur in columen factum esse: ob id haud mora, certiorē huius rei reddo reginam, addoq; postquam eius in me tot extabant merita, auere etiam plurimum, ut eius regnum usam. Id abs me factum ea ratione est, quōd compertum habebam illinc classē non discessuram intra mensem, cōueneramq; clanculum classis cuiusdam præfecum, aperueramq; illi, me iturum in Indiam, si modo mihi facta fuisset abeundi potestas: oneraui que promissis compluribus

Hypocritis

uirum

uirum,  
respon  
condit

Post  
passi  
mis sic  
fatim c  
uzas ha  
inciuil  
sus. Ind  
mine, c  
sons sig  
rimi m  
nas ad  
Conce  
montis  
tiam tr  
uero re  
rant, c  
cædibu  
portan  
appella  
suaues  
optima  
mæ. Ita  
men est  
tis fact  
dum so

VT  
rer  
quand  
abest. E  
scensu  
comple  
monte  
ipsa m  
Ob ean  
nifarian  
mira ut  
bus suff  
inde est  
sane ag  
eadem  
albican  
in phyl  
randis o

Dice  
die  
tibus cu



uirum, spondens donaturum me eum fore munere perpulchro. Ad hæc ille respondit, se prius in Indiam proficisci nolle, quam in Persida contendisset: condiciones me haud reuente, ita inter nos conuenit.

De Lagi & Aiaz urbibus Arabiae felicit, deq; Aiaz mundinis, & de Dante oppido. CAPVT VII.

POSTERO die camelum conscendi, peractoque itinere uiginti quinque mille passuum, naclus sum urbem quandam Lagi nomine: ea in aruis planissimis sita, in soloq; admodum æquali, populo frequens est, fert carioras, & asfatim carniū. At rei frumentariæ more nostro inibi summa est ubertas, uuas habent nullas, lignorumq; summopere sunt egentes, qui eam incolunt, incultus sunt ac subrustici, ex Arabum gente erraticæ, ob id paucissimi census. Inde abiens itinere diei unius peracto, alteram urbem offendi Aiaz nomine, ea in colle gemino posita est, intercurrente latissima conualle, inq; ea fons signatus: illo itaq; commerciorum causa, ceu ad celebre emporium plurimi mortaliū proficiscuntur, & comprimis utriusq; montis accolæ mundinas adeunt, perraroq; usu euenit, ut inter sese montani haud disgladentur. Concertationis horum causam hanc esse affirmabant, quod indigenæ eius montis qui Septentrionem respicit, summa ope meridionales in eam sententiam trahere conantur, ut & ipsi Mahumeti ac eius socijs fidem adhibeant: hi uero reluctantur, ac uni Mahumeti ac Hali fidem adhibendam esse adseuerant, cæteros uero ueluti pseudoprophetas asperrantur. Propterea inuicis credibus se consiciunt, instar canum. Sed redemus ad emporium; quò comportantur aromata minutiora ferme omne genus. Fert ea regio xylon, uulgo appellant Bombicem, sericumq; ibiq; fructus multiplices, gustu admodum suauis, ut sunt persica mala, punica, cydonea, ficus, iuglandes, nuces, & uuas optimas. Hinc & hinc. Id est, in utroq; montis summo, sunt arces munitissimæ: itaq; descendens illinc bidui itinere, inueni aliam urbem, cui Dante nomen est inditum. Ea arte & natura est munitior. In summo prægrandis montis fastigio posita. Incolunt eam Arabes inopes admodum, qui ob infœcundum solum non nisi egentes esse possunt.

De urbe Almacharā Arabiae felicit, deq; eius ubertate.

## CAPVT VIII.

VT nostro uisendi orbis desiderio tandem aliquando ex cognitu nouarū rerum fiat satis, pergemus aliqua denarrare. Inde igitur abiens ad urbē quandam Almacharā nomine peruentū est, quæ bidui itinere à Dante urbe abest. Ea in monte eminentissimo posita est, adq; eam cliuoso ac perarduo ascensu itur, ut pote septē milliariū, adeoq; coartatur iter, ut bini homines iter compleant, non secus q̄ si fores in angustia. Vbi uero in summum euaseris montē, ecce incredibilis planities, inq; ea ferme rerū omnium copia: nam in ipsa mōtis planicie legitur quicquid frugis humanis uisibus cōducere queat. Ob eam rem arbitror urbem esse propè inexpugnabilem, ubi cōmeatus omnifariam non desint, sicut situ quasi inaccessa, & cum primis adiurat aquarum mira ubertas, scaturiente cisterna adeo largiter, ut centenis hominum millibus sufficere posse uideatur. Illic aiunt Sulranū condidisse thesauros, quoniam inde est oriundus. Inibi iugē moram trahit una ex coniugibus Sultani: fert sane ager huiusmodi quicquid est, quo ultra carere nequeat, cœliq; clemētia, eademq; saluberrima temperie urbium nulli est secunda. Indigenæ magis in albicantem quam in quemuis alium colorem inclināt. Et sibi Sultanus, uelut in phylacam quampiam, auri tantum adseruari iubet, quantum profecto one randis camelis centenis abunde sufficeret: nec nisi uisa denario.

De Reame urbe Arabiae felicit, deq; eius temperie ac populū moribus.

## CAPVT IX.

DESCENDENS illinc iter cepi uersus urbem quandam Reame nomine, itinere diei unius ab supradicta urbe distant: hæc plerunq; ab incolis nigricantibus culta est, eximij sunt negotiatores: agerq; omnium ferme rerū, si ligna excipias

Veruere

excipias, est ferax, ambitu diuim millium ædium urbs continetur. Ab altero montis latere mons uisitur, ubi arx est munitissima, & sibi nonnulla ueruecū genera, quorum ego caudam animaduerti pondō esse librarum quadraginta quatuor: caret cornibus: adeoq; sunt obeli ac pingues, ut uix incedere possint: habent etiam illie uuas qualdam sine granis, (suauiores illis comedi nunquam tibi omnifariam fructus inueniuntur, ut supra memorauimus. Huic p̄cip̄ accedit incredibilis cœli temperies, id cum primis testatur perērior hominum ætas: complures sum alloquutus qui centesimum ac uigesimalum quintum annum excefferant, uegetam ac succulentam adhuc uiuentem uitam: his amictus est prope nullus, utpote quibus sola interula indumentum præstat, uel nobilioribus: qui uero sunt postremæ tribus, sindonē brachio exerto corpus uelant: in tota ferē Arabia homines ex proprio capillo cornua gerunt. Mulieres autem caligis laxioribus, instar remigum utuntur.

De Sana urbe felicit Arabie, deq; eius munitissimo situ, necnon de sanita filij regis. CAPVT X.

INde abiens itinere tridui, ad urbem quandam Sana nomine pertueni, ea in æditissimo monte sita est, arceq; ac natura munitior: hanc Sultanus cum numero sissimo exercitu utpote octuaginta millium hominum d'ionis mensibus oppugnauit, sed nunquam expugnare quiuit: uerum post latas æquas conditiones deditioem fecit: moenia constant ex humo cōgesta, altitudine cubitorū decem: lata uero brachia uicena, patet propterea camelis oclonia in ordine expositis iter, tanta est illius latitudo. Regio est complurium ferax fructuum, nec multum ab aruis nostris differt, si copiam rerum omnium spectaueris, & comprimis fontibus est irrigua. Vrbi moderatur Sultanus, qui natos habet duodenos, quorum uni Mahumetis inditum est nomen, qui ferme rabie dicitur correptus: mordicus enim homines impetere cōsueuit, morsq; deuorat usq; ad ipsam satietatem, statura cubitorum quatuor, filo corporis elegantiore conspicuus, quippe qui aptissimum quadratumq; corpus habet coloris subcinerici. Fert ager eius urbis nonnulla aromata, eaq; legunt non longe ab urbe. Ambitu circiter quattuor millium ædium continetur: ardes eorum elegantia ac pulchritudine nostris non concedunt: adeo urbs patet, ut intra moenia uisantur arua, hortiq;, ac complura uiridaria.

De Tarsa & Zibith, & Damar Arabie felicit maximis uribus.

CAPVT XI.

ILLinc mouens contendi ad urbem Taessa nomine, peractio prius dierum trium itinere: monti imposita est, sed uisu pulcherrima: ibi elegantium rerum ingens ubertas, & præsertim rosacea aqua, urbs est antiquissima, inq; ea delubrum instar templi diuæ Mariæ ad rotundam urbis Romæ constructum, ædes ibi elegantiores, adhuc antiquitatem præ se ferentes. Eo conflunt commerciorum causa negotiatores prope innumeri: amictu non dissimili à memoratis utuntur, coloris subcinerici. Inde abiens profectus sum itinere tridui ad aliam urbē, Zibith nomine, pulchram sanē, eandemq; optinam: à mari Erythreo abest itinere medie diei, ingentiumq; mercimoniorum urbs est, suppeditante merces pelago: honestata est dote plurimarum rerum, & comprimis sacchari uerioris, & omnifariam fructuum. Sita est in latissima planicie intra duos montes, mœnibus caret: illie aromatu omnē genus præcipuū est emporium, aliaq; largiter inde euehūtur, habitū ac colore ut supra dictū. Ea uisa urbe, ad aliam Damar nomine con cito gradu me contuli, unius diei peractio itinere: à Mahumetanis colitur, qui commercijs eximie incumbunt, urbs fecunditate non postponenda prioribus, nec amictu moribusq; indigenæ memoratis sunt multum ab similes.

De Sultano præmissarum urbium, & qua de causa Sechamir dicitur.

CAPVT XII.

HAc urbes, quarū paulo ante mentio facta est, Sultano Arabie felseis, qui Sechamir dicitur, parent. Secha sanctus interpretatur, amir uero prius cepit.

Anthropo-  
phagus

Zibith urbs

ceps.  
mana  
quod  
num-  
loris  
c  
antur-  
tis colINde  
citer  
nifaria  
ibi fer  
ellieit  
quent  
cā eni  
compl  
tibus:  
simula  
ergo it  
rator e  
lum faDV  
ge  
à cep  
habere  
dedissa  
cstius  
erant  
be Ad  
hunc c  
rum in  
morant  
opperIN ea  
poric  
neunt  
quem p  
imper  
de in P  
ricam,  
fert ag  
tit etia  
mellisc  
sissima  
lum su  
quorum  
star tau  
scemin  
canum  
etiam u  
gitudin



ceps. Sancti appellatione hominem ob id dignantur, quod aiunt ipsum humanarum caritatem, si bella excipias, expertem esse. Illud etiam noueritis, quod per id tempus quo ille agebam in uinculis, supra sexdecim hominum milia alebatur singulis singulo die dantur leni minutores postremis ualoris denarii pro uictu quo trahere in custodia animam queant. Ita accipiuntur, qui plecendi morte erant: idem domi totidem mancipia nigricantis coloris alit.

De Cecropibecis, nonnullisq; animalibus humano generi in sensis.

CAPVT XIII.

INde abiens redi ad urbem Aden nomine tridui itinere prius peractio: ceteriter medium iter nactus sum editissimum uasti simumq; montem, is omnifariam abundat animalibus, & comprimis. Cecropibecis, palabantur et ibi ferè complures leones, presertim hominibus supra modum insensibiles, idq; efficit, ut illi exitum inter non pateat, nisi eentum simul uicatoribus, qui frequentiore numero perterreant feras: illud testari licet, quod coram uisimus: ea enim habentes iter, apertum discrimen subijimus, feris nos consecrantibus, complures tamen arcubus ac fundis consecimus, canibus etiam opem ferentibus: tandem aliquando periculum euasimus. Ad urbem ut perueni, cepti simulare ægritudinem, quasi per graui affligeret capitis grauedine: perditus ergo in delubro iacens, noctu tantum prodibam, conuenturus nauis moderatorem, impetratq; ab eo, ut & mihi conscendendi liburnicam uel clanculum faceret potestatem.

Catti mæstini uulgo.

De nonnullis Aethiopiæ locis. CAP. XIII.

DVm pergitur ex instituto uarias peragrarè regiones, commissi pelago, fortuna inconstantia, nec non equorum interturbatione multijuga, à cepto itinere aberrasti sumus. Quum itaq; intra senos dies iter in Persida haberemus æquora sulcantes, iamq; septenis diebus navigationi operam dedissemus: ecce in mari seuior oborta est tempestas, fluctuante salo, dæctioq; citius nos à meditato itinere auertens in Aethiopiæ oras transtulit. Onustæ erant liburnicæ rubricæ insciscendis pannis aptissima: nam quotannis ex urbe Aden rubricæ onustas naues quinque ac uicenas negotiatores abducent hunc colorem insciscendis lanis mittit felix Arabia. Iactati itaque uel uentorum in portum quendam Zeila nomine impingimus, ibiq; quinque dierum moram fecimus, tum ut urbem inspicere mus, tum uel maxime, ut tantisper opperiremur, donec mitesceret æquor.

De Zeila urbe Aethiopiæ, deq; fertilitate illius, ac nonnullis animalibus eiusdem urbis.

CAPVT XV.

IN ea urbe magnopere commercia uigent, ceu in famigerato admodum emporio, auri ac eboris mira est ubertas, ibiq; propè innumera mancipia ueneunt haud ingenti pretio. Hi ex regno Aethiopiæ, cui is Aethiopus rex, quem presbyterum Ioannem dicunt, siue Iacobitarum principem appellant, imperitat, ab Mahometanis qui Mauri dicuntur, in prelijs corripuntur, inde in Persidem, ac felicem Arabiam Indiamq; necnon in Babylonem Niloticam, ad Mechamq; traducuntur, illic in pretio est iustitia, relictq; uiuunt fert ager triticum, affatimq; carniū, ibi uisitur eopia multarum rerum: mitit etiam oleum abundantius, sed non ex oliuis, uerum ex re nescio qua alia mellisq; ac cere plurimum: sunt etiam illic uerueces nonnulli, qui pendero sissimas trahunt caudas, utpote pondo sexdecim librarum. His caput ac colurum sunt nigricantia, cetera sunt albi: sunt item uerueces profus albicantes, quorum cauda cubitalis est longitudinis, modo elaborata uisus: plecaria instar tauri à mento pendent, humum propè uerrentia: inerrant aruis boues feminae certina cornua habentes, hæ non sunt cicurate, sed syluestres: ubi capuntur, dono Sultano eius urbis eorum quiddam dantur. Vaccas etiam uidi cornu unicum in fronte media habentis: instar monocerotis, longitudine supra palmi magnitudinem: his cornu in terga respicitur, coloris

Verueces.

Vacce unie cornu.

o loris

lotis sunt phœnicæ: illæ uero quas memorauimus, in colore nigricantem inelant: ibi uberrime uinitur annona uiliseente: urbem incolunt innumeri negotiatores: mœnia sunt excelsa, portusq; despicabilis, estq; incontinenti telluris. Illi moderatur rex Mahumetanus, sub quo peditum ac equitum complura milia merent stipendia: rei bellicę plurimum student: interuulatum amicituntur. Color est ijs subeinerictus, inermes ad bella exeunt, latro Mahumetis additi.

*De barbara insula Aethiopię, deq; eius incolis.*

## CAPVT XVI.

POSTquam scitantis pelagi tumor esferbiuit, uela uentia dedimus, moxq; insula cui Barbaræ nomen est appulimus. Princeps eius est Mahumetanus: insula non patet plurimum, sed culta est admodum, habitatores frequentior: multifariam carnes mittit. His est subnigricans color: quicquid opum possident, id habent in armentis. Illic moram unius diei fecimus, indeq; abscedentes, in Persidem uelificauimus.

## LVDOVICI ROMANI PATRITII

## PERSICARVM RERVM LIB. III.

*De nonnullis Persię urbibus & portibus.*

## CAP. I.



*Diuobander:*  
*rumi*

D dies duodenos maria sulcauimus: tandemq; appulimus urbē quādā quæ dicitur Diuobanderum, id est, diuus Turcharū portus, ea parum à continēte abest: quando intumescit undabundum æquor est insula, aquis eā ambientibus: ubi uero resedit mare, iter est ad eam terrestre: parēt Sultano Cambaie. Moderatur urbi quidam nomine Menacheaz: bidui illic mora insumpta est: commerciorum ingentium est emporium, eamq; incolunt ex Turcharum gente fermē quæ drin genti negotiatores: muro quaquauersum ambitur: tormenta omne genus mœnia muniunt. Naues habēt celo cibus nostris paulo minores, thalæ appellat. Soluentes inde contendimus ad aliam urbem, quæ Goa dicitur, ea abest à superiore urbe itinere tridui: illò mercimonia maxime componantur, exportanturq; ab his qui ultro citroq; proficiscuntur: celebres sunt admodum nundinæ: nec ubertate rerum opumq; magnitudine superioris urbis concedit. Palsim colitur Mahumetes. Illinc abiens profectus sum ad urbem aliam, quæ Giulfar dicitur, rerum copia abundans: ibi inter alia peropportunum portum conspici sumus. Illinc abeuntes ad alium portum Meschet nomine deuenimus.

*Goa urbs*

*Giulfar*

*De Ormo urbe, deq; insula Persidis ubi mar garibæ leguntur.*

## CAPVT II.

ABscedentes inde uelificauimus uersus urbem Ormus nomine, in clytam: ea situ elegantiore, ac unionum copia nulli urbium est secunda: sita est in insula, & maritimis urbibus præferenda omnibus: abest à continenti spatio duodecim mille passuum, aquarum potu suauium, annonæq; mira caritatis: inuehuntur fermē omnia, quæ uicium cultoribus suppeditant: procul hinc itinere dierū trium leguntur conchæ, quæ pariunt margaritas uenustiores grandioresq; cæteris baccis: captura earum fit, ut haud multo post expediemus. Sunt ibi nonnulli qui piscatu uictum quaritant. Hi uesib cymbis in mare iactum faciunt prægrandis saxi dependente fune, idq; fit ab gemina cymbæ parte, ut utrinq; iactis in profundum lapidibus, constabiliri nauis, nō aliter quàm si in ancoris foret, possit. Firmata suo pondere cymba, alius, cui id munus obtigit, in æquor iactat funem saxo dependente. In naui mediâ alius, mantica in pectus tergumq; dependente, alligato pedibus lapide se uibrat in pelagus, subusq; aquas urinantium more natat, actusq; in profundum ad passus quindenos, tantisper urinat, donec legerit conchas, in quibus delite

*Conchærum*  
*captura*

scunt



sciant uniones ac margaritæ: collectas manticæ indit, lapidemq; protinus quo pedes graubantur abiecit, funiq; innixus in superiora euadit: ibi quoad ad trecentum ferme nauigiorum genera comperiuntur, quæ undecun que contendunt. Eius urbis Sultanus Mahumetis est initiatus fide.

De Sultano Ormus, deq; seuitia filij Sullani erga parentes ac germanos.

## CAPVT III.

PER id tempus quo ego has inuisi regiones, hæc quæ mox uobis innotescunt, corrigere. Itaque Sultano undeni erant liberi, quorum minor natu opinione insipientiæ minus cordatus habebatur: primogenitus uero ob nimiam calliditatem omnium censebatur uaferrimus. Erant item eidem Sultano bina mancipia, quæ ex regno Presbyteri Ioannis regis Aethiopia in regiam ascuerat, obq; eorû merita strenuissimamq; consuetudinẽ fortunis innumeris ditauerat, natorumq; loco habebat. Inter hæc maior natu silentio noctis, parentibus germanisq; illo excepto, qui mentis impos credebatur, lumina eruit: sicq; effossa detulit in parentum cubiculum, simulq; subdito igne, parentes domumq; incendio subiecit: cuncta itaq; deflagrarunt, parentes, uidelicet, ac quicquid fortunarum inibi reperit est. Proxima luce atrox facinus cultoribus urbis innotuit, ob id tumultuari cœpere omnes, rei indignitate moti. Autor uero sceleris in regiam, ceu in locum tutissimum se recepit, ac in demortui locum suffectus est. Is uero, quẽ memorauimus amen tem esse habitum, longe alius uisus est, quàm omnium uocibus destinatus erat, cognito nephando scelere, ueluti parentum necis futurus ultor, in delubrum continuo diffugit, hæc uoce sublatisima Arabice inclamans, ô dij boni, eadem non effectus est germanus meus, confecit parètes ac germanos, confectosq; deflagrantissimo rogo tradidit. Intra quindenos dies ciuiũ exu scitatus furor resedit: quo uiso Sultanus accersit ad se alterum illorum mancipiorum, quæ dilecta à seniore Sultano prædiximus, nomine Mahumetem: quod ut uenit, Sultano Arabica lingua inquit: Quid ais princeps? At ille, Sultanus sum. Tunc mancipium, Ita me hercule Sultanus es. Tum ille manu apprehensum hominem, blandiendo secũ ducebat, illumq; Arabice alloquens subdit: I & focium tuum occidit, pro qua re tibi septem oppida polliceo daturum quamprimum. At mancipium, Mi princeps, inquit, triginta annis conuictorem habui focium hunc meum, propterea id sceleris quod iubes non ausim nunquam. Tunc Sultanus, Sinito inquit. Verum intra triduum uocato ad se altero mancipio, itidem agit cum eo quod cum superiore mancipio tentauerat, insidias illi necens. At ille cui Chaim nomen erat, hoc intellecto, Fiat, inquit, in dei nomine mi princeps: moxq; clanculũ loricatori iubar obiturus principis imperata. Ut igitur ad focium peruenit, facere nequit, quin scelus uultu proderet. Eo uiso, haud mora, intellexit in se eudi fabam hæc, & proditoris appellatione inclamans focium, Venisti, inquit, proditor leto me traditurus: at ille, ne utiquam huiuscemodi operam nauaturus accedat: Mahumetes, nequis insicias ire, quando certe conscius patrandi sceleris animus luridum effecit uultum, ob id haud euades, quin te protinus maetem. Cognito Chaim in certissimam notionem insidiarum quas fruebat deuenisse, gladium quem strinxerat, ad pedes socij abiecit, illicoq; humi stratus ueniam precebat plorabundus, identidem inclamans, parce mihi mi princeps, nam mors mihi iure optimo debetur, ob id confice me eodem mucrone, quo te maetaturus accesseram. At ille, nemini profecto dubium est: quin sis perditissimis proditor, quippe qui triginta ferme annis inuolatus usus contubernio conuictor perennis fuisti, & nunc necem illaturus aduenisti: nemum miser intelligis hunc qui tibi id negotij demandauerat eadem na esse? Verum confurge, quoniam iam tibi parum est: illud etiam noueris, iugi triduo hanc furiam me ingentissimis onerasse pollicitationibus, ut mortem quam mihi illaturus adueneras, prior tibi in ferrem: sed ego conditionẽ aspernatus, facinori atrocissimo minime sum assensus. Verum finito deos

agere immortales: tu tamen si me audis, continuo nauabis eam operam qua  
 mox subijciam. Conuenias uelim Sultanum, illiq; dicas te leto me tradidisse.  
 se. Ad hac Chaim, Subibo imperata princeps, quare ad Sultanum profes-  
 sus est: quo uiso Sultanus inquit, heus Chaim, ma'stali ne amicum at ille,  
 confecti me hercle princeps: tunc Sultanus, accede propius: herenti iam prin-  
 cipis lateri, Sultanus gladio pectus fregit. Perendino die Mahumetes clan-  
 culum induit loricam, seq; ad Sultanum recepit. Hunc ut conspicatus est  
 Sultanus in cubiculo, Canis, inquit, cane natus, adhuc frueris aura q̄therea?  
 Cui Mahumetes uiuo quidem in contumeliam tuam sumq; te actutum ma-  
 ctaturus caecodamone deteriozem. His dictis collato pede digladiari cepe-  
 runt: concertatum est nonnihil tandem praeualente Mahumete, mortem oc-  
 cubuit Sultanus. Quo factio, haud mora, uictor Mahumetes regem occludi,  
 firmariq; praesidio iubet. Iuerunt Mahumetem populi in eum ardentissima  
 studia. Ad eam diem charus fuerat populo admodum, ob eam rem cunctus  
 populus acclamationibus laeticiam testans Mahumetem Sultanum saluta-  
 bat. Dum itaq; Sultanus in principatu uigesimalium diem egisset: illis tran-  
 sitis, classico ad se primores urbis, necnon negociatores, reliquumq; ferme  
 populum uocat. Quibus ita loquutum esse accepimus, quod a se factum au-  
 dierant, non ultra id patratum fore, nequiuille fugere urgentis fati necessita-  
 tem, probe se intelligere id principatus sibi haudquaquam deberi: propte-  
 rea ab eis impetrare uelle, ut illi moderandi regni darent habenas, qui quan-  
 doque ad imitationem stulticiae factus, parum cordatus uidebatur, ad hunc  
 iusto iure pertinere imperium. Concionati Mahumeti assensum est: moxq;  
 illi, qui amens habitus fuerat, in demortui locum susceptus est, moderatore  
 tamen Mahumete: nam postquam facinus ausit Mahumetes, omnium con-  
 fessione, deorum amicus credebatur. Ob id ultro ab cunctis moderandae ur-  
 bis illi datum est negotium, despiciente praesertim Sultano, cuius in superio-  
 ribus abunde meminimus. Nec uos lateat in ea urbe ad quadringentos ne-  
 gotiatores usq; morari commerciorum causa, quae illic plurimum uigent, il-  
 lo enim comportantur sericum, uniones, margaritae & id genus bacca, aro-  
 matumq; ad fatum. Viuunt plerumq; oriza, quonia ea regio triticu non mittit.

*De Eri urbe in Chorazani regione Persidis, deq; eius opibus, & complurium re-  
 rum copia, praesertim reubarbari.*

CAP. IIIII.

**I**Nde discedens in Persidem sum profectus: peracto duodecim dierum iti-  
 nere, ad urbem quandam Eri nomine perueni. Regionis nomen est Choraza-  
 ni, ea appellatione qua & nos Flaminiam nuncupauimus: urbem Eri regio-  
 nis eius rex incolit, ea est omnium ferme rerum ferax, uisiturq; tanta serici  
 copia, ut una die emere queas tantum serici, quod ternis camelorum milli-  
 bus onerandis sufficiat: ibi nunquam ingrauefcit annona ob rerum uberta-  
 tem. Reubarbari in primis mira est copia: ea coniectura id sum assequutus  
 quod senae reubarbari librae nostro more pondi unciarum duodecim lingu-  
 lo aureo nimmo ueniebant: urbs umbitu circiter septem millium aedium  
 continetur, colit Mahumetem quam qui maxime. Abiens illinc itinere die  
 rum uiginti, animaduerti regionem intra terras procul ab litore maris frequen-  
 tem esse admodum uicis ac oppidis, eisdemq; summo opere cultis.

*De eo flumine quod arbitramur esse Eufratem*

CAPVT V.

**P**erueni tandem ad quandam annem, quem ipsa incolarum lingua Eufra  
 appellant: hunc ego crediderim Eufratem esse, uastioris cocepta culi du-  
 ctus argumento. Dum itaq; secus fluum in laeuorsum iter ago, tridui peracto  
 itinere, ad urbem aliam peruentum est Schiram nomine, ea unicum princi-  
 pem habet, eundemq; Persam, alij nemini parentem, addicimq; fidei Ma-  
 humetanae. Ibi omnifariam pretiosi lapilli inueniuntur: & comprimis Era no-  
 lapis, qui abigit lymphationes, pellitq; formidines, thurchicam appellant  
 abunde

*Serici copia*

abun-  
gens  
peru-  
quide-  
id h-  
go con-  
periri  
tumb-  
moue-  
storei  
adulte-  
guent-  
huius  
Persae  
comissi  
struer-  
bam, r-  
in urb-  
ut me-  
ne ille-  
ferendi  
postqu-  
quod &-  
dieru  
iugis o-  
cingit

I

**V**R-  
de  
addit  
equitu  
ma: no  
progre  
ac Om  
torum  
quos u  
nit. In  
quam  
sima co  
quam  
nomen  
tius. S  
uenust  
quod  
ex mul  
to, ad  
sue co  
agebat  
animo  
us illu  
reuerf

lit



abunde enim aduehuntur, ut ferebatur, ex urbe Balascham nomine, ubi ingens est ubertas castorei, sibiq; colorum complura genera. Illud uobis compertum fiet, quur perraro apud nos castoreum syncerum inuenitur: prius es quidem adulteratur, quam ad nos comportetur, Persis adule erantibus: nam id hominum his uasramentis adulterandarum rerum concedit nemini, id ego coram perspexi, uoluitq; quando cunq; synceri castorei uim oderiferâ experiri. Igitur conspiciatus sum aliquâdo quospiã huius rei periculũ faciētes: iumebāt em uelicã castorei, eamq; conceptam mox naribus olfaciendã ad mouebant quaterni ex ordine homines, ea admota, tanta erat fragrantis castorei uis, ut olfaciētib. eliceret sanguinẽ e naribus, idq; præ se ferebat haud adulteratũ castoreum. Percuncta bar etiam Persa, an castoreum ut cætera unguenta, quæ suis moriuntur horis illico expiraret. Pro responso habui, uim huius odoris adseruari ad annos denos, si modo non adulteretur. In qua re Persæ eminent præstantq; plurimum: inuicem hi sunt cunctiorum hominum commissimi, & comprimis libertate præferendi omnibus: neque id ausim adstruere, nisi coram eiusce rei periculum fecissem. Per id tempus quo illic agebam, nactus sum sibi negotiatorem quendã Persam: qui me superiore anno in urbe Mecheq; cognouerat, is erat oriundus ex urbe Eri in Chorzain: qui, ut me conspiciatus est, Ludouice, inquit, quis te impulit has uisere sedes, nonne ille es quem dudum apud Mecham noui: Cui ego, Sum quidẽ ille, qui uisendi orbis desiderio mirabilẽ in modũ ardeat Persa, deus laudetur inquit, postquã offendi comitẽ mei itineris quempiã, qui eodẽ desiderio teneatur, quo & ego capior: quare in urbe, cui Squilaz nomen est, mora quindecim dierũ inlumpia est. Persa uero me hortabãt, ne h se discederẽ, futuris itineris iugis comes, ut eo duce præcipuã orbis partẽ peragraremus. Itaq; itineri accingimur, profecturi uersus eũ locũ, cui Sanctio Braganti nomen est inditũ,

De urbe Sancti Braganti, & quomodo Babylonem magnitudine exæquat, deq; Persarum rege, qui Sophi dicitur. CAP. VI.

URbem Sancti Bragantes ferunt magnitudine Babylonĩ minime concedere: quippe quam ualidissime patere autumãt: eius rex Mahumeti est addidius. Memorant negotiatores habere in armis ubi liberuit ad sexagena equitum millia: gens inclinãt in colorem albicantẽ, bellicoq; usui apusissima: nos uero hęc ac aliorum narratu adfirmamus: non enim ultra progredi licuit grassante ac seuiẽte Sophi in eos qui Bobachar & Othomar ac Omar sacris sunt initiati. Hi Mahumetis collegæ fuere, eiusq; desframentorum conscq;. Qui itaq; his fidem censent adhibendam esse, absuntur: quos uero nouerit Mahumetis ac Hali sacra, imò prophana colere, illæfos sinit. Inter hęc comes meus accersito me, ait: Vt scias Ludouice quãti te faciã, quam uẽ ex meo contubernio tibi prospectum iri aueam, institui te arcissima coniunctione mihi deuincire, ut hoc nexu compertum tibi sit, me nulloquam defuturũ esse ceptæ necessitudini. Est, inquit, mihi neptis, cui Samis nomen est, hanc tibi matrimonio iungi ita cupio, ut nihil desiderem ardentius. Samis eorum lingua Phœbus dicitur. Nec id ab re, Phœbo profecto uenustior candidiorq; erat. Adiecit ad hęc ille, se non ambire orbem, ob id quod cuiuspiam rei egens esset, uerũ solius animi ac uoluptatis causa, quã ex multarum rerum cognitione proficisci adfirmabat. Quare gradu reuocato, ad urbem Eri nomine redijmus: quò ut peruenimus, excipit me domi suæ comes meus honorifice & amanter, ostensaq; nepte, instantius mecum agebat, ut iure matrimonij uirgine potiri uellem. Ego uero qui longe alia animo destinaueram: præ me tult id quidem non aspernari, sed commodius illud agendum esse arbitrabar: quare intra octonos dies inde abeuntes, reuersi sumus ad urbem Ormus nomine: illincq; soluentes in Indiam ueliscauimus: & tandem aliquando portum appulimus, qui lingua indigenarum Cheo dicitur.

alias Semes

# LVDOVICI ROMANI PATRITII

INDICARVM RERVM LIB. IIII.

De urbe India Cambaia, omnium ferme rerum ferax,

CAPVT I.



*Induit su.*

VONIAM in operis huius exordio, si recte meminimus, spondidimus cuncta nos denariatos esse compendio, lius quam quibimus, ne plus iusto proluxior oratio fastidium pareret lectori, de creuimus ob id promissa dissoluere, & ab instituto haudquaquam recedentes, ea uestris auspicijs tantum scripto prodere, que narratu digniora uidebuntur. Indiam igitur ingressi ad portum quemdam deuenimus, hunc praeterfluit ingens fluuius, cui Indo nomen est isq; non procul abest ab urbe quae Cambaia dicitur. Ea ad tertium lapidem posita intra terras respicit meridiem: ad eam non est liburnicis uel aethuarijs nauigijs accessus, nisi inundet flumē uberius solito, qui aliquando ad tertium uel quartum lapidem irrigare maiore auctu arua consueuit. Verum auctus inibi fluminum contrarias uices in crementorum habent, quippe qui non nisi decrescente luna augetur: apud nos uero plenilunij tumescunt amnes mirandum in modum. Urbs muro nostro more ambitur: cunctisq; ferme abundat, re praeter frumentaria, ac fructibus omnis generis. Ibi inter caetera complura atomatum genera reperiuntur, quorum nomina me latent, illic etiam gossipium abunde inuenitur, uulgo bombox dicitur: asportant inde negotiarores annis singulis tantum gossipij ac ferici, ut quandoq; quadragenas aut quinquagenas naues harū mercium abducant, alioq; comportent: In eodem regno is mons reperitur unde eruiunt onyx, corneola uulgo dicitur. Nec procul inde est mons unde exciditur calcedonius lapis, adamasq;.

De moribus incolarum Cambaiae praelare.

CAP. II.

IAMiam subijciemus Sultani eius situm ac mores: is Machamud dicitur, quum ibi essem agebatur quadagesimus annus, quo ipse regnum indeptus fuerat, rege Gugeratorum depulso. Et nullū animal occidere cibi gratia, nullaq; carne uesci optimum esse arbitrantur: non sunt Mahumetani, neq; idolorum cultores. Ego uero crediderim, si baptismi caractere insignirentur, eos parum à salute abesse: nam genus est plenum iustitiae quippe quod alijs non infert, quod sibi inferri noluerit. Si habitum quaeris, pars nudi agunt, pars tantum obscena uelati: caput uincit gausape, coloris purpurei. His aut colos est subfuluus, ob eam causam à Sultano regno pulsi dicunt de cuius moribus iam descendo dicturus. Huic igitur sunt in armis equitū uicena millia: singuloq; mane in regiam ueniunt quinquaginta uiri elephantis insidentes: quibus id solum negotium datum est, ut uenerabundi regem uenerentur, beluis genua flectentibus. Mane uero rege expectecto, crepant cymbala, tympanaq; audienturq; sonantes tibiae, nec non buccinatores: ad sunt & complures alij, qui multijugis instrumentis musicis laticiam uiuentis regis testantur: itidem pransuro agunt: adsuntq; itidem discumbenti memoratis elephantis insidentes, & rursum cōsuetu munere colendi principis fungitur. Locis suis animalium huiusmodi ingenij ac consuetudinē denarabimus. At Sultanus memoratae urbis superiora labia adeo prominentia habet, ut illis aequae ac mulieres capillo caput uinciat. Barbam uero albiacantem gerit aduque umbilicem promissam: ueneno ita assueuit, ut omni die quippiam hauriat, ne putes ad ipsam satietatē uenenum sumi. Letho traditurus è satrapis quempiam, ad se accessitum, cui mors imminet, nudum sibi assistere compellit, moxq; edit nonnullos fructus, chofolos uocitant, instar nucis myrsificae muscatam appellant, mandit etiam quaedam herbarū folia, modo mali Assyrii, tambolos nominat, addit etiam attritarum e concharum ositae calcem, simulq; cuncta mandendo ruminat. Tandem in eum, quem

*Sultani de scripto.*

cupit



cupit occidi, expulit, aspersoque eo, continuo mors subsequitur, presentaneo ueneno ultimam perimentem: nam ubi in hominem ut praemisimus, expuerit contrita uenena, intra medietate horae spatium perfulsus ueneno in terram corruiens effrat animam. Huic etiam sunt circiter quaterna scortorum millia: nam ubi semel concubuerit cum quatuor meretricum, proxima luce uitae exiit: depositam interulam amictusque mortaliu nemo attingit. Mutatoris opus est prope innumeris. Sciscitabatur diligentius: ab negotiatoribus comes meus, ut de hac profecta esset perniciosa uenenorum. Aiebant illi parentem Sultani a cunabulis natum aluisse ueneno, propterea uni sibi innocuum sola consuetudine factu esse, ceteris uero perniciosum ac lethale esse admodum. Veru de rebus Sultani modum facientes, incolarum mores descripturi, redeamus unde sumus digressi. Hi igitur plerunque sola tunica inferiore uelantur, omnium sunt bellacissimi, commercijsque student quam qui maxime: regionis ueritas pro meritis referri non potest. Ea frequentatur ab ultero citroque comitantibus ex omni ferme mortalium genere. Inde hac de urbe altera, cuius quum oportunu duxerimus, meminisse est animus, ad uarias multiplicisque regiones orbis innumera merceimonia euehuntur, ad Turchos praefertim, Syrosque, Arabas felices, Indos uel, & item ad Africam incolentes, Aethiopsque, & alios mortalium plurimos: sericum in primis, ac xylon, bombicem appellant, illinc exportant. Hinc est quod ille Sultanus omnium censetur ditissimus, mercimonijs ibidem mirabilem in modum uigentibus. Hic maximas exercet similitates cum rege quodam, qui logae regno imperitat, quod abest a supradicto rege itinere dierum quindecim. Itaque huius regis logae imperium longe lateque patet, illique in armis sunt triginta amatorum millia, idolorum est cultor, omnisque eius populus: suntque opinione sanctitatis apud ceteros reges magno in pretio, celebresque admodum: nam ex instituto rex huius in uno die singulo triennio ter uel quater peregre proficiscitur, aliterque aliena impensa dum peregrinatur, ut apud nos uoti cuiusuis gratia peregrini circuire regiones solent. Trahit secum ad quaterna contubernalia millia, socium sane feruorum ordinem: coniugem insuper & natos omnes circumducit: ducit etiam quatuor uel quinque seruidos sonspedes, felesque qui odorem illum gignunt lecidissimum. Gibellum uocitant, cercopithecosque compluresque, plitacos item ac pardos, accipitresque, hocque ordine ambit ferme Indiam totam. Illi habitus est geminum corium caprinum, altero prioris partem, posteriori altero corporis parte uelant, ullo extra eminent: coloris est prope mustelini. Ibi enim ob incendium candentis syderis nigrescere ac torrere corpora incipiunt: omnes in aures gestant dependentibus omnifaria monilibus lapidibusque pretiosis: alij exerto brachio uelant corpus, alij sola interula amictiuntur. Rex ac nonnulli procerum maximi puluiculis odoriferis quasi per speciem maioris claritudinis, infecta faciem circumferunt, ac reliqua corporis infecta: alij alijs uanis ducuntur superstitionibus, induxerunt in animu alij ne humi procumbant unquam, alij ne toto corpore strati confidant in terra: alij ab omni eloquio ueluti elingues temperant: his uero adsunt terni aut quatuor terni homines, qui mutis uictu suppeditant: omnibus in uniuersum cornu e colle depedit: illi ubi ad urbem quampiam peruenerint, incolas, ceu agunt apud nos cornicines, admonentes simul omnes concinunt, eosque concentu strepitum ab mortalibus petunt. Rege domi sedente trecenti, aut sane quadringenti homines simul peregre exeunt. Nec plus triduo, modo Aegyptiorum, in eadem urbe morantur. In manibus ferunt scipionem in ima parte ferreo orbe munsum: alij orbes tantum quaqua uersum limatos nona culae instar incidetes ferunt: illi quos oderunt impetunt funda lapideis uibrantes: quare ubi in urbem aliquam uenerint, ab omnibus excipiuntur placidissime, illisque impune est uel urbis summatim occidisse, quando profecto id agere diuinitus creditur: ager non est ferax admodum annona ingravescente. Regio montibus plurimum asperatur: coru aedes sunt despicabiles pessimisque incolatus: urbes muro am-

Rex logae.

bitas non habent: horum opera ac studio comportantur ad nos margaritas, & id genus monilia, illudq; non difficulter efficiunt, peregre quoquo uoluerint aliena impensa proficiscētes. Hi igitur ob propē inaccessā regionem, Sultano Machamir maximū exhibent negotium.

De urbe Ceul, deq; moribus ac audentia eius populi.

## CAPVT III.

**A**biens ab urbe Cambaīe me recepi ad aliam urbem Ceul nomine, quae a Cambaīa itinere dierum duodecim abest. Ager qui inter utrunque intercedit Guzerat dicitur. Rex eorum idola colit: his est colos subfuluus, pro amictu alij interula utuntur, nudi agunt alij, tantum obscena uelati, nudis pedibus ingrediuntur, apertisq; capite prodeunt: si per paucos Mahumetanos negotiatores excipias: ad bella sunt promptiores, in praelijs ense, arcubus, lanceis harundineis, clypeisq; orbiculatis utuntur: tormenta habent quibus prouunt montā, stragesq; inferunt armatis exercitibus. Ea urbs munitissima mōtia habet, distatq; a mari duobus ac mille passibus: praeterfluit urbē amoenissimus amnis, quo ultero citroq; undecunq; mercimonia comportantur, accedentibus eō exteris liburnicis: copiam praestat ager saepe natura omnibus abundans, si uitas, iuglandesq; nuces ac castaneas excipias: legitur triticum ac hordeum, adfatimq; leguminum, Illic etiam cōficitur gōspitinus pannus, eorum fidem prudens praetereo, quando certe constat eos eiusdem patriae esse, cuius est rex Calechur. Horū meminisse haec cordi mihi, ubi fore opportunum duxero. Illic complures negotiatores Mahumetani degunt: aēris temperies calidior est, quam ubi est frigidissima: iustitia ibi maxime uiget in pretio: regi in armis non sunt frequētes milites. Regio fert equos uacuasq; plurimas. Discedēs illinc ad urbem quandam Dabuli nomine me contuli, itinere bidui ab superiore urbe distat: hanc ingens fluuius praeterfluit, nostro more mōtia habet, ager est fecundus, ipsaq; urbs amena admodum, sibi negotiatores propē innumeri Mahumetani. Rex idola colit, huic ad triginta hominum millia in armis sunt: corpora animosq; ut superiores populi exerceant: genus est plenum iustitiae: his idem est cultus corporis, ut cūsusq; ac mores insunt ut illis quos supra memorauimus.

Dabuli urbs

De Goga insula Indiae, deq; eius regē.

## CAP. IIII.

**S**oluens illinc profectus sum ad eam insulam cui Goga nomen est, ea ab continente abest mille passibus haec regi de Dechan quotannis pendit uae gāgalium nomine mille aureos, Perday eorum lingua appellantur: si horum formam quaeras, angustiores contractioresq; sunt saraphis Babylonicis sed longe crassiores: ab altera parte pro superscriptione bini sunt insculpti dāmones: ab altera uero cernitur nescio quid literis exaratum. In ea insula maris fecus litus uisitur oppidum more nostro constructum: illi est praefectus dux quidam militum cui Sauain nomen est: sub eo quadringenti Mamaluchi merent stipendia, ipsesq; Mamaluchus est: is ubi cōsequi potest quempiā ex uiris albicanibus, eum beneuole excipit, ceterisq; adnumerat militibus: conducere enī eos consueuit stipendio uiginti aureorū mense singulo: sed prius honores huiusmodi nō centuriat, quam hūc morem seruauerit. Iubet igitur centuriaturus delectumq; habiturus, geminas ex corio afferri diploides, ipse alteram, alteram uero induit is qui admittendus est ad militiam. Ut itaque uterque diploidem induit, luctantur non nihil: ubi is qui adscribit debet inspendiatorum militum numerum, inter luctandum repertus fuerit praestanti fortitudine, corporisq; uiribus eximius, uirumq; se explicuerit haud mora, militibus sociatur: in minus, sellulariae aut cerdonicae arid mancipatur. Is itaq; dux cum quadringentis Mamaluchis regi Narlinga negotium ingens exhibet, huius mentio fiet locis suis. Recedens inde contendit terrestri itinere octonīs diebus ad eam urbem quae Decan dicitur.

Militum delectus

Perday

De Decan



De Decan urbe Indię pulcherrima, deq; multitudine eius monillium generibus.

## CAPVT V.

VRbi Decan memoratę moderatur rex Mahumetanus, sub quo prædictus Mamaluchorum præfectus stipendia meret. Ea urbs uisus est pulcherrima, seraxq; ferme rerū cunctiarum. Eius rex inter Mamaluchos adnumeratur, & cum eo ad trigintaquinque hominum millia suę ditionis, si peditū equitūmq; recenseas numerum. Urbem decētissime elegans regiā exornat: regiam honestant loca complurima: nam priusquam ad regis cubiculum deuenias, per quadragena quaternaq; cubicula tibi transeundum est: sic enim disposita contignatio est, ut alteri alter aditum locus præbeat, donec ad nouissimum peruenieris. Urbs more Christianorū mœnibus ambiur: domus sunt haud inelegantes. Rex uero utitur fastu, pompamq; ducit incredibilem. Qui regi famulantur, in summis sotularibus circūferunt pyropos ac adamantes, & id genus lapides pretiosos. Quę uero monilia pro inauribus ac condatis ferant, cogitent ipsi quibus acerrimum est iudicium, quō pedes eminentioribus corporis partibus contulerint. In eius regno mons est, unde erui dicitur adamas. Is mons est ab urbe ad sextum lapidem, muroq; quaquauer sum circumdatur: ipsum firmissimum adseruat prædidum. Scatet ea regio ferre rebus omnibus in uniuersum. Mahumetem colunt amiciuntur fericis uesibus, uel interula ex serico elegantiores: cretis tenuioribus cū caligis instar renigum utuntur. Mulieres Damascenarum sceminarum modo uelant faciem, ne unquam fatient intuentium aspectum.

Adamas  
foaine

De regis diligentia peritiq; discipline militaris.

## CAP. VI.

IS rex cuius paulo ante meminimus, diutina bella gerit cum rege Narsinge. Qui illi parent populū Mahumetem colunt: milites plerunq; conducit exteros aduenasq;. Illis est colos albicans, indigenis uero subfuluus. Rex opibus diuitijsq; uberioribus ac liberali consuetudine nemini sermē cōcedit. In mari etiam classē habet ualidissimam. Odit Christianos quam qui maximē. Peragrata ea regionis parte, iter cepimus uersus urbem, cui Bathacala nomen est.

De urbe Indię Bathacala, deq; eius ubertate, præsertim orizę, ac succari.

## CAPVT VII.

A Best urbs Bathacala ab urbe Decan itinere quinque dierum, arte & natura nulli urbiū postponenda. Rex idola gentiliū ritu colit: circuitur mœnibus, estq; à pelago ad primum lapidem: portum non habet maritimum. Qui è mari illuc mercimonia comportant, aduehunt amne perquam mediotri. Illic moram degunt complures negotiatores Mahumetani ob commercia, quę inibi summo opere uigent. Amnis præterfluit urbem: ager mittit orizam, saccharum, & illud comprimis quod candidum uocitamus. Ibi fici ac iuglandes reperiuntur, ut inde urbe Calechur: latræ demonum sunt additi, ut incolæ Calechur: Mahumetani tamen seruant ritus suos. Equis, mulis, alinis uē haud utuntur: uaccas, bubalos, pecora & capreas habent. Regio tritici, hordei leguminūq; ferax non est, uerum fructus omnifariam alijs inibi leguntur Indico more. Dimissa ea urbe ad insulam quandā Anzediuam nomine me recepti: ea colitur à Mahumetanis idolorūq; cultoribus: distat insula à continente stadijs quaternis: ambitu uero patet uiginti mille passuum. Illic coelum minime elemens est, agerq; in fecundus. Intra insulam ac continentem terram intercedit portus commodissimus. In insula aquę potu suauissimæ hauriuntur.

Anzediā  
insula

De nonnullis optimis Indię urbiū.

## CAP. VIII.

ILlic discēdens iter à me ceptum est uersus urbem quandam, cui Centacole nomen inditū est, unius diei itinere prius absoluto. Fluic princeps haud magnarum opum moderatur. Assatim inibi carniū ubertas inuenitur orizęq; ac omnifariam fructuum non aliter quā apud Indos. Ibi complusculi Mahumetani commercia exercent. Rex idola colit: genti colos est subful,

Centacola  
urbs

subfultus: nudi prorsus agunt, apertoque capite prodeunt. Princeps huiusmodi regi de Barthacal paret. Inde abeuntes itinere bidui itum est ad insulam quandam aliam Onor nomine. Rex eius latrunc additus est demonum, & regis Narlingæ subit imperam. Is est omnium comissimus, expers fastus: huius iussu circiter octonæ liburniæ assidue maria sulcant, & prædanda quidæ excursionibus uacant. Hic summa necessitudine ac uinculo amoris regem Portugallie complexitur. Gens obscena lindone uelut, cetera sunt nudi. Mittit ager orizam ubertim non secus quam Indica arua. Illic animalia propè omne genus, ut sunt, apri, cerui, lupi, leones, ac omnifariam auitia, nostris tamè ab similia. Pavi in primis plitacis, necnò uaccæ ferè innumere, eademque subrutia: sunt item uerueces obedi admodum. Florum uero ac rosarum tâta est copia, ut ibi uel hybernis diebus nò desint. Cælum clemētius esse nequiret: cultoribus longe diuturnior uita est, nosq; in ea re exuperant. Haud longe à dicta urbe uisitur urbs alia Mangolor nomine, unde circiter sexaginta naues oriza onustæ soluere consueuerūt. Incolæ partim idolis seruiūt, partim Mahumetem colunt: uictus amicisq; ij sunt, quos supra memorauimus.

De Canonor urbe India maxima.

CAP. IX.

**D**igredientes illinc iter cepimus uersus urbem Canonor nomine, rerum pulchritudine præstantissimam. Ibi rex Portugallie munitissimum habet oppidū. Urbis rex idola colit, ipsiq; regi Lusitanie est charus in paucis. Portū urbs habet: illò cōuehuntur equi Persæ: sed immanis fuit horū uectigalia: nam penduntur pro equo singulo aureorum uicena & quina milia. Digressis inde iter introitus terras est ad Narlingæ urbem, ubi complures Mahumetani negotiatores degunt. Ager triticis, uuarum, ac omnium ferè fructuum, si ponā citrea cucurbitasq; excipias, expers est admodum. Pane non uescuntur incolæ, sed oriza, pisce ac carnib; necnò iuglandibus quas fert regio. Alio loco de eorum cultu ac moribus differemus, quam iam sit omnibus in cōfesso, eos indigenis urbis Calechut haud dissimiles esse. Inibi coepta sunt inueniri zinziber piperq;, myrobolanū, cardamomū, cassia, & id genus aromata complura. Urbem moenia haud circumdāt: aedes sunt despiciasibiles. Illic reperiuntur fructuum complura genera nostris ab similia, uorum longe sua uia: suis locis à nobis describetur eorū forma. Regio est propè inaccessa, ob frequentiores specus ui extrictos. Regi sunt in armis ad quinquaginta nobilium milia, Heros ipsi appellant. In prælijs utuntur ense, clypeo obrotundo, hastis ac arcibus: nūc uero tormentis etiam uti consueuerūt, Nudi incedūt, obscena tantum uelati: ijs apertum est caput, nisi ubi ad bella contendunt: tunc caput subrutulo galero tegunt, eoq; bis inuoluūt, uitraq; nescio qua uincunt. Equis, mulis, alinisq; non utuntur, minusq; camelis, quos dromedaris os passim uocitamus. Elephantis tantum utuntur, non tamen prælaturi. Vbi tempus appetet, dicemus abunde de arce, quam rex erexit contra regem Portugallie. In urbe uigent summo pere commercia: nam quotannis illo undecunq; ducenta ferme nauigia appellere consueuerunt. Præteritis nonnullis diebus, peracto itinere quindecim dierum orientem uersus, postquam in regnum Narlingæ deuentum est, tandem ad urbem quandam Bislynagar nomine peruenimus.

De Bislynagar urbe regni Narlingæ sacratissima.

CAP. X.

**V**rbis moderatur rex Narlingæ: ea maxime patet: muro tamen ambita in decliua montis sita est, circuitu octo mille passuum: triplici muro circumdatur: sibiq; cūctorum mercimoniorum famigeratum coelebratur imperium. Fecundus est mirum in modum ager: illic quicquid est quod ad delicias ac saluiores faciat uoluptates, inuenitur: uenationibus ac aucupijs ab his nusquam arua aptiora, syluæq; credas uoluptatis paradysum esse quam p̄. Rex indigencq; regni idola colunt. Magnarum est rex uirium: huic supra quadringenta equitum milia in armis excubant. Illud etiam non præteribo, equum ibi non minoris quam quadringentis aut quingentis pardais (si sunt

aurei



aurei nominis) uendit. Visu quādoq; euenit, ut octingentis aureis quis equum emerit: pretij hanc inmanitatem efficit, quod aliunde aduehuntur: ibiq; nulla equarum armenta; prohibentibus regibus, qui portus assertuari iubent maximos, ne importentur equae. Haec etiam sunt quadringenti ad belli usum elephantes: habet et dromedarios, qui ocyssime currunt. Haec perportantū uideatur, ut de docilitate, deq; agilissima consuetudine elephantorum non nihil differamus, ne uideamur non meminisse superiorum, quum classico lecto, ricolliquecat, nos supra id esse erebrius pollicitos. Igitur id animal docile est admodum; parumq; ab humanis abest sensibus, cunctasq; belluas fortitudine anteire solet. Indi bella iniri clitellas elephanto imponunt: sunt clitellae huiusmodi, cuiusmodi in regno Aufonio utuntur multi: clitellas subtus aluum cingunt geminae ex ferro catenae: supra clitellas hinc & hinc domus, uel si maus turrim aut caueam ligneam appellare: collo iungunt caueas, afflammata nescio quae crassitudine medij palmi: singulas caueas terni homines ingrediuntur: inter utraque dorso belluae insidet Indus, qui belluam alloquitur: illis est enim patrij sermonis intellectus; officiorumq; memoria. Constat nullum aliud animal humanis sensibus accedere propius, si amoris & gloriae uoluntatem, si probitatem conspicuam, si prudentiam; & id genus mores, quorum sunt caetera animalia expertia, spectaueris. Itaq; septeni sunt homines, qui elephantū bella iniri confendunt loricati, ferentes arcus, lanceas, enses ac peltas. Promuseis elephanti, quā manū appellant, loricatorum sili alligati, exertus ensis duorum longitudine cubitorum: crassitudine uero ac latitudine palmae humane, sicq; instructi praeliantur. Vbi progrediendū aut retrocedendum est, monet utraque dorso, cuius uocem callet elephas. Feri, inquit moderator belluae, illū, ab illo tēpera: saeuitem in altos, abstine ab alijs. At animal cuncta subit imperata, eaq; adamussim explet: aequae ac humanorum capax sensuum. Verū ubi uis euenit, ut obiecto igne pauore icū fugam arripiant, nulla re adduci possunt, ut gradū reuocent: ea gens enim mira arte ubi libuerit ignes terrendis belluis excitat. Hos adeo id animal pauet, ut nulla alia re magis terreatur. Ob id uis ignibus effusissime diffugiunt. Reliquum quid est: radesis moribus, fortitudine eximia praestat omnibus. Memini aliquando uidisse elephantos ternos maximā liburnicā in sicū trahere, ut haud multo post reserabimus. Dum ego apud Canonor urbem agerem, nonnulli negotiatorum Mahumetani in hunc modū in sicum nauim trahebāt, seruata Christianorum consuetudine, uersa nauis, exposita prora uersus continentē, subiectis ternis trahibus, tres elephanti genibus innixi, capiteq; in humum connixio nauigium in terram trahūt. Verum sunt plures qui existimant in curibus elephantos non habere internodia, plicareq; ob id nequire tibias: quod profecto a uero plurimū abest. Habēt iuncturas ut caetera animalia, sed in ima propē parte crurum. Foemina inest ferocia maior quā maribus, contumendisque oneribus illis longe maiores sunt uires: furore etiam corripuntur, id cursu lymphatico praeseferentes. Elephantes ternos bubalos magnitudine excedunt, uillo etiam non absmiles: oculi ut suis: promiscidem, quam manum appellamus, promissam admodum habent: ea ori esculenta ac poculenta admodum: subest enim iugulo os, sui sanē non absmile, hincam referens: proboscis exelata est ac caua intus: eaq; saepenumero uidi belluas porrectas capere sitipes: uidi item ab elephanto arboris truncum prostermi, tantae quidem uastitatis, ut quod effecit bellua, nos priores numero uiginti quatuor nequiuimus. At elephas uno uel altero connixu arietauit in terram. Bini dentes qui prominent, collo cātur in superiore maxilla: auriculas qua quauerum gemini palmi magnitudine habēt: nec id usq; minore aut maiore, ut assolet, proceritate. Pedes illis sunt obrotundi instar orbium, quibus discumbendo carnes excipimus munditiarum causa, ne gaufape foedetur. Pedem ambiunt quingungulae ostrinae concha latitudine. Cauda instar bubali, terni palmi longitudine, uillo rarissimo. Foeminae sunt proceriores mares: magnitudine sunt

Elephantū  
natura

multijuz

multijuga: alij ad tertiumdecimum palmum, ad quartumdecimum tolluntur; alij transcendi quandoq; in nonnullos ego eiusce magnitudinis. Adseuerabant cultores, ad sextumdecimum palmū quosdam altitudine exurgero. Lentius incedūt: sit propterea ut qui nō assueverint, non aliter quā in undabundo equore nauēā subeāt, ac insidere nequeāt. Iuniorib; ubi infederis summa afficeris uoluptate, molliter instar gradarū mule gradientib;. Vbi conscendendus est elephas submittit genua, & quasi stapedes instrueret, prebet stantendi facultatem: subleuante tamen quo p̄ā homine à tergo sessorem. Infrenes sunt omnes; nec ceruicem rectis uincit: soluto prorsus capite gradientum.

De coitu elephantorum. CAP. XI.

**I**nituri loca querunt palustria, pudoreq; non nisi in abdito coeunt: dicunturq; serē humanitus ueneri operam dare: etsi non desint autores, qui barros dicant auerſe coire. Apud quosdam pro summo munere habetur, ut regem elephantino membro donent. Id forte plurimi faciunt, ob immane pretium, quo uenēunt elephantū, utpote quingentis aureis: alij (si credere dignum) duobus millibus aureis emuntur: illud forsitan non moles corporea, sed acie ingenium præstat. Nusquā sane negauerim me alicubi uidisse gentes quaspiam, sensu ac ingenio elephantis longe inferiores. Itaq; is rex Narſingæ opibus ac imperio præstat cunctos, quos unquam conspicatus sum reges, unquamq; audierim. Vrbs situ ac elegantia urbem Mediolanum æstigmat præsentatq;: si tamen id excipias, quod in loco est decliuū, minusq; equo. Quæ illi subſunt regna, ea Narſingam circundare uidentur, ut regnum Auſoniae ac Venetiæ Mediolanum ambiunt. Ea urbe inter utraq; maria procurrente, referebant eius Bramini (hoc enim nomine sacerdotes eorū dignantur) regem singulo die ad duodecim mille Pardios pro uestigalibus, censusq; loco sumere. Huic semper in armis excubāt complura armatorum millia: quippe cui bella nunquam desunt, eo finitimis arma inferente. Idolorum est additus foedissimæ latriæ, ipsūq; sacodæmonā colit non aliter quā rex Calechut. Vbi duxerimus opportunum fore, hæc explicatus denarabimus. Viunt ut idolorum cultores: gens eiusmodi est habitus: qui maioris sunt census, tunica utuntur interiore haud oblonga, caput uero fascia uerſi colore Mahumetanorum ritu uinciunt. Gregarij obſcœna tatum uelant, cetera sunt nudi. Rex birreto panni Attalici caput exornat gemini palmi longitudine. Profecturus in prælium goliſpinam induit uestem: hanc chlamyde tegit bracteis aureis ornata. Limbum chlamydis honestant monilia sermē omne genus. Equus eius tanti esse creditur, si pretium inspexeris, quanti est quæpiam è nostris urbibus. Id efficiunt innumeri lapides pretiosi, margaritarum ac unionum complura genera, quibus phaleræ apparatu incredibili teguntur. Exeuntem in uenationes concomitantur terni aut quaterni reguli, qui deducendi regis officio funguntur: circiter equitum sena millia iter agentipreſto sunt. Colliqueſcit itaq; hunc regem opibus, diuitijs, militumq; delictu, & sexcentis similibus nemini concedere. Monetam cudit, quam Pardios appellant: & item minoris ualoris monetam aliam, quæ Fano dicitur: hæc efficiunt sexdecim minutiore denarij. Aes etiam signatum habent. Eas nomine, sexdecim quidem pro nummo argenteo exponuntur. Viatoribus tutum est iter usque quaque, modo à leonibus ferocientibus cauertit. Eſculenta quibus aluntur prudens prætereo, eadem demum denarraturus, quum de rebus Calechut sermo fiet. Rex memoratus Christiano nomini plurimum fauet, cum regeq; Portugallia: quæ pars est Lusitania, secum magna intercedit amicitia. Præter hanc gentem Christianos nouit nullos: illo enim appellunt Lusitani, honorificèq; appulli tractantur. Visa itaque hac urbe moracomplurium dierum, redijimus ad urbem Canonor. Quò quum peruenissemus, triduo ibi abſumpto, intra terras proficisci placuit, tandemq; aliquando ad urbem Trompatam nomine deuentum est.

De urbe

Narſingæ regis opulentia

Barri

V  
pe  
ille  
uun  
za,  
ad q  
cun  
loci  
una  
uen  
big.  
nom  
Cale  
null  
Indig  
uo po  
mine  
more  
beq;  
fatis  
dem  
Præte  
ſertim  
Cano  
princ  
dus re  
hinc  
mory

L



si forte  
huc est  
meridi  
num ar  
ac irrig  
ni palm  
que int  
ædium  
tis inte  
to in lo



De urbe Indiae Trompatam nomine deq; nonnullis alijs Indiae locis.

CAPVT XII.

**V**RBS Trompatam abest ab Canonor urbe duodecim mille passibus. Illi moderatur idolorum cultor, soli non est admodum ditis, parumq; ab pelago distat, ut pote mille passibus. Interfluit eam annis perquam mediocriter. Illi complura Mahumetanorum nauigia uisuntur, cultores frugalissime uiuunt, maiores non habent opes quam iuglandes Indicas, eas conlunt oriza, & catet regio lignis & asseribus ad fabricandas liburnicas aptissimis. Ibi ad quindena milia Mahumetanorum degunt: regi tamen idola colenti obsecundant. A cultorum habitu & moribus temperabo tantisper, donec ad id loci uentum erit, quo res urbis Calechut sumus explicaturi: est enim illorum una eadēq; fides. Eorum domus adeo sunt despicabiles, ut nō pluris singulae uendantur aureo dimidio: illud etiam haud multo post compertum fiet uobis. Bidui itaque illic absumpta mora discessimus inde, uterq; uersus urbem Pandaran Calechut patet, nulliusq; ferme momenti est: & comprimis portum habet nullum. Huic ad ternas leucas aduersa est insula deserta, habitatorēq; uidua. Indigenarum superioris urbis is est habitus, qui & urbi Calechut: urbs in eā uo posita est. Illinc digredientes contendimus ad urbem aliam Bapagot nomine, cui rex Calechut imperitat. In ea urbe est regia pulcherrima ueterum more constructa. Qua orientem respicit, per pulchro fluuio alluitur, ab urbeq; Calechut ternis abest leucis. Hic non est maxime immorandum, quum satis constat, eosdem mores ambabus esse urbibus. Inde igitur abeuntes tandem aliquando per celebrem inclytamque urbem Calechut deuenimus. Præter sciens ac prudens tot regum ac populorum mores habitumq; præsertim regis Chianul & Dabul, necnon Bathcalo Onōue, ac Mangolor, Canonor, Cuchin & Cachilon, Calon ue ac Narsingæ potentissimorum principum, id abs me factum est ferme ex composito, ut diutius denarrandis rebus Calechut, ceu longe excellentioribus immorarer. Constat sanè hunc regem cunctos orientales antequam reges: ob id indigenarum lingua Samory id est, in terris deus dicitur.

LVDOVICI PATRITII ROMANI

RERVM INDICARVM LIBER QVINTVS.

De urbe Calechut Præstantissima.

CAP. I.



**N**OBIS ad urbem Calechut, ceu ad Indicarum urbium præcipuam metropolim appulis, ut sum est superiori libro supremam imponere manum, sequentemq; auspiciari; quo maiore uoluptate lector afficiatur, rerumq; dignitate or elegantia animos demulcens mentem teneat, ut nobis studiū peragrati orbis opem ferat, ingenioq; subserbant uires: hæc uero ultro peritoribus harum regionum, ceu censoribus acerrimis diiudicanda relinquimus, ut si forte longe plura adiuerint, ipsi in medium proferant. Igitur urbs Calechut est in continenti: ædes eius pelago alluuntur. Ibi non est portus, sed qua meridiem respicit ad primum ab urbe lapidem est amnis, qui effluit in oceanum angustiore ostio: is multifariam diuisus per arua dispergitur patentia, ac irrigandis agris capripit à cultoribus: altiores non uehit aquas quam quæ nisi palmi altitudine: incuruat ad urbem amnis non despicabili decursu, eamque interfluit. Moenibus haud ambitur, uerum continetur circuitu sex mille ædium non adhaerentibus ut apud nos ædificijs, sed longiore spatio distentis inter se ædibus, forte ignium metu, aut sanè imperitia edificandi. Quæ uero in longitudinem extenditur, millenis patet passibus. Domus sunt despicabiles,

p cables,

cabiles, quippe quæ supra equitis altitudinem ab humo non tolluntur, frondium plerumque laceramentis loco imbricam cooperiuntur, multis contignationibus. Huius rei causam afferunt, quod humo egesta ad quinos palmos aqua mox scaturire dicitur: ob id nequeunt altius fundamenta lacere, quæ contignationibus ferendis sufficiant. Negotiatorum aedes tabernacis non minoris, quam quindenis aut uicenis uentent aureis. Caltorum uero domus non pluris ad summum, quam binis aureis emuntur. Nec idem est omnibus prætium: Alia minus aureo nummo: alia solido aureo nummo uenduntur.

De rege Calechut, deq; eorum Latræ, CAPVT II.

**P**rimum igitur omnium rex Calechut dæmonum latræ est additus, ut haud multo post compertum fiet uobis. Non dissentitur deum optimum maximum cæli ac terræ potissimum architectum, præcipuumq; autorem, ac primariam causam esse. Sed uero fabulam addunt, somniantq; deū nullam sui principatus capere uoluptatem quire. Vbi negotium iudicandi orbis sumeret ipse, delegasse propterea uicariam operam, ut ipsi comminiscuntur, cacodæmoni, quem deliri mentiuntur esse de cælo sumptum, iuri redendo mortalibus. Illiq; rursus ineptientes aiunt, factam à deo potestatem tribuendi cuiq; quod suum est, pro benefactis, uidelicet, ac malefactis, mercedem emeritam. Huic Deumo nomen indidere. Deum uero maximum Tamiranî appellat. At Deum dæmonū fallacissimum, rex in eius regia constituto ad id sacello hoc apparatu, illico colliquecet, colit. Sacellum patet quaquaversum testitudinis latitudine duum passuum: tollitur autem ab humo non plus ternis passibus. Ingressum ligneum ostium præbet cum antipagmentis, quæ sunt demones complusculi torrenceis sculpti, ut in emblematis uisitur. In sacello medio collocata est sedes solij instar ex ære, æneum admittens scelloræ dæmonem. Dæmon sedens diademate redimium caput habet modo Romanorū Pontificum. Sed id plus habet quod diadema ternis insignitur cornibus. Fulciunt item dæmonis caput quaterna cornus, oreq; uastissimo hians, dentes præ se fert quaternos: naso est deformis, torus trubicusq; luminibus, uultu minaci: ad uncas manus uncini instar habet, pedes uero gallo haud ab similes. Qui monstrum horrendum ingens conspiciuntur, pauent continuo: res est sane uisus indignissima, eademq; horrida admodum. Sacellum ambiūt picti dæmones ad omne testudinis latus, hoc est, in singulo angulo sedēs ex ære uisitur satanas, ita fabrefactus, ut undecūque flammescere uideatur, absumentibus animas miserandum in modum flammis. Animabus eiusmodi magnitudo semidigiti est, aut procerioribus solidi digiti. At demon dextra animam ori admouet: sinistra aut ex inferiore loco aliam corripit. Singulo mane eorum sacerdotes, Braminî dicuntur, memoratū idolum rosacea, & id genus latece odorifero emaculant, sufficit unq; uarijs odoramentis: suffitum humi procumbentes adorant: intra heptomadam aliquando idolo sacrificant, eū nunquā litant. Sacrificando hinc ritum seruant: Abaculum habent in altaris modum, trium palmorum alitudine, latum quaternos palmos, longum item quinos. Abacum sternunt omnifariam floribus ac puluisculis odoriferis. Sic referto floribus altari, sanguinem galli uasi argenteo carbunculis ignitis oppleto indūt, additis suffimentis odorum innumeris: thuribuloq; accepto adolent largissime thura, altare circumuecti, tinniente crebrius interea tintinnabulo argenteo. Gallum in alant cultro argenteo, circuroreq; insectum cultrum nonnunquam igni admodum uere solent. Aliquando cultro arrepto edunt gestus nescio quos, ut solebant qui à lanista olim ob munus gladiatorum rationem inferendi & euitandi ictus dicebant. Crematur sanguis galli totus accensis funalibus altare complentibus. At sacerdos immolaturus galli sanguinem, lacertos pedesq; argenteo exornat, ita fabrefacto ut asantium auribus tintinnabuli instar insonet. Pectus bulla nescio quæ condecorat: id est eorum insigne. Peractio sacrificio,

ficio,  
more  
rem q  
arbor  
nibus

Pr  
gia  
bus, e  
cta, p  
runt, i  
poru  
tur, qu  
sel con  
scitur,  
memi  
circum  
gis ue  
sacerd  
nuda h  
citant  
gno hu  
gias qu  
auto uo

Con  
du  
uerim  
tes prim  
à digni  
unt fac  
Hunc r

Ami  
tum. E  
dotes:  
quàm a  
lancea  
exauto  
apud e  
choa di  
lis Pol  
re. Post  
dem co  
neutiq  
ta pass  
bus. Q  
sublati  
nas. V  
haud m  
aria re  
u



scio, sumpto ambabus manibus tritico, discedit ab altari cessum canctorum more gradiendo, nusquam ab altari oculorum aciem flexiens, donec ad arborem quandā peruenierit: quō ut deuentū est, mox manibus reueratis in ipsam arborem effundit triticum, quod tulerat oclusum: elatis supra uerticem manibus demum rediens unde digressus fuerat, altare omni cultu denudat.

*De regio more, quem rex discumbendo seruat.* CAP. III.

Præter rex cibum sumpturus non discumbit, quā quaterni sacerdotes regias dapes dæmoni in hunc ferme modum obtulerint: nam passis manibus, eisdemq; supra uerticē elatis, ac cessum utraq; oclusā manū ad se retracta, pollice tantū prominente, idolo esculenta quibus rex uesci debet, offerunt, ibi tantisper opperuntur, donec nō sit uero absumit, quempiam esse potuisse. Ea adducti ratione id agunt, ne rex quicquam sumere uelle censeatur, quod idolo honoris gratia non sit oblatum prius. Id esculenti quo rex uesci conseruit, affertur in trulla lignea arboris cuiusdā latiore folio strata: uescitur, oriza & complusculis alijs rebus, quarum in presentiarum non satis memini: humi recubat absque stragulis: discumbentem stantes sacerdotes circumstant, nusquam propius quā ad quaternos passus accedentes, regis uerba reuerentiissime obseruantes. Vbi uero rex esse delierit, acutum sacerdos quicquid dapum superfluit, in locum quendam transferunt, inq; nuda humo collocant: quo factō rursus & iterum manibus complusculis excitant corniculas aues nigricantes, quæ ad hoc unum aluntur: hæ enim si gno huiusmodi assuevere, propterea ueluti tessera data illico aduolant, regias que reliquias depascuntur: has uolucres nephas est ledere: ob eam rem tuto uolitant quocunq; libuerit.

*De sacerdotibus urbis Calechut, qui Bramini dicuntur.*

## CAPVT IIIII.

Consentaneum esse arbitramur, plurimumq; uosuprati legentium condicere existimamus, ubi horum sacerdotum statum ac mores expedierimus. Hi igitur eius loci sunt apud eos, cuius sunt & apud nos sacerdotum primarij. Ducturus rex uxorem, prius thorum inire non consuevit, quā a digniore sacerdote noua nupta desolata fuerit. Nec id munus ulro subeunt sacerdotes. Stupri à rege pretium constituitur quingentorum aureorū. Hunc morem præter regem Calechut seruat nemo.

*De multijugis idolorum cultoribus in urbe Calechut.* CAP. V.

Jamiam expediemus multijugū indigenarū urbis Calechut idolorum cultum. Præmores idolorum cultores Bramini appellantur: ñ sunt eorum sacerdotes: qui prioribus succedunt, uocantur Naëri, non minoris sunt apud eos quā apud nos patrij penduntur. Horum inter est ense, clypeum, arcum, lanceamq; quum prodeunt ferre. Desinentibus hæc circumferre, aufertur ceu exautoritatis nobilitatis insigne. Qui tertie classis habentur, ñ eius loci sunt apud eos cuius apud nos sunt cerdonicam exercentes artem. Sequentes Mecho dicuntur, piscatu uictum queritantes. Qui nouissimis sunt proximi, illis Poliar nomen est inditum. Ad hos spectat piper, uinum iuglandesq; lege re. Postremi uero Nirauī appellantur. Ea gens postquam seuit orizam, eandem colligit: at Poliar & Nirauī etiam ueluti postrema tribus hominibus, ne utiquam nisi uocatis ad Bramini & Naëri propius quā ad quinquaginta passus accedere licet: ob id delitescunt in umbraculis ac locis palustribus. Quum prodeunt ut à longe exaudiantur, uoce inclamant nescio quid sublatissima, ut nobiliores moneant, ne inopinātō reperti uant morte pœnas. Vbi enim usū euerit, ut Bramini & Naëri inclamationibus assueuit haud moniti forent, obuiam quempiam ex illis capite census haberēt, dum arua reuisunt, impune eos letho tradere queit: ob eā rem inclamationibus aduentantes quoscunq; proueniunt, monentq; iam uobis innotere seni idolorum cultores.

De habitu regis ac reginæ, cultorumq; ut viz, deq; edendi modo.

## CAP. VI.

**R**egis ac reginæ, incolisq; urbis, idolorū cultoribus haud dubie dissimilia non est habitus: quippe qui golphino, haud sane serico panno obfœcena tantum uelant, cætera sunt nudi: pedibus incedunt nudis, apertocq; capite prodeunt. At Mahumetani tunica interiore ad umbilicum usq; amittuntur. Fœminæ uero eodē habitum utuntur quo & uiri: latræ idolorum cultores, ut ti consueuer: sed id plus habent, quod promittunt capillum mitum in modū. Rex ac primores urbis inconsultis sacerdotibus non uestiuntur carnibus: cæteris autem gregarijs licet quibusuis uesti carnibus, si uaccas excipias, qui Nirauī & Poliar dicuntur: mure ac piscibus sole exustis uestuntur.

De horum ritu post obitum regis. CAP. VII.

**E**xempto rebus humanis rege, si superstites sunt mares liberi aut germani, aut fratrum filij, ij minime regno succedunt: nam filio sororis ex genitis instituto scepra debentur: qui si nullus foret, regno succedit is qui archiere contunctione regem contingit, non alia, aiunt, de causa, nisi quod Brami ni sacerdotes, ut præfati sumus, reginam deflorauerunt. Peregre proficiscente aut exeunte in uenationis rege, sacerdotes uel uigessimū annum tantū re contunctione domi assertuant, illi assistentes: nihilq; gratius regi contingere posset, quā ut reginæ per stupri conciliationem alluescant. Propterea exploratum habet rex ob uulgatam reginæ pudicitiam, ex ea susceptam prolem inter liberos collocandū minime fore. At sororis natos ueluti sibi iure sanguinis coniunctissimos, adscire in imperij partem consueuit. Rege defuncto regni indigenæ omnes barbam ponunt, capiteq; tonsio desiderium regis testantur. Nec omnibus est idem mos, alijs menti partem nouacula nundantibus, alijs uero capitis partem solum tondentibus, ut sua trahit quemq; uoluptas. Per id tempus etiam quo regem funeratur, qui piscatu uitam trahit, per speciem mœroris a piscium captura temperant octonīs diebus: & ubi ex coniunctis regis quempiam mortem occumbere contigerit, itidem seruant quod rege defuncto seruari memorauimus. Rex quandoq; adductus superstitione, ad annum ab re uenera abstinet, & item animo destinat uesti nolle be tollis: hæc sunt folia quæ Assyrij mali frondis similitudinem exprimit: hæc enim frondes in cibatu habent gratissimastæ: quæ quidem illis utuntur ac nos bellarijs ex faccaro scitissime conditis: eas enim eum illecebras edunt: nec alia quā uoluptatis aut exultandæ ueneris mortuæ causâ, illa esse creduntur, dum huiusmodi folia mandunt. Edere siveuerunt fructum quendam, cui costoso nomen est: hunc mittit arbor arecha nomine, palmæ non ab similibus, quæ cariotas gignit non ab similibus, consimiles producens fructus. Miscent insuper contritas ostrearam conchas calcis instar cinami.

Quomodo idolorum cultores inter se coniuges commutant.

## CAPVT VIII.

**P**atritij ac negotiatores hunc morem inter se seruant. Fit quandoque ut iure amicitie alter alterum miro affectu prosequatur. Propterea quibus sunt uxores amicis, nonnūquam complacitum est per speciem maioris coniunctionis uxorisbus commutandis operam dare: sultorumq; lingua mutuo se compellant in hunc ferme modum: Heus tu amice, coniunctissime uiximus. At ille: Ita diutine coniunctus amicusq; uiuere nequimus. Erratum alter: Verum ne loqueris, quum adstruis te mihi amicū esse optimum? Sum, inquit ille. Et itē prior: me hercle diligis mer. At socius: amo te medius fidius. Tum ille: Commutemus uxores ea lege, ut tu mea, ego uero tua possideri queā. Tum alter: ain, tu serior: Cui ille: ita per Pollucem. Concedamus, inquit socius, domum meam. Quō ubi peruentum est, alter eorum in clamat uxorem: Accede, ait, mulier, huncq; sequere: quoniam deinceps coniunx erit tuus. At mulier: quam ob causam? loqueris ne serior? At prior coniunx: nō iocor quidē. Tum mulier, libens, inquit sequor. Protinus his ultro citroq; dicitis,

Petoli folia

dicitis,  
mutat  
permu  
Alijs  
nubi  
res pro  
rum alHY  
risEx ea l  
tes in c  
nus in  
genus  
nam in  
ternos  
guram  
pus cr  
uitam  
lant. Q  
rege au  
ille cui  
traxit a  
ubi per  
esse cor  
fectatu  
iubetq;  
usq; ter  
caput r  
intra c  
sine culA Do  
licq;orant e  
quos da  
stament  
nechor  
stierit, e  
ra foem  
morem  
muliebr  
te non e  
prodeur  
his depeIN ea u  
diciq; i  
citi. Pro  
equitum  
rex, qui  
um inite  
insigne  
coopere  
arctet, So



discis, abit cum prioris socio viri mulier, inuicemq; conjugem suā iure commutationis ad socium mittit, qui prior adduxit mulierem. Hoc institutum permutandos seruant uxoribus. Pignora uero alterū parentem sequuntur. Alijs uero idolorum cultoribus sōge sunt alij mores: nam foemina septenis nubit uiris, qui in concubitum noctes alternat. Vbi autem pepererint multe res prolem, delegant ad quemcunq; ex septem conjugibus uoluerint, a qua rum assertione nulla est prouocatio.

De ritu edendi incolarum, deq; eorum instituta. CAP. IX.

**H**ymi procumbentes edunt in trulla aenea: colearis uicem supplet arboris folium. Esculentia sunt oriza, pisces, aromata, fructusq; ignobiliores, Ex ea hominum nota qui rustici dicuntur, adeo illote ac fæde uluūt, ut eden tes in ollam manum intingant, dumq; orizam capiunt, sedantes in olla manus in pilæ modum concinnant, sicq; cōcinnatam admotamq; ori uorant. Id genus iustitiæ apud eos uiget, ubi quis quempiam cōfecerit, correptus pecuniam in hunc modum luit. Genus habent patibuli, id est, palum longū quatermos passus. Huic non longè à fastigio ligni scipiones gemini in crucis figuram affiguntur. Tunc palo per terga fontis acto, terebratū homicidæ corpus cruci miserandum in modū insigitur, sicq; affixus infelix pendet, donec uitam exhalauerit. Patibulum huiusmodi patri sermone Vnealeut appellatur. Qui uero consueciant, aut scipione quempiam uerberant, hī culpam ab rege auro remedimunt. Obæratī uero ita prestare solidum cōpelluntur, nam ille cui quippiam debetur auri, monet obæratum ut soluat. At is qui æs con traxit alienum, uerba dat. Quod ubi intellectum est illi cui aurum debetur, ubi per archigrammateos regis, qui centeni esse dicuntur, constituerit id æris esse contractum, tunc prasini coloris fronde arrepta tam diu hominem con sectatur, donec comprehenderit, cōprehensum uirenti fronde circūscribit, subiq; lingua incolarū his uerbis, nisi solido præstito illinc ne abeat: hæc q; usq; tertio profatur, per caput Bramini, id est nomen sacerdotis, & item per caput regis iubeo, ne hinc discedas, nisi æs retēum dissolueris. Ille uero qui intra circulum circūscriptus est, aut protinus solidū præstat, aut illic uitā sine custode exiit, qui si aliō diffugeret, semel correptus cōtinuo leto iussu regis traderetur. De eorum latria erga idola. CAP. X.

**A**doraturi idola ante emersum solis stagno lotionis gratia immergūtur, sicq; loti nihil prius cōtrectant quam domi suæ preces ad idola fuderint orant enim humi strati, idq; clanculum. Dum sic orant, edunt gestus nescio quos dæmoniacos ueluti lymphati, inuersis luminibus, miroq; oris dehone stamento instar portenti. Pauorem non sine horrore cōspicantibus inferunt, nechoræ quartam partem orando perēnant. Vbi uero edēdi tempus appeterit, esse nequeunt, nisi obsonia concinnauerit patritijs quippiam. Ea cura foeminis non delegatur, quando certe sua tantum curant esculentia. Hunc morem solum nobiliores seruant. Foeminis autem aliud non est curæ, quàm muliebrī mundo studere, ob eam præsertim causam, quod uiris cum eis ante non cōeunt, quàm lotæ fuerint, suffiteq; uarijs odorum generibus. Quum prodeunt foeminae, mirus est monilium apparatus, ab auribus pretiosis lapillis dependentibus, sacertisq; ac pedibus omni genere cultis.

Quomodo prælium incunt. CAP. XI.

**I**n ea urbe quotidie quasi ex instituto à lanista rationem inferendi euitant, idq; ictum more digladiatorum discunt cultores, ense, clypeo ac lica exerciti. Prosceluro ad bellum regi in expedito sunt centena pedum millia, nā equitum ibi usus est (præter elephantorum) nullus. His uehitur præliatus rex, qui regē sequuntur, uitta serica, eademq; cocinea caput uincunt. Preshum insituri, ense obrotundo, clypeo, lanceis ac arcubus utuntur. Regis uero insigne est nescio quid rotundum ex arborum frondibus complicatis instar cooperculi dolij cuiuspiam, arundini adfixum, eo candentis ardorem solis ardet, Solmer lingua patria dicitur. Vbi utriq; cōstitere acies ad trinum ar-

Polygamia

Atrox homi  
cide suppliciumCreditorū mī  
ta exatio.

Natri

cus sacrum, rex mittit sacerdotes suos (Braminos appellat) in hostiū castra; ut ex se regi dicat, propius cum centenis Naeris (ij sunt nobiliores roburū militiæ) collaturus pedem accedat, se quoq; cum totidem protinus accessurum. Hoc renuntiato uterq; se accingit expeditioni bellicæ, inq; itinere medio centeni cum centenis manus conferunt: qui si uel tridui spatio cōcerta, rent, nunquam punctum, sed caesim seruiunt bino icū caput petentes: item se, mel tantū cruribus intendant ensem. Vbi uero quaterni uel seni mortem oppetiere, continuo sacerdotes bellum dirimunt, eorumq; iussu utriq; canitur receptui. Dirēpto prælio sacerdotes utriusq; exercitus ultro citroq; con- tendentes, utrosq; reges his uerbis percunciantur: Vultis ne amplius? At sacerdos: Minime, inquit. Itidem ex hostili exercitu sacerdos ait. Hunc morem præliando seruant cum centenis centeni. Rex uehitur quandoq; elephanto, nonnunquā à suis triarijs (Naeri dicuntur) in excessu pernicissimo cōuehitur. Proficiscentem regem sequuntur multijugis mulicæ instrumentis concinentes. crepant tympana, & id genus complura. Naeris suis stipendiū causa singulo mense quaterni penduntur carlini: dum uero bella ingruunt, seni: hoc stipendio uitam trahunt milites. Ii dentes habent nigricantes, ob eam herbam quam crebrius mandunt. Hos ubi occiderint, rogo miro apparatu imponunt: alij adseruant horum cineres: cæteris uero non idem est funerandi mos, gregarijs præsertim: alij uita sanctum intra proprias ædes tumulant: alij in ædium uestibulo: alij corpora in amoenis secessibus, ac uiridarijs suis humant. Monetam cudunt non aliter quā in urbe Nasringa. Quē ego illic agerem, ex omnibus fermē orientis partibus negotiatores aderant, cum primis Mahumetani alij ex regione Melacha, ex Bangella alij: nonnulli ex Tarnassari, ex Pego & Citriomadē alij: nonnulli ex Zeylan de Sumatra, id est, Taprobana, alij ex Colon, nonnulli ex Calcolon, alij ex Bathedaca, & in numeri fermē alij, præsertim iam notiora nomina, uidelicet Persæ, Arabes, Syri, Turcæ, Aethiopes, & ex regno Nasringæ complusculi, tot aduenæ exq; uarijs regionibus per id tempus quo illic agebam, aderant in urbe Calechut florentissima. Illud esse noueritis, quod qui idola colunt, non sulcant maria: id munus Mahumetanis delegatur, utpote exercendis commercijs aptioribus. Incolunt enim urbem Calechut circiter quindena Mahumetanorum millia, qui ex ea urbe plerunq; oriundi dicuntur.

Quomodo ibi maria sulcant. CAP. XII.

Quomodo enim maria adeant, quo ue tempore se pelago committant, qualiter fabricentur nauigia in eo latere ubi uisitur Calechut, haud multo post compertum fiet uobis. Igitur naues fabricantur non minores, quā quæ quadringentis aut quingentis dolijs ferendis sufficiant patentiq; absq; tecto. In nauium committuris nullo modo stupam ponunt, sed asseres adeo affabre connectunt, ut optime arceant a quas: commissuras pice ferrum inatclauisq; ferreis abunde firmanr communsutq;: nec à stupa temperant ob id quod illius sint egentes, quando affatim stupæ ac lini aliunde illo cōuehitur. Assamēta habet trabesq; multiplices: & si ligna quecūq; spectaueris, nostris quidem non sunt deteriora, nosq; copia lignorum superat: uela nauium habent golipina, eademq; in ima parte geminata: utraq; enim uituntur ducturi in altum, ut uentorum uim maiorem uela concipiānt, tumescantq; magis. Nos itaque in ea re superant, qui unis tantum uituntur uelis. Ancoras iacinto marmoreas, longas octonos palmos, at quaquaversum binos: eas gemino fune appensas æquori indunt: ancoras præter has habent nullas, nauigandi stata habent tempora. E Perside usq; ad eam plagam, cui Cumerin nomen est (ea meridiem uersus abest à Calechut octo dierum itinere) octonis mensibus, id est, inter Septembrem & Aprilem maria sulcant, à Calendis autem Maijs usque ad mensem Sextilem medium. Ab hoc latere sinus urbis Calechut temperadum est à nauigationibus, ob nimiam pelagi seuitiam: nam undabundo indignantiq; oceano haud tutò naues committuntur. At illi habent temporum



temporū tices contrarias : Quom enim apud nos ob candens sydus arent  
fermē omnia, tunc madefiunt ibi cuncta ob effusum largius imbrem: nā Ma-  
io, Iunio, & item Quintili ac Sextili mensibus largior ibi effunditur imber,  
interdū non solum, sed etiam noctū, non usque, sed subinde pluit, modo no-  
ctū, interdū nonnunquam. Per id tempus uix Phebus supra horizontem e-  
mergit: ceteris uero octonionis mensibus pluit nunquā. Aprili exeunte solūitā  
promontorio (latus appellant). Calechut, & uersus caput Cumerin uelisi-  
cant, aliasq; oram pelagi nanciscuntur, ubi æquor minimē sætuit: tunc tran-  
quillo mari aromata conuehunt minutiora. Nauigia, ut apud nos, alia alia  
loeis nomina acceptant: liburnicas alij sambuc nominant: celo ces alij more  
nostro complanatas capel appellant. Minora igitur nauigia, ut sunt cymbæ,  
& id genus alia, quibus maiora nauigia quandoq; more nostro remulco du-  
cuntur, parao nominant: hæc sunt denos passus longa è solido ligno: remis ac  
malo utuntur harundineis. Sunt item ibi actuarie naues, almadias uocant,  
solidæ absq; cōmissuris: et rursus alias habent nauiculas longas passus duo-  
denos, uel terdenos, rostro perquam angusto: utiq; tantū homini aditus pa-  
tet, adeo in arctum eius ostium agitur: hinc & hinc acuminantur maxime, ca-  
tuos appellant: remis aut uelis, aguntur ocyus multo quidem quā irire-  
mes aut liburnicæ, uel celoces nostre impelluntur uelificantes. Ii sunt pirate,  
qui maria infestant. Fabrefiunt huiusmodi naues in insula non longe a Cale-  
chut, cui Porcā nomen est.

De regia principis urbis Calechut. CAP. XIII.

Regia principis Calechut patet non minus mille passibus, si ambitum spe-  
ctaueris. Paries parum consurgit, ut iam prædiximus: structuram affabre  
tamen elaborate trabes superpositæ cōiungunt, toruenticō opere intercursan-  
tibus demōstrat figuris: quod opus circiter ducentis aureis constare creditur:  
neque altius tolli queunt ob instabile solum, quo fundamenta faci neque-  
unt, mox aquis scaturientibus. Quas uero margaritas, & id genus pretiosos  
lapillos rex cultus circūferat, uix expedire præ magnitudine rei possum: ex-  
cedunt enim æstimationem omnem: etsi per id tempus, quo illic agebam, pa-  
rum genio indulgens mœstissime uiuebat, tum ob id bellū quod illi rex Por-  
tugaliæ intulerat, tum uel maxime ob eam ægritudinem, quam Gallicæ ap-  
pellant, qua maxime afflictabatur, quom præsertim iugulum morbus inua-  
sisset: tamen auribus pendebant lapilli pretiosi, lacertos que ac manus, pe-  
des uel ac crura tot monilium genera honestabant decenterissime, ut satis pro  
rei magnitudine referri nō possint. Regis thesaurus immensus creditur, quip-  
pe qui uix binis cellis continetur. Thesaurum efficiūt innumere aureæ bra-  
ctæ, laminas appellamus: & rursus tantum signati auri, quantum oneran-  
dis centenis mulis abunde sufficeret: id adseuerabant eorum sacerdotes, qui  
regis arcanorum sunt callentissimi. Ferunt id auri corrogatum à prioribus  
regibus esse, numero fermē duodenis, qui reipublicæ prospectum iri cupien-  
tes, tot opes concessere, estq; in primis magni pendendum, in memorato the-  
sauro, monilibus & id genus multijugis, eisdemq; pretiosissimis lapillis op-  
pletum scrinium ternis longum palmis, & item latum circiter binis, plurisq;  
esse creduntur, quā ut emptorem nasciscantur.

De aromatis, que urbi Calechut mittit. CAP. XIII.

Piper mittit suburbanus eius urbis ager: legunt etiam nonnihil intra ur-  
bem cultores. Caulis piperis infirmus est admodum, instarq; uitis absque  
admiculo (pedamenta uocamus) consistere nequit: hedereq; non est ab-  
simile piperi, quippe quod serpit, & altiore complexu proximam semper ar-  
borem uinere consueuit. Dicta arbor, imò frutex dispergitur in ramos com-  
plurculos intra geminum ac ternum palmum longos. Folia eius mali Assy-  
rij figuram expriment: sed hæc crassiora pinguiusculaq; nonnihil, intercur-  
santibus ex aduersa parte minoribus uenis. E singulis malleolis feni de-  
pendent racemi palmo haud ampliores: passilis non abfimiles, confertiores

tamen, Coloris est, qui & immitioribus uinis. Legunt itaque mense Octobris ac Nouembris in colorem prasinum adhuc inclinantes, ad solemque apricantem assandum imponunt tegetibus: triduo nigrescit nō aliter quam huc affertur: absque cultu alto putandū, minusque ligonizandi cura est illis, simpliciac sincero telluris prouentur. Mittit & regio zinziber: haud dubie radix est, eruiturque nōnunquam pondo unciarum duodecim: nec omnibus est eadem amplitudo: plus non agitur in profundum radix, quam ad tertios uel quaternos palmos harundinum modo. Quum eruitur zinziber, relinquunt in interodium radicis in scrobe, unde erutum est zinziber, terram que radice aggerunt ceu semen eius radicis, proximo anno eruturi fructum, id est, zinziber. Inuenitur in locis æquis instar myrobalani: in tellure tamen rubente omnifariam, ibi legitur zinziber. Caulis eius pirum medio cre effingit: mittitur ut piper in subligarijs,

De nonnullis urbis Calechut fructibus.

C A P. XV.

Ibi etiam reperiuntur nonnulli fructus, quos cultores saceros appellant. Caudice eius arboris amplitudo piri est: fructui magnitudo bini ac medij palmi: crassitudinis uero humane coxæ: gignitur fructus in caudice arboris subtus frondes, alij circiter medium caudicem. Colos est uiridis, cætera nucis pineæ haud absimilis: uinaceis tamen minoribus. Quum mature scere incipit, obducit nigricantem colorem, marceræ que uidetur. Legitur in fructus mense Decembri: saporis sunt feruè peponis, castoreum redolentis, parumque, si saporem quæras, abest à cotoneo Persico, eodemque mitior, reuariatam in cibatu uoluptatem parit, uideberis modo edere fauum mellis, modo suaue Medicum malum comedere: intra membranas habet ut malum Punicum, inque eis delitescunt fructus nescio qui, mollihus non dissimiles castaneis: si enim igne torrentur, saporem castaneæ repræsentant. Propterea fateri licet, non esse excellentiorem digniorem uel illo fructu quempiam.

Amba

Est item fructus alius, amba nomine. Eius caudex magna dicitur, similissima est arbori, frequentesque ut piro fructus: is iuglandæ nucem et nostris effingit, quum iam sunt absoluti: quum maturefcit, fului eiusdemque splendentis coloris est: intra corticem occultatur fructus, ut amygdalæ aridæ: Damasceno gustu suauior est fructus: conduntur in cadis, ut apud nos oliuæ, sed sunt longe meliores. Illic etiam inuenitur fructus, cuius forma est peponi similis: ubi incederis, mox cõperies intus uinacea uua instar terna aut quaternæ: arbori est eadem amplitudo, quæ est cydoneo malo, foliaque eidem similia: fructui nomen carocapel inditum est: in cibatu est optimus, medicinæque aptissimus.

Carocapel

Itemque alius fructus uisitur, mespilis non dissimilis: uerum albicans est coloris: hunc haud memini. Habent & fructus quosdam cucurbitis similes, sed condituræ aptiores: res est non indigna memoratu, huius nomen est comolangæ: oritur inculta tellure peponum modo. Mittit idem ager fructum alium memoratu dignissimum, malapolanda appellant, tollitur ab humo non nihil supra hominis unius altitudinem, folia gignit quaternæ uel quinæ furculis connexa: singula folia singulis hominibus ad arcendam pluuiam solemque sartum tectum præbent. In folio medio confurgit malleolus instar caulis fabæ flores producens, fructusque edit longos palmum unum, quandoque medium, crassitudine hastæ conti unius. Quum legunt hos fructus non operiuntur maturitatem, uerum præcoces colligunt, probe intelligentes eos domi maturefcere: pariunt singuli furculi circiter ducentos fructus miro prouentu, seque inuicem contingunt in modum pineæ nucis conferti admodum, Triplex horum genus: alij cianehapalon uocantur, gustu magnopere suaues, cordi præsertim conducentes plurimum: colos est illis subfultus, tenuissimæque siliquæ. Alij cadelapalon dicuntur, superioribus etiam in cibatu gratiores, idemque longe suauiores: reliqui uero ceu insuaues nullius sunt usus. Quos diximus esse hominibus ad uescendum non ingratos, eos a sicuti ficis non fitis non esse absimiles. Florum arbor in uita semel tantum fructus gignit: uerum

Comolanga  
Malapolanda

uerum  
tem re  
ri prou  
huius  
fructu  
quarta  
fas, uid

E Se  
cu  
ma in  
lumen  
tissima  
simos p  
rit etiã  
latitces  
tempel  
mentã  
tectum  
rata arb  
gignunt  
do flagi  
nō est a  
ribus u  
sum ne  
diores  
qui ter  
cult in  
haudqu  
lescente  
nucis o  
nuce ter  
dissima  
grator  
emolum  
cere mi  
cum, ma  
isq; sug  
gunt en  
enim li  
id agunt  
ne potu  
ris, siro  
itaq; liq  
tur. Ex  
ue. Ferr  
cipit an  
um. Hal  
guerint  
tum con  
belli lice  
læst pac  
pra uice  
bor. Mi



uerum ad radices confurgunt quinquaginta aut sexaginta furculi, qui parentem renouant, ne sit nepotium expers. Hos transferunt alio cultores ipse futuri prouentus: nam constat eos intra annum fructificare. Quum uero fructus huiusmodi legere uolunt, si uisentes nimium fuerint, id est, acerbi nimis, ut maturefcaant ocyus, calcis non nihil ablaqueato caudici imponunt leguntur ij fructus ubertime toto ferme anno: ueneunt uiceni singulo nummo, id est, quarta solidi parte. Mittit idem ager anno toto flores prope innumeros, rosas, uidelicet, albicantes rubentesq; necnon fului coloris.

De feracissima totius orbis arbore.

CAP. XVI.

Et & alia arbor cognitu sane dignissima: quippe quæ fecunditate ac fructuum mira suauitate totius orbis arboribus longe est prestantior: ea palmarum instar cariotas edit: inde uberior mortalibus prouentus quasi denum emolumentum: fert enim ligna igni alendo aptissima, iuglandesq; in cibatu gratissimas: item funes uelificationibus admodum conducetes: præterea tenuissimos pannos, qui ubi colore quopiam infecti fuerint, sericū presentant. Mittit etiā dicta arbor ad fouendum ignem carbunculos optimos, uinumq; item laticis, oleum, & faccarum: ex frondibus uero quæ decidūt, quum, uidelicet, tempestate aliqua ramus quispiam e caudice auellitur, sunt ædium imbricata menta, uicemq; recti supplet, idq; fenos mensēs aquam continet, adeo fartū rectum præbēt. Vix dictis erit fides, nisi rem compertius expediā. Memorata arbor nuces producit cariotæ instar, singulaq; arbores ducentas nuces gignunt. His demunt priorem corticem, ignibusq; delegant: nā lignorum modo flagrantissimi et subiecto igne ardet. Alius uero fructus gospino aut byssino non est ab similitudine: linū quidem figurat, postquā ab arifice expositū est: ex floribus uero pannum conficiunt serico simillimum: sequens autem pensum rursus nent, indeq; sūt tenuiores funes, hosq; funiculos neclūt, ut ex illis grandiores funes faciant, nauigationibusq; sufficiant. Ex proximo nucis cortice, qui tertio loco succedit, carbones erunt. Vltimus autem cortex nucem oculi in cibatu gratissimam: corticis huius crassitudo minimo manus digito haudquam maior est: cum nucē simul laticis gignuntur: iuglandesq; adulescente, crescūt item aque in ea adeo, ut absoluta nucē simul aquæ interiora nucis occupēt: tantumq; laticis in nucē quādoq; uisit, ut haurias ex singulari nucē ternos aut quaternos aquæ calices: ea potū est suauissima, ea dēq; limpissima rosa cæ non ab similitudine: sit ut inde oleū pinguis simū, nuxq; ipsa hominigratio ac exisit, esse nequiret, Vobis itaq; innotuere septena huius nucis emolumenta. Alterum aut huius elegantissimæ arboris ramū nuces producit, minime sinūt: uerum circiter mediū caudicem incidūt mutilantq; truncum, mane et uespero cultro consauciant, liquoremq; nescio quem infundunt: isq; fugit ex arbore succum: quo hausto, in supposita ad id uasa proflit: colligunt enim noctu simul & interdiu calicem liquoris singularem: unum hunc enim liquorem igne subiecto decoquere solent, rursusq; & iterum decoquūt id agunt, ut uitalis aquæ similitudinē exprimat: cuius tamen mirus odor, ne potum dixerim adeo cerebro humano est insensuus, ut si modum excessuris, furorem propē pariat, non aliter quā temulentis euenire consueuit. Istaq; liquor inibi temeti uicem supplet, eoq; ut nos uino illi illecebre utantur. Ex alio autem dictæ arboris ramo legunt faccarum, uerum ferme infusaue. Fert dicta arbor perēnes fructus, modo uirides, aridos modo: gignere incipit anno quinto. Inueniuntur hæ arbores interuallo ducentorum mille passuum. Habent hæ arbores dominos, tātq; sunt apud cultores, ut si aliquando uiguerint inter reges ac principes bella adeo atrocía, ut etiā alter alterius natum confecerit, pacem tamē non aspernentur. Verum ubi inter certandum belli licentia, aut iure uiciorie memorata arbores excise fuerint, qui arborē lesit, pacem nunquā consequitur. Viuunt dictæ arbores ad annos quinos superpræ uicenos: fabulosa amant loca: panguntur ut iuglandes, ut inde oriatur arbor. Mittit item ea regio nescio quid aliud, de quo optimum sumūt oleum.

Quomodo

Quomodo serunt orizæ. CAP. XVII.

**C**olunt arua, arantq; bobus terras ut nos. Quum uero serendæ orizæ tempus appetierit, eius rei lætitiã omni mullicorum genere tripudioq; in, credibili gestiantes tentantur inq; maioris lætitiæ specimen denos homines dæmonium cultu habituq; horrifico exornant, siq; clangentibus tubi gestu, ut quasi choreas ducitantes: festa celebrantes rogitant ac præcatur cacodæmones, ut uberrimum orizæ prouentum elargiantur.

Quomodo usunt ægrotos medici. CAP. XVIII.

**V**bi quispiam idolorum cultor mercimonia exercens ægritudine aliqua conflictatur, eoq; peruenit, ut efflaturus animam censeatur, tunc non, nulli incolæ, quos ipsi medicos appellant, ad id munus delegati, conticinio noctis amicti horrifico dæmonium habitu, eos qui iam sunt deplorati uisunt inijciunt torrem in ore ignitum, manibusq; gestantes ignem, inq; pedibus calopodia crassitudine passus unius habentes, & absono clamore tinnitu quorundam instrumentorum ægri auribus obstrepunt, horrore tanto, ut etiam incolumis his auditis uisusq; ægresceret quamprimum, horreretq; ac humi procumberet. Eiusmodi enim sunt eorum medici, qui ægros reuisunt solan turq;. Eius regionis cultores dissentit ac farti quandoq; ob uoracitatem nimis am, ut sunt edaces plurimum, ubi stomachi morbo laborant quopiam, contritis ternis zinziberis radicibus, indeq; succo facto, cyphum plenum succo huiusmodi hauriunt: quo hausto, intra triduum cõualefcunt. Degunt igitur ij homines brutorum modo.

De trapæzitis ac colibistis. CAP. XIX.

**H**abent colibistæ & mensarij pondera ac bilances adeo minutas, ut si pyramidem, ubi asseruant, & reliqua id genus quibus pondus efficitur trun neris, unciã non excedant, adeoq; iustum est examen, ut etiam capillum ponderare queas. Vbi autem adulterinum aurum à puro obryzocq; dignoscere uoluerint, Lydio lapide, nos indicem appellamus, nostro more utuntur. Id plus habent, quod probatur aurum pilam habent ex rebus nescio quibus compositam, ceram experimentem, lapideq; Lydio, quo probatur aurum, pilæ impactio, remanentibus ibi auri maculis, in ueri notionem deueniunt adulterinumq; à puro auro discernunt: autemq; eorum lingua, id optimum est, illud uero deterrimum. Pilam autem memoratam ubi auro oppleta fuerit, liquefaciendam igni indunt, aurumq; quod imbiberat colligunt. Sunt itaque ij trapæzita omnium infanilissimi, eiusq; artis quam exercent propè ignari, ne dixerim expertes. Mercimonia exercentes, ubi emundis uendundisq; mercibus incumbunt, hunc morem quem haud multo post referabimus, obseruant Proxenetam habent, cuius opera exercendis mercimonijs utuntur in hunc fermè modum: nam emptor uenditorq;, ubi conuenit inter eos de exercendis commercijs, consistunt in orbem: tunc proxeneta arrepto uelolo siue gausape propalam dextram uenditoris apprehendit, cõprehensamq; gausape uelat, moxq; geminos pollici digitos proximiores crebriore contractu digitis suis attrahat, ab uno usq; ad centena millia numerum recensens clanculum arcaneq; idemq; silens. Tunc ueditor, quanti uendere cupias, digitorum contractu declarat, nodos tantisper tangens, donec peruenierit ad id numeri, quo merces suas est expositurus. Hoc intellecto, proxeneta contendit ad emptorem, uelatisq; manibus, ut memorauimus attractione digitorum emptori compertum reddit, quantum pro mercibus uenditor consequi aueat. At emptor comprehensis proxenetae digitis, contractione nodorum aperit, quid sit pro mercibus uenditori daturus. It uultro citro que proxeneta, & utriusque mentem silens reteggit. Quare hunc in modum exercent mercimonia miro silètio, sola, ut diximus, digitorum attractione. Quum uendunt aromata, mensuras habent, bacchar appellant, nos uero cantarus uocitamus. Si autem pannos mercantur, carijs uti consueuerunt: id est mensuræ genus. Iudem seruant in pretiosis margaritis, & id genus monilibus: ea

Proxenetæ m  
tus mos

expo



exponunt pondere nescio quo, farasolam appellant, id pondus quinās ac uicenas libras non excedit.

De Poliar & Hiraua cultoribus, & quomodo filios emittunt.

CAPVT XX.

Mulierum eorum transacto tertio mense filios ablaquant, deincepsq; lacte caprino alunt, & ubi refererint lacte pueros, illoros foedioresq; admodum in sabulum reponunt, ubi interdum ferarum more uoluntantur. Verum quia in nigralem colorem inclinant magis, à bubalis haud dignoscuntur. Sunt itaq; deformiores foedioresq;, quàm quis autumare possit daemonum, quae a lumini uidentur. Inumbrante uespera rursum parentes feminæ natis lac propinant. Quum uero adolefunt, hoc uigore alti pueri, incredibili dexteritate uiri euadunt, suntq; pernices admodum, ac cursus citatissimi, itemq; sumambuli, & histriones, & id genus circumforanei.

De quadrupedibus ac uitijs. CAP. XXI.

Inueniuntur ibi complurcula quadrupedum ac altum genera, ut sunt leones, apri, cerui, hinnuli, lupi, boues feminæ, bubali, capree, elephantes: uerum ibi non nascuntur, sed importantur. Sunt item inibi pstitaci prasinii coloris, alij scutulati, alij coloris purpurei. Horum est tanta uertas, ut adhibendi sint custodes seruandæ orizæ in aruis, ne eam depascantur. Sunt uocales admodum uilitq; prætio, utpote gemino denario, id est, media solidi parte singuli uentunt. Sunt etiam illic quædam alites faras nomine, pstitacis nonnihil inferiores, si proceritatem respicias, cõcentu tamen longe suauiores a meenioresq;. Sũt & complura alia uitiorum genera nostris dissimilia, quorum mane et uespera tantus est cõcentus, tantaq; canendi sua uitas, ut nihil a meenius, nihilq; uoluptuosius audiri possit: in tam paruis faucibus tota ferme consistit harmonia. Ob id immanis est incolarum uoluptas, non secus quam si in terrestri paradiso consisterent, uernantibus floribus, uirentibusq; toto anno omnifariam arboribus, mira coeli clementia, incredibilisq; temperie, hyeme aestateq; nusquam sentientibus, uernare enim semper uidentur, adeo algoris ac ætus sunt expertes. Mittit eadem regio cercopithecos, uendunturq; singulis solidis, id est, quaternis callis: tot enim solidum efficiunt. Sunt huiusmodi ceropitheci cultoribus inopibus præsertim, magno oneris quippe qui iuglandium arbores conscendunt, & liquorem illum, unde uinum exprimitur diximus, effundunt, euertuntq; uasa quibus liquor excipitur.

De serpentibus, qui in urbe Calechut inueniuntur.

CAP. XXII.

Illic igitur in tantam magnitudinem adolefunt serpentes, ut maximis uitis non sint ab similes: habent longe uastius caput quàm apri: quadrupedes sunt quaternorum cubitorum longitudine: in palustribus locis nascuntur. Id animalis genus a sunt incolæ ueneni experts esse, quippe quod homines nisi mordicus impetere non nouit. Reperiuntur & ibi serpentum ternagenera, alij adeo est exitiosum uirus, ut modo nonnihil sanguinis eliciant, mortem homini afferant præsentaneam: id enim usu euenit crebrius quum illic agerem. Ex his itaque serpentum generibus alij aspudem magnitudine representant, alij sunt longe proceriores, uisiturq; inibi illorum ingens copia. Huic ubertati causam præbet rex Calechut, qui nescio qua ductus insania, tantum facit serpentes huiusmodi, ut illis uel ipsa mapalia construat: beat ad arcendas pluuias, fluminumq; cohibendas inundationes: & ubi quilibet ex illis aliquem confecerit, nõ alter letho traditur, quàm si hominem confecerit. Itidem rex agit ubi quis bouem feminam mactauerit. Serpentes uero memoratos ob eam causam plurimi faciunt, quod adseuerant ipsos esse de caelo sumptos spiritus. Illud ea consuetudine allequuntur, quod solo ictu præsentaneam mortem afferant: id efficit, ut inibi multa sit serpentum frequentia, quoniam edicto principis impune uagantur. Norunt memorati serpentes idolorum cultores, ab eisq; minime cauent. Id etiam me illic agente usu euenit,

Saras

Cercopithec

Serpentes  
uisti

uenit, ut ingressus domum quandam noctu, serpens exitiosus octonos horum mines consecerit: si enim mane postridie tumescentes reperti sunt exanimes: Sunt tamen apud eos serpentes boni omnino, nam ubi aliquo cultore proficiunt, si quempiam serpentum obuiam habuerint, protinus felix omen interpretantur.

*De accensis lychnis regie Calechut.*

CAPVT XXIII.

IN regia principis Calechut sunt uariæ mansiones, multipliciæq; cubicali nam inumbrante cœlum uespera innumeri ardent lychni conspiciuntur. Regis aulam dena aut duodena ex aurichalcho saberrime facta instar signati fontis complent candelabra: unius hominis altitudine tolluntur, singulaq; uasa ternas habent lucernas (polyxines appellant, Græce uero polylychnos) gemini palmi altitudine, inq; eis non parum est olei. In priore uasis parte innatant oleo ex gossipio funiculi accensi, elychnia uocantur: huiusmodi enim alendis flammis lucernis adhibentur: inq; uase medio angustius uas conspiciuntur luminibus oppletur: & rursum in uasis fastigio in minore uasculo innatant ardent ex xylo funiculi oleo innatantes. Vas cōsurgit instar trianguli: prius demones toreutice insculpti priuos angulos fulciunt. si sunt ministri regis, qui lumina assidentes regi tenent. Vbi uero quispiam ex his qui regem archiore coniunctione contingunt, diem suum obierit, transactio anno lucus, edicto ad se cunctos regni sui sacerdotes (Bramini appellantur) accerit. Imperata subeuntibus, ad diem que uenientibus, mox ab rege opisari conuiuij dies indicitur, genio que triduo indulgent. His in cibatu est oriza plurifariam condita: uelcuntur item apro, ceruoq; uenatu enim oblectantur plurimum. Transactio triduo singulos conuiuas, omnes sacerdotes inquam, quaternis uel quinis aureis donat. Quo facto, abeundi aliò remeant, di que ad propria facit potestatem. Tunc omnes regni cultores per speciem latitiæ barbam ponunt.

*De maxima multitudine hominum, qui illò percipiende ignoscencie causa contendunt.*

CAP. XXIIII.

HAUD procul ab urbe Calechut uisitur delubrum quaquauer sum circumdatum aqua: in sile modo constructum, est uetusto more, geminumq; columnarum ordinem habet, instar templi diui Ioannis in fonte urbis Romæ. In delubro medio cōsurgit altare lapideum, ubi gens sacrificat idolis. intra ipsas columnas uisitur actuaria cymba oleo referta duorum passuum longitudine: huiusmodi oleo enna nomen est. Delubrum plurimæ arbores, uerum consimiles ambiunt. In his uisuntur ardent lucernæ & lychni pensiles, & id genus luminaria propè innumera. Complent rursum delubrum accensæ lampades fouente ignes oleo, & ubi illuxit ea dies, quæ est uigesima quinta Decembris, frequens undecunque populus etiam quindecim dierum itinere illinc distans, eò cateruatim, & cum primis sacerdotum ordo sacrificandi gratia contendit. Verum prius idolis non sacrificant, quam immeriti aquis delubrum ambientibus se lauerint, Quibus locis sacerdotes eorum conscendunt cymbas oleo, ut prædiximus, refertas, ad se que aduentantem populum oleo memorato aspergunt, capita duntaxat oblinentes, quibus oleo delibutis, cuncti sacrificio incumbunt. Ab altero altaris latere, ubi sacrificant, immanissimus uastiore forma satanas uisitur: hunc frequens populus humi procumbens adorat, moxq; ad sedes proprias quisque remeant. Dum hæc sunt, omnium criminum fide publica proponitur impunitas, uti diuicq; spatio unicuique licet illò contendere ceu in asylum, nec licet per id tempus alteri de altero ultionem fumere. Nusquam gentium me hercule frequentiore uidi populum, si cum diem excipias, quo Meham inuadit. Sed iam hinc abeo, totius processioneis meæ difficultates ac discrimina, quæ mihi euenerunt, seriatim expediturus.

LVDO



LVDOVICI PATRITII ROMANI

RERVM INDICARVM LIBER SEXTVS.

De Ciuitatibus Calcon & Colon.

CAP. I.



**A**NIM ADVERTENS comes meus Cociazenor nomi-  
ne, ob varias inturbationes, bellorumq; discrimina, cō-  
mercij locū esse propē nullū: ob eam præsertim causam,  
quōd Lusitanū urbē Calechut cultoribusq; nō sine strage  
maxima bellum intulerāt, sumpta in occasione inferendi  
belli, quōd indigenæ Mahumetanis assenti fuerant, ut cir-  
citer quadraginta octo Portugallenses leto traderentur:

hos enim uita functos corā uidi: propterea rex Portugallie genti hostilia ar-  
ma semper intentat cōcertatq; diuturniore prælio, inq; suorum ultionem in-  
numeros consecit cultores, maçaritq; iubet indies. Ob id urbs pessime acci-  
pitur, quippe quæ omni habitatore uidua existit uigentibus bellis. His strage  
inspectus, uisum est illinc abire. Quare uecti limpidiissimo amoenissimoq; flu-  
mine, inde soluētes ad urbē nomine Calcon itādē aliquādo deuenimus: ea  
abest ab urbe Calechut leucis quinquagenis. Vrbs rex idolōrum latræ est  
addictus. Ibi uigent mirabilem in modū mercimonia: mittit ager optimū pi-  
per. Regi non sunt maximæ opes. Huius stabitus mōtesq; à cultoribus Urbis  
Calechut haud maxime absumt. Illic etiam nacti sumus nonnullos Christia-  
nos qui diuī Thomæ nuncupantur: ij negotiabantur, seruatoriq; nostro ut  
nos inītiati sum, de his accepimus singulis ternis annis ex Mēphi siue Ba-  
bylone urbe Nilotica sacerdotē illo aduētare baptizandi eius populū gra-  
tia, qui diuū Thomā colit, illi ritus seruant Christianos, quadragenos dies  
obseruant, credunt seruatorem nostrum resurrexisse, eo argumento quōd pa-  
scha celebrant nostro more, reliquasq; saūctorū solēnitates, ac missarū solen-  
nia ritu Græcorū expeditū, à quaternis nominibus, Ioāne uidelicet, Iacobo,  
Matthia, & Thoma nomine acceptant. Vrbs, si celi temperiē, si regionis si-  
tū, moresq; hominū respicias, parū distat ab incolis urbis Calechut. Trans-  
ito triduo inde solutes ad aliā urbē peruenimus Colō nomine, à memora-  
ta spatio uiginti mille passū distat. Rex eius urbis idola colit, etq; magna-  
rū princeps uiriū, quippe qui in armis uicena equitū millia semper habet.  
Illic elegans portus uisitur, haud procul à mari arua sunt rei frumētariæ ex-  
pertia, mittit tamen omnifariū fructus, & præsertim piper modo urbis Cale-  
chut. his colos, habitus, moresq; sunt ut indigenis Calechut. Rex euertine cū  
finitimis regibus bella gerit, utiturq; in prælio hippotoxotarum opera. Qua-  
re bellicis expeditionibus rege incumbente, uisum est comiti meo ut illinc  
abiremus. Igitur pelago cōmissi, inde soluētes iter cepimus uersus urbē, cui  
Cayl nomē est, ditionis memorati regis, e regione dictæ urbis ad quinquagin-  
ta mille passus. Vidimus quomodo piscatur nauē margaritas unioesq; &  
id gen<sup>9</sup> baccas, sicuti etiā retulim<sup>9</sup> in superiorib; de urbe Ormo denarrātes.

De Cyromandel urbe India. CAP. II.

**V**Ltra progressi ad urbē aliam appulimus Ciromandel nomine. Vrbs est  
maritima, & à Colon urbe nauali itinere dierum circiter septem distat,  
ea est ualidissima, nec incensibus ambitur. parat regi Narsingæ, altrincusq; ui-  
situr insula Zaylon, & ubi promontorium Comerinum præteritis, mittit a-  
ger huiusmodi miram ortiæ copiā, illaq; ad multiplices uariasq; regiones  
iter patet: ob id complurium regionum scalæ nuncupantur. Vrbs in colunt  
innumeri negotiatores Mahumetani, qui cōmerciū causā ultro citroq; com-  
meant. Nulla inibi aromata utiuntur. fructus fert omnifariam insar urbis  
Calechut. Illic nactus sum nonnullos Christianos, qui memorabant corpus  
diuī Thomæ non longe ab ea urbe, id est, ad duodecim mille passus abesse.  
Adjiciebant etiam ad hæc, curam sancti corporis quibusdam Christianis de-  
legatam esse, adseuerantes inibi male accipi Christianos, uixq; posse uitam  
trahere

Colo

Cayl

q

trahere

trahere, postquam rex Lusitanorum arma cultoribus inuoluerat hostilia, compluresque indigenas eius regionis confici iusserat. Ob eam rem adfirmabat regem memoratum genti formidolosum esse admodum. Tedere uitae propterea Christianos omnes, clanculumque eos passim mactari, ne id regi Nasirga innotescat, quādo certe constat, inter regem Lusitaniae ac Nasirgae summam intercedere necessitudinem, Christianosque regi memorato in paucis charos esse. Ex memoratis etiā referebant nonnulli transactis iam quinque ac quadragenis annis ut nūminā miraculū contigisse in hūc ferme modū. Atunt enim Christianos cum Mahumetanis quandoque manus conseruisse, ac seque discessisse Christianum quendam recepto prius in lancerto uulnere, contendisseque protinus sanandi brachij causa ad diuī Thomae sepulchrum, statimque eo conlaciato, manū ad usum reddisse quamprimū. Ob eam rem narrat regē Nasirga cepisse Christianis subscribere, gentemque fouere plurimum. Itaque comes meus inibi complura mercimonia uenū exposuit: uerū quia per id tempus bellum illatum regi Ternaseris regionis erat, duximus propterea non nihil illic consistendum fore. Absumptis ergo ibi compluribus diebus, eodem cōscendimus, id genus nauigij ciampānā appellans, in inferiore parte magnopere complanatum. huiusmodi enim celoces altiores aquas minime expossunt, sicut ferant onera enormia. Traiectimus igitur sinum latitudine citra uiginti leucarum, in cuius traiectu parū absuit quin pessum fuerimus, aperto discrimine, ob breuiā, aridas, scopulosque crebriores imminente. Tandem aliquando appulimus insulā, cui nomen est Zailon, quae patet ambitu decies centum mille passuum, ut referebant cultores.

De insula Zailon, ubi inueniuntur lapilli pretiosi. CAP. III.

In ea itaque insula, cui Zailon nomen est, quaterni reges longe lateque imperitant, adeo regio in immensum propere patefecit. Periunctio ac penē in transcurtus res dicte insulae sumus denarraturi: uiginti diebus acerrime bellis, effectū est ut mores hominum ac regionis situm minus explorare poterimus: quare per paucorum dierum mora haec tamen quae collegi, mox subiiciam. Fert regio in primis elephatos complures, inibi quoque pyropos erunt: non longe enim, utpote ad geminum lapidem, uisitur mons ualidissima longitudinis, ad cuius radices pyropi inueniuntur, hi sunt lapilli pretiosi, uulgo rubini appellantur (sic enim inueniuntur) nam ubi negotiatores quippiam, & praesertim mangones illud contenderint lapillorum eruendorū gratia, operae pretium est eos prius regem adire, quo conuenio, emunt menturā telluris quamdam, utpote cubiti unius quaque uersam magnitudine. id genus menturā molam dicunt, eo nomine enim brachium appellant. Huiusmodi terrae mensura quinque uenit aureis, ea lege atque omine, ut humū effodientibus semper pro rege quispiam adsistat, ut si forte fortuna inter effodiendum conspiceretur lapilli pretiosi excedentes caracteres denos, regi protinus adiudicentur: inferiorum uero lapillorum citra dictū pondus mangonibus, ac negotiatoribus qui tellurem memoratam praestinarunt, potestatem faciūt. Haud procul ab dicto monte innumeri pretiosi lapilli inueniuntur, interfluente maximo amne, hyacinthi praesertim, sapphyrii, ac topazij, & id genus lapides complures: mittit & idē ager suauiores quam unquam uiderim fructus praecipue gariophyllō nostris non conferendum, malaque assyria suauitate incredibili, ac omnifaria fructus ferme instar urbis Calechutita tamen, ut hiis suauiore gustu minime concedant.

De Cinami arbore. CAP. IIII.

Cinami arbor lauro haud est absimilis, si praesertim folia species, grana primo gignit lauri instar, baccas credas, minutiora tamen, eademque albicanitia. Cinamum itaque nihil aliud esse quam arboris librā planissimae constat, hunc enim in modum legitur. nā singulis ternis annis incidunt ramos, delibrantque demptum eo modo corticē cinamomū appellant: neque enim caudicem incidunt, sed ramos tantum. Huius itaque cinami illic mira est ubertas, quam

Ciampāna

Pyropi

ante co  
tatq  
in lali  
nis cu  
mor d  
dine d  
huc u  
Arua  
cie in  
& ob  
stigal  
est suff  
bitu u  
panni  
res, in  
est pro  
do eni  
cumbu  
omni f  
su eue  
cōuen  
rum or  
lus dis  
meum  
sequit  
pauore  
li non  
poster  
ximun

TRA  
pa  
empor  
Pego e  
compl  
dam M  
uete d  
res eni  
urbs o  
menta  
non ha  
bellica  
id temp  
si hosti  
mora, a  
sus urbs  
Eo igit

VRI  
ca  
brem h  
Rex ei  
diutina  
exercet  
quam u



A aut colligitur, non est protinus absoluta suauitate, mēstruo perfecta absol-  
 utaq; est suauitas. Resulta ea tēpestate comiti meo Mahumetanus negotiator  
 in iustigio ualissimū montis specū esse quendā, quō se recipiebāt eius regio-  
 nis cultores omnes, orandi gratia in protoparentis sanctissimi memoriā. Me-  
 morat enim incolae diuū Adā post lapsum illiē fletu ac continentia pœnitū-  
 dine ductū culpam redemisse. Id assequunt ea coniectura, quōd parētis ad/  
 huc uisuntur impressa pedū uestigia, longitudine geminū palmū excedētia.  
 Anta sunt orizę expertia, sed qui contuehant illāc iter agunt Reges enim dī-  
 ctaē insulā, Narlingę regis uectigales sunt, nam pendunt quotannis tributū  
 & ob orizā quæ abūde ex continētī Narlingę illō cōportatur, coguntur ue-  
 ctigal soluere memorato regi. cœli est insula clementis admodū genti colos-  
 est suffuluus, æstumq; minus ue algore sentiunt, uernante semper tēpore, ha-  
 bitū utitur uere Gabino. chlamyde enim exerto brachio corpora uelant,  
 pannis goliipinis aut sericis utuntur plurimum. ea insula sita est sub æquato-  
 re, in zona perusta, subq; cādenti sydere. bellicæ uirtutis id hominū genus  
 est profusū expers, quippe quod tormētis ferro ue haudquaquā utitur harū,  
 do enim lanceæ ac enlis gladij; uicem supplet, ob id perraro in prælio oc-  
 cumbunt; apprimē sunt imbelles, nulliusq; fermē spiritus. illic flores prope  
 omnifariā leguntur, gens multo perennior est, longioreq; æuo q̄ nostra. V/  
 su euenit aliquando, præsertim quadā uespera, ut ex rege quidā comitē meū  
 cōueniret, diceretq; ut continuo corallos ac crocum ad regē deferret, nā ho-  
 rum omnium comes meus uim maximā habebat. His auditis negotiator a-  
 lius dictaē insulę Mahumetanus clanculum quali per specię amicitia socium  
 meum monuit, ne regem adiret, ceu mercimoniorum pretium minime con-  
 sequuturum. Id egit Mahumetanus mira impossitura, ut iniecto comiti meo  
 pauore, eoq; abscedente liberius sua ipse mercimonia exponeret. Huius do-  
 li non satis gnarus comes meus, statuit abire: respondit tamē nuncio regio,  
 postero die iturum ad eum. Verum mane postridie consensu nauigio, pro-  
 ximum continentem remigibus maxime adnitiuentis dilapsi sumus.

De Palechet urbe Indię.

CAP. V.

**T**Ridui itaq; itinere ad urbē quandam Palechet nomine deuenimus, ea  
 pareti regi Narlingę, compluriumq; mercimoniorum famigeratum est  
 emporium, & cōprimis monilium quali omne genus. hæc enim ex Zaiō &  
 Pego eō comportantur. urbē etiā incolūt ex Mahumetanis negotiatores  
 complures, uisunturq; inibi omnifariam aromata: nā recepti hospitio cuius-  
 dam Mahumetani, illi cūcta referabamus, unde uidelicet, soluissemus, quo-  
 ue tēdebamus, nosq; cōplures merces attulisse, corallos præsertim crocūq;  
 res enim huiusmodi Mahumetano magnā peperit uoluptatem. Memorata  
 urbs omnī rerū copia, Indicarū urbium modo, ubertim affluit. ager rei fru-  
 mentariæ expers est, uerū orizā scatet plurimū: in situra uero legesq; nec  
 non habitum ac mores instar indigenarum urbis Calechut habēt. Incole rei  
 bellicę gnari sunt admodum, sed tormentis utuntur nullis. Verum quia per  
 id tēpus quo illie agebam, distidebant cultores cum rege Tarnasari, nō ni-  
 si hostilia meditantēs, uisum est propterea perpauorū dierum inibi sumptā  
 mora, abundū esse protinus illinc. Quare inde soluentes iter cepimus uer-  
 sus urbem Tarnasari, quæ abest ab memorata urbe centenis mille passibus.  
 Eō igitur appulimus, absoluto prius tredecim dierum itinere nauali.

De Tarnasari urbe Indię. CAP. VI.

**V**Rbs est in India haud procul à mari, cui Tarnasari inditū est nomen,  
 ea posita est loco minime iniquo, moenibus ambitur, portumq; perele-  
 bre habet, amnis limpidissimus urbem præterfluit Septentrione uersus.  
 Rex eius latrice idolorum est addictus, magnarumq; uenturū principis, huic  
 diturna cum rege Narlingę sunt bella, cumq; Bangellæ rege prælium iuge  
 exercet. Huic itē sunt in armis centeni elephantēs, proceriores uastioresq;  
 quā unq; conspicatus fuerim, merent sub eo stipendiā quom equitum tum  
 etiam

Adam pennis  
tentia

etiam pedum centena millia ense paruo, clypeisq; obrotundis eisdem te ex libris arborū cōfectis utuntur: alij peltas modo indigenarū Calechut ad bella ituri ferunt, arcubus plerūq; utuntur, harundoq; teli loco succedit. Rursum profecturi in præliū se loriant amictu xylo magnopere referto, edes eorum partes circūdat, collocanturq; non aliter q; nostræ, mittit ager triticum gōspiumq; necnon affatim ferici: legunt etiā colores inibi cōplures, cū maxime quem uerzinū appellant, ferunt arua omnifariā fructus, altos pomis nostris haud ablimiles, pyris alios simillimos. Ferunt rursum assyria mala, ce trinaq; necnon cucurbitas, habent etiam uiridaria amoenissima.

*De feris ac ciuatis animalibus urbis Tarnasari.*

## CAP. VII.

Cingit ea regio multifariā animalia, fera alia, exarmata alia: circūrū sunt, boues, pecora, capræ, apri, cerui, hinnuli: ferarū uero generis sunt lupi, leones, uisuntur etiam ibi feles eiusmodi, qui zibellum gignunt aruas etiam inerrant, pau complures, & eius generis aquile, quas falcones appellamus, plitaci item omnium pulcherrimi, albicantes lepteno colore præsertim distincti. Est etiam illic leporum ac perdicum mira fecunditas, honestam regionem complura alia uitiorum genera, raptu præsertim uiuentia longe a quilibet proceriora: nam ex superiore rostri parte ensium capuli fabricantur: id rostri fuluum est phœnicato colore distinctum nihil sanè uisū pulchrius, nihil amœnui, aliti uero color est niger & item purpureus, intercurfantibus albicantibus pennis nonnullis. Ibi nascuntur proceriores galline, galli q; gal linacè, quàm hercle uisidisse meminerim. Summam propterea uoluptatem cepimus consistantibus, accerrime gallis gallinacis: nam singulo die huic ludero in uicis medijs Mahumetanorum animi causa opera dabatur, mirumq; est Mahumetanorum pro hac re certamen: habent priui priuos gallos gallinaceos, eos cōmittunt alijs, expōsitis quandoq; pro alitum futura uictoria aureis centenis singulo congressu, uter superior euaderet. Conspicua sumus senis horis concertantes alites, nec prius modū prælio faciebant, q; occubissent. Reperitur etiā ibi nonnullæ capræ magnitudine nostras excedentes, nostrisq; longe pulchriores, tantæ fecunditatis, ut uno partu quaternos fœtus ferant: exponit ibi (tanta est animaliu copia) duodenos uerueces singulo aureo. Cōspiciuntur illic rursum uerueces, alij cornua haud ablimilia damis habentes, nostris lōge maiores, ferociorē sue. Bubalus uero nostris habent deformiores, piscibus aut nostris more regio scater, in tantamq; adolefcunt magnitudinē, ut bini cantari pondo nonnulli inueniantur. Vescitur id hominū genus omnib; ferē animalibus, si uaccas excipias. Edētes huiusmodi procūbunt absq; gaufape, ligneis tamē uasis utūtur ad fabre factis. Potus est illis latex saccharo cōditus ditioribus præsertim: cubilia habēt, quæ ab humo more nostro altius tollūtur, stratū uero ex gōspio habēt, stragula aut ex serico, aut sanè xylo chlamide utūtur exerto brachio serica uel gōspina. Ferunt ex negotiatoribus nonnulli interulas sericas, uel xylinas elegantissime confectas in uniuersum autem pedibus incedunt nudis, si sacerdotes excipias, qui apices ferunt ex serico uel undonibus longos binos palmos, inq; apicis fastigio gerunt nescio quid in modum glandis elaboratum, quasi toreutice, multo quaquæ uerium sparum auro depēdet a tergo instar uitte geminum sericum binos longum digitos, in auribusq; plurimū delectantur, quippe qui gemmis ac margaritis pretiosioribus onustas habent aures: in digitis autem nulla condalia. His est color subalbicans, cœli uerò tēperies frigidior est nonnihil quàm urbis Calechut: mores uero, colendiq; arua, ac legendi fructus consuetudo, à nostris institutis moribusq; parum absunt.

*De more quem seruat rex quum deslorandam eius coniugem albicantis coloris hominibus præbet.*

## CAP. VIII.

Exhibet memoratæ urbis rex deslorandā coniugē nō sacerdotibus, ut solent urbis Calechut principes, sed albicantis coloris hominibus Christianis,

Prælium

Capuli ex ensium rostris

Gallorum certamen

nis, au  
tur. Ac  
minib;  
placit  
fiat p  
urbē, i  
in hun  
Sumus  
hec co  
torū qu  
qui ma  
peruen  
le: Duc  
prior e  
bantur  
conuer  
gentis  
his eue  
pudor  
ci, quo  
fuere a  
tim ali  
meus p  
excep  
tecos, V  
negotia  
itaq; ne  
millim  
fuit con  
prius q  
sa dissol  
quasi flo  
etes, si  
tinus u  
falaces  
prorog  
tæ mil  
ses sua  
ullitas  
EXER  
tunc  
demq; i  
cris, de  
crificat  
in rog  
simū ill  
tiores a  
id genu  
corpore  
cinent  
gum que  
letitiam  
liere nu  
uani secu



nis, aut Mahumetanis. Cultoribus uero idolorū id munus minime delegatur. At incolæ prius chorum nō ineunt, quā quampliam ex albicātibus hominibus cuiusuis nationis existat, asciterint cōiugū firarū stupratōrē. complaceat enim illis, ut ante corpora uulgent coniuges, quā earum sibi sit potestas. Id equidē usu euenit quū illic ageremus. Ingressentibus enim urbē, nobis occurrere ternū uel quaternū idolorū cultores, qui comitē meū in hunc ferme modum eorum lingua compellarūt. Estis ne amici hospites? Sumus, inquit comes meus. Tunc negotiatores, Quādo huc appulistis? Ad hęc comes meus. Quartus agitur die quo huc detinimus. Et rursus negotiatorū quispiā. Ite mecum, adesq; meas uilite: quando certe nos hospites quam quī maxime diligimus. Tunc comiter nos inuitantes sequuntur sumus: eoq; ut peruenimus, ienta culū apparate appositū est, nobisq; iam refocillatis, ait ille. Ducturus sum intra quindenos dies uxore, uni uestrū defloratā cōiugis priorē nocte munus delegetur. His auditis, quæ nundinato pudore promebantur ab hospite, puduit nos quamprimū. Tunc mancipiū nostrū ad nos conuersum, Non uos, inquit, pudeat oblati muneris, quādo quidē est mos gentis urbisq; insitutum. His intellectis, pauehamus ne deterius quippiā nobis eueniret. rebamur enim gentē nobis illudere. Innotuit continuo hospiti pudor noster, nosq; his ferme uerbis hortabatur: Ponite curas omneis amici, quoniam eiusmodi est urbis huius cōsuetudo. Hęc itaq; ut nobis cōperta fuere ampliorē spiritū ictis stupore impudētis moris dedere, accedēte presertim alius comitis, qui nobiscum ibat, crebriore adhortatione: quare comes meus pollicitus est se id laboris subiturū. Tunc negotiator qui nos hospitio exceperat, Eritis inquit, diutini mei hospites, dignaborq; uos honoratione recto. Verū comes meus subreccusabat, adfirmās comites nolle deserere. Ac negotiator rursum instabat, identidem ades, suaq; omnia offerens. Peruicit itaq; ne inde discederemus: allatis ergo comitis mei facinulis, hospiti comissimo simul omnes (sex enim eramus) assenti sumus. Verum operæpretiū fuit comitē meū tantisper operiri, donec eius hospes uxorem duceret: quod prius q; ad quindenos dies nō euenit. Ducta noua nupta, comes meus sponsa dissoluit, uxoreq; hospitis illecebre potitus est. Ea annū quintū decimum, quasi flos ipse, haud excedebat. Verū postq; deflorata est nupta priorē nocte, si uiri de cetero honori illius deerit, fidēq; iugalē temerarerit, morte protinus uulgatæ pudicitie pœnas luit. Ob id uoluerunt mulieres huiusmodi salaces plurimū, ut nūquā nox, qua deflorabantur, esse desisset, sed saltem prorogaretur ad mensem: nō tamen nos sanctos munere uulgandæ pudicitie multos quāprimū faciebat hospes: uerum ad quaternos quinosq; menses sua impensa domi alebat largius quā referre possim: id efficit annonæ uilitas incredibilis, gentisq; liberalissima cōsuetudo ac natura comissima.

De modo condendi humana corpora.

CAP. IX.

Exempti rebus humanis ardētissimo rogo sacerdotes regesq; deflagrāt, tunc sacrificant cacodæmoni, combustorūq; cineres in ualis Samijs eisdemq; infectis nitro cōdunt: his est angustū orificium instar patinæ medio cris, defodiuntq; domi uasa cineribus oppleta, Sub arborū umbraculis sacrificat instar cultorū Calechut. Quū comburūt corpora: omnifariā odores in rogi cōiiciūt, aloē, uidelicet, & id genus arboris, cuius gūmi elegantissimū illud unguentū gignit, quod uulgo belzoi nūcupatur, laserpitii crudiores ab arbore laseri dicunt, & itē storacem, thus, corallum, sandalium, & id genus propē innumeras odoratas arbores. Hęc odoramēta igni imponūt, corporeq; imposito incendium excitant, tubis clangentibus, tubicinēq; consono, quasi eorum more qui olim inter diuos referebantur. Circūdant rogam quindenā aut uiceni homines, cultu dæmonum amici, qui gestientes lætitiā præferunt deflagrati uiro assistit coniunx superstes, comite muliere nulla, pectusq; plangens, tota ruit in ciulatus stetusq; lugubres. Hęc sunt secunda noctis uigilia. Transactis uero post uiri obitum quindenis diebus, mu-

q bus, mu/

bus, mulier viro superstes ad se conuiuij celebrādi gratia agnatos omnes accersit, coniugē præsertim defunctū coniunctione arcēiore cōtingentes. Itaque omnes ubi ad diem uenerint, ad locū illum adeunt, ubi rogo tradita est coniunx, ea fermē hora noctis, qua uir arsit. Tunc prodit mulier compta omnium moniliū genere, reliquisq; decoramentis, quæ ad mundum pertinent multilibrem, ad id collatis fortunis omnibus agnatorum opera, puteo inibi ad id munus extructo, nec is plus in profundum agitur, quā ut foeminā capere queat, puteum harundinibus sepiunt, septumq; uelant serico panno, ut conspectus adimatur. Ardet interea mirabilem in modum odoratis refertus arboribus purcus. At mulier postquam conuiuæ opipare epulati sunt, rursum illa mandit plurimam betolam (id est edulij genus) eorū cibatu facta ad eam tura est, ut mente uacare uideatur. Interea circumdant puteum innumeri tibi cines gelientesq; choraulæ, & amici dæmonum cultu complures, qui flammam ore effere uidebantur. Tunc dæmoni cui Deumo nomen est, sacrificant. Mulier uero obiter quasi lymphata ultro citroq; commeat, nec aliter tripudiat, quā si choreas duceret, identidem illis qui habitu horrifico dæmones referunt, se commendans, ut pro se ea dæmona rogent, sibi que impetrent ad ipsum haud difficilem aditum, suisq; adnumeret. Aliquando pompam ambiunt compluræ mulieres, quæ rogo imponendam arcēius contingunt. Nec arbitramini id munus mulierem mæste exequi, quando certe nihil lætius, nihilq; iucundius agi posset, quā mulier id hilari animo exequitur, æque ac si cælo recipienda foret. Itaque peractis cærimonijs, mulier lymphato cursu, concepto prius manibus serico panno, in rogū flagrantissimum sese præcipitat. Quo factō, actutum proximiores agnati rogo intericam seipionibus obrunt, obrutamq; multa pice onerant, ut hoc fomento altius ignis, mulier præsentius intereat. Et nisi subiret mulier id munus post uiri mortem, incredibilis infamiæ nota illi inureretur, foretq; toti regioni ludibrio, ceu coniugis minus studiosa letosq; ab agnatis traderetur. Pompei huiusmodi rex interesse ac præesse dicitur, quoniam hunc morem non seruant, nisi summates clariore uel urbis patritij, ne qui putent hunc ritum ab incolis in uniuersum seruari.

*De iustitiâ quam seruant cultores urbis Tarnasari. CAP. X.*

SI quis mortalium quempiam cōfecerit, is protinus morte luit poenas: eundem morem incolæ urbis Calechut seruant. Accepti uero ac expensi habetur ratio, si modo chirographo quopiam, aut sanè teste aliquo id liquidius constiterit. Exarant in membranis nostris haud ab similibus, nō in libris arborum ut indigene Calechut. Quom disceprant inter se, itur ad moderator rem urbis, cui summi furis reddendi munus ab rege delegatum est: ubi uero quispiam negotiator ad uena uitam exuerit prolis expers, neminem hæredē instituire potest, rege fortunas omnes sibi adiudicante. Rege autē uita functo, nati in regnum succedunt: cultores uero quicquid possidet fortunarium, uitam efflatari ex urbis instituto elargiuntur uiritimq; natis impartiantur.

*De ritu condendi Mahumetanorum corpora in urbe Tarnasari.*

CAPVT XI.

EXutos uita Mahumetanos negotiatores, miris condiunt odoribus, comphinis induunt corpora ligneis, sicq; conditos humani, comprimisq; obseruant, ut defunctorum capita Mecham respiciant, id est, Septentrionem uersus collocentur.

*De uarijs multijugisq; nauigijs, quibus eius urbis cultores utuntur.*

CAPVT XII.

HI est uarijs multiplexq; nauigiorum usus, sulcant alij maria celocibus complanatis admodum, quæ altiores a quas minime exposcunt: alij nauigant liburnicis geminam proram habentibus, geminumq; malum absque recto. Est & aliud onerariæ nauis genus, quo enormia onera comportantur: nam serūt aliæ ex memoratis onerarijs nauibus supra mille mercium doliarum



imponunt his vastioribus nauigijs cymbas, nauesq; aduarias in urbe Melacha nomine deferendas, quibus captum proficiscuntur aromata illis, quae locis suis, ubi opportunum duxerimus, denarrabimus.

*De urbe Indiae Bangellae; deq; eius ab urbe Tarnasari distantia.*

## CAPVT XIII.

Am tempus appetit, ut comitis mei meminerim, quoniam utriq; nostrum cordi haeserat, ultra progredi, longeq; remotiora coram uisere. Quam igitur hospiti suo comes meus deslorada coniuge fecisset satis, nosq; rei Venereae praesertim de formium mulierum satietas cepisset, pariente fastiditum plerumq; uberiore copia: expositis mercimonijs quae comiti meo superfuerant, duximus illinc abeundum fore. Quare iter ingressi, ad urbem quandam Bangellam nomine peruenimus: ea ab memorata urbe septingentis abest mille passibus. illo enim appulimus itinere nauali undecim dierum: nam dicta urbs fecunditate rerum omnium cum caeteris totius ferme orbis urbibus contendit, nemini sane secunda, patet prope in immensum eius urbis regnum. Regi sunt in armis quum equitum tum etiam peditum ducenta Mahumetanorum militis: tantarum est princeps uirium, ut diutissime cum rege Naslingae praesertim: huius regni tanta est rerum omnium ubertas, ut nihil quod ad humanos usus pertineat desideres; si omnifariam animalia, si item rei frumentariae uberiorem copiam, si rursum faccarum, zinziber, & id genus aromata, si postremo gospitalium sericiumq; respicias, nulla est profecto in orbe toto plaga saecundior. Ob eam rem nusquam alibi ditiores locupletiores ue inueniuntur negotiatores, singulo enim anno abducuntur inde ad quinquaginta nauigia gospitalium pannis sericiumq; onusta. Mercimonia huiusmodi uarijs barbarorum lingua censentur nominibus, a quibus ex composito temperamus, ne Romano sermone inassuetis pariat fastidium. Igitur inde aucti panni ad Turchas Syrosq; necnon Arabas, Perfas, Aethiopes, Indos ue deferuntur. Sunt etiam ibi innumeri exteri mangones, qui gemmas lapillos ue pretiosos praestinant ab incolis.

*De nonnullis Christianis negotiatoribus, qui inibi commercia exercent.*

## CAPVT XIII.

Illicitaque offendimus Christiani nominis complurculos negotiatores ex urbe Sarnau, ut referebant, oriundos. Hi illo ueluti ad nudinas serunt fericos pannos, odorataq; ligna aloes, uidelicet, & laseris: ea est arbor quae electissimum gummi illud gignit, laserpitium appellant doctiores, uulgo autem belzoi dicitur, attulerant etiam castoreum, & id genus fragrantiores odores. Memorabant dicti Christiani esse in eo regno huius sancti nominis coplures principes magni Chamis urbis Catai imperata subeuntes. Christianis huiusmodi ex undonibus uestes erant, non eiusmodi quae singulos artus expriment, sed laxas innumeratq; plicas habentes, manicas uero gospitalium referant, caput tegebat apex ex panno coloris Veneti, altitudine ferme gemini palmi. His est colos albicas, trinumq; deum esse adiuratissime fatentur: quum inuicem Christianorum sacris, more nostro latice asperguntur, duodenisq; apostolis, ac quaternis euangelistis fidee adhibenda esse planissime adstruunt, scribunt ordine prepostero Armeniorum more, celebrantq; nostri seruatoris ortu & occasum. quadragenis Christiano more abstinere diebus, nonnullasq; altas fastorum colunt celebritates, soleis non utuntur: caligas uero ex serico fluxas admodum ferunt, easdemq; omni monilium genere exornatas. nitent in digitis eorum incomparabili splendore lapilli, quum discunt, bunt abaco non utuntur, sed humi procumbentes omnifariam carnibus uestiuntur. adhaerebant ad haec illi se compertum habere, esse complures reges Christiani nominis maximos magni regis Turcharum finitimos, Rumi appellent. Hi ubi conspicati sunt comitis mei pretiosiora mercimonia, & praesertim praegranda coralli ramusculi, hominem ingentissimis pollicitationibus onerabant, egressentes plurimum, ut secum iret ad urbem quandam ubi pollicebantur se daturos operam, ut inibi tantum mercium exponeret, si

Bangella  
ubertas

Christianorum  
Bangellae mores

pyropos præstinare uoluisse, hæud difficulter supra dena aureorum millia lucrari quire, subdentes etiam lapillos huiusmodi pretiosos longe pluris esse apud Turchas, exponiq; posse quasi ceteris aureorū millib. Ad hæc respondit comes meus, se quidē illis morē gerere uelle; modo quāprimū illinc abiret. Tunc Christiani, Perēdino, inquit, die hinc soluet nauis, eā cōscendemus, ut protinus illō quō te sumus ducturi, uelificemus: nā ad urbē Pego nomine liburnica cōtendit. Quare comes meus his allectis pollicitationib. statuit se cū proficisci. Ad id accedebat quod exploratū habebat cōpluſculos Persas eodē ituros, quū præsertim sibi dictorū Christianorū suauissima consuetudo iam pridē innotuisset, incolis referentibus. Inita itaq; cum eis amicitia; diuenditisq; mercimonijs, excepto croco, necnō Hetrusca purpura, inde soluimus eam urbē deserētes quæ omnī rerū fecunditate cunctas exuperat urbes, si humanas spectaueris delicias. In ea urbe pannos nō conficiūt mulieres, nec lanificio nentes incūbunt, id munus uiris delegatur. Discessimus itaq; illinc, Christianos memoratos sequuti, tandemq; aliquando ad urbē peruenimus, cui Pego nomen est, quæ decies centenis mille passibus ab urbe Bangella abest: nec prius eō peruenitur, quam sinum meridionalem traeceris.

De Pego urbe India clarissima.

C A P. XV.

**H**Aud procul à mari in continenti urbs Pego nomine sita est, læuor sum, id est, orientē uersus. Urbem præterfluit limpidissimus amnis, quo ultra citroq; mercimonia cōportat. Rex eius urbis idola colit, cultoribus fides, habitus uiuendi modus, moresq; indigenis urbis Tarnassari sunt similissimi, colore uero candidiore caelq; frigidiore, regionis autē situs, plagæ nostræ non est abſimilis. Urbs ambitur mœnibus, ædesq; pulcherrimas, ac elegantiores habet, cōstant enim lapidib. & calce. Ipsi regi in armis innumeri sunt, quum equites, tū etiā pedites, merentq; sub eo mille Christiani, inde tamen oriundā nām prius singulo mense stipendiū nomine senos aureos (pardaos ipsi appellant) solui iubet, alitq; eos impensa propria. Ager re frumentaria plurimū scatur, ad fatiq; carniū habet quasi omnifariam animalia, ut in urbe Calicut uisitur. Inibi perpauci sunt elephantes, reliqua uero animalia, & auitorum cōplura genera illic conspiciuntur modo regionis urbis Calechut. Habent præsertim plitatos uocaliores quàm usquā alibi offenderim, eisdemq; pulchriores. Sunt itē ibi proceriora ligna, fabricandisq; edibus aptiora q; uiderim unq;. Ferūt etiam harūdīneta uastiores harundines, utpote crassitudi- ne dolij unius. Inueniunt ibi feles qui unguentū illud fragrantissimū gignūt quod uulgo zibellū dicitur: ueneūt dicti feles terni aut quaterni singulo aureo. Mittit memorata urbs præter monilia præsertim pyropos, mercimonia nulla. Hi lapilli pretiosi aliud aduehūtur ex urbe uidelicet quæ Capela dicitur, ea orientē uersus ab dicta urbe itinere XXX. dierū abest: neq; illō sum profectus: sed de negotiatoribus qui ampliter memorabāt, hæc accepi. Illud etiā noueritis, in urbe præfata adamātes grandiores, margaritasq; lōge pluris esse maiorēq; pretio uenire quā apud nos: itidē de smaragdo referebāt negotiatores. Quū illuc appulimus, rex lōge illinc aberat, utpote itinere XV. dierū: nā bellū inerat cōtra regē quendam, qui rex de Aqua nuncupatur. Propterea inde abijimus, ueluti nauigio ex ligno solido, longo supra quindenos passus, lato binos passus, remis uero harundineis, ut haud mora compertum fiet uobis, ea enim parte qua remus aquas complectitur, scissus erat ferme ebi sulcus: iungebant geminas partes alseres abaci instar connectentibus funi- culis, quo fiebat ut citatius permearēt aquas: id genus nauigij impulsurum remis huiusmodi uelocius quàm nostræ celoces fertur, malus arboris consistat ex harundine uastiore, dolij, quo asseruantur aleces, figurat. Nos itaq; peti- uenimus ad rusculum quoddam, ubi nacti sumus nonnullos negotiatores, qui ob uigentia bella urbem inire nequuerant: quo uiso duximus redeun- dum esse ad urbem Pego, unde paulō antē discesseramus obiter spatio quasi quinq; dierum. Rex quem urbe abesse memorauimus, uans uictorq; rediit

post



post habitam de hoste uictoriam. Quare postridie illius diei quo rex rediit, Christiani illi negotiatores comiti meo aditum ad regem impetrarunt.

De cultu regis l'ego. CAP. XVI.

Non est quur quis arbitretur eo fastu hunc regem uti, quo rex Calechut nutritur, quando certe constat regē memoratū adeo se exhibere adeuntibus facile, ut uel infans ipsum alloqui queat: omniū tamen est ditissimus, quippe qui tanto moniliū cultu, & cōprimis pyropū exornatur, ut uel maxima urbs tāti nō ueniret, quāti sunt gemas, uniones, margaritas, & id genus lapilli pretiosos, quibus is elegantissime honestatur. In digitis uero cōdalia et gemmē nitent, crura aut bractea ex purissimo auro lōge insigniūt, intercursantibus pyropis mirandū in modū micantibus: ut breue faciā, manus, lacertos auresq; omni genere moniliū onustas circūfert, adeo ut aures pōder gemmarū ap- penso pēdūle ad mediū palmū conspiciantur: propterea sit, ut si quispiā tenebricosa nocte regē cōspicatus fuerit, nō aliter illi iūmū clarissimū illuceat, q̄ si phœbus ipse radios suos uibrauisset. Cōuenērūt igitur regē negotiatores Christiani, illumq; certiorē reddiderūt comitē meū cōplufulca magni pensū mercimonia atulisse. Ad hæc rex respondit, irent ad se postridie: quoniā, ea die sacrificaturus erat demoni. Vbi itaq; is dies iluxit, quē rex præfixerat, continuo acerfire ad se Christianos comitemq; meum iussit, addiditq; ut illo prius nō contenderet, quāmerces cōportaret: paritū est ergo regi, allataq; sunt mercimonia, cuius rei maximā rex cepit uoluptatē, nec id ab re. Nā inter cetera quę atulimus affatu dignissima, erāt & ramī ex corallo gemini nari admodū, qui forte similis uisū sunt nuscq; habuisse, quicq; eō cōmerciū gratia aliquādo sint cōuecti. Ictus rex harū rerū stupore eximio, cœpit Christianos percōtari, qui nā mortales essemus? Cui negotiatores, Sunt utiq; Persæ isti. Tūc rex cōuersus ad interpretē suū, Percōtare, inquit, an has merces sint hic exposituri? At comes meus, Sūt hæc tua oīa clarissime princeps, eis utere pro tuo arbitratu. Ad hæc rex, Incubui superiore biēnio diutinis bellis dissidēs cū rege de Aua: exhaustū propterea est mihi gratiū, suppeditantibus, prælio uires pecunijs, sed sī cōmutatione gemarū, et præsertim pyropū exposituri estis mercimonia, id efficiā, ut uos cōmerciū hui⁹ minime pœniteat. At comes meus ad Christianos inquit, compertū quæso regi facite me aliud nihil quærere præter suæ celsitudinis beneuolentiā, sumat propterea ex mercibus quicquid sibi collibitū fuerit. Tunc negotiatores Christiani aperuerunt regi Persam suæ eminentiæ ultro subiturū esse imperata, daturūq; mercimonia uel abiq; pecunijs gemmarūq; permutatione. His auditis rex respōdit, Audiuisse se sampridē Persarū liberalissimā esse cōsuetudinē, sed hoc Persa uidisse liberiorē neminē, moxq; iuratissime per demonū capita adfirmare cœpit, se experiri hoc exemplo uelle, uter liberalitate præstaret. Quo dicto, accessit acūtū mōcipiō, iubet afferi scriniū geminū palmū longū quaqua uersum totentitē elaboratū, pyropisq; refertū, quo referato, nam multijuga intus receptacula habebat, discriminantibus bracteis tenuioribus: singula itaq; receptacula splendentibus pyropis oppleta erant. Referatū itaq; scriniū coram Persa sisti iubet, simulq; monet ut tantū ex his lapillis pretiosis caperet, quāti sibi complacitū esset. Hæc liberalissima cōsuetudine regisq; munificentia allectus comes meus, hoc sane pacto regē alloquit: O rex egregie, tanta me prosequeris beneficentiā, ut nuscq; maiore munere sim affectus: ob id per sacrū Mahumetis caput, perq; eius sacra, quibus sum illi initiatus, tibi ultroneus omnium mercimoniōrū meorū facio potestātē, donoq; te his rebus omnibus: nō enim sum qui peregre proficiscor quæstus gratia, sed uisendi orbis desiderio. Tūc rex, Adhuc mecū liberalitate cōtēdis, nec possum te munificentiā superare, quibus dictis, rex manum pyropis ex singulis scrinij receptaculis referens, quantum ipsa palma cōprehendere quierat, eoque munere, id est, ducentis pyropis Persam affectit: Cape inquit, ob eā liberalitatē, quā beneficentiā meū contendēs præ te tulisti, donauit etiā rex geminis pyropis singulos Christianos

Regis Pego  
opulentia

nos qui profecto uenissent mille aureis: quos uero comiti meo pyropos deo no dedit rex, tanti esse adfirmabāt, ut non minoris quām centenis auri millibus uenire posse autumarent. Est igitur rex memoratus is qui cunctos orbis reges munificentia eximia pręstat, omnium ferme regum ditissimus, quippe qui decies centena aureorū millia quotannis ab regni sui incolis exigit. Nam mittit ea plaga colores quasi omne genus, item golpīū, plurimūq; serici: sed has prope innumeras opes militibus omnes impartitur. Gens est in uniuersis, ubi ad usum humanū desiderarem nihil. Quare morā quinq; dierū inibi absumpsi. Interea rumore nuncio percrebuit regē de Aua cum robustissima manu aduentare, ut regi Pego hostilia arma inferret. Huic occurrit rex cum exercitu innumero, circiterq; mediū iter nactus est eum. Obiter etiam deo flagrantes mulieres illic cōspicati sumus modo mulierum urbis Tarnassari.

De urbe Melacha, de q; flumine Gaza, ut autumant incolę, necnon de cultorum feritate. CAP. XVII.

Sumatra inf.

POstridie eius diei confensa liburnica, uelificauimus uersus urbē cui Melacha inditum est nomen, ea occidentē respiciēt, illō enim itinere octo dierum appulimus. Haud procul à dicta urbe percelebre flumē offendimus, uersus huius sanē quāu conspicati fuerimus, huic Gaza nomen est, latitudinis ne quinq; ac uiginti mille passuū patet: altrinsecus uero uisitur insula ingēis, Sumatra appellant, nos uero Taprobanam dicimus: cultores memorabant dictam insulā quasi quingentorū mille passuum ambitu patere. Huius latius meminisse est animus, quū opportunū duxerimus. Vbi igitur deuētū est ad urbem Melacha, Sultanū adire iussū sumus quamprimum: is Mahumetanus est, eiusq; regnum Mahumetano paret. Vrbis sita est in continenti, penditq; uectigal regi Cini. Tributo huiusmodi, ut aiebāt, ansam prębuit, quōd eius urbis cōditor rex Cini memoratus ferebatur exiuisse octuagenis iam transactis annis, nec alia de causa urbs illic condita est, quā quod cōmodissimū habet portū, & sanē cōmodiorem, quā forte in toto ferme oceano intueri liceat. Crediderim propterea plura illō appellere nauigia, quā quouis aliis: & comprimis aromata, & complura alia mercimonia omnifariā eodem conuehuntur. Regio non est generatim ferax, mittit tamen triticum, carnes, per paucaq; ligna, aruis inerrāt alites instar regionis Calechut, uerū pisticæ sunt illis longe meliores. Mittūt item arua sandaliū stannumq; elephātes, equos, pecora, boues fœminas, pardos, bubalos, pauos, & id genus complura animalia habet. Fructus autē legunt paucissimos, modo urbis Zeilanī: illic merari non licet nisi emere aromata sericumq; uolueris: his est colos penē subcinericius, capillum promittunt, habitu uero instar incolarum Memphis urbis, Cayrum appellant, utuntur: amplam habent frontem, oculos teretes, nasum autem simū: ibi noctu per urbem incedere impune haud licet, grassantibus inuicem cultoribus, nam mutuis cędibus canum more se cōficiunt, ob id appulsi negotiatores non nisi in nauigijs noctes agunt. Indigenas eius urbis omnes oriundos esse Agiauais adfirmant. Illic moderatori cuidā rex uerariam operam reddendi iuris aduenis delegat, uerum cultores parent nemini, illisq; est pro ratione uoluntas, prauisq; moribus concedunt nemini, adeo mentes efferant. Vbi uero rex eorum serociam cohibere uoluerit, profiliunt magis, regionemq; si redigantur in ordinem, se deserturos minitantur: idq; agunt audacius, quoniam mari adiacent, quasi paruo negotio, quum libuerit, aliō dislapsuri. Propterea comes meus Christianos negotiatores mouit illic diutius commorandum haud esse, profiliensibus nimium cultoribus. Quare conducta celoce, Sumatram insulam uersus uela fecimus: quō quinq; dierum itinere peruenimus ad urbem præsertim quandam Pyder nomine, quæ ferme octuagenis leucis à continente abest.

Anarchia

De



De Sumatra insula, deq; eius urbe Pnyder nomine. CAP. XVIII.

**H**anc urbē celebrior totius insulae portus insignit, ea est insula cuius par-  
te ante meminimus, ubi retulimus huiusmodi insulam quingentorum  
mille passuum ambitu patere. Ego uero crediderim eam esse Taprobanam  
insulam, quod quidem inter complures cōuenit auctores: hujc insulae quater  
si diademate insigniti reges moderantur: hi sunt idolorum cultores, fidesq; et  
ritu uiuendi, nec non habitu regi Tarnasserī non sunt absimiles: scēmine ues-  
ro coniugum desiderio spōte ardent. His est colos quasi albicans, amplioris  
sunt frontis: oculos habent obrotidos, pralini coloris, capillum promittunt,  
naso sunt latissimo eodemq; limo admodum, statura uero perquam despica-  
bilis. Ius ibi summopere uiget, signato argento auroq; ac stanno pro moneta  
ūtuntur. Aurum signatum est eiusmodi, ab altera parte uisitur dæmonis ca-  
pitum caput: ab altero uero carpentum elephantis trahentibus cōspicitur.  
Pari modo signantur reliquæ pecuniæ argenteæ: ex argenteis exponunt de-  
nos singulo auro, stannæ uero quinq; & uiginti numerum aureum effici-  
unt. Mittit ea regio numerosius proceriores quàm usquam alibi conspex-  
im elphantes, eosdemq; meliores. Id hominum genus belli est expertum ad-  
modum, uerum quæstibus plurimum inhiat mercimonia exercens, suntq;  
in uniuersum hospitales, appulsis exteris præsertim.

De alio piperis genere, deq; serico ac laserpino, quod belzoë appellant, inde pro-  
uenientibus. CAP. XIX.

**I**lluc igitur procerioris piperis uberior est prouentus, miraq; copia. Lingua  
patria piper molaga dicitur, id est lōge procerius illo, quod huc aduehitur,  
multoq; candidius, uerum inane ac mordax plurimum, sed ponderosum mi-  
nus: uenit enim inibi piper nō pondere, sed mensura, ut apud nos triticū ex-  
ponitur. Tanta est huius ubertas, ut inde anno singulo uicena naues onustæ  
euehantur: hæ Cataium proficiscuntur, illic exponitur haud difficulter ob fri-  
gidius celsi. Arbor uero quæ piper huiusmodi gignit, producit etiā proceri-  
us piper, sed crassioris est caudicis, amplioraq; folia eadēq; carnosiora habet  
arborib; urbis Calechut. Fert itē assatum serici, sitq; plerunq; id serici more  
nostro: aliud uero mittit sponte arboreas, proueniētq; in syluis ac nemoribus  
absq; cultu, sed id est priore deterius. Ibi uisitur lazeris arbor, quæ gūmi gig-  
nit, cui laserpitio nomē est, uulgo belzoë dicitur: eferebāt nōnulli id procul  
à mari nasci. Ego hæc nusquā affirmauerim, quādo certe corā minime uidi.

De triplici arborum aloes genere. CAP. XX.

**Q**uoniam rerum uarietas parit uoluptatem, mortales quæ allecat pluri-  
mum, desiderio que discendi noua inuitat ad lectionem. Ob id duxi nō  
ingratum fore lectoribus, si hæc subderem, quæ coram uisū: propterea explo-  
ratum habebitis ob eam causam laserpitium aloë que ubertim ad nos mini-  
me conuehi, quoniam è remotioribus partibus comportantur: illud etiam  
noueritis, triplicem esse aloës genus. Aliud est longe perfectius, huic calampat  
nomen est. Hoc insula memorata non mittit, uerum ex urbe Sarnau aduehi-  
tur: ea, ut memorabant Christiani negotiatores comites nostri, haud procul  
ab dicta urbe ubi aloë nascitur, nomine Calampat, abest. Est & aliud genus  
aloës, lubam nomine, hoc flumine nescio quo huc comportatur: nouissimo  
autem bochor nomen est. Referebant dicti Christiani negotiatores causam,  
quæ ad nos aloë primo loco dictum non deferretur, quod, uidelicet, id ge-  
nus aloë mitterent regna Cataij, necnon Cini, & Macyni, Sarnauq; ac Gra-  
uay longe distora, quippe quæ auro uberrime scatent, multoq; maiorē quàm  
nos auri copiam habent, suntq; item maiorum principes uirum, nostris re-  
gibus nimirum locupletiores. Ad id accedit, quod sufficientis odoramento-  
rumq; genere plurimum delectantur, inq; ea re reges superant nostros. Ob  
id ad nos hæc odoramenta minus abunde comportantur, utpote quod in ur-  
be Sarnau singula libra aloës denis aureis uenit, id efficit

eius rei summa caritas.

Quomo,

Quomodo ligna aloes ac laferis probantur. CAP. XXI.

**D**euinimus in certissimam notionem gemini suffimentis, aloës uidelicet, ac laferpitij, doctoribus memoratis negotiatoribus, nam alter eorum nihil aloës ac laferpitij habebat, binas uidelicet aloës uncias, eius inquam, quod calapant appellatur: sic enim probabamus, comes meus nihilum aloës manu oclusum tantisper tenuit, donec is psalmus, qui Miserere mei deus incipit, tertio consummari posset, moxq; referata manu calefactum iam aloë inenarrabilem suauitatis odorem adeo fragrabat, ut nusquam fragrantiora senserim suffimenta. Cepit item tantum laferpitij, quantum iuglandem efficeret, rursumq; sumpsit libram mediam illius, quod mittit urbs Sarnau, ut alterum alteri conferret, priuacq; suffimēta, ignitis ualis imposta prius indidit cubiculis: uera mehercle refero, lōge suauius redolebat illud quod nucis magnitudinem non excedebat, quam id quod libram mediam complebat: uel si ad geminam libram ascendisset: uix igitur pro meritis horum geminorum suffimentorum praesentia referri potest: id itaq; causae referunt, quia ad nos non conuehuntur. Mittit etiam ea regio lacrimam, unde conficiunt rutulum colorem, gignitur in arbore iuglandibus nostris haud ab simili. Illic etiam inueniuntur ut apud nos omnifariam animalia.

De multijugis Sumatrae insulae negotiatoribus. CAP. XXII.

**I**nea itaque urbe complura uidi ad fabre elaborata, eademq; elegantiora quam usquam uiderim, quibus praesertim auro exornatos, hi singuli ueniebant gemino aureo: uidi etiam in uico unico supra quingentos collybitas: tanta est inibi trapezarum copia: illo ceu ad per celebres nundinas commercij gratia prope innumerati negotiatores proficiscuntur: cultores uero gossipinis stragulae que serica & syndone ex xylo confecta utuntur. Fert regio ad fatim lignorum, unde fiunt naues, gunchos ipsi appellant, haec trinos habent malos, geminacq; proram, geminosq; utrinq; clauos. Quum nauigant in unda bundo oceano, ubi aliquando uela uentis fecere, moxq; oborto tempestatis turbine, operapretium est alteris uelis, haud mutatis prioribus, uentos legere: confectio itaq; nauis minime circumacta, altero malo uel rostro, dunt, sunt enim omnium dexterrimi praecipuicq; urinatores, ignescq; ex tempore miro artificio fabricantur.

De eorum adibus, deq; edium imbricamentis. CAP. XXIII.

**E**orum aedes lapidibus constant, parumq; ab humo tolluntur: loco imbricatum piscis Tartaruae pelles succedunt: mittit enim eum piscem pelagus Indicum, nam illic agens uidi adeo uastum beluae corium, ut pondolibrarum centum triumq; esset. Vidi item inibi maxima ebora, haec sunt elephantorū dentes, pondolibrarum ac triginta quinque librarum: conspicatus sum etiam inuisitae magnitudinis serpentes, longe quidem proceriores quam uidentur in urbe Calechur. Sed iam redeamus ad negotiatores Christianos, qui desiderio uisendae patriae apprime flagrabant. Ob id pereontabantur comitem meum, haesisset ne cordi sibi uelle ultra progredi, an retrocedere, uel forte inibi consistere. At comes meus respondit, se postquam illo uenerat prius inde non discessurum, quam uaria aromatum genera uidisset. Tunc Christiani adfirmabant, illic alia haud inueniri aromata, quam quae conspexeramus. Quibus rursum inquit comes meus: Vnde myristica nux, gariophilumq; prouenit? At Christiani myristicam nucem, muscatam appellant, mastricemq; fert quaedam insula, quae hinc trecentis mille passibus adest: Tum comes meus, Patet ne insulam adeuntibus tutum iter, aut inestant piratae quorae? Ad haec Christiani responderunt, indigna bundi a quoris tantum periretime scendam esse seuitiam: addebantq; id a quoris onerariis nauibus suscipi non posse. His auditis, attentius explorabat comes meus quonam modo ruto illuc proficisci uiret. Responderunt Christiani nihil magis uotis comitis mei satisfacurum, quam ut liburnicam, cui Campanae nomen est, emerent quampiam, id est genus actuariae nauis. Hoc intellecto, sciscitabatur comes

Tartarua  
piscis

meus  
riator  
uellet  
dicte  
tura  
bar.  
lacion  
non fir  
licet &  
feruiri  
indute  
rosolyr  
sublati  
deoseu  
tatis, q  
inquit.  
At com  
uolupt  
nomina  
re: Erit  
lares pa  
sint: ta  
quod ire  
tior eua  
nolueri  
plecti ob  
uerum  
neptem  
uobis, u  
faciens,  
Christia  
uotis pr  
pit am  
pe tant  
dito fue  
simae, fr  
Bandan

S. Vle  
admo  
inculta p  
mille pas  
eam inice  
Humilē  
rula amio  
froteq; su  
colunt. su  
appellan  
illaudabi  
pellant, &  
dici simil  
usquam n  
stari: & ub  
tempore,

meus



meus an naues huiusmodi illic inuenirentur. Respondentibus autem negotiatoribus Christianis adfatim nauum reperiri, uel si supra mille conducere uellet, assensus est comes meus, ut simul geminæ naues conducerentur. Quò dicto quamprimum binæ naues assuere, complusculiq; remiges: & ubi de uenatura inter eos conuenit, id pretium enim ad quadringentos aureos ascendebat. Rebus itaq; in hunc modum cōpositis, comes meus cōpse amici appellatione cōpellare negotiatores Christianos, his fermè uerbis: Est dilecti mei non sim uester conterranæus, eosdem tamen parentes habuimus, Adam uide licet & Eua, estis ne me sociumq; meum qui uestris sacris est inuitatus; desertur: Ad hæc Christiani, Quomodo hic qui non est Persa, fidem nostram induit? Tunc comes meus: Sanè nunc ipse Persa est emptus aliquando Hierosolymis. Huius sancti nominis mentione exciti Christiani negotiatores, sublati in cœlum manibus, moxq; procedentes humi, tellurem usque tertio deo seculabantur, consurgentesq; à nomine meo, sciscitabantur cuius foret ætatis, quando ex Hierosolymis adductus est: tunc comes meus: Quindenos, inquit, annos agebat. Et rursus Christiani: Debet igitur patriæ meminisse. At comes meus: Meminit quidem, cēpīg tampridem eo denarante miram uoluptatem, doctoreq; eo singula humanōrum membrōrum; & eulentōrum nomina quibus utuntur Christiani, didici. Ad hæc negotiatores respondēret: Esti uisendæ patriæ ardentes desiderio decreuissimus tandem aliquando lares patrios reuere, licet procul hinc, utpote trecentis mille passibus absint: tamen in uestri gratiam comitisq; huius, insinuimus eodem locisces, quò ire decreuissis. Id plus addimus, daturos nos operam, ut longe locupletior ciuitas, neq; propterea ritus patrios deserat, ubi Persarum moribus uti noluerit. Tunc comes meus negotiatoribus respondit, se libenti animo amplecti oblatas amicitie conditiones, sed eos sequiturum quocunq; ferint uerum me id exequi quod animo destinauerant, nequire ob eam rem; quòd neptem eius Solem nomine in Perside duxissem uxorem: quare si cordi helle facietis, ubi gratum habueritis ut me inite amicitie minime poeniteat. Tunc Christiani: Agite, inquit, ut lubet, quando certe uobis morem gerere in uotis præcipue habemus. His itaq; ultro citroq; dictis, in montum entium cōpæ amicitie denis pyropis, mediam curiam appellānt, eos donauit. Hi nempe tantū erant quingentis aureis uenissent. Perendino igitur die in expedito fuerē geminæ actuariæ naues conuehendis nobis commeatibusq; apud sinæ; fructibus præsertim omnifariam impositis, iterq; insulam uerius; cui Bandan nomen est, cepimus.

*De insula Bandan, que myristicæ nucis & masticeæ mittit.*

## CAPVT XXIII.

SVCITAS æquora circiter tūcenas insulas offendimus, cultas alias, desertas admodū alias: eò peruenimus itinere quindēctm dierū peractō. Insula est insculata plurimum; ac insecundū soli, humilissq; sed magnopere plant, centū mille passū ambitu patens; huic rex minusq; hexarchus moderatur: uerū eam incolit genus hominū agreste, parū distas à beluis, nullius sanè momētū. Humiles casas, imò mapalsa lignea parū ab humō exstantia subeūt. sola interula amicitur, nudis pedibus apertoq; capite prodeunt; capillū promittūt, frōteq; sunt lata, sed tereti. Colos est his albicās, staturaq; despiciabilis. Idola colunt, suntq; longe deteriores illis; quos incolē Calechut Pollar & Hyraua appellant. obtusi sunt ingenij, nullarumq; uirū, adeo perditū, ut prorsus sint illudabiles, ritu degunt ferinō. Ager præter myristicam nucem, miusticā appellant, & nōnullos fructus mittit nihil: myristicæ nucis caudex Persico cau dicit similis, ramos foliaq; consimilia producit, uerū nonnihil angustiora: pri uisquam nucis huiusmodi percoquant, sepit arborē mastix florentis rosæ in stari: & ubi nox percoxerit, mastix eam complectitur, complexq; simul statō tempore, cultores legunt certatim uberiusq; quàm possunt, quoniam cōmu-

Anarobā

nia sunt ibi omnia, ceduntq; preoccupantibus: arbores absq; cultu, suppedi-  
te tantū natura, fructus mistū. Noces huiusmodi myristica uaneunt mensu-  
ra utpote lenarū ac uiginti librarū, tantumq; nucū ternis solidis, id est, medio  
carlo exponūt: genus monetæ eiusmodi est, quale esse in urbe Calechur di-  
ximus: illi mutua iustitia degūt, nec opus est legibus, gētē à puris naturalib;  
uix recedēte: his uisus perendino die postquam illo appulimus, comes meus  
percunctatus est negociatores Christianos, ubi iam foret ea regio quæ gario-  
phyllum mitteret. Ad hæc responderunt Christiani, procul illinc itinere. Sex-  
dierū in insula Monoch nomine, gariophyllū inueniri. Tunc comes meus:  
Sūrne illi adeo rudes agrestesq;, ut hi quos paulo antè conspiciat sumus? At  
Christiani responderunt, esse quidem illos populos his dissimiles, uerum in-  
cultiores minoresq; ingenij capti. His intellectis: Eia, inquit, progrediamur,  
ingressiq; iter ad memoratam insulam septem dierum spatio peruenimus.

De insula Monoch, quæ gariophyllum mittit. CAPVT XXV.

HÆC insulam perquam angustam, Bandan insula magnitudine excedit,  
gens est cultoribus Bandan multo deterior, præter humanam speciem ali-  
beluis nihil differens: his est colos nonnihil candidior, cœlicq; temperies ali-  
quantisper frigidior: mittit hæc insula gariophyllum: nonulle medio cres ad-  
modū, eadēq; in cultæ insulæ circūadiacentes eundē fructū ferit. Huic cau-  
dex ex buxo nō absimilis, foliā uero cinnamī instar habet, sed obrotūdā ma-  
gis: eius est coloris, cuius in superiorib; meminimus, lauri foliū propè expri-  
mēs: quū mature scere incipiūt, cultores harundinibus flagellant arborē, con-  
strato prius circum arborem tegetibus solo: colos telluris est qui subargillose  
ac arenose terræ esse confueuit. Regio est humilis admodum, adeoq; demit-  
titur, ut Septentriones inibi minime, adimentē prospectum syderū orizonte,  
cernantur. Explorata regione, uisq; inciuili hoc hominū genere, percuncta-  
batur negociatores comes meus: Supereset ne illic uisendū aliquid? Ad hæc  
negociatores: Videamus, inquit, quo pretio exponant gariophylla: & ut id  
comperitus fieret nobis, inximus uelle mercari gariophyllū, moxq; intelle-  
ximus duplo uendū quam nux myristica uendebatur, menfura tamē: quoniam  
id hominum genus omnium est prorsus expers ponderum.

De insula Bornei. CAPVT XXVI.

GNari iam eius plagæ, auebamus plurimum nouas uisere regiones, ut no-  
ua semper delectat, studio præsertim discendi maiora. Quare Christiani  
negociatores his uisus, in hunc fermē modū me cōpellarunt: Dilecte comes,  
inquit, postq; hucusq; deorū munere peruenimus incolumes, si tibi est cō-  
placitū, eamus uisum totius orbis celebriorē insulam, eandēq; locupletio-  
rem: uidebīs aiunt, rem cognitu dignissimam, qua forte uidisti pulchriorem  
aliam neminem: uerum operæ pretium est ad aliam prius proficisci insulam,  
cui Bornei nomen est, illic maiores multo liburnicas cōducemus: quoniam  
longe altius, unda bundumq; magis æ quor nobis superandum est. Tunc comes  
meus: Agite, inquit, ut libet, in uestram enim sententiam totus cōcedo.  
Quare conscensa liburnica uastiore, iter ceptum est ad eam insulā, uersus me-  
ridiem semper uelificantes die noctuq;. Dum iter agimus, cōfabulationibus  
mira uoluptate incūbebamus, percōtantibus me illecebre dictis negotiatori-  
bus, præsertim de nostri seruatoris incluta latra. Et ubi sancti uultus (Vero-  
nicā appellant) mentio abs me facta est, deq; diuorū Petri ac Pauli principū  
apostolorū capitibus, necnon de compluscultis alijs sanctis: elanculū me mo-  
nuerūt, ut si uelle secū proficisci, futurū ut magnus etia derē princeps, ob tati-  
tarū rerum notione: uerū absterritus itineris magnitudine, longioreq; inter-  
uallo, quippe qui rebar, ubi illō contendissem, me nunq; reuersurū, statim cō-  
minime proficisci. Itaq; insulæ Bornei tandem aliquādo appulimus; ea à Mo-  
noch abest circiter ducentis mille passibus, illaq; nonnihil maior est, uerū lon-  
ge humilior, sitiq; demissiore. Gens idola colit, acerrimiq; est ingenij, ac uix  
haud illaudabilis: colos in albicante magis inclinat color emihis nō est idem  
habū.

Bornei



habitus, alij interula gossipina, alij undonibus utuntur, alij apice subrustilo uti consuevere. Ius summopere illic uiget. ea insula mittit quotannis adfatim cā, phorae: hanc arboris gūmi esse adseuerant, ego uero id nunq̄ admittauerim, quando certe rem huiusmodi oculis minime subieci: illud tamen non distire bor comitem meum actuariam nauim centenis aureis conduxisse.

De obseruationibus navigationum, quibus utuntur nauis ad insulam Gyaua conu-  
tendentes.

CAPVT XXVII.

POSTq̄ tot cōmeatus sumpsimus, qui itinere nauatido abunde sufficerent, uela uētis dantes, uersus insulam Gyaua nomine cepta est iter; eo quinq̄ dierū itinere meridiem uersus nauigātes peruenimus: nauis moderator pyxi dē magnetemq̄, necnō paginā marinā cōpluribus lineis distinctā, quae uentorū rationē insinuant, secum more nostro attulerat. Vidēs igitur comes meus euanuisse Septentriones, in que ea urbe minime cōspici negotiatores Christianos percontabatur, quoniam modo adempto Septentrionis ducatu sulcare quirēt maria: explorabūdusq̄ sciscitabat ab eis, quo duce sydera pe- lago se cōmitterent. Ad hec nauis moderator per cōtantibus negotiatoribus Christianis, respondit cultores eius regionis quina fermē sydera habere, & comprimis astrum quoddam Septentrioni oppositum obuersumq̄: quo nauigatori utebantur, addens se magnete uti, quoniam is lapis Septentionē semper consequitur. Subdidit etiā ab altero dictae insulae latere gentē esse fēdam, quae Septētrionibus obuersis syderibus aequora sulcans, utebatur quasi Europae Sarmatiae essent antipodes: inq̄ zona frigidissima circiter polum antarcticum cultores huiusmodi degerent, argumēto quōd diem quatuor ho- rarum tantum habēt, quodq̄ algent mirum in modum rigore frigidioris zo- nae instar eorum qui a polo arctico parum absunt, quare ex denarratis comes meus incredibilem uoluptatem cepit.

De insula Gyaua, deq̄ cultorum fide ac moribus, necnō compluribus alijs.

CAPVT XXVIII.

ITaq̄ permeando maria itinere quinq̄ dierū ad dictā insulam peruenimus: ea prope in immensum patet, quippe quae cōplura regna continet. Reges cultoresq̄: idolorū latrici sunt addidit plurimū: nec idem sunt omnibus ritus, colunt alij modo incolarū Calechut idola, alij phœbum; phœbem alij obser- uant, alij boues, alij quicquid prima luce obuū habuerint, idoli loco colūt: dæmonē alij, ut supra meminimus, uenerātur. Haec insula more nostro sericū mītūt, syluis sponte id gignentibus. smaragdos totius orbis habēt elegantio- res, habentq̄ adfatim auri ac optimi aeris, ager re frumentaria scatet, omnifa- riamq̄ fructibus, modo urbis Calechut. Illic etiā carnes omne genus morē nostro inueniūtur. Id hōminum genus perfidiā est prorsus expers: eius sunt coloris necnō proceritatis cuius nos sumus, uerū latiore sunt nonnihil fron- te. oculos habēt pergrandes, prasiniq̄ coloris; sed naso sunt admodū simo, ca- pillumq̄ promittunt. caelo inerrant cōplura uitiorū genera, nostris quidem ab similia, si pauos, turtures, ac nigricantes corniculas excipias. Ius illic mira- bilem in modum colitur. cultores chlamyde serica, aut ex undonibus, ex go- spio nonnunquam exerto brachio amictiuntur. lorica perraro utuntur, quip- pe qui bellorū prope sunt expertes. Verū maria sulcaturi arcibus ac harūdi- neis sagittis utunt. Cōsueuit etiā gens illitas ueneno sagittas eo instrumēto, quo nos tormenti instar sigultra glande aues cōficere solemus, ore in hostes uibrare, moritemq̄ illico alterunt, modo nonnihil cruoris eliciant. Tormētis omne genus nō utuntur, neseiuntq̄ tormenta huiusmodi fabricare: omnibus nō sunt in cibatu eadē esculēta, alij triticeo pane utūtur, ac ueruecū carnisus uescuntur alij; alij e ceruis ac apris oblectantur, pisce ac fructibus aluntur alij.

De cultorum huius insulae sensu primis moribus, deq̄ modo uendendi parentes, necnō  
de Anthropopogdigi.

CAPVT XXIX.

EIus insulae cultores (eos inquam qui carnisus uescuntur) ubi uiderint pa-  
rentes confectos senio nullus tam usus esse, in emporium adductos pro-  
tinus

tinus Anthropophagis uendunt: qui ubi uenerint, continuo macstantur, lo-  
coq; esculentorum ab nonnullis absumuntur. Et ubi iunior qui spiam in eam  
deuenerit agri tudinem, is iudicio sapientum, presentem languorem euade-  
re non posse uideatur, is à parentibus uel germanis ut mors ipsa præuenia-  
tur, leto traditur quamprimum, fundusq; uita uenit Anthropophagis. His in  
humanis moribus perterritus comes meus, stupore incredibili afflicebatur,  
aspernabaturq; detestandæ feritatis abusum, quum præsertim nonnulli ex re-  
gionis cultoribus negociatores petulantius his ferè uerbis aliquando cõpel-  
lassent: O Persæ, inquit, peccatis nulla expiandi uicima, quãdo carnes a-  
deo formosas uermibus epulandas exponitis. Hoc audito, comes meus esse,  
ratam eorum consuetudinem adeo horruit, ut condicito illinc abeundi esse  
duxerit. Redeamus, inquit, ad nostram liburnicam: quam ubi semel tenuero,  
huic continenti non appellam amplius.

*Quando in insula Gyaua nomine, sol in meridie orbem sine spheram complet.*

## CAPVT XXX.

Postq; satis superq; horu populoru inhumana crudelitas nobis innotuit,  
negociatores Christiani comitẽ meũ hortabantur, ut hæc que paulò ante  
conspicati fuerant, ueluti noua quæpiam suis quũ domi forent renunciaret.  
Ferte, inquit, in patriam, eaq; mox cõperta uobis de hoc orbe fient: quibus  
dicis: Intruemini, aiunt, in meridie situ solis, iusseruntq; ad sydera tollere uul-  
nas: respicite, inquit, solis orbem, ut quamprimum exploratũ habeatis, quan-  
tum hic absit ea que uos tulit regio. Respicies itaq; comes meus, uidit solem  
dextrorsum decurrere, & rursus spherã latam circiter binos palmos læuor-  
sum imprimeret: que res comitẽ meum magna affectu admiratione: id ut ipse  
memorabat, mense Quintili usu euenit: ego eius rei uix memini, quoniã agẽ-  
tem apud exteras gẽtes, in orbẽq; remotiore nostroru mensurã nomina me su-  
gerã, imò quãdãq; diẽrũ nomina obliuiscerbar. Illud etiam noueritis, pariã  
in eo orbe nobiscũ agere anni tẽpora: nam illi haud plus q; hic nos inibi al-  
gent. Incolligens igitur comes meus illinc abeundi iam tẽpus petere, ut pote  
qui perfectum habebat se non posse illic sine aperto ultre discrimine morari  
diutius, grassantibus sæuientibusq; in appulso nimium cultoribus: nam a-  
criore diligentia, noctu præsertim, nobis ab Anthropophagis cauere opus  
erat: comitẽ meum cõueniens statuit inde discedere, in patriamq; festinatius  
q; posset repedare. Inter hæc comes meus smaragdos geminos mille aureis  
emit, binosq; infantes aureis ducentis præstinauit: hi exequis testibus euita-  
ti erãt: nam in ea insula cõplures sunt negociatores, qui præter infantes mer-  
cantur nihil: hos adhuc impuberes ita emasculant, ut parũ absint à foeminis.

*De reditu nostro ex insula Gyaua. CAPVT XXXI.*

Igitur quatuordecim diebus in sibi insumpta mora, per terti ob inhumanam  
feritatem Anthropophagorum mores, algoreq; nimio nos prementis: Zonẽ  
enim frigidissimã, ut in superioribus perspectũ habuissit, appuleramus. Du-  
ximus ultra progrediendũ minime esse. Ad id accedebat, quod nulla super-  
rat regio digna cognosci, propterea gradum reuocauimus, conductaq; libur-  
nica, gionchum ipsi appellant, inde soluentes ab extimo insulæ latere orien-  
tem uersus, minus illic sæuiente salo, uelificare cœpimus, itinereq; quinde-  
cim dierum peractio, tandem aliquando ad urbem Melacha nomine perueni-  
mus: ibi tridui absumpta mora, socijs ibidem remanẽtibus, uix referre queo,  
quibus gemitibus ac querulis uocibus nos abeũtes prosequuti fuerint. Chri-  
stiani negociatores: profectio ingenue fateor, si celebs fuissem, natosq; habu-  
issem nullos, nunquam hos adeo charos comites deseruissem: mutuo amore  
illi nos complectebãtur, identidem adseuerantes, ubi se rati fuissent tuto licet  
agere posse, nisi quã nos dereliquisse. Ad id accedebant comitis mei crebri-  
res adhortationes, quibus negociatores huiusmodi pericula obieclans hort-  
batur ne nos sequerentur, eò tendens ut denarrantibus ipsis, regionis eius o-  
pes necnon principis, ac regis locupletissimi, nostris haud innotescerent. Igi-  
tur di-



tur digredientibus nobis illi remanserunt, aientes in urbē Sanam redire uel-  
le. Nos uero concessa liburnica, uersus urbem Cyromandel nomine uelisi-  
camus. Inter nauigandū moderator nauis memorabat circum insulam Gya-  
ua Taprobanamq; Sumatram ipsi appellant, supra septē mille insulas fore.  
Ubi urbi Malac hęc appulsimus, comes meus tantū aromatum sericisq; ac odo-  
ramentorū emit, ut circiter quina millia aureorū exposuerit. Ad urbē enim  
Cyromandel nō prius peruenimus, quā itinere quindecim dierū peractō,  
ibi liburnicam exonerauimus, uiginti q; dierum absumpta mora, conducta  
alia liburnica, ad urbē Colon tandem peruentū est: Illic nempē supra uigin-  
ti ac duos Christianos ē Lusitania oriundos offendimus: quibus uisū fugam  
meditari cœpi, contempta tamen eorū paucitate, desij pedem struere. Huc e-  
tā accedebat, quod aderāt nōnulli negociatores Mahumetani, qui nouerāt  
me uidisse Mechā, Mahumetisq; corpus: ob id uerebar, ne si fuga arrepta il-  
lic discessissem, suspicarentur illi ob id solum me abisse, ut eorum aperitū hy-  
pocritism. Tamen intra duodenos dies uesit flumine itinere dierum decem;  
ad urbem Calechut tandem aliquando redijmus.

De urbe Calechut.

CAPVT XXXII.

Post multiplicēs peragratas regiones, uti classicō beneuolōq; le-  
ctori in superioribus abunde innotuisse arbitramur, tum ob multijugam  
cœli clementiam, & rursus eiusdem aliquando incredibilem intemperiem, ut  
hæud difficulter concipere possunt, qui peregrinationibus affuere, tum uel  
maxime ob populorum effratissimos mores, inhumanamq; sicutiam; iam  
per se peregrinationis, memoratis causis fastidium parientibus, tandem al-  
quando gradum referre decreuimus: Quæ uero redeuntī mihi, usū euene-  
runt, paucis expediam, ne prolixior sermo lectori fastidium pariat: conducent  
enim denarranda multifariam mortalibus, quando certe hoc exemplo coh-  
bebunt cōpures uoluptates suas, qui nimio plus quā satis uisendi orbis de-  
siderio ardent. Quod si monitis nostris minus obtemperabunt, illud saltem  
denarrantibus nobis discent, quoniam modo peragratū orbem se gerere de-  
beant in euentis præcipue presentantēis, ubi actiore opus est ingenio. Itaque  
regressi iā ad urbē Calechut, illic duos Christianos nacti sumus ex urbe Me-  
diolano oriundos, ut paulo ante meminimus, alteri Ioanni Mariæ, alteri Pe-  
tro Antonio nomē erat, hi Mangones erant, ē Lusitaniq; emendorū moni-  
lium gratia datō ab rege negotio soluerant: quū enim ad oppidū Cocēcia de-  
uenissent, in urbē Calechut prōtinus diffugerūt. His uisū, tantā sum affectus  
lætitiā, ut maiore nūquā ceperim uoluptatē: nudī enim incedebamus cul-  
torum instar. Percunctari propterea eos cœpi, essent ne Christiani: sciscitan-  
ti mihi cōditō Ioannes Mariæ respondit, se quidem Christianū esse: tum Pe-  
trus Antonius ad me conuersus inquit: Et tu es ne Christianus? Cui ego: Sum  
equidem in summi optimiq; dei gratiam. Quo dictō manu me apprehensum  
in ades suas humanissime me duxit, eorū ut peruenimus, ruit in osculā & stes-  
sus maximos, nec me amplexando fatiari quibat: ego uero uix patrij sermo-  
nis meminerā, uidebarq; balbutiens, ac lingua impeditiore: quippe qui iam  
annis quaternis aliā linguæ, ipsi barbaræ diutius assueuerā, minusq; interea  
Christiani cuiuspiam usus eram cōtubernio: cōqueiut proxima noctē secū,  
uerū ob conceptam lætitiā nemo nostrum somno indultis, minusq; epulis:  
ad eorū enim quicūq; nostrū mutuo fruebatur gaudio, ut eam noctē tridui spatio  
propagari uoluisset. Inter cætera uero quæ eos percontabar, id in primis ab  
eis sciscitatus sum, essent ne in paucis regi Calechut chari: at illi, Sumus, in-  
quirit, apud regē plurimi, maioreq; in pretio esse nequimus, eorū familiaris-  
sime utimur. Addidi etiā quid nam destinauissent animo: rursus illi: Cupi-  
mus profecto in patriam redire: sed quo nam modo id cōsequi possimus, nos  
plane fugit. Quibus ego: Redite in quā eā qua uenistis. Tunc illi: Illud sanē  
perarduum est, quoniam Lusitanorū perfugæ sumus, ad timorem præsertim  
accedente, quod innumera propē tormēta auspicijs regis Calechut, nō spon-

te tamen fabricati sumus: propterea non est inanis timor nosfer, quandoquidem nobis timemus, ne mali quippiam nobis contingat, quàm præcipua classis Lusitanorum iam iter ingressa, breuiq; affatura dicatur. Ad hæc respondit, si munere deorum consequi possem, ut tandem aliquando clanculum classe Lusitanorum appulsa, ad urbem Canonor nomine diffugerem, me haud difficulter à præfecto classis impetraturum pro desertoribus ueniam. Adhuciebant etiam illi ob id quod famigerati essent admōdū, fabricandisq; tormētis per celebres, futurum ut aliā euadere nequirent, nisi eā quā prædictum erat, com pluribus regibus eorum uestigia obseruantibus: ad eō enim tantū opifices huiusmodi habebantur, ut pluris esse nequirent, propterea fugæ spem esse nullam: nam supra CCC. tormenta, si uastiora minimaq; recensitas, fabricati sumus. Ob eam rem Lusitani sunt nobis magnopere formidolosi, pauemusq; plurimū, ne cōmissorum luamus quandoq; pœnas: nec id ab re, quoniam nō iniusti timoris suberat causa: nam præterquam quod fabricati fuerant prope innumera tormenta in maximam Christiani nominis iacturam, cultores etiā idolorū artem memoratam docuerant, uibrandiq; ac exonerandū tormenta quindenos homines, quibus id munus à rege delegatum erat, in diuini nominis contumeliam docuisse dicebātur. Per id tempus enim quo illic agebam, coram uidi memoratos Christianos dedisse cuidam idolorum cultori archetypum, quo tormentū ex ære fabricari posset tantæ magnitudinis, ut capax quinque ac centum cantarorum (id est mensuræ genus) foret. Agebat etiam illic Iudæus quidam, cui liburnicam elegantissimā quaternaq; tormenta exierit fabricatus fuerat. Is dum lauandi sui gratia ad flumen quoddam perrexisset, forte nō sine nutu deorū aquis immersus pessum iuit, uitāq; efflauit. Sed iam ad Christianos redeamus, nouit mehercle deus optimus maximus, quo conatu ab dictis Christianis contenderim, ne post hæc in sancti nominis contumeliam sanctorumq; fidelium dedecus ac detrimentum maximū tormenta huiusmodi fabricare ueller. Quū hæc referēbam Petro Antonio, uertum lachrymæ erumpēbant. At Ioannes Maria, cui pertinacius forte hæserat, in patriam redire nolle, aiebat nihil pensi se habere, ubi illic, uel in urbe Romanæ eximeretur humanitas in esse deum quid de se decretum foret. Quare potitidie socium meum uisum redeo, qui non absq; querelis ac lamētationibus me excepit, quippe qui rebatur ob diuturniorem moram è uiuis me decessisse: se ego uero hinc me pernoctasse in delubro quodam, Moschitam ipsi appellant, ut deo ac Mahumeti, quorum in me complura extabant beneficia, gratias agerem: quare uisus est comes meus huius rei magnam cepisse uoluptatem: ut uero attentiore animo, cōmodius ue cultorum mores explorare possent, comiti meo inlinuui noctū delubrum incolere uelle, opesq; ac diuinitas floccipendere, esseq; inopiæ amantem plurimum: nam noueram fugam me distando aptius illis imponere non posse, quàm ut simularem me esse sanctū Mahumetanum: propterea ut huius sanctitudinis fidem facerem posteriorem, in propatuli carnibus uesci nusquam uolui, uerum clanculum ac silenti nocte apud Ioannem Mariam gallinas epulabar singula nocte quaternas: temperabamq; à congressu negotiatorum, agelastos, id est, non ridens ex composito factus eram, perdis delubrum incolens, nec illic abibam nisi uotatus à comite, qui miseratus abstinentiam meam (sic enim rebatur) creberime me increpuit, quod carnibus nō uescerem. Ad hæc ego respondebam, epulas ganetasq; dapes ueneris aliorumq; peccaminum esse somenta: quare et feci hac hypocritis, ut opinione probitatis ac abstinentiæ me illic sanctior esset nemo: argumentum, quod nihil magis in uotis, imò supra uota cultores gerebant, quàm ut manus aut genua mea deoscularentur.

*De aduentu liburnicarum regis Lusitanorum ad urbem Calechut.*

CAPVT XXXIII.

**E** Pulanti mihi apud comitem meum, ecce Persæ gemini negotiarios utrisque Canonor à comite meo hospitio recepti, comitēq; inuitati, dixere hæc

berc



bere se nescio quid sinistri, quod in mediū profertent. His uerbis excitus comes meus, quid, inquit, audior? Tunc Persæ, Adtenere duodenæ Lusitanorū Liburnicæ, easq; eorū conspicatū fuimus. Tunc comes meus: Quiniam sunt mortuorum? At Persæ, sunt, inquit, Christiani loricati albicantibus armis, qui munitissimam arcem ac propē inexpugnabilem in urbe Canonorū erigere cœperunt. His auditis comes ad me conuersus: Heus Ludouice, qui mortales sunt hi Lusitani? Cui ego: Oro uos, ne huius gentis mentionem mecum faciatis, quando certe constat gentē huiusmodi latrocinij ac maritimis excursionibus ceu piratas usquequaq; uacare, ob id anteo plurimum eos altquando Mahumetis sacris initari. Huius rei poenituit socium meum, cuius ego magnam capiebam uoluptatem, la tabarq; plurimum hos aduenisse.

Quomodo medici officio illic sumgebar. CAP. XXXIII.

Vsu uenit aliquando, ut negociator Mahumetanus ex urbe Calechut oriundus, per graui aegritudine affliscaretur, aluumq; haberet insolutam: & quoniā comite meo is familiarissime utebat, ac deterius indies se haberet committē meum monuit, ut iure cōiunctionis, si quid presentanei remedij nossem, quod languorē leuare quiret, illud afferret in mediū. Ad hæc respondit comes meus, se iturū ad ægotū quamprimū: quo uiso (me enim secū languentē uisum duxit comes meus) quæ causa, inquit, condigna serenos scēdauit uultus, quare hæc tristitia cernor? At ille: Languori stomachi, inquit, crudelit in modū urgeor, aluumq; soluere nequeo. Cui comes meus: Alges ne forte? Rursus languens: Minime, inquit, quando certe usq; in hanc diē algoris sum profusus expers. His auditis, cōuersus ad me comes meus: Heus, inquit, Lado uice, nosti ne antidoti quippiam aut pharmaci nōnihil, quod languorē huic meo charo leuet? Cui ego: Erat quidē parēs meus medicus, uerum in patria, didicisti solo experimento doctore eo nonnulla. Tunc comes meus: Oro te propterea Ludouice, ut si quid comperti habes quod languori cōducatur, proferas quamprimū in amici huius mei gratiā. Ego uero lingua eius gentis uerba quædā protuli, languentisq; manu apprehensa, pulsūm atterere cœpi, is est enim aegritudinis plerūq; index: eogniū propterea maximis hominem detineri febribus, percussitatisq; sum eū, doleret ne caput: At æger: Dolet quidem uehementer caput meum. Et rursus ego: Soluis ne pro libito aluum? Tūc languēs: iam triduo eā minime exonerauī. Hoc audito comes meus, referū, inquit, bile hic stomachū forte ob nimiam ingluuiem habet. Opus est propterea clystere ad egerēda excrementa. Tum æger: Agite ut libet, inquit, modo sanescā. His intellectis, clystere expedito saccaro ouis ac sale mixtis, additis herbis nonnullis, quæ, ut arbitror, officere citius q̄ cōducere languētī debebāt, nā folia erant iuglandiū: quare nocte ac die una quinis clysteris excrementa egerere frustra retāui, aluo obdurata nimis reluctante, officientibus herbis, eoq; discriminis egrū adduxi, ut me iam cœptę prouincię poeniteret, in contrariū cedente antidoto. Ut tamē consulerē languenti, cepi rursus aphorā succi herbæ cuiusdā, oleoq; sale ac saccaro inditis, rursus mollire uentrem conor: uerū nouissimus error prior peiore fuit: quoniā decoctionē haud calefactā aluo languentis indidi: pedem tamen ægri fune alligauī, ut imposito clystere, capitisq; ac manibus innixus reliquum corpus pensile haberet, me sine pedes ægri suspendente, adq; horæ spatium uel inuitū ægrum nobis in superiora pertrahentibus. His uisus comes meus inhi: Heus Ludouice, apud ueritates dum prospectum iri languentibus cupiunt, utuntur ne hoc antidoto? Cui ego: Vultur quidem, sed quū feruē sunt deplorati. Tunc comes meus quali subridens: Quadrat, inquit, id remedium quo suspensum tenes hominem, ut euanescat deiciatq; demētia uiri. Sueclamabat interea infelix æger, lingua patria aiens non plura: Sata ac super habeo, animam sām efflauī. Nos uero miserum languentem hortabamur, ut tolerantius ferret antidotum, futurumq; breui ut incolumis fieret. Quo dicto mirabilem in modū soluta est aluus instar scaturientis fontis. Ob id haud mora, demissimus fune suspensum,

Pulsus

Pharmacia  
ciende aluo  
accommoda

sum, tantumq; egressit excrementorum, ut trullam implere quiiisset. Lætabatur propterea soluta aluo hilarem in modum æger, magnaq; afflictebatur uoluptate. Postridie uero huius diei febrium ac grauedinis capitis, stomachiq; languoris iam expertus, crebrius solito aluum laxabat: uerum postero die coepit dolere latera: quo uisus, butyro bubalo accepto ungi sub eo hominem, eamapinamq; sindone utinciri: addiditq; si pristinam incolumitatem recipere aureret, operapretium esse, idq; in primis fore obseruandum, ut bis tantum in die comederet: nec prius id mane faceret, quam ad primum ferme lapidem commasseret. Tunc ille, inquit, animo destinauistis, ut bis tantum in die cibum capiam, emoriã quamprimum: quippe qui octies aut decies epulari hæcenus consueui. Propterea sibi perarduum uidebatur ea subire, quæ recipiendæ sanitatis gratiã imperabantur: conualuit tamen mea opera. Ob id coepi esse in magno extimatu apud omnes, in pretioq; erat mea hypocrisis, passim quæ me Dei amicitia esse dictabant. Pro qua re denos aureos mihi exposuit: ego tamen tenui id pretium recipere: quinimo ternos auri nummos quos habebam, in opibus erogauit, idq; ex composito egi clanculum, ut perspicui foret omnibus; me opum haudquaquam amantem esse. Hoc facto eò loci apud omnes eram, ut quisq; pro summo pretio duceret me domi habere conuictore, per beatosq; uidebatur is, qui pedes manusq; meas deo seculari potuisset. Et ubi munus populus deosculandi mei exequēbãt, condiebam mirã grauitate mores, cæperatq; fronte quali quispiam è cinclis Cethegis, uel Socratico quopiam censore, præ me ferebam miram sanctitudinẽ, ut intellectum illis esset, quæ mihi exhibebantur officia, ea pro meritis exhibita esse. Iuuabat opinio nem huiusmodi comes meus, cui impositum à me ibat: nam rebatur ipsi me nusquam carnibus uesci, idq; ex professo uulgabat, addens uidisse me apud Meham Mahumetis corpus uidentem: & ut fidem dictis adstrueret maiorem, denarrabat populis se nosse mores meos, suisq; me suorum itinerum usq; comitem, esseq; me proculdubio sanctum: rursumq; addebat, se hac sanctitudinis opinionẽ, & morum dignatione adductum, ut mihi neptem suam iure matris monij iungeret. Quare hoc buccinatore in ore omnium milium eram, à cunctisq; dilectus mirabilem in modum. Inter hæc singulis noctibus clanculum Christianos memoratos conueniebam: de quibus aliquando accepi, duode nas Lusitanorum naues urbi Canonor appulisse. Quo auditò ratus sum tempus aduenisse, à superiorib; oblatam esse euadendi occasionem: ob id octonidiebus undequaque diffugiendi aucupabar opportunitatem. At negotiatores in rem meam esse dicebant, ut terrestri itinere abirem illinc. Verum ego mihi timebam magno opere, uerens ne in Mahumetanorum manus incidere, prodente me albicante colore.

*Quomodo Mahumetani ad eorum delubra concire solent populum.*

CAPVT XXXV.

Postridie eius diei Mahumetani omnes in delubro orandi gratiã conuenere: conuocandi enim populi ad eorum prophãtã (ne sacra dixerim) hunc morem seruant. Sunt quidem inuicem huiusmodi præfati, nonnulli qui editissimam delubri turrim conscendunt, interdiu ter uel quater aeris cam panis uicem supplentes, uoce sublatissima in clamant populum, ut ad orationem agendam protinus in delubro adsit: alteramq; aurem digito obstruentes, hæc sermone patrio profantur: Alla u ecubar, id est, deus est magnus. Et rursum: Deus est magnus, uenite ad delubrum, uenite ad delubrum. Et item: Venite deo gratias acturi; uenite deo gratias acturi; deus est magnus; deus est magnus, deus fuit, deus erit, Mahumetes dei nunciu refurget. Duxerunt me igitur in delubrum, precibusq; contendebant, ut deum pro Mahumetanis exorarem. Quod abs me factum est publicitus, ut continuo intelligetis.

*De modo orandi apud Mahumetanos.* CAPVT XXXVI.

Sic enim ea gens orat, habetq; ut nos quotidianas orationes, quibus summum deum appellatione patris nostri, diuamq; uirginem Mariam plenitudinẽ

nitiditudo  
sacerdos  
orant. I  
oratio  
agricult  
comite  
piturus  
cunctal  
clari me  
At ego  
Si, inqu  
urbem  
de meli  
citatis  
quod ac  
biturum  
mum; n  
Tunc ill  
re explo  
rat apuc  
in Christi  
reinde a  
bebam;

IGitur  
ui. Inte  
simul ac  
aperiti d  
gociator  
plurimu  
rumq; re  
enim cor  
labi ad L  
fuga rati  
bam aur  
sciebam.  
torem fa  
cèbres; e  
iacium d  
ros appe  
tori prot  
bantur u  
nobiscu  
nor cont  
culis clar  
gentis ne  
rari in ec  
ueheret.  
ro quos n  
inquit ac  
iacurã h  
quandoo  
Quid igit  
tilper, qu  
mus. Idei



nitudine gratiarū dignantur: nam Mahumetani in ordine expositi præfante sacerdotē iam loti in quendam modum, quo & ego usus sum, lingua patriā orant. Itaq; astante frequenti populo, ne proderē Christianos mores, eadem oratione sum usus. Demū rediens ad comitē meum postero die simulabam ægritudinē: nam circiter octonos dies temperavi à cibatu omni, assilente comite meo: verum noctū prodibam semper, apud Christianos cibum sumpturus. Afficiebatur huius rei maxima admiratione comes meus, meq; percontabatur, quænam inedia huius causa esset. Cui ego respondebam, afflictiari me insidiosissima grauedine capitis. Tunc ille: Vnde hoc domine mihi? At ego, arbitror, inquam, cœlesti inelementiā id effecisse. Ad hæc comes meus: Si, inquit, insalubris est hic aër, tibiq; officit plurimum, abi hinc, inquit, & ad urbem Canonor te recipere, donec redeamus in Persida: cōmendabo enim te de meliore nota negotiatori cuidam, cum quo magna mecum intercedit amicitia: mea causa te ita honorifice excipiet, perhumaneq; tractabit, ut nihil quod ad officium pertineat desiderare possis. Respondi ego id me sponte subiturum, quod in gratiam meam tam amice pollicebatur: sed vereri me plurimum, ne quid nocementi inferrent Christiani, qui illō appulisse dicebantur. Tunc ille: Non est cur pauas, quoniam ab urbe nunquam digrediere. Quare exploratis eorum moribus, inspectaq; classe barbarorum, quæ consistebat apud urbē Calechur, inspectisq; tormentis, ac lustrato exercitu, quæ iturū in Christianos cōparauerant, duxi soluendi illine iam tempus appetere: quare inde abiens iter sum ingressus, monuitq; Christianos, si quid comperti habebam, mihiq; consului, ut tandem aliquando horū canū euaderem manus.

*De dexteritate qua sum usus ut illine abirem. CAP. XXXVII.*

Gitur pridie quam illine discesserim, omnia Christianis memoratis reseraui. Interea comes meus duobus Persis me tertium accedere iussit: propterea simul actuariam nauim conduximus. famiam competū habebitis, quidnam aperti discriminis subierim: agebat enim illic circiter quatuor ac uiginti negotiatores, si Persas, Syros, Turchasq; perenseas: ij me nouerāt diligebatq; plurimum, ac intelligebant quantum Christiani præstaret ingenio; gerendæ rerū dexteritate: nam quasi in bituo curarū positus angebar utriusq; si enim commeatum abunde petiissem, ueebar ne suspicarentur uelle me dilabi ad Lusitanos: si uero hospite insalutato abissem, timebam ne retractus à fuga rationem à me exigere posthabita amicitia: propterea lupum tenebam auribus, interq; sacrum & saxū positus, quidnam acturus essem nō satis sciebam. Destinavi tamen animo, huius uoti mei præter comitem meū certiores facere neminem. Ob id ea die quæ Ioui est dicata, pridie Nonas Decēbres, comitibus Persis duobus mare ingressus abij: uixq; nauim ad arcus factum duxerant in altum nauæ, quum mox quaterni cultores, quos Næros appellant, nauis moderatōrē inclamare cœperunt. Quibus exauditis litatori protinus appulimus. Quod ut peruenimus memorati cultores percontabantur uectorem, cur rege inconsulto me abducerent. Ad hæc Persæ: Is qui nobiscū Mahumetanus uehitur, moribus est sanctissimis, ad urbemq; Canonor contendimus. Tunc illi: Nouimus quidem hunc Mahumetanum miraculis clarescere: uerum quia Lusitanorū doctus est linguam, subueremur ne gentis nostræ arcana Lusitanis aperiat: docebit enim eos classem hic comparari in eos maximam: ob id imperarunt nauis moderatori, ne me de cætero ueheret. Partit ille imperatis, meq; in litus expositū deseruere. Cultores uero quos memorauim, dilapsi sunt ad regem. Quo uiso, alter Persarum: eamuis, inquit, ad urbē Calechur. Ego uero inquam: Nolite illuc proficisci, quoniam facturā huius mercis (seruebam enim ex splendenti byssino telas) subibitis: quando quidem regi uectigal minime pendere uolueritis. Tunc alter Persarum: Quid igitur domine agemus? Cui ego: Proficiscamur litus sequentes tanquam tisper, quo ad actuariam nauim, quæ parao eorum lingua dicitur, comperiamus. Idcirco ut ita nobis cōsuleremus, inter nos cōuenit. Quare ingressi iter

farcinu,

farcinulis nostris onusti, spatio duodecim mille passuum in litore oberrantibus. Quid tunc habere spiritus, quem ue animi despondissem in summis portibus angustis, relinquo in medium prudentiori diiudicandum leuori. Tandem deorum munere cymbam offendimus, qua uesi sumus in portum Canonor urbis: eò etenim uesperis appulimus in die sabbati. Appulsi illico literas comitis mei negotiatori cuidam, ad quem in mei gratiam ipse scripserat, reddidi: tenoris ferme huiusmodi: Exciperet me tamdiu, donec eò contendere: addens, si quid officij mihi interea ab se collatum foret, id totum sibi adscripturum esset: me insuper uirum sanctitudine clarum, sibiq; arctissima necessitudine coniunctum. Quare negotiator perlectis literis eas capit imposuit: Eris, inquit, per hoc caput hic turò, moxq; imperauit ut coena splendide apparatusq; instrueretur: nam inter cætera fercula allate sunt etiam gallinæ ac columbi complures. Persæ uero conspectis gallinis: Heus, inquit, quid nam agitis hic carnibus minime uescitur: propterea instructæ sunt alie dapes, quibus uesci consueueram. Postquam igitur est exempta fames, amorq; compressus edendis, ad me conuersi Persæ: eamus, inquit, animi causa uersus mare. Quo dicto protinus eò contendimus, ubi Lusitanorū naues in ancoris stabant. Expendat nunc animo attentiore auditor quiscq; quamquam sim tunc uisus Lusitanis lætitia uoluptateq; incredibili affectus. Progressus non nihil cōspicatus sum in uestibulo despiciabilis casæ terna dolla: qua consecuta sum allequutus, id tugurium Christianorū esse. Quare introspectens nonnullos uidi Christianos: quibus uisus quasi decreui intrò ad Christianos me recipere: uerū rem attentiore animo expendens, existimaui si id in propatulum egissem, futurum ut tota ferme urbs tumultuaretur, uotisq; ob id meis minime potiri quirem: propterea obseruati locum ubi Christiani arcē construebant, decernens illò postredie me recipere.

*Quomodo ex urbe Canonor dilapsus sum ad Lusitanos.*

CAPVT XXXVIII.

POSTERO igitur die (domino enim ea dies dicata erat) prima luce consurgens inxi me animi causa spatiatum ire uelle: tunc comes meus, i quò liber: ego uero eò perrexi quò me ducebat animus. Tandem ad arcem Christianorum perueni. Verum digressus à comitibus meis, quum iam nonnihil litoris mensus essem, Christianos duos oriundos ex Lusitania obuios habui, hosq; lingua Hispanorum sum percunctatus: Vbi, aio, ò domini, est arx Lusitanorum? Tunc illi: Es ne tu aiunt, Christianus? Quibus ego: Sum quidem ad Dei laudem. Rursum illi: Vnde uenis? At ego: Ex urbe Calechut profectus sum. Tunc alter eorum comiti meo dixit: Redi tu ad sedes nostras, quoniam hunc uirum ad dominum Laurentium (is natus erat eius, qui regis uicaria opera fungebatur) sum equidem ducturus. Igitur ductus sum ad arcem, quæ ab urbe quaternis abest stadjijs: nam per id horæ princeps diuissime quam poteram, ut me commendatum habens, quoniam Christianus eram, assereret è barbarorum manibus. Quanta tunc sim affectus lætitia, referre satis nequeo. Vbi uero fuga mea cultoribus innotuit, tumultuosius illico agere cœperunt. Propterea acciti sunt tormentorū officines, ut expeditent tormenta, ne si forte fortuna frequēs populis oppugnatam arcem aduentasset, incauti reperirentur, quasi nihil tale metuentes. Resedit tamen haud multo post exulcatus furor, cunctaq; pacatius iam agebantur. His interlectis, præfectus classis manu me apprehensum in aulam quandam ducens, quidnam cultores Calechut struerent, quid ue in Christianos molirentur, tridui spatio uoluptuosius percunctabatur. Ego uero amans Christiani nominis, cupiensq; illis prospectum iri, cuncta referaui præfecto classis, ceteriore que effecti principem eorum omnium, quæ in urbe Calechut aduersus Christianos parabantur. At præfectus classis arcanorum gentis, me prodente, iam factus callentissimus, me trerem uectum militad proregem

parent



parentem eius, qui apud urbem Cucin confederat: *triremi enim præfecerat rex equitem quandam, cui Ioanni Saranno nomen est. Itaque parens uice rex, ut me uidit, fronte excepit serenissima, comissimeq; me accipiens: nam & hunc monui certioremq; reddidi omnium, quæ moliebantur cultores urbis Calechut. Addidi etiam ad hæc, si fide publica proposita esset impunitas illis Mediolanensibus, Ioanni Mariæ uidelicet, ac Petro Antonio, qui tormentis fabricandis operabantur, nauarum me operam ut ad Christianos redirent quamprimum: quando certe exploratum habebam, eos id munus mihi me ultro subire: idq; solum opperiri Mediolanenses, ut comæatum illò accedendi impune impetrarent. His auditis præfectus *triremis* ex denariis magnam cepit uoluptatem, postulatq; assensus est: interpositaq; fide publica prædem se constituente uicario, comæatum impetraui, intraq; triduum ad natum eius, qui in urbe Canonor constitit, literis datis me remisit, monens hominem, ut tantum auri erogaret mihi, quantum soluendi exploratoribus pro accessu urbis Calechut iufficeret. Itaque illinc soluens ad urbem Canonor rediit, ubi sum nactus idolorum quandam cultorem, qui coniugem natosq; charissima pignora oppignerauerat, ut sibi perferendarum literarum ad urbem Calechut, id est, ad Ioannem Marsam, Petrumq; Antonium munus delegarem: continebant enim literæ huiusmodi, propositam esse amobus à prorege impunitatem, impetratamq; esse accedendi tutò comæatum: nam crebrius supra quinas uices ad memoratos Christianos ultro citroq; nuncios misit, monens homines ne cuiquam fiderent, scortis præsertim ac mancipio: nam quisque eorum pellicem, & ex ea natum mancipiumq; domi alebat. Rescribere tamen ultimo loco ad me in hunc ferme modum: Se quis quid fortunatum habebant, exploratori quem illò miseramus, dedisse: item propterea cum quinqueremi, & alia actuaria nauis, qua piscatu uitam trahentes utebantur, desertis in sibi custodijs uel numinum uenturos eos, famillamq; ducturos. Nos tamen memoratos Christianos monueramus, ut natis pellicibusq; necnon mancipijs fortunisque omnibus illi relictis, ad nos, conuictis tantum monilibus nummisq; que, haud mora contenderent nam ij ad amantem perelebrè habebant, utpote pondo duorū ac triginta characterum, unicum propè opus nature. alebant enim adamantes huiusmodi non minoris quam quinque ac triginta mille aureis uenire debere. Habebant præterea margaritam pondo quatuor & uiginti characterum, bina que millia pyroporum, quorum alij pondo characteris unus, alij characteris ac medij. Insuper sexaginta quatuor condalia, uarijs monilibus insignita habebant. Item quadringentos ac mille aureos. Vili sunt etiam digressuri asportare uelle septena tormenta, ternos cercopithecos, bitostq; feles, qui id unguentum quod zibellum appellant, gignunt. Item tornum, quo gemmæ ac monilia mangonizantur, excolitur que: que omnia causam interitus infelicibus attulere: usus enim euenit, ut eorum mancipium rescuerit discessuros Christianos: ob id omnium regem Calechut certiore fecit: & relatis rex uix fidem adhibere uelle uidebatur: tamen quinos prætorianos milites, quos Naëri appellant, misit ut explorarent an uera relata forent. At mancipium intelligens regem mitium cum Christianis acturum, præfectum fidei Mahumetanorum (Cadi dicuntur) adiuit, & eadem exposuit, quæ ad regem detulerat: id plus adeo Christianos arcana gentis Lusitanis aperuisse. His intellectis, præfectus fidei per speciem consilij adhibendis, Mahumetanos omnes, negotiatores præferim exeerit: qui corrogatis rentenis aureis, regem Goghi, qui per id tempus illic agebat, nummis huiusmodi donarunt, eumq; in hunc modum alloquuntur: Nosti princeps, superioribus annis quum huc accedebas, nos honoratiore splendidiore que apparatu, quam in præfentiarum tecum egerimus, te excepisse: forte diminuti honoris causa telatet. Huic rei occasionem dedere hi gemini Christiani, nostræ fidei hostes acerrimi, qui Lusitanos eorum omnium quæ hic aguntur, certiores reddunt. Propterea abs te*

supplē

supplicibus uerbis cōtendimus, ut acceptis centenis aureis, hos Christianos protinus confici iubeas. Quibus auditis, rex Gioghi illico occidendi Christianos memoratos ducentis hominibus munus delegat, qui subeuntes rescoeperunt, quali per speciem petendæ stipis. Verum Christiani ubi conspicati sunt frequentiores homines propius ad ædes accedere, suspicati sunt aliud quam stipem eos quaerere. Propterea arma cōditio expediunt, accedentesq; submouere coeperunt: & dum è prospectibus eminus pugnante, senos conficiunt homines, ac supra quadragenos conuoluant. Tandem ij, quos Gioghæ appellat, funda fibrarunt sagittas ex ferro obrotundas peltæ instar, Quare ambo icū sunt alter, id est, Ioannes Maria in capite: Petrus uero Antonius in femore uulnus excepit ad eò atrociter, ut uterq; corruerit. Quibus uisus qui illò concesserant, ac currere quamprimum, in cilsiq; iuguli uenis, concauis manibus sanguinem Christianorū hauriebant. At peltæ Ioannis Mariæ natum ferens in urbem Canonorū dilapsa est. Hunc natum octonis aureis emis, sacroq; lacte aspergi iussi, Laurentij indito nomine, in diui Laurentij gratiam, quoniam ea die, quæ sancto huiusmodi dicata est, sacro fonti immerus est tuerum intra annum egritudine Galliça correptus, animam egit. Noueritis etiam id genus morbi peragraste fermè orbem totum: quippe quòd ultra urbem Calechut ad quadringenta millia passuum, coram ego conspicuatum sum humanum genus inficiens irrepisse in gentes innumeratas, Pium ipsi appellant, aiuntq; supra septimum ac decimum annum id morbi salutis in mortales haud coepisse: estq; is morbus nostris ægritudinibus multo insidiosior, longè que atrocior.

De classe urbis Calechut, acq; memorabili Christianorum cum Mahumetanis pugna, qua Luofitani fortitudine incredibili hostes uicerunt, rege Canonorū ipsi uictoriam congratulante. CAPVT XXXIX.

IGitur anno à partu Virginis quingentesimo sexto supra millesimo, quarto Idus Martias perlatum est ad nos, memoratos Christianos occubuisse. Eadem die ab Calechut, Pauam, Capagot, Pandaram, & Trompatam clarissimis urbibus classis ingens instructissimaq; ut pote octo ac ducentarum nauum soluit. Harum quaratuor ac octuaginta naues onerariæ erant: reliquæ uero remis more liburnicarū agebantur, parao appellant. Vehabat classis prope innumeros Mahumetanos; purpureis ex byssino gospioq; refertis uestibus amictos. Gerebant item apices xylo fulcos: honestabant item armillæ lanceos, ense ac peltis, nec non omne genus tormentis more nostro utebantur. Quare Idibus Martias sic instructam classem conspicati sumus: qua conspecta tanta erat nauium frequentia, ut eminus condensissimum nemus, malis supra nauium eminentibus, referret. Nos tamen sperabamus superum non de futurum auxilium, planissime credentes ut numinum pessimum ituros Saracenos, nostræ fidei hostes truculentissimos. Quare strenuissimos eques classis præfectus, natus clarissimo domino Francisco Dalmeda prærege Indiæ, qui inibi uidentis nauigijs moderabatur, eomite præfecto nostro, ubi robustissimam hostium manum uidit, memor pristinæ uirtutis, classico milites omnes conuocat, eosq; in hunc fermè modum alloquitur: Meminissent Seruatoris nostri, ultro que pro alma fide nostra mentem subirent: principumq; ac fratrum appellatione eos dignans hortabatur, ut ad memoriam reducerent aduenisse, in quiens, diem, qua interrogati cruciatu Christo meminisse deberent itemq; animo reuoluerent passum esse nostra causa Christum, ut asserti à nequæ peccaminum, d'stino frueremur quandoq; conspectu. Et rursum: Hodie inquit, loci nobis facta est potestas comparandæ æternitatis, oblataq; est occasio promerendæ Seruatoris nostri: debentur enim peccamina nostra: ite propterea alacres mecum, spiritu que ampliore sumpto occurrite hostibus, hosq; canes machate: quandoquidem in manu futura est uictoria, fauete

Condo ad  
milites

1143

pis

A pris de  
unqu  
sius,  
tabat  
deis  
dim  
deo d  
ctoni  
st gra  
acerr  
burni  
humet  
ctus el  
riæ era  
rempe  
uela u  
ramen  
destin  
præfec  
diaz  
lechut  
se, ut fi  
stianis  
rent li  
stiani.  
funder  
genter  
decem  
hostes  
ut con  
tis spec  
re præf  
ros sen  
itium et  
Quo d  
cit. Vid  
perint,  
lis host  
cominu  
usq; ter  
unt, inc  
nauis s  
lum no  
uentum  
accepta  
ruit in a  
nis cum  
est: ecc  
rijs nau  
liburni  
denæ a  
nuissim  
gem in  
mei in  
mentis



A p̄tis deo optimo maximo, cui de orthodoxa fide cura est potissima, neq̄ feret  
 unquā ut illa sit hostibus ludibrio. Interea sacerdos in editore navis loco po-  
 situs, cruce affixū servatorem nostrū Christianis omnibus identidem ostē-  
 tabat, concionabaturq̄, exhortans ut mandatorū dei meminissent: lo coḡ  
 dei, ut solent nostri sacerdotes, nobis indulgens cōtritis corde reatus omnes  
 dimisit pro fide Christi mox pognaturis: Eia, inquit, filij mei ultro sponteq̄  
 deo duce contendamus in hostes. Ellocuit sacerdotis efficax sermo toti con-  
 rioni uberiores lachrymas, effecitq̄, ut quisq̄ nostrū in eo certamine in Chri-  
 sti gratiam occumbere aureret. Obiter Mahumetanorū classis ingens in nos  
 acerrime uela faciebat. Eadem die nostræ classis præfectus cum geminis li-  
 burnicis cōtendit in Mahumetanos acerrime, iustq̄ medius inter binas Ma-  
 humetanorum uastiores naues, exoneratis utrinq̄ tormentis: id enim præfe-  
 ctus classis ea ratione fecit, ut hostiū, & comprimis eorū nauium, quæ prator-  
 riæ erant, trophæis ducū id præ se ferentibus, uires experiretur: uerum ea die  
 temperatū est à certamine. Postridie uero eius diei prima luce Mahumetani  
 uela uentis danites in nos contendebant appulsuri urbi Canonor. Monuere  
 tamen prius duces nostrum crebro, ut sineret eos illud proficisci, quò animis  
 destinauerant, addentes se minime cū Christianis congressuros esse. Ad hæc  
 præfectus classis respondit, meminisse Christianos congressuros esse. Ad hæc  
 diac̄ Mahumetanorum, quum ea gens nō est passa Christianos ex urbe Ca-  
 lechut redeuntes, essi fides publica data erat, illæc iter agere: tantūq̄ abfuis-  
 se, ut fide seruauerint Mahumetani, ut etiam septenis ac quadragenis Chri-  
 stianis confectis supra quaterna aut eorum milia diripuerint: ea ob id transi-  
 rentli possent, festuros eos, quales, cuius sic pens, nection spiritus foret Chri-  
 stiani. Tunc Mahumetani his auditis: tuebitur, inquit, nos Mahumetes,  
 fundeq̄ Christianos. Quare uno impetū feruntur omnes in Christianam  
 gentem furore incredibili transgere conantes non longius à litore, quàm ad  
 decem mille passus iter habentes. At præfectus classis ex composito tulit, ut  
 hostes propius accederent, e regione urbis Canonor hostibus congressurus,  
 ut conlerentibus manum Christianis, rex urbis Canonor nostrorum uirtu-  
 tis spectator esset & testis. Inter hæc sumendū cibum tempus appetebat. Qua  
 re præfectus classis iub̄t milites genio indulgere non nihil: & ubi refocilla-  
 tos sensit animos, classico monens eos: Eia, inquit, fratres, nunc operapre-  
 tium est, ut quisq̄ se strenuum equitem, uirumq̄ manu promptum explicet.  
 Quo dicto, haud mora, in duas ingentissimas naues onerarias impetum fa-  
 cit. Vix referre possim, quibus tubarum clangoribus nobis obstrepere ince-  
 perint, crepātibus more eorum tympanis innumeris. Obiter præfectus clas-  
 sis hostem parupendens, uastiori nauī hostium onerariæ catenas iniicit, ut  
 cominus pugnans hostes male acceperet. Mahumetani uero factas catenas  
 usq̄ tertio reiecerunt: uerum iactis rursus catenis, Christiani nauem corrip-  
 unt, inq̄ corruptam audacius transcendentibus cuncta perturbāt: ferebat enim  
 nauis supra sexcentum uiros. Quare conseruere manus omnes, atroxq̄ præ-  
 lium non sine maxima humani cruoris effusione inuitum est, eoq̄ stragis per-  
 uentum, ut Mahumetani omnes occisione occubuerint: nullusq̄ qui elasts  
 acceptæ nuncium ferret superfuit. Potius hac uictoria præfectus classis ir-  
 ruit in alteram Mahumetanorum nauem onerariam, quæ iam iniectis cate-  
 nis cum Christianorum liburnica congregēbatur. Ibi acerrime pugnatum  
 est: ceciderēq̄ eo congressu quingenti Mahumetani. Pessundatis his onera-  
 ris nauibus, despondentes Mahumetani animos, in nostras irruere undenas  
 liburnicas, maioreq̄ eorū frequentia eas diduxere, diductasq̄ singulas quin-  
 dente aut uicēna ambiebant. Hic enīuit præfecti classis Ioannis Saranni stre-  
 nuissima inelyrach uirtus, qui sola triremi Mahumetanis huiuscemodi stra-  
 gem intulit, ut fidem omnem excedat: nam quandoque usu euenit, ut trire-  
 mem memorati ducis circiter quingena nauigia, quæ remis aguntur, tor-  
 mentia onusta admodum circumuecta, negotium tantum exhibere non po-  
 tuerint.

Prelium  
 nauale

tuerint. Tantum enim Christianis deus optimus maximusq; fauere, ut in tota eorum classe Christianorū nullus occubuerit, nisi faucij exerceerint acie complures. Pugnatum equidem est à mane usq; ad uesperam, noxq; prælium diremit. Miro enim ordine pugnabant Christiani, idq; operæpretium erat: nam quandoq; contigit, ut celox qua uehebar, nonnihil discretæ à classe, in altum ducta occallonem præstiterit hostibus corripiendi Christianos. Mox enim affuere quaterna Mahumetanorum nauigia, quæ circumuectâ eam, acrius certantibus Mahumetanis, negotium ingens nostris exhibuerunt, eorū discriminis Christianos adduxerat, ut ingressis iam quodenis Mahumetanis celocem, iam nostri perciti timore in puppim ceu in tutiorem locum se contulerint. His animaduersis uir insignis classis præfectus, cui Simoni Martini nomen est, ægre ferens tot Mahumetas celocem ingressos esse, inlixe in eam, uadensq; per canum rabidam cateruam, lesu feruatoris inclamans celeberratissimum nomen, precibus uictoriam, precibus contendens ne fidelis deesset orthodoxæ, strictoq; ense supra senos Mahumetas consecit. His autem perterriti Mahumetani sese præcipites in pelagus dabant, alijq; alio, ut fors tulit, dilapsi sunt. Quare ut intellectum est Mahumetanis, Christianos potitos esse uictoria, ducti uerecundia facti, continuo quaternas alias liburnicas prioribus suppetas laturas mittunt. Quo uiso præfectus celocis acutè arripit dolia, ubi puluis tormentorum asseruari consueuerat, indita depexa sindone, ut sic instructū dolium grandis tormenti formam effingeret, moxq; allato puluere ignitum torrem manu tenens, tormentum incendere ac exonerare uelle, ut pauorem ea re inijceret hostibus, præ se ferebat. Videntes hæc Mahumetani, rati uerum esse quod fingebatur, expeditiq; tormenta exstimates, haud mora retrocessere. Quamobrem dictæ classis præfectus superato discrimine ad Christianos se recepit: rursumq; dux noster irumpens in hostes stragem intulit non mediocrem, correptis septem liburnicis omne genus mercimoniorum onustis, uicq; tormentorum denis alijs celocibus perfundatis, quarum una innumeris elephantis ferebat. Itaq; ubi Mahumetani confpicati sunt iam æquor corporibus Mahumetanorum stratum esse, captasq; duas prætorias naues, nonnullaq; alia nauigia, protinus fuga sibi consulere ceperunt, alijs aliò dilabentibus. At dux noster uidens nostros incolumes euasisse, uberores laudes deo dabat, hortabaturq; ut postquam uicerant uictoriam sequi haud desinerent. Quibus adhortationibus Christiani audentiores facti, hostium terga consecabantur, diffugientibus non aliter Mahumetanis, quàm si centum nauium classis insequeretur eos. Certatum est diutissime, utpote à mane usq; ad uesperam: nec diremit pugna nox, consecantibus nocte tota Christianis Mahumetas. Quare fusa est tota hostiū classis, incuruenta Christianorum uictoria. Inter hæc nonnullæ nostrorum liburnicæ conspicatæ sunt in pelago errabundam hostium onerariam nauim in illam continuo uela facere: congressaq; nonnihil, tandem quum superiores euasisent, impetu in hostes factio, eò eos adduxere discriminis, ut coacti sint omnium armamentorum in mare iactum facere, eodemq; se dare præcipites. Nostri uero cum Neptuno luctantes, hostes eminus arcubus ac lansceis miserandum in modum conficiebant, ob humanum cruorē pelago purpureum induente colorem. Insequentibus Mahumetasos fluitantes pelago Christianis ad ipsum usque continentem, euasere tamē peritiam nandi hostiū complures, numero fermè ducentum: qui ad eò nandi artem dedit erant, ut æquoris spatium propè immensum, utpote uiginti mille passuum, mensis sint, urinantés quandoq; nonnunquam supra aquas nantes. Fiebat propterea, ut falso Christianorum conspectu quum urinabant, arbitraremur pessum eos iuisse, supra iactum arcus subter aquas hostibus collucentibus: nam consuetando eos ubi propius accedebamus, rati semineces esse, arma leto eos protinus iradituri expediebamus. Illi uero rursum fallentes uisum nostrum urinabant, Rebamur propterea id propè phantasma esse, suspensiq; rei admiratos

ne loco  
rijs exo  
ro eius  
hærent  
num  
pelagu  
metan  
quenti  
uifac  
ligere  
creber  
eius u  
suspens  
rext; i  
floria p  
gaudiu

Am te  
præfa  
deam  
curatio  
do hoc  
uim; qu  
Calech  
ni. Fals  
ercent  
meus iu  
negocia  
nonor  
hostis a  
rat: & u  
concess  
pilis co  
xerit, q  
sit habe  
Christi  
truncul  
xime: u  
cei in p  
stianos  
men est  
Quare  
laboran  
comisso  
eramus  
rum in a  
ter intra  
profici  
humeta  
simeq; s  
manus,  
hominū  
re supra  
cubus, l



ne loco miraculi id factum esse credebamus. Interire tamen fere omnes uarijs excepti casibus, pessundata uel tormentorum onerata nauis. Postridie uero eius diei classis præfectus celoces mitit tritemesq; nonnullas, ut litori inhaerentes oceanorum corpora percenserent. Quare iussu memorati ducis connumerata sunt hostium occisorum supra tera millia, si eos percensens, quos pelagus in litus electauerat: si item illos adnumeres, qui in liburnicis Maheu metanorū occubuerant. Perire etiam multo plures absumpti pelago, insequentiū in ipsam usq; tellurem Christianis. His conspectis rex Canonorū uisacq; Christianorū eminentissima uirtute, ceu amans gentis arctius eos diligere cœpit. Nec id ab re, uera enim fateri licet: interfuit quidē sapenūmero crederrimis bellis, sed hac gente Lusitana fortiolem uidi neminē. Postridie eius uictoria redimus ad proregem nostrum, qui in Cucin urbe rei euentum suspensus opperiebatur. Quō ut est peruentum, adeō lætitia dux est affectus; rixq; ipse Lusitanorum suapte natura studiosus, tantum lætitiæ ex parte uictoria præ se tulit, ut satis pro meritis id minime referre queā, ob immensum gaudium, uel cœlo ipso erepitantibus tormentis, ut allolet, reboante.

*Quomodo iussu proregis ad urbem Canonorū sum remissus.*

## CAPVT XL.

Am tempus appetit, ut rebus expeditionisq; classis regis Calechut, que ut præfati sumus, pessum it, modum faciēs tandem aliquando ad res meas redam. Transactis itaq; ternis mensibus, is quem proregem appellamus, procuratoris negotiatorum munus mihi ad annum ac medium delegauit, functo hoc munere, idem princeps meus potestate mihi fecit consentendi nauim, que ad urbem Canonorū proficiscebatur, eodem contenditibus urbis Calechut cultoribus impetrato prius à Christianis illac transeundi comœtati. Fallo memoria bant dicti negotiatores, in urbe Canonorū mercimonia exercentes, urbis Calechut incolas moram trahere: ob quam causam princeps meus iussit me tantisper in dicta urbe morari, quoad in certissimam dictorū negotiatorum deuenissem notionem: uerum interibi usu euenit, ut rex Canonorū rebus eximeretur humanis: huic succensus est rex Christiani nominis hostis acerrimus: nam ope ac diuitijs regis Calechut id regni consecutus erat: & ut cōmodius expeditionem in Christianos parare posset, mutuo illi concessit quaterna ac uicena tormēta. Igitur M. D. VII. uigesima septima Aprilis cœptum est atrox bellum, nec prius sunt posita arma, quam eā dies illuxerit, quæ est uigesima septima Augusti. Iam compertum fiet uobis, quanti sit habenda orthodoxa fides, cuius ue pensis sit gens Lusitanorū. Dum itaque Christiani, ut allolet, aquatū contendunt, aggressi sunt eō Mahumetanī, latrunculorum instar itinera obsidentes: quippe qui nos oderant quā qui maxime: uerū gens nostra ubi uis apparuit, gradum retulerunt, in arcemq; se ceu in portū tutissimū receperunt: ob id adempta est Mahumetanis in Christianos eā die seuuendi potestas. Hæc ubi dux noster, cui Laurentio Britenomen est, resciauit, cōtinuo certiorē fecit proregē, qui in urbe Cucin agebat. Quare dictus princeps Laurentius mox cum expedita liburnica laturus opē laborantibus affuit, transactisq; quaternis diebus, ad urbē memoratā redijt, cōmissio nobis negotio præliandi cum rabidis canibus. Numero nō plures eramus q̄ ducenti: alebamur enim oriza, faccario ac iuglandibus: uerū aquarum in arcē summa erat caritas: propterea operæpretium erat aquatū bis uel ter intra hebdomadam ad fontē quendam, distantē ab arcē ad arcus iactum, proficisci: quotiesq; illo aquatōnis gratia ibamus, manū conferere cum Mahumetanis oportebat: nec nisi ferro iter aperiendū erat, grassantibus atrocissimēq; saeuientibus in Christianos Mahumetanis. Nec ea erat contemnenda manus, nō enim nobis unquā congressi sunt, quin quatuor ac uiginti millia hominū numerū excesserint. Vbi uero frequentiores nos correpturi aduenire, supra quinquaginta hominū millia arma expediuerūt. Pugnabat ense, arcibus, lancea peltisq; secusq; trahebāt supra centū ac quadraginta tormenta:

Loricati erant instar cultorū urbis Calechut. In hunc fermē modū praeliatur: nam plures binis uel ternis millibus una acie nō congregiuntur: priusq; certamen nō ineunt, quā omni fermē mulicorū genere pugnantium animos demulcere ceperint, p̄cedētib; exercitū miro artificio excitatis ignibus: tantōq; feruntur impetu, ut tera millia denis hominum millibus pauorē incredibilēq; formidīnē inferre possint. Verū Christiani suapte natura manu promptissimi occurrebant hostibus, priusquam puteū propius accederent: neq; proximius quā ad geminū lapidis iaciū ad arcem accedebant: summaq; diligentia opus erat ambicūbus nos quaquaersum hostibus, suppetias ferente Mahumetanis classe sexaginta nauū. Verū Christiani adeo se uictos explicuerunt, ut nunquam die singulo acie excefferint, quin ex hostibus denos, quādoq; quindenos, aliquando uicenos confecerint. Sed iam stragibus modum faciebamus, territis hostibus, strato iam caesori corporum solo. Ob id alio Mahumetanis diffugiētib; pauorē addidit ingens tormētum, cui serpenti nomē est: quo exonerato, magna hominū strages edebatur: nam uno icū machinā circiter duodeuiginti Mahumetani interiēre. In nos uero inanes icūs uibrabant, ē nostris occumbentibus nullis. Ob id rebantur ipsi cacodæmona nobis subscribere, partesq; nostras tueri. Nec prius bello huiusmodi modum fecimus, quā quarto Calendas Septembris: tūc enim Lusitanorū classis aduenisse dicebatur, duce Tristano à Cugna equite strenuissimō. Quū enim nobis innotuisset, classē Canonorū urbi appulisse, mox duce mōmon fecimus, nos acriori bello esse implicitos. Cuius rei gnarus praefectus praefectus iussit classarios milites arma expedire, missis actuarijs nauigijs, quibus tercentum loricati nota audacia equites uehebatur: quibus appulsi, ampliore sumpto spiritu, nisi obstitisset praefectus nosfer, incēdio subiicere urbē Canonorū parabamus. Obseruet nunc attentius quisq; sapiens lector, quo gaudio, qua ue lantia affectū fuerimus, quū suppetias laborantibus nobis tales tulit praefectus appulse classis: nam elanguerant militū uires, torpēbantq; diuturniore labore animi, confauctatis praesertim fermē omnibus. At Mahumetani ubi intellexerē tulisse opem Tristano nobis, fractū animo pacē meditari ceperunt, hostilia iam horrentes. Propterea cuidam Mamalmaricā nomine ingentium fortunarū uiro, impetrandae pacis munus delegant. Quare it ad nos protinus: uerū prius pacis consequendae non est spes data, quā proregē nostrum in urbe Cucin agentē adiret. At dux nosfer conditionibus pacis haud spretis, bello finem imponere duxit: adductus eo argumēto, quōd grassantibus inibi bellis onustas mercimonijs naues in Lusitaniam mittere minime poterat. Igitur impetrata pace, intra quadriduum negotiatores urbis Canonorū, quibus ante coepum bellum utebar familiarissime, me aduētes in hunc fermē modum sermone patrio alloquitur sunt: Petere abs me iure coniunctionis nostrae, ut illi ostenderem quendam ceteris Christianis multo proceriorem, qui fermē singulis diebus circiter uicenos homines ex Mahumetanis confecerat, quiq; iaculantibus quingentū ex ea millia nota, qui Naēri dicuntur, ceu ad scopum, semper incolumis euaserat. Ad haec ego respondi: abijisse hominē, tamq; in urbe Cucin agere: uerum rem tacite reuoluens credidi faustiorē humanis fuisse, qui Mahumetanis stragē intulerat: propterea compellabam hominē, qui me percunctatus fuerat, his sermō uerbis: Es ne mihi amicus? At ille: Sum quidem. Cui ego: Is miles qui ad deū in acie strenue egit, nō est Lusitanus. Ad haec ille: Vnde igitur est oriundus? Rursum ego: Lusitanorum, smō totius orbis est deus, idēq; omnium maximus. At ille: Me hercle uera loqueris: quādoquidem probe meminī dixisse Mahumetanos, non Lusitanum, sed Lusitanorum deum eum esse, qui stragem Mahumetanis acerrime inferebat, ob id rebatur multo meliorē suis dijs deum uestrum esse, uerū eius esse eos expertes. Quare receptū est ubiq; uinum inū, non humana ope Mahumetanis cladem esse illatā: id enim hominū genus simplex est: admodū: quippe quod ad omnem fermē auram stupet plus

rimum:

rimo:  
p̄sam f  
deus: n  
obmut  
optio  
ristiam  
sus ego  
est, die  
ximus  
subieci  
uinam  
tionib;  
rum ut  
omniū  
forane

A Pp  
que  
bat. Ar  
consen  
derio c  
me doc  
meatu  
memor  
nulla, i  
ut loric  
tes duc  
gelima  
Pannas  
dici ho  
uocans  
lidæ gl  
gentis i  
minim  
incolar  
cunctos  
unū qu  
Christi  
tē, pron  
ceps ob  
seruato  
cerdos  
mas, at  
bus. Qu  
lum: pu  
millibu  
aderan  
ēi in te  
lustris  
& ego  
toq; atr  
tis utri  
ternis N  
tiper n  
cumbes

rimum:



rimis: nam tinnente ex aere campana adeo ea gens stupebat, ut miraculi quæpiam fieri arbitraretur: delinente uero tinnitu aiebant: Summus est horum deus: nam ubi tintinnabulum tangunt, loquitur ubi uero tangere desierint, obmutescit res campanæ. Quid hoc igitur est? horum deus sane omnium est optimus. Intererant etiam nostris milliarum solennibus: & ubi sacram eucharistiam assistantibus adorandam sacerdos more Christiano ostendebat, cœuersus ego ad Mahumetanos aiebam, seruatore nostrum digito monstrans: is est, dicens: Lusitanorum nostræ gentis, necnō totius orbis deus optimus maximus. Ad hæc illi aiebāt: Vera quidem loqueris, sed id nos fugit. Ea idcirco subieci, ut exploratum haberetis, mira ignoratione gentem huiusmodi in diuinam maiestatem committere. Sunt item hī populi miri incitatores, fascinationibusq; creberrimis student, quibus cogunt adeo exitiosos serpentes, ut eo rursu uirus præsentan eam admodum mortē solo contactu inferat. Sunt item omnium dexterrimi sumambuli, ac planipedes, & id genus homines circumforanei: ego crediderim agilitate corporis eos præstare mortales omnes.

De congressu Lusitanorum ac Pannanorum. CAPVT XLII.

Appetit iam certe tempus reuiscendæ patriæ: ad id præsertim accedente, quod præfectus classis onustis nauigijs, profectionem in patriam parabat. Ardebam sanè miro amatæ patriæ desiderio: quippe qui extra eam quasi conuulsus uidebar, spatio septem annorum extorris. Mouebat etiam desiderio conducendi uobis, utpote qui noueram post tot peragratas regiones me doctore prospectum iri mortalibus. Quare imperator à rege abundi cōmeatu, statui illinc quamprimum discedendum fore: uetum abundi dux memoratus mihi prius potestatem non fecit, quàm secum uisum irem nonnulla, ut mox compertū fiet uobis, sibi grata. Iussit igitur militibus cunctis, ut loricati splendensibus armis sibi præsto adessent. Qui imperata subeuntes ducem sequuti, urbem Cucin omni fermè habitatore uiduam, indeq; uigilima tertia Nouembris anni memorati, impetum simul omnes in portum Pannanorum irumpentes fecimus. Appulsi urbi memoratæ postfridie eius diei horis antelucanis, expeditis actuarijs nauigijs classico ad se milites conuocans, in hunc fermè modum loquutus dicitur: Superesse Lusitanorum solida gloriæ urbem Pannanorum expugnandam: nullam aliam fore, quæ gentis Christianæ uictoriæ cursum remorari posset, à tergoq; relinquendam minime esse: eam totius Indiæ certissimam esse salutem, collatis eo fortunis incolarum innumeris, ceu in tutissimum patriæ receptaculum perfugiumq; cunctorum. Enitendum propterea omnibus uiribus, ne tot illustria decora id unū quod subeundum supererat, deformaret. Finita concione sacerdos more Christiano ad memoriam cunctis reducens ea quæ ad cōparandam æternitatem, promerendamq; seruatoris nostri gratiā pertinebāt, adleuerans nullā dein cept offerri Christianis delendorū reatuū cōmodiorem occasionē, q̄ ut pro seruatoris nostri asserendo imperio pugnacissime præliaretur: eoq; astantes sacerdos adduxit, ut efficaciore sermone concioni exciuerit ubertiores lachrymas, audentibus subire imperata entissime miroq; ardore Christianis omnibus. Quare paulo ante emersum solis cœptū est atrox cū rabidis canibus belumpugnauerunt enim sexcenti Christiani cum octonis Mahumetanorum millibus: accedente præsertim Christianis in commodo, quod triremes quæ aderant geminæ, litus appellere nequibant. Itaque solis actuarijs nauigijs ueti in terram, Mahumetanis cōgressuri appulimus. Telleum prior tenuit illustri Laurentius proregis filius: secundo loco successit prætoris nauis, quæ & ego uehebar. Vbi itaque propius accessimus, conseruatum est prælium, tan toq; atrocius, quanto superandum erat fluminis contractius ostium, dispositis utrinq; tormentis innumeris, pugnantibus è litore quadragenis ac quaternis Mahumetanis, qui animo iuratissimo destinauerant, se in uestigio tantisper mansuros, quo ad uictores euaderēt, aut pro uictoria certantes illic occumberent, ac si amore fortunarum suarum (præfecti enim nauis erant) qua-

rum certissimam iacturam imminere conspiciebantur. Exoneratis itaq; com- pluribus tormentis, appulso summo uere nequicquam conabantur: nam supra quadragenas machinas cepimus, deorumq; munere nostrum nemo interis, occisis nihilominus ceteris ac quadragenis Mahumetanis. At princeps Laurentius me spectatore senos Mahumetanos confecit, gemino excepto uulnere. Excessere è nostris cõplures faucij, feruente atrocij prælo. Verũ ubi irremes aduenere, hostes pedem referre ceperunt: nos uero aquis decre- scentibus duximus receptui canendum esse: illo præsertim accurrentibus ca- teruatim Mahumetanis. Propterea captas terdenas naues incendio subieci- mus, rati eas ubi abijssemus, hostibus adhuc usui futuras. Quibus crematis præfectus classis militibus iussit, ut gradu relato in proximum latus sese reci- perent, ubi militum suorũ absolutæ uirtutis memor, militiæ insignibus com- pluscule honestauit: me quoq; quæ sua fuit humanissima consuetudo, in e- quitum splendidissimorum numerum ascituit, parentis loco mihi subscribẽ, te Tristano à Cugna duce promptissimo. Auctoritatis itaque militibus, dux- noster ad uasa conclamari iubet, illincq; soluens cunctas Mahumetanorum ædes incendio subijci mandat. Quare munere deorum summis defuncti pe- riculis incolumes, tamen militum haud expleto numero, tandem aliquan- do ad urbem Canonor redijimus. Quæ ut peruentum est, onustis omni com- meatuum genere nauigij, in dilectam desideratamq; diu patriam, profectio- nem parare cepimus.

## LVDOVICI ROMANI PATRITII

RERVM ÆTHIOPIÆ LIBER VII.  
CAPVT PRIMVM.



**H**ISTORIAM cudere uolentibus, cosmographis præser- tim, qui immortalitatem nominis, gestorumq; suorũ pro- pagationem plurimi faciunt, nihil æque conducit, quam superiorum firma ac pertinax memoria, necessarium pro- fecto uitæ bonum, ne ubi eos promissorum ceperit obli- uio, iuri optimo ceu obliuio, uel certe indiligentes in or- dinem redigantur ab eis, qui famam aliorum ultronei face- rant, dissepunt: ac tantum ultra quam par est: id eorum nõ immemor, quæ initio operis pollicitus sum, famam descendo sponsa dissoluturus: quippe qui probe memini dixisse me aliquando, Æthiopum res celebrioris, uideli- cet situm regionis, moresq; populorum me denarraturum. Quare nactus oc- casionẽ solidum præstabo, ea explicans quæ inibi offendi haud longiore im- moratione, ut festinantius cepto operi ultimam manu imponam, tandemq; aliquando optato otio fruar tot exantlatis ærumnis.

De multipugis Æthiopiæ insulis. CAPVT II.

**N**OS igitur septimo Idus Decembris iter cepimus uersus Æthiopiam, tra- lecto prius sinu, itinereq; quadringentorum mille passuum peracto, ad eam insulam, cui Monzambich inditũ est nomen, ditionis Lusitanicæ regis, peruenimus: uerum priusquam eõ appulerimus, complura consecrati sumus oppida, quæ regi memorato parent. Ibi uisuntur munitissimæ arces, compri- mis in Melindæ ac Mombazæ regno: eas quandoq; dux incendio subiecit. Habet item arces alias in oppidis Monzambich ac Zaphala. Quæ uero illi- lustris Tristanus de Cugna, uir manu promptissimus, præclare gessit, prudẽ prætereo, probe noscens, gesta huiusmodi longe maiore immoratione indi- gere: nam si eius facta fortia, quæ ex India rediẽs egit, captam præsertim Got- gam, Patl ac Craua urbes clarissimas, necnõ Sacutaram insulam optimam; ubi erexit arces rex Lusitanicæ, percensuero, exurger præsens opus in longe maius uolumen, q̃ ab initio animo destinauerim. Tempero item ex cõpolla- to à bello inibi patrato, quoniam procul illinc aberam, ne uidear ea denarra-



re, que oculis minime subsici. Omitto præterea complures alias insulas, quas iter agendo offendimus, præsertim Cumeris insulam, ac senas alias, que affatim zinciberis, sacchari, copuluriumq; fructuum, necnon omnitariam carniū mittūt. Item suppressa est mentio eius fera cissimæ insule, cui Pendæ nomen estica regi Lusitanæ paret, omniumq; rerum est fecunda admodum.

De Monzambrieh insula, deq; eius cultoribus. CAP. III.

SED ad insulam Monzambrieh redeamus: ea ut præfati sumus, pariter etiam Zaphala, regi paret memorato: inde enim iussu regis auri ac olei plurimum exportatur: verum ea è continenti aduehuntur. Inibi quindecim dierum mora insumpsa est. Insula perquam mediocriter patet, coliturq; ab nigricantibus Mahumetanis: commodissimum habet tamen portum: cultores autem sunt ferme rerum omnium egentes: illicq; summa est annonæ caritas: quando certe illo ferme omnia è remotiore continenti comportantur. Nam quandoq; animi causa continentem proximum, ut regiones exploraremus, uisimus, ubi incultum hominum genus nacti sumus: nigricantis enim sunt coloris, libris arborum obscœna uelati, cœtera sunt nudi. Mulieres uero frontibus auersæ ac diuersæ pudenda uelant: capillum non promittunt, sed calamistro crispant: labra uero gemini digiti crassitudine habent: latissima sunt fronte, prægrandibusq; dentibus, eisdemq; instar niuis albicantibus. Id hominum genus pauet ad omnem conspectum, uisus præsertim loriceis hominibus. Quare ubi intelleximus gentem incermem esse, plusq; iusto pauidiorum, senilimul loriceis cum nonnullis tormentis, capto cultore eius regionis gnaro, perambulare memoratam insulam cœpimus. Quumq; itinere unius diei progressi essemus, complura elephantorum armenta offendimus: mouerant enim nos itinereis dux, ut flagrantibus facibus belluis huiusmodi occurreremus, pauentibus suapte natura ignes elephantis: uerum quandoque usu euenit, ut ternas elephantes, nuperrime pullos enixas, ignibus minime perterrefcere poterimus: interritæ enim nos cœscœtate sunt tã diu, donec moti quæpiã inuenimus, ubi à feris seuientibus nos tutati sumus. Itaq; in nere decem mille passuum ab aduerso latere montè mensi specus quosdam cœperimus, ubi delitescébant nigricantes uiri, qui adè inapte incœpteq; loquebantur, ut difficulter eorum linguæ uos certiores facere queam. Conabor tamen uel exemplo quopiam melius quàm quibo, ut id uobis innotescat, si forte uobis succurrit, quonam modo muliones in Sicilia agat mulos: nam abdita lingua subitus oris labrum imum, edunt informè uocem agalones: qua edita, mox multi citatius incedunt. In huc ferme modum balbutes populi inter se colloquuntur. At dux nostri itineris nos percunctabatur, uellemus ne boues ac uaccas mercari, addens se operam daturum ut perquam uili pretio pecudes huiusmodi allequeremur. Nos uero rati itineris ducè auxilio cultorum nobis impositurū, traditurumq; eis direptioni fortunas nostras, respondimus pecunias nobis esse nullas. Ad hæc itineris dux: li, inquit nihil minus quàm nummos exoptant, quippe qui affatim auri longe nobis locupletiores habent: quando certe haud procul hinc aurum eruitur. Nos autem ad illum conuersi: Quid igitur, dicimus, cupiunt istis? Quibus ille: Amant res despiciabiles, nulliusq; momenti, ut paruum forcipem, uel panni nonnihil, quo aurum inuoluant, uel id genus aris, quo tympana instar bullæ exornant (sonalia appellant) quibus apprime oblectantur infantes: cupiunt item mirum in modum nouaculam quampiam. Nos uero ad hæc respondimus, daturos ea quæ exoptabant, modo ea armenta, quæ empturi eramus, usque in proximum montem agerent. Tunc dux itineris inquit: lbunt quidem nobiscum usque in summum montem: ultra tamen nullis conditionibus progressuri: superest tamen ut ingenue dicatis, quid sitis pro armentis huiusmodi exposituri. Tunc unus è nostris comitibus, qui fabricandis tormentis operari consueuerat, respondit se nouaculam ac bullam ex ære sonalis, ut aiunt, instar daturum. Ego uero ne metumoniū huiusmodi expertus essem, caribusq; ue-

sci quisrem, exuta interula dixi me eam pro bobus daturū. Ad hæc ille: Quis  
 tot armenta, inquit, usq; ad proximum pelagusaget? Cui nos: Faxint super  
 ri, ut tot boues elargiantur, quot sumus acturi. Et rursum dux itineris: Sinite  
 me agere. Captisq; eis rebus quas pro armentis exponerebamus, illas quibus  
 aut senis hominibus impartitus est, petens pro erogatis tricenas boues foem  
 nas. At cultores, qui parum aberant à belluis, innuerunt se quindenos tantū  
 daturus. Huic rei assensū sumus: uerebatur tamen ne subesse impostura que  
 piam, uerum conuentis fides seruata est: nam continuo nigricantes uiri duo  
 quindenos uacuas, ut inter nos conuenerat, egerunt: quom tamen uix ab an  
 tris eorum digressi essemus, qui in specubus remanserant tumultuari cœpe  
 runt. Qua de re pauere cœpimus, arbitantes Troglodytas nos consecutū  
 ros. Dimissis propterea bobus arma expedire cœpimus. Quibus uisus, nos  
 hortari cœperunt nūstus, ne formidaremus. Subdidit dux itineris, eos non  
 alia de causa tumultuari, quàm ut quisque eorum bullam memoratam prior  
 sibi uendicaret. Nos igitur apprehensis rursum bobus in summum montem  
 euasimus. Quò ubi peruentū est, nigricantes uiros missos fecimus, uacuasq;  
 agentes perquam mediore nemus præterijimus, indeq; ad quintum lapidem  
 obuios habuimus eosdem elephantas, qui paulò antè eodem iteragentibus  
 nobis occurrerant. His uisus ingens formido nos peruasit, eosq; pauoris de  
 ducti sumus, ut dimissis bobus diffugere cœperimus, dilabentibus ad nigri  
 cantes uiros uacuis: nos uero ad nostram insulam reuertimur, sumptisq; pro  
 itinere nauando uberrimis commetibus, uersus Caput bonæ spei uelifica  
 uimus, prætereuntes diu Laurentij insulam, quæ octuagenis leucis à prox  
 imo continente abest. Eius insulæ reor regem Lusitanæ breuè futurum do  
 mínium: quoniam subiectis iam incendio oppidis compluribus, genti factus  
 est admodum formidolosus. Propterea ut ex certissima peragrati orbis, In  
 dia præsertim ac Aethiopiæ coniectura assequi licet, existimo regem Lusita  
 niæ, ubi uincere perrexit, euasurum cunctis orbis regibus longe ditiores  
 idq; sanè pro meritis, proq; tanti uiri dignatione: quoniam eius opera ac stu  
 dio, mirisq; auspicijs orthodoxæ fidei accedit plurimum. Nam clarius Phœ  
 bo constat, in India, & comprimis in urbe Cucin singulis festis diebus de  
 nos ac duodenos idolorum cultores, aut certe Mahumetanos fidei nostræ fa  
 cris initiari. Fit propterea ut maiore in pretio nostra fides habita, incremen  
 ta maiora indies suscipiat. Estq; uero haud absimile, defuturū nunquam his  
 cœptis deum optimum maximum, regisq; daturum ampliore contra fidel  
 hostes uictoriam, faustissimeq; eius piētissimis uotis affuturum semper.

De Bonæ spei capite. CAPVT IIII.

**R** Edijmus itaque ad iter nostrum, Caputq; cognomento Bonæ spei præ  
 terijimus: digressiq; illinc ad ducentos circiter mille passus oborta in ma  
 ri tempestate aduersis flatibus agi cœpimus. Id effecit, quod læuorsum diu  
 Laurentij, necnon complusculæ alix insulæ uisuntur, unde plerunq; maxi  
 ma uis uentorum erumpit. Verum postquam spatio senum dierum à for  
 na nouercante, pelago nimio plus quàm satis spumas efferuescente, agitatis  
 sumus, tandem aliquando deorum munere discrimen euasimus. Illinc abe  
 untes ad ducentas fermè leucas rursum fluctuante salo eò discriminis perdu  
 cti sumus, ut grassante tempestate ad sacram ancoram peruentum sit, alijs a  
 liò dilabentibus liburnicis: spatio item senū dierum, quibus transactis, nun  
 quam deinceps coluimus, alijs aliò proficiscentibus, donec Vlisbonam ap  
 pulimus. Ego enim liburnica Bartholomæi ex Florentia Tusciæ oriundus,  
 Vlisbonæ tamen cultoris uehebar: liburnicæ diu Vincentij nomen inditū  
 erat, enormiq; ponderum capax, quippe quæ supra septena millia om  
 nifariam aromatum doliâ conuectabat. Iter propterea agentes aliam insu  
 lam præterijimus, cui diuæ Helenæ nomen est, ubi enormes pisces conspicua  
 ti sumus, tantæ quidem uastitatis, ut singuli singulis magnis ædibus con  
 ferri possint: ñ enim supra aquas tolluntur, hianti ore eminent, uidenturq;  
 quum



quum supernant frontem reterege instar loricati militis, dum à congressu temperat lumen admissurus. Rursum memorati pisces dum urinant, frontem condunt latam ternos passus. Quum enim innatant pelago, adeò deturbant aquas, ut nos agitatione huiusmodi præsertim ut belluas submoueremus, omnia tormenta exonerauerimus. Haud multo post offendimus insulam quandam, quam de nomine ascensionis appellant, ubi uisimus complura auitia anatum nostrarum magnitudine: uerum adeò simplices alites doliç expertes, ut cominus manibus ipsis ea corrivere liceret nauim circuectas. Sed ubi eas corripueris, ferociam præ se ferunt incredibilem: tamen prius quæperentur, ueluti stupidi ad omnem conspectum nos instar miraculi cuiuspiam contuebantur. Nos uero rebamur aues huiusmodi alios nusquam præter Christianos uidisse homines, ad humanum conspectum alite stupente nisum: quando certe constat, in ea insula præter undabundum æquor ac pisces innumeros, auesq; memoratas, nihil nos conspicatos esse. Præterita hæc insula post complurium dierum uelificationem, quasi orbi nostro iam appulsi essemus, Septentrio nostrorum nauarum sydus conspicuum mox apparuit. Verum hæc peropportunum uideretur, ut eorum resellam opinioniones, sensuq; diluam, qui autumant circiter polum antarcticum æquora sulcari dice septentrione non posse, ob id uelificantes canopo uti sydere: ij profectò minime sunt audiendi: quando quidem colliquescit clarior, ut aiunt, Phœbo, Lusitan septentrionibus astris uti: est ea sydera eleuato polo quandoque conduntur. Utuntur tamen Lusitani eius ducatu, succedente astro magnetæ, qui solito semper munere fungitur, polum arcticum suapte natura usqueaque intuens. Transactis non multis diebus, appulimus elegantissimæ regionis, ubi complures insulæ conspiciuntur ditiois regis Lusitanicæ: quæq; id genus aquilas, quas altures uocamus, abunde mittunt: nam hæc insulæ uarijs censentur nominibus: Alitæ de nomine Pici Martij, de coruo alitæ, de floribus alitæ denominantur. Est & diui Georgij insula, & alia quæ Gratiosa dicitur, & rursum quæ Feial nominatur: inde descendentes ad eam insulam quæ Tertia dicitur deuenimus, ubi bidui moram insumpsimus. Sunt memoratæ insulæ in uniuersum feraces admodum, quippe quæ omnium ferme rerum fecunditate pollent. Illinc igitur abeuntes septem dierum itinere ad Vlisbonam Lusitanicæ urbem clarissimam deuenimus: qua quidem urbe uix uidi nobiliorem. Cogitet itaq; quisque lector, qua lætitiâ, quo ue immenso gaudio, uiso continente sim affectus. Adpulsus illico ad regem ducor: is tunc aberat ab urbe Vlisbona, adq; oppidum, quod Almadam uocant, e regione urbis memoratæ se contulerat. Quò ut perueni, uenerabundus regem consalutauit, deosculatisq; eius manibus ceu numen quodpiam uenerabaris me humanissime excepit, ususq; sum eius contubernio tantisper, donec doctus est ea omnia, quæ apud Indos nactus eram. Transactis uero complurculis diebus, ostendi suæ eminentiæ id diploma, quò à prorege, qui in India eius uicaria opera fungitur, in numerum auroreorum militum ascitus eram, precibusq; contendi, ut robur regium adderet signaretq; manu regia diploma. Quare uiso diplomate, protinus postulatis assensus est, iussitq; notum diploma expediri: quo expedito, abeundi prius à rege impetrato, comeatu, ad urbem Romam, solum patrium, diu desideratum, sum, mis exantlatis laboribus, superatisq; erumnis innumere tandem aliquando deorum munere me recepi.

Magnetæ  
septentrionis  
amans

Vlisbona

F I N I S .

AD

AD STUDIOVSM LECTOREM.



Et lateat lector ordo, quē Brocardus monachus, huius libelli scriptor, & terrae sanctae studiosus explorator, tenuit, libuit à principio breuibus id tibi aperire, potissimum quum ad lectionis syncretiorem intelligentiam id non ambigamus condocere. Igitur nō est sequutus Ptolomei & reliquorū cosmographorū subtile illud metiendū artificium, quī cuiuslibet loci longitudinem & latitudinem iuxta coeli sitū expēdentes, locorū distantias certiore addiscunt uia, quā si per milliaria, leucas, aut stadia, terrestri itinere id efficere molirentur. Sic enim licebit inuētiā semel radicibus uti ad quorumlibet locorū quantumlibet longe distitorum inuestiganda interualla. At Brocardus iste uulgari dimensione contentus, Aconem maritimam ciuitatē, & in occidentali plaga sitam, loco centri cōstituit, & hinc quatuor lineas ad quatuor mūdi praecipuas plagas imaginatione sita traxit, atq; rursus quamlibet quartam in tria diducens, iuxta duodecim coeluentos duodecim itineraria per memoratā terram sanctam descripsit, atq; singula loca in his imaginarijs lineis sita, iuxta praesentem & modernā appellationem annotauit: praesertim ea quae scripturae cōmendatione aut cōmemoratione celebriora sunt uel insigniora. Per leucam accipe spatium terrae, quod quis commode una hora mediocri gressu conficere potest.

## LOCORVM TERRAE SANCTAE

EXACTISSIMA DESCRIPTIO, AVTORE F.  
BROCARDO MONACHO.

Syriae latitudo

Phoenicia

Palestina

ISTA terra, quam sanctam uocamus, duodecim tribubus Israel funiculo distributionis in possessionem tradita, post tempus Salomonis in duo regna excreuit: unum regnum Iudae dicebatur, duas complectens tribus, nempe Iudae & Benjamin: alterum uero regnum Samariae uocabatur, à metropoli Samariae, quae nunc Sebaste nomen habet, reliquas decem continens tribus: utrunq; tamen regnum una cum Palaestina pars erat Syriae, non secus quam Tusciam aut Lombardia pars est Italiae: nam Syria, ut reliquae magne nationes, in multas scinditur partiales prouincias. Et quidem ea regio, quae est à Tigride fluuio usque ad Aegyptium generali uocabulo Syria nuncupatur. At ea pars & tractus, qui est inter duos illos insignes fluuios, Euphraten & Tigrim, uocatur apud Hebraeos ארץ סור id est, Syria fluuiorum, quae Graeco uocabulo Mesopotamia appellatur, quod media inter aquas continetur: habetq; ciuitatem insignem & celebrem Edessam, quae olim Rages, nunc autem Rase nuncupatur. Deinde est alia pars Syriae, quae Coele Syria incipiens ab Euphrate flumine & delinens in riuum Valantiae, qui fluit sub castro Valat, exoneraturq; in mare magnū, seu mediterraneū, in ulla Balantiae, una leuca à dicto castro distante. In hac Coele Syria est nobilis ciuitas Antiochena, cum alijs urbibus, nempe Tripolis, Berytus, Sidon, Tyrus, Acon, Capernaum & aliae quaedam. Habet quoq; Libanum montem secundum aliquos, in quo thura leguntur. Porro uocatur Syria Phoenicia à filio Agenoris, qui Tyrum instaurauit & metropolim in ea prouincia constituit. Est & alia pars Syriae, quae Syria Damasci appellatur, in qua Damascus est metropolis, quae & Syria Libanica à Libano monte uocatur. Post Syriam Phoeniciae sequitur Palaestina, etiam pars Syriae in tres scissa regiones. Una uocatur Palaestina sine ullo additamento, habens Hierusalem metropolim, extenditurq; usque ad mare mortuum, & ad desertum Cadesbarne. Alia est Palaestina Caesarea, habens seculi

licet Ca  
norum,  
tur Pala  
bia: Na  
rit appe  
regio at  
non rare  
pollin,  
gionem  
rum: fu  
bia, qua  
ta supra  
Syria S  
inde tor  
tionis s  
est Arab  
sepultura  
ciant in  
puri ab

A Con  
mer  
clerit. I  
tuor leu  
interfec  
bus, tur  
ra iugur  
pascua,  
ctus col  
cum mu  
ris: capa  
Lamber  
mare lo  
ris in lite  
olim Al  
nus rex  
didit: nā  
ad unum  
haud lon  
quae flui  
est praec  
laus dim  
quadrar  
bil' obfi  
cies Tyre  
pit. Gae  
hoctam  
di miliar  
cris liter  
tur uesti  
instituta  
prior & c  
insidēs, E  
te parer  
fecerunt  
licet



llet Caesarem maritimam urbem metropolim, incipientis à castro Peregrinorum, & excurrens contra austrum usq; ad Gazam ciuitatem. Tertia uocatur Palaestina Galilæa. Vendicat quoq; libi nonnihil Syria de partibus Arabiae. Nam una est Arabia, quæ Baltrum habet metropolim, quæ nunc Busrig appellatur: olim autem Orsa fuit, cui ab occidente iungitur Traconitidis regio atque Iuraea, & ab Aquilone Damascus, unde & Syria Damascus olim non raro Arabia uocabatur. Alia est Arabia Petrea, habens Petram metropolim, quæ olim Rabbath dicebatur, sita super torrentem Amon. Hanc regionem olim inhabitauerunt Ammonitæ, tamen si Ar ciuitas fuerit Moabitarum: fuitq; in eâ regnum Seon, & regnum Og regis Basan. Tertia est Arabia, quæ habet metropolim Montem regalem, qui olim erat Petra deserti, sita supra mare mortuum, cõtinens sub se montem Moab, & uocatur propriè Syria Sobal, intra cuius terminos continetur Idumæa; siue mons Seir. Proinde tota terra citra mare mortuum usq; ad Cadesbarnæ, & Aquas contra ditionem uersus mare rubrum, & per squalidas solitudines usq; ad Euphratem, est Arabia magna, comprehendens Mecham ciuitatem, in qua Mahumetis sepulchrum seruit. Hæc de terminis & extremitatibus terræ sanctæ dicta sufficiant: nunc de particularibus eiusdem locis nonnihil dicemus, inquitum sumpturi ab Aconensi ciuitate maritima.

Arabia multis  
tiplex

DESCRIPTIO ACONENSIS CIVITATIS.

Con apud ueteres Ptolomais dicta est, & nunq; fuit terræ sanctæ cõtinuata, nec à filiis Israël unquam possessa: tamen si tribui Aser in sortibus ceciderit. Est in prouincia Phœnicis, habens ad austrum montem Carmelum quatuor leucis distantem, ubi ultra torrentem Cison Elias propheta sacerdos Baal interfecit. Est hæc ciuitas Acon optime munita, cincta muris & antemuralibus, turribus, fossis, triangularè in modum clypeus habet formam, cuius duo latera iungunt mari: tertium uero planitiem terræ respicit. Habet agrum fertile, optima pascuis, uineas elegantes, & amoenissimos hortos, in quibus diuersi generis fructus colliguntur. Ornatur hæc urbs hospitali insigni domus Teutonice unam cum munitissimis castris: sed & non parum cõmodi habet ab optimo portu maris, capaci ab Austro multarum nauium. Hinc uersus Aquilonem est Casale Lamberti, quatuor leucis ab Aconensi urbe distans, sub monte Saron iuxta mare locatus, uineis, aquis, & fluminibus abundans. Ab hoc monte si per exeretis in litore maris ad tres leucas, occurret castrum Sandalido, locus scilicet ubi olim Alexander Magnus Tyrum oppugnauit. Hoc castrum collapsum Balduinus rex Hierosolymitanus instaurans, quibusdam nobilibus possidendum tradidit: nã est locus amœnus, abundans pascuis, ficetis, oliuetis, & riuus. Hinc ad unum miliare Germanicè est puteus ille admirabilis aquarum uisuentium, haud longe à uia quæ Tyrum ducit, de quo in cãtico Salomonis dicitur: Aquæ quæ fluunt cum impetu de Libano. Sunt autem quatuor fontes, quorum unus est præcipuus, habet tam in longum quam latum XL cubitos, ut ego ipse utrumq; latus dimensus sum. Alij uero tres habet circiter XXV. cubitos in uno quoque quadrati lateret: & sunt omnes durissimis inclusi lapidibus, atq; opere insolubili obfirmati. Hinc uarij deducuntur riuus & aquæ ductus, unde fere tota planities Tyrî irrigatur & adaquatur, & non parum incrementi in fructibus percipit. Cæterum distant sex fontes à mari paulo amplius q; sita iactus arcus, & in hoc tam angusto spatio sex molares impellit rotas. Ab hoc fonte spatio dimidijs miliaris Germanicè distat Tyrus urbs, nedum in prophanis, uerum & in sacris literis celebratissima, in qua ueteris suæ maiestatis adhuc plurima uisuntur uestigia. Hanc primò aiunt conditam à Tigra filio Iaphet, sed à Phœnicè insinuatam. Magnum habet murorum ambitum, & ut mihi probabile est, antiprior & maior est ciuitate Aconensi: formam habet rotundam, rupi durissimæ insidens, & undiq; mari circumdatur, nisi quod à fronte ciuitatis, hoc est, ab oriente patet aditus, quæ primo Nabuchodonosor, & deinde Alexander magnus fecerunt, urbem continenti contiguam reddentes: uerum is introitus hodie minus

Tyri caele  
brius

ritus

nitus est quadruplici muro fortissimo, spisso & alto, XII. turribus & propugnaculis intra eos collatis. Huic tam forti aedificio adheret Arx castrum minutissimum, in rupe & corde maris situm, septum turribus, & ornatu palatia egregia crederes, si illud ut dices, nulla potentia facile expugnabile. Est sedes archiepiscopalis in hac urbe, habens sub se ecclesias Sidoniensem, Acconensem, Paneensem, & Berytensem. Ante portam eius orientalem ad iacuas duarum sagittarum ostenditur locus in quo Christus predicauit, & ubi mulier extulit uocem de turba, dicens: Beatus uenter qui te portauit. A Tyro tribus ferè leucis a quilonè uersus, miscetur Eleutherus fluuius mari magno, ab Iudaea seu Galilea gentium prorumpens, de quo mentio fit in libro Machabæorum. Hinc ad tres leucas est Sarepta Sidoniorum, ubi Elias propheta olim seiscitauit à mortuis filium mulieris Sareptang. Habet hodie locus ille uix octo domos, at ruinae adhuc cernuntur, antiquae suae magnificentiae indices. Ab eo loco sunt tres leucae ad Sidonem magnam Phoenicis urbem: licet & ipsa pro magna parte in ruinis hodie faceat. Situs eius est ferè sub Antilibano: habens hinc & hinc castra natura & arte munita: nam unum ad a quilonè urbis extructum est in rupe maris, idèq; à peregrinis, qui ex Teutonia illuc uenerunt, aliud uersus Austrum in colle est collocatū, quod milites templi unum cum alio castro & ciuitate inhabitant. Adiacens terra fertilis est, productiq; cannae mellis. Mons Antilibanus distat à Sidone una leuca ad orientem, in summitate suo mens à fluuio Eleuthero, & uergens usq; ad Tripolim, quinq; scilicet leucarum spatio, nec recedit à mari ultra tres leucas, licet in quibusdam locis mare ipsum cōtingat. Abundat optimis uineis. Ultra Sidonem ad nouè leucas est Berytus ciuitas Episcopalis. Hinc per sex leucas supra mare est Bīblis ciuitas, Patriarchatus Antiocheno subiecta, de qua in Ezechiele fit mentio: uocatur autè hodie Giblec, & est admodum parua. Hinc sunt sex leucae ad ciuitatem Botrum, quae anteq; per magistrū templi destrueretur ualde opulenta fuit, in uno optimo reliqua loca excellēs. Hinc ad tres leucas est castrū Neuphrus, quod ferè totū mari alluitur, & habet triginta fortes turres, principi Antiocheno subiectum. Hinc est iter trium leucarū ad Tripolim, urbem insignem, quae ut Tyrus ferè tota mari circumdatur. Habitant in ea Graeci, Latini, Iudaei, Armeni, Maronitae, Saraceni, Nestoriani, & aliae multae & uariae gentes. Paratur in ea urbe annuatim magna copia sericeorū pannorum, habetq; incredibilem numerū hominum, qui soli serico texendo uacant. Terra quoq; adiacens prorsus dici posset paradysus domini, adeo amena est & fertilis in uineis, oliuetis, ficetis, & reliquis arboribus. Distat ab hac urbe Libanus tribus leucis, ad cuius pedem oritur fons hortorū, fluens impetu de Libano, ut in Cantico Salomonis dicitur, habens quidem scatebram humilē, sed illico tumescens fit fluuius magnus, trigans & fecundans omnes hortos, & totam regionē quae est inter Libanū & Tripolim. A Tripoli per duas leucas est mons Leopardorū, rotundus & altus, una leuca à Libano distans. Habet hic mons in pede Aquilonari speluncā, in qua monumentū cernitur xxxvi. pedum longitudinis, frequentaturq; deuote à Saracenis, qui putant illic locum sepulchri. Hinc uenit ad castrum Arachas & Sycon oppidum, & deinde ad Aradium, quod & Antheradam appellatur, undiq; mari circum, quinq; digitis à Tyro distans. Condidisse dicitur hanc ciuitatem Aradius filius Chanaan post diluuium, sicut & Sidon filius Cham aedificauit Sidonem, & Arathus Arathan, & Syneus Synochin, qui in hac terra manserunt, & pyramides atq; mirabile sepulchrum post se reliquerunt stupendae magnitudinis, habens xxx. cubitos in longitudine. Cernuntur autè istae pyramides una leuca ab Antherado, & sunt compactae ex maximis lapidibus, quorū multi excedunt staturā hominis. A latere Antheradi orientē uersus sunt parua quadā montana, uocaturq; terra illa Asifnorā. Scribit Clemens diuum Petrus Antheradi aliquandiu euangelium praedicasse, quū Antiochiam petere uellet. Ab Antherado per septē leucas est castrū Margath, una leuca à mari distans, munitum

Sarepta

Berytus

Botrum

Libanus

Antheradam

manu  
quod  
fuit in  
Huc  
che  
pror  
quod  
niam  
usq; a

N  
qu  
ad cal  
fratres  
Ant  
mū, dī  
truxit  
Alfor  
gintiq  
dicitu  
pferit  
tiam. L  
quilon  
dicitū  
cauer  
secunda  
illa tere  
tra Au  
region  
minarū  
uitate  
ante po  
qui alit  
raneū r  
quinq;  
sed qua  
Dan tra  
tamen  
Dan: n  
ficat. P  
ta, & e  
te porta  
gos circ  
bitur. E  
pus, st  
bano de  
cum lab  
te exice  
nes, ur  
Seir, m  
unus m  
Mons C  
tiam, &  
tem dir  
cui Tra



munium & in altissimo monte situm, habens è vicino ciuitatem Valaniam, quod fratres de hospitali sancti Ioannis inhabitant. Ceterum episcopatus qui fuit in Valania, propter Saracenorum insultu translatus est in hoc castrum. Hucusque extenditur regnum Hierosolymitanum, & incipit principatus Antiochenus, quæ fluuius quidam Valania nomine, à montibus haud longinquis prorumpens, determinat à regno terræ sanctæ. Et hoc est itinerarium primum quod feci in terra sancta, ab Aconensi scilicet ciuitate, usque ad fluuium Valaniam, quod in octo diebus mediocri gressu confici potest. Porro à Valania usque ad Antiochiam sunt quatuor diæ.

*Iter ab Acone uersus Boream.*

Nunc iterum ad Aconensem ciuitatē redeuntēs, iter aliud describemus, quod scilicet uersus Boream uergit. Igitur ab Acone soluentes, uenimus ad castrum Monseret nominatū, distans ab illa ciuitate quatuor leucis, quod fratres Teutonici aliquando inhabitauerunt, sed nūc desolata iacet. Inde si per quatuor leucas ceptū iter profeceris, occurret Thoron castrum munitissimū, distans à Tyro septē leucis, quod dominus Tyberiadis cōtra Tyrios exornauit. Ab hoc loco sunt quatuor leuce usque ad Antiopiam, quæ ciuitas olim Assor uocata fuit, quam rex Labni olim inhabitauit, contra quem & alios uiginti quatuor reges Iosue iussu diuino admonitus pugnauit. De hac ciuitate dicitur Iosue septimo, quod solam Assor munitissimā uorax flamma consumpsit. Porro ruinæ eius usque in hodiernū diem attestantur præcā magnificentiā. Distat autē à Tyro octo leucis orientē uersus. Hinc sex leucis cōtra Aquilonem est Bellena ciuitas, in pede montis Libani sita, quæ ut ex libro Iudicū colligitur, olim Lachis dicebatur. Quumq; eam filij Dan cepissent, uocauerunt eam Lesēdam, quæ tamen aliquando Dan simpliciter nominatur, secundum illud: Congregatus est Israel à Dan usque Bersabee. Est enim Dan illa terminus terræ sanctæ uersus Septentrionē, Bersabee uero est limēs contra Austrū. Ceterum quū Philippus esset tetarcha Iudææ & Traconitidis regionis, uoluit ciuitatē istam Bellenam suo nomine Cæsaream Philippi nominari, quæ prius à Græcis Panneas appellata fuit. Non longe supra hanc ciuitatem oriuntur duo fontes, nempe Ior & Dan, qui in pede montis Libani ante portam ciuitatis conuenientes, Iordanē fluuium efficiunt. Sunt tamen qui alium ortum Iordanem habere asserunt. Nam autē ab oriente per subterraneū meatū riuū quendam de ferri, cuius fons ab isto loco centū & uiginti quinque stadiis distat, qui Syala uocatur, & est semper plenus nunquā effluens, sed quantū aquæ per scatebram suscipit, tantum per abditam uoraginem in Dan transfundit, id quod per paleas immixtas probatum affirmant. Saraceni tamen fontem illum primum non Syalam sed Medan uocant, hoc est, aquas Dan: nam *Ma* id est me, lingua illorum, quæ Hebraicæ affinis est, aquas significat. Porro Matthæus locum istum uocat Magedan, & Marcus Dalmanuta, & est in Traconitidis regione. Iordanis itaq; fluuius, ut iam diximus, ante portam ciuitatis Bellenæ, ex duobus memoratis fontibus nascens, post longos circuitus quos facit, inter Capernaum & Corozaim in mare Galilææ labitur. Et quidem inter Bellenam & mare Galilææ in quandam uallem recessus, stagnum quoddam efficit, præsertim tempore resolutionis niuū à Libano defluentium, quod hodie aquas Maron uocant, ubi scilicet olim Iosue cum Iabin rege Assor dimicauit. Hoc stagnū tempore aestiuo pro maiori parte exiccatur, & crescunt ibi arbusta & herbæ diuersæ, in quibus latitant leones, ursi, & alie bestie. Porro ultra Iordanē sunt uarij montes, nempe mons Seir, mons Hermon, mons Libani, & mons Galaad, qui tamen omnes sunt unus mons continuus, nisi quod in diuersis locis diuersa scinditur nomina. Mons Galaad est altissimus, & uidetur reliquorum caput esse ob sui eminentiam, & huic cōiungitur mons Seir, quem Elau inhabitauit, ceciditq; in ortem dimidiæ tribus Manasse. Huic iterum iungitur mons Hermon qui circūcui Traconitidem regionē, & perueniens usque Damascū copulat se Libano

Thoron

Iordanis origo

Mare Galilææ & Tyberiadis idem

Montes Galaad, Seir & Hermon

t inter

inter Bellenam & Damascū. Nec est Libanus ullo in loco eminentior quā in  
 lit supra hanc ciuitatē, ut etiam iuxta Tyrū uideri possit XL. leucarū spatios  
 siue quinq; diatarum itinere. Sub Libano est Antilibanus. Præterea spatios  
 quæ circa Libanū inueniuntur, sunt supra modū fertiles & cultæ; abundan-  
 tes pascuis, uineis, hortis & pomerijs. Habitatores uero illorū locorum sunt  
 Maronitæ, Græci, Armeni, Nestoriani, Iacobini & Georgiani. Hæc de itinere  
 quod ab Aconensi urbe uersus Boream tendit, dicta sufficiant. Nunc alius  
 iter prosequamur, quod scilicet ab Acone uersus Vulturum ducit.

*Iter ab Acone uersus Vulturum.*

**I**gitur ab Acone quatuor leucarū spatio est castellum Indi, dictum Saron,  
 in montanis situm; quod fuit domus fratrum Teutonicorum, sed modo in  
 ruinis iacet. Hinc ad leucā unam est castrū regiū, omnibus abundans bo-  
 nis, sed à Saracenis modo occupatur. Ab hoc loco si destinatum iter pro-  
 quaris, exactis quatuor leucis, uenes contra aquas Maron, ubi est uallis in  
 qua Eber Cingus tetenderat tabernaculū haud longe à ciuitate Affor; cuius  
 uxoris, nempe Iahel, Bissaram principē militiæ Iabin regis Affor, clauo in ta-  
 bernaculo per tempora fixo interfecit. Ab ista ualle usq; ad castrum Sabul,  
 quod Saraceni Zabul uocāt, à quo terra illa Zabul uocatur, sunt leucæ tres.  
 A quo si uersus Austrū per tres leucas perrexeris, occurret castrū & ciuitas  
 Sephet, quæ aliquando fuerunt de dominio militiæ templi. Castrum est fir-  
 millimū & elegans, in altissimo monte situm, sed per Soldanum captum, &  
 hodie in magnam Christianorū iacturam ab illo possidetur, unde totam Ga-  
 lilæam, hoc est tribum Zabulon, Neptalim, Aser, Iaschar, Manasse, & omne  
 terram usq; ad Tyrum & Sidonem subactam tenet. Inde contra Aquilonem  
 ad quatuor leucas est Cedes Neptalim, quæ fuit ciuitas fugitiuorum in tribu  
 Neptalim, & abundat omnibus bonis. Monstrantur illic magnæ ruinae, &  
 sepulchra pulcherrima antiquorum. De castro Sephet per tres leucas in de-  
 scensu montis contra orientem ad iactum lapidis à mari Galilææ, est mons  
 quem toties seruator noster Christus ascendit, in quo fecit sermonē illum  
 salutarem, quem diuus Matthæus describit, & in quo de quinq; panibus &  
 duobus piscibus satiavit quinq; millia hominum. In hunc quoq; montē hu-  
 git, quū populus eum uellet facere regem: ibi docuit discipulos orare; ubi &  
 ipse læpe pernox fuit in oratione. Ibi à Ceterione fuit interpellatus pro pue-  
 ro paralytico curādo. Hic quoq; uenit ad eum multitudo languentis, & suo  
 tactu mundauit leprosum. Ab hoc monte uideri potest totū mare Galilææ,  
 Itureæ & Traconitidis regio usque ad montē Libanum. Continet longitudo  
 eius duos iactus arcus; latitudo uero habet solum iactum lapidis: totus est  
 herbosus & amœnus. In pede huius montis paululum à mari oritur fons ui-  
 uus, quem quidam somniant uenam esse Nili: Iosephus uero appellat eum  
 Capharnaum; à quo etiam tota illa regio usq; ad Iordanem per tres leucas  
 Capharnaum nominatur. Ab hoc fonte si iteris per uiginti passūs supra mare  
 Galilææ, est locus ubi Christus post resurrectionē suam stetit in litore, dicēs  
 discipulis piscantibus: Pueri nunquid pulmentariū habetis? Ab eo loco ori-  
 entem uersus per unam leucam est Capharnaum ciuitas quondam gloriosa,  
 sed nunc uicus humilis, uix septem habens casas piscatorū, ut adimpleret  
 uerbum Christi ita loquentis: Et tu Capharnaum, si in caelum ascendes; usq;  
 ad infernum demergeris. Ab hoc loco sunt tres leucæ ad ascensum montis  
 Sanir, ubi scilicet est introitus Idumææ. Et superatis iterum tribus leucis, oc-  
 curret Cedar ciuitas gloriosa iuxta montē Sanir in summo loco cōtra orientem  
 sita. Per hanc ciuitatem & per litus maris Galilææ transit uia ducens ad oc-  
 cidentem, quam Isatias uocat uiam maris: quod trans Iordanem in Galilæa  
 gentium iuxta litus maris procedat. Ab hoc loco, ubi Iordanis mare influit,  
 uique in Cedes Neptalim sunt quatuor leucæ, & in medietate itineris est  
 Maron aquarum, uallis quæ dā sic uocata, per quam transiens Iordanis  
 suum uersus orientem fleuit. Profunde à ciuitate Corozaim, & ostio fluy-  
 uij Ior-

Sabul

Castrum Se-  
 pbet

mons Christi

mons Sanir

Cedar

uij Ior  
 fuit B  
 sria c  
 & An  
 te ille  
 ratem  
 mons  
 ultra  
 nictes  
 pellar  
 nitide  
 AB  
 Am  
 in To  
 Ioseph  
 pralio  
 Beth  
 Mage  
 in qua  
 tribu  
 te Bet  
 ta & fr  
 stendit  
 Per h  
 camp  
 camp  
 phim,  
 & à D  
 bias, q  
 die us  
 strum  
 num: S  
 pe Sui  
 senori  
 est sita  
 mare C  
 tem S  
 sitq; h  
 Est &  
 & alij  
 quem  
 que in  
 retur i  
 ptis or  
 xxx  
 uidit u  
 ad ori  
 non ta  
 Phani  
 bus lo  
 pter d  
 filium  
 est iux



in Jordanis cōtra Aquilonem sunt quatuor leucae ad Suetam ciuitatē, unde fuit Baldad Suites. Monstratur ibi pyramis beati Iob. Ad huius loci campestris eueniōt Saraceni ex diuersis regionib⁹: à Syria, Mesopotamia, Moab & Ammon, toto aestatis tempore illic nundinas facientes, regionis amenitate illecti. A ciuitate Corozaim uersus orientem quatuor sunt leucae ad ciuitatem Cedar, in alto monte sitam, quam Iosephus Camelam uocat, eo quod mons ille Cameli formam præ se fert. Hic notabis, totam illam terrā quæ est ultra Iordanem, in litore eius orientali, uocari Traconitidis regionem, & appellari Galilæa gentium, Iuræa, Zabul, Decapolis, & Via maris. In Traconitide est terra Hull, quæ beati Iob principatus olim fuit.

*Iter ab Acone uersus orientem.*

**A**B Acone quinq; sunt leucae ad Vallem sortem Afer, quæ tenditur usq; ad mare Galilææ. Hinc tres sunt leucae ad Nafon uisum Neptalim, de qua in Tobia. Hinc tres sunt leucae ad Dotaim castrum sub monte Bethulie, ubi Ioseph errauit quā quæreret fratres suos. Hinc tres sunt leucae ad ciuitatē Neptalim, quæ nunc Suziz uocatur, unde Tobias fuit. Hinc tres leucae sunt ad Bethsaidam, patriam Andreæ & Petri. Hinc iterū tres leucae numerantur ad Magdalum castrū Mariæ Magdalene. Inde uenitur ad terram Gerafenorū, in qua multe sunt ciuitates & oppidula, ubi etiam mons Hermon in dimidia tribu Manasse in astū erigitur. Castrum seu oppidum Dotaim sitū sub monte Bethulie, est admodum amœnū: nam habet circumiacentes uineas, oliuetas & ficetas, abundantq; pascuis pinguibus: ubi & usq; in hodiernum diem ostenditur eisterna (si in colis fides sit habenda) in quam Ioseph missus fuit.

Per hunc locum transit iter à Syria in Aegyptum iuxta montes Bethulie per campum Eldrelon, procedens sub monte Thabor ad sinistram, & inde per campum Magedo ascendit in montem Ephraim, transiens per Ramatha Sophim, & tandem ducens in Aegyptum. A Nafon tribus leucis ad orientem, & à Dotaim tribus leucis ad Aquilonē est ciuitas Neptalim, de qua fuit Tobias, quæ tempore excidij Hierosolymitani Ionapa creditur uocata. A Neptalim tres sunt leucae ad Bethsaidam in angulo maris Galilææ, habetq; hodie uix sex domos. Hinc ad tres leucas contra meridiem est Magdalum castrum, situm in litore maris, distans à Bethania tribus leucis contra Vulturium. Sunt in hac plaga ultra mare Galilææ plurima castella & ciuitates, nēpe Suetia, Theman, à qua Eliphaz Themanites, Gerela, à qua terra Gerafenorū, quæ in litore maris Galilææ sub monte Seir contra Tyberiadem est sita, licet paululum declinet ad Aquilonem. Est autem tota illa terra ultra mare Galilææ montuosa, eratq; olim de regno regis Basan, continens montem Seirinam & Seir & Hermon inter illa montana comprehenduntur, celsiq; hæc terra dimidiā tribui Manasse. Hodie uero Saraceni eam inhabitant.

Est & alius mons Seir iuxta desertū maris rubri Pharan, ubi Codorlaomor & alij reges eum eo percusserunt Choræos, qui habitabant in monte Seir, quem Esau & posterij eius inhabitauerunt. Sunt tamē qui dicunt Esau utrumque inhabitasse montē, & utriq; nomen dedisse. Nam quum Iacob proficisceretur in Mesopotamiā, Esau habitabat eum patre suo in Bersabee, & assumptis omnibus suis secessit ultra Iordanem, quod hinc patet, quia dicitur Gen. xxxiii. Quum Iacob transisset Phanuel, ortus est ei sol, & eleuans oculos uidit uententē Esau. Ostenditur autem hodie locus Phanuel ultra Iordanem ad orientalem plagam. Quod si Esau tunc alterū montem Seir inhabitasset, non tam subito occurrere potuisset fratri suo Iacob, quum mons ille à loco Phanuel plurimū distet, quippe qui tribus diētis à mari mortuo in ulterioribus locis abest. Proinde hæc locorum mutatio uidetur illum cōsequuta propter diuersas uxores, quas passim ex alienigenis gentibus duxit. Nam quū filium Ismael sororē Nabaioth accepisset, cepit habitare in monte Seir, qui est iuxta desertū Pharan, in confinio illo, ubi soecus eius Ismael habitauit, de

Sueta

Huβ

Dotaim

Neptalim

Magdalum

Mons Seir

Phanuel

quo in Genesi dicitur: Factus est uir gnarus sagittandi, moratusque est in solitudine Pharae. Deinde duxit & alias uxores de filijs Euae Chananeae, qui habitabant iuxta montes Gelboe non longe à mari Galilaeae, ubi mons quidam ab eius inhabitatione denominatus est Seir, quem scilicet tunc possedit quia Iacob e Mesopotamia rediret, id quod & hinc probari potest, quia quum Iacob timeret occursum fratris sui, occurrerunt illi angeli dei, ut trepidum corroborarent, quos appellauit Mahanim, hoc est castra: unde & locus ille Mahanim cepit uocari: constat autem locum illum esse in monte Galaad, qui tribui Gad cessit in sortem. Mons itaque Seir qui est in tribu Gad, non longe abest à montibus Gelboe atque ciuitate Bethsan, ubi scilicet Iordanis ingreditur mare Galilaeae, à quo loco litus Iordanis orientale est duarum tribuum & dimidia usque ad campetria Moab sub monte Abarim. A quo si ulterius in eiusdem fluij litore contra Austrum procedas, transibis terram Moab usque ad Petram deserti, quae nunc Krac dicitur, cui pars quaedam terrae Ammon succedit, pertingens ad Mare mortuum, & hinc usque ad montem Seir qui coniungitur deserto Pharan iuxta Cadesbarne, habens à latere desertum Sinai.

*Mons Ga.  
laad*

*Petra de-  
serti*

*Iter ab Acone uersus Eurum.*

**N**Vnc aliam prosequamur lineam, ab Acone scilicet consueto more exordium facientes, & contra Eurum iter dirigentes. Igitur si ad hanc plagam gressum moueris, primo occurret Cana Galilaeae, IIII. distans leucis ab Acone. Hinc sunt duae leucae uersus meridiem ad uillam Ramam nomine, quae sita est sub monte qui Nazareth usque pertingit. A Rama est una leuca & dimidia ad uillam quandam quae olim grandis fuit uocata Abelina, distans à Dotaim media leuca uersus orientem, de qua in libro Iudith fit mentio. De Abelina est una leuca ad montem Bethulia, ubi Iudith occidit Holofernem, qui mos per totam ferè cernitur Galilaeam, habens adhuc pulchra quaedam aedificia, sed plures ruinas. A Bethulia est una leuca ad ciuitatem Tyberiadis, eundo, scilicet, inter orientem & Austrum supra mare Galilaeae, à qua mare Galilaeae distat est mare Tyberiadis. Haec olim uocata est Cinereth, & ab ea mare Cinereth, sed ab Herode instaurata in honorem Tyberij Caesaris, Tyberias est uocata. Habet solum fertile & pingue, terminaturque ad eam regio Decapoleos, de qua Iacobus patriarcha Hierosolymitanus sic ait in libro quem de terra sancta composuit: Regionis Decapoleos fines sunt mare Galilaeae ab oriente, & Sidon magna ab occidente, & haec est latitudo eius. In longitudine uero incipit à ciuitate Tyberiadis, & uergit per litus maris Aquilonare usque in Damascum. Dicitur autem Decapolis à decem principalibus eius ciuitatibus, quarum nomina sunt haec: Tyberias, Sephet, Cedes Neptalim, Assor, Caesarea Philippi, Caipharnaum, Ionitara, Bethsaida, Corozaim & Bethsan, quae etiam Sitopolis est appellata. A Tyberiae contra occidentem sunt sex leucae, & à Cana Galilaeae tres contra Austrum ad Sephorum oppidum & castrum, unde Iosaphat pater beatae Virginis oriundus putatur: & est in tribu Aser iuxta uallē Carmel. A Sephor sunt tres leucae contra Austrum ad Nazareth ciuitatem Galilaeae, ubi Christus conceptus & educatus fuit. Distat ab Acone septem leucis. Extra eam ciuitatem ad spatium unius stadij est locus, quem appellant salutem domini, ubi Iudaei uolebant Iesum praecipitare, sed subito elapsus manibus eorum, in latere montis opposito inuenus est. Ab isto monte uidetur mons Thabor & Hermon, uilla Endor, Naïm & Iezrael, atque ferè tota planities campi Esdrelon. A Nazareth duabus leucis uersus orientem est mons Thabor, in quo dominus transfiguratus fuit. Sunt in eo adhuc ruinae uariae palatiorum, & turris quae hodie sunt latibula leonum & aliarum bestiarum. In pede Australi huius montis contra uillam Endor prope uiam quae ducit à Syria in Aegyptum, est locus ubi Melchizedec dicitur occurrisse cum pane & uino Abraham redeuntibus à caede IIII regum. In pede uero eius orientali descendit torrens Cision, iuxta quem Barac pugnauit contra Sisaram & in fugam uertit. Colligitur autem totus

*Bethulia*

*Decapolis*

*Nazareth*

rens  
& pra  
ca ad  
est mo  
in mon  
mon n  
sus A  
ubi de  
ille in  
ab eo

D  
E  
A  
Cisob  
tio int  
xerim  
ginis  
orient  
duo st  
son qu  
locis  
ma: aq  
doctur  
uersus  
ubi re  
iste M  
sed no  
ba: à c  
tus est  
ne, ab  
phraie  
no, uic  
De me  
ca con  
tus ex  
tis Ap  
monte  
eam ce  
Austra  
seum  
ciuita  
inter  
tus mu  
cideru  
uocata  
occide  
occide  
hodie  
occide  
tes: h  
Austra  
ter eos  
bo ab  
leucar  
fictus



rens iste de aqua pluuiasibus quæ defluunt à montibus Thabor & Hermon, & præcipitatur in mare Galilææ. A monte Thabor contra Hurum est una leuca ad uillam Endor, quæ stû habet iuxta montem Hermonim: qui tamen non est mons proprius & distinctus, sed iugum quoddam humile seu tumor quidam à monte Hermon contra montem Thabor procedens. Est & alius mons Hermon minor, qui distat à Nazareth duabus leucis, à monte uero Thabor uersus Austrum paulo plus una leuca, in cuius latere Aquilonari est ciuitas Naïm, ubi dominus filium uiduæ unicam à mortuis suscitauit. Extenditur autem mons iste in longum ferè quatuor leucis contra mare Galilææ, desinens non longe ab eo loco ubi Iordanis ex mari Galilææ egreditur.

*Iter ab Aconuersus Notum,*

Describemus nunc iter aliud in quarta orientali, procedendo, scilicet, ab Acone contra Notum. Igitur ab Acone quatuor sunt leuæ ad torrentem Cison, ubi Eliaa uocatus fuit sacerdos Baal, & is torrentis paruo exâcio terræ ipsa intrat mare magnum; tribus scilicet ferè leucis ab Acone. Et licet iam dixerimus hunc torrentem in mare Galilææ deseri, tamen quum locus eius originis sit aliquanto eminentior, fluit in diuersas plagas, partim scilicet contra orientem in mare Galilææ, & partim contra occidentem in mare magnum: & ista duo sunt torrentes seu riuus, sed ab uno loco originem ducentes. Ille tamem Cison qui fluit ad occidentem, colligit plures aquas, quia à monte Ephraim & à locis Samaritæ propinquioribus atq; à toto campo Esdrelon, confluunt plures aquæ & recipiuntur in hunc unum torrentem. A loco interfectionis sacerdotum Baal sunt tres leuæ contra Austrum ad castrum Cain: à quo rursum uersus Austrum ad Magedo sunt sex leuæ, quod hodie Subimbre uocatur, ubi rex Iosias occisus fuit à Pharaone rege Aegypti. Et aduerte quod capus iste Magedo, Esdrelon & planities Galilææ sunt ferè unus & idem campus: sed nomina illa hodie omnia in obliuionem abierunt, uocaturq; campus Sabba; quoddam castello quod Saba hucupatur, distans à ciuitate Aphec quantum est iactus arcus. Cingitur campus ille ab oriente mari Galilææ & Iordane, ab Austro monte Ephraim & Samaria, ab occidentem partem monte Ephraim & partim monte Carmelo; ab Aquilone montibus planities & Libano, uidenturq; iuxta longitudinem habere x. leucas, & iuxta latitudinem sex. De monte Cain contra orientem sunt duæ leuæ ad Casal Messa; & una leuca contra Austrum ad castellum quod Saba uocatur, ad cuius occidentale latus extra uiam quæ ducit in Iezrael ad dexteram, ostenduntur iusne ciuitatis Aphec, ubi Syri pugnauerunt contra regem Achab, quando dixerunt: Dii montium dii deorum, pugnetis contra eos in uallibus. De Aphec ad unam leucam contra orientem in Iezrael uersus, extra uiam quæ ducit Iezrael, in latere Australi montis Hermon, est ciuitas Suna, celebris miraculo quod per Eliæum dominus in suscitatione pueri mortui fecit. A Suna x. sunt leuæ ad ciuitatem Bethsan, uisus contra orientem; & parum declinando ad Austrum, inter montem Gelboë & Iordanem. Distat autem media leuca à Iordane. In huius montis suspendentur Philistinum cadauera Saulis & filiorum eius, quos occiderunt in monte Gelboë. Hæc Bethsan secundum Iosephum alio nomine uocatur Sitopols. Iuxta hanc ciuitatem est montis Gelboë, extendens se uersus occidentem usq; in Iezrael ad duas leucas. A Bethsan sunt duæ leuæ uersus occidentem ad Iezrael, quæ olim erat una ex ciuitatibus regalibus in Israël: sed hodie uix habet xx. domos, uocaturq; Zaracin, in pede montis Gelboë ad occidentem sita. Ante cuius introitum est ager Nabot. Et nota quod hi duo montes, Hermon & Gelboë, facient in una linea meridionali, Gelboë quidem ad Austrum, & Hermon ad Aquilonem; intercepto duarum leucarum spatio inter eos. Longitudo uero eorum est ab oriente in occidentem, terminanturq; ambo ab oriente in Iordanem. Porro longitudo eorum describitur esse undecim leucarum. In ualle uero seu planitie intermedia describitur multi comissi confluxus. Ibi enim pugnauit Gedeon contra Madian, & Saul contra Philisteos;

6 3 Achab

Endor

Mont Hermon

Naïm

Duplex torrentis Cison

Magedo

Campus Sabba

Aphec

Suna

Iezrael

Mont Gelboë

Achab contra Sytos, & modernis temporibus Tartari sibi conflixerunt cum Saracenis. Notandum quoque hic, supra regionem Traconitidis esse alium montem Hermon iuxta montem Sanir, de quo scriptura in multis locis mentionem facit, & est multo maior & altior illo de quo hic scripsimus. Ceterum in planitie quæ est inter istos montes, incipit conuallis, quæ ob sui amoenitatem dicitur illustris, extenditurque in longum per totum descensum Iordanis usque ad mare mortuum: & priusquam dominus subuerteret Sodomam & Gomorrhã erat uallis illustrissima, aquis irrigata ut paradisi fuit Dei: Habet Iezraël pulchrum prospectum per totam Galilæam, usque ad Carmelum & montes Phœnicis, montemque Thabor & Galaad. Alibi montem Galaad uersus Iezraël, quæ est in latere Australi montis Gelboë, transit uia plana de Iordane in Salim, ubi erat Ioannes baptizans. Neque est uerum, ut quidam putant, neque rorem neque pluuiam descendere super pedes montis Ephraim, ubi incipit Samaria. Sunt autem à Gino ad Iordanem septem fere leucæ eundo uersus orientem, & loco illi coniungitur ab Austro terra Taphue. A Gino contra Austrum sunt quatuor leucæ ad ciuitatem Debaltan, quæ olim Samaria fuit dicta, caput regni decem tribuum, quod regnum Israel dicebatur. Nunc uero peccatis hominum exigentibus pauculas habet domos unâ cum ecclesia in honorem diui Ioannis baptiste extructa, sed quam Saraceni sibi usurpauerunt. Est & alia ecclesia in supercilio montis, ubi palatium regis fuit sita, quam Græci monachi Christiani inhabitant, à quibus humaniter fuit susceptus. Non facile dixerò quales & quâtas ruinas in hoc loco uiderim, ut etiam longe excedant ruinas quæ Hierosolymis cernuntur. In monte uidentur adhuc columnæ marmoreæ, quæ sustentabant regia illa ædificia, palatia & deambulatoria, quin & per totum montis circuitum huiusmodi inueniuntur stantes columnæ, quæ platearum sustentabant testudines. Situs huius deualsatae ciuitatis est pulcherrimus, nam inde liber patet aspectus usque ad mare Ioppe, & ad Cæsaream Palestinæ, ad montem Ephraim, & ad Carmelū maris: abundat quoque hortis, fontibus, oliuetis, & omnibus bonis necessarijs. A Samaria contra orientem sunt tres leucæ ad Therfã ciuitatē, sitam in alto monte, in qua reges Israel ante destructionem Samariæ aliquanto tempore regnauerunt, eratque in sorte Manasse. A Therfã ad orientem, in uia quæ ducit ad Iordanē, est terra Taphus, sex distans à Therfã leucis, & est quoque de sorte Manasse. A Samaria contra Austrū iuxta uiam quæ ducit Sichem sunt duæ leucæ ad Bethel in alto monte sitam, in quo Ieroboam filius Nabar posuit unum de uitalis aureis, quibus peccare fecit Israel. Inde ad mediam leucam uersus sinistram, est mons alius nomine Dan, supra ciuitatem Sichem, in quo secundū quosdam alius uinius aureus positus fuit. Diuus uero Hieronymus putat eum constitutū fuisse in ciuitate Dan, quæ nunc Belenas & Cæsareæ Philippi uocatur. Inter istos duos montes sita est ciuitas Sichem, quæ hodie Neapolis uocatur, amenitate & delictijs nullo loco inferior. Haud longe à porta eius Australi est mons Iacob in uia quæ ducit Ierusalem, ubi dominus sedens super puteum, potum posulauit à muliere Samaritana. Supra fontem istū ad dexteram est mons excelsus habes duo capita, quorū unus est mons Garizim, alius mons Ebal, de quibus in Deuteronomio legimus. Ad sinistram uero fontis huius sunt ruine magni oppidi, ubi cernuntur lapides marmorei, & integræ quædam columnæ altæ magnorū & collapsorū palatiorū indicta. Locus quoque ipse mirum in modū est fertilis, & solum fecundū. Distat ab his ruinis Neapolis uno stadios, putorū fuisse oppidū Thebes. Hinc fontis adiacet prædium quod dedit Iacob filio suo Ioseph, uallis scilicet quæ dicitur longa & fertilis. A Sichem nunc rantur quatuor leucæ contra Austrū ad Lemnam, casale ualde pulchrum, situm

iuxta

Vallis illustris

Alij Gelim

Sichem

iuxta  
buluc  
iiii  
Ephra  
gnis  
uicay  
Kisch  
stru  
siner  
ad ciu  
scriba  
tem ac  
ne mu  
Ephra  
sile, si  
bus, u  
do con  
sta, qu  
lia in r  
uilla i  
sello a  
Thole  
cospic  
tana N  
peltric  
sum l  
danis  
Iordar  
tia pos  
uig ac  
tra Au  
dane l  
habes  
à Galg  
Est mo  
quas ar  
galæ à  
les, sed  
leuca c  
anathe  
cho, c  
fortita  
honore  
alij uer  
ntum a  
quand  
tres nu  
minis  
termin  
quibus  
stendit  
Crack  
restaur  
eo repo  
leuca



iuxta viam ad dexteram, quæ ducit Ierusalē. Est & alta Lemna ciuitas in tribu Iuda, hæc autē est in tribu Ephraim. A Lemna eundo cōtra Austrum sunt leuæ: ad oppidū Magnas nōmine, quod fuit terminus Australis tribus Ephraim, hodie uero dicitur Bira; & est de dominio militiæ templi. A Magnis uersus Austrū est una leuca ad Gabaa Saulis, ubi oppressa fuit uxor Leuitas; & ob facinus illud serē tota tribus Benjamin deleta, ubi & Saul filius Kīseh primus rex Israël natus fuit. A Gabaa emittibus una leuca cōtra Austrū occurrit Rama ciuitas, sed quæ hodie est uilla, sita in monte ad sinistram sineris ducentis in Ierusalē. Hinc tres sunt leuæ eundo contra Austrum ad ciuitatem Ierosolymitanā, de qua infra. Hic uero reuertar ad Sichē, & de scitibam iter quod ab ea ducit uersus orientem. Itaq; à Sichem, uersus orientem ad Iordanem procedendo, quatuor sunt leuæ ad Ennon oppidū bene munitum atq; optimis abundans terræ nascentibus, fuit autem de sorte Ephraim. Ab Ennon contra orientem quatuor sunt leuæ ad Phasello castrum, situm in descensu montis Ephraim, tribus leuæ à Iordane in campellribus; ubi torrens Charith descendit de monte, in quo loco māsle Elías, quando coruū ei deferebāt cibum mane & uespere. Sunt & altæ uillæ in terra fāda, quæ Rama uocantur, una iuxta Thecuam in uia qua itur in Hebron, alia in tribu Neptalim nō longe à casali Sephet, tertia in Sísō. Et omnes istæ uillæ iacent in collibus excellētiā Rama excelsum interpretatur. A Phasello ad sinistram una leuca uersus terram Taphus, est castrum Dooch, ubi Tholomus filius Abochi in sidiose cepit Simonem Machabæū. In loco isto cōspicitur terra Galaa, & duarū tribuū atq; dimidiæ, terra Efebon & montana Moabs, mons Abarim & Phasga atq; Nebo: & descenditur hinc in campellribus Iordanis quæ loca sunt plana usq; in Iericho, & ultra per totū descensum Iordanis usq; ad mare Salinarum. Sciendum etiā quòd ab ortu Iordanis sub mōte Libano usq; ad desertum Pharam per centum serē miliaria, Iordanis ipse in utraq; ripa campos habet latos, & amēnos atq; prata uirentia positis hinc inde altissimis montibus, in quos hæc arua desinunt, qui & usq; ad mare mortuū iuxta Iordanis riuum protenduntur. De Phasello contra Austrum quinque sunt leuæ usq; ad Galgalam, ubi filij Israël transitō Iordane longo tempore sunt castrametati. A Galgalis si uersus Iericho uadas, habes ad dextram montem Quarentanam dictū, distantem media leuca à Galgalis, ubi, scilicet, dominus quadraginta diebus & noctibus ieiunauit. Est mons ille altus, & ascēsu difficilis, habens ab uno latere fontem, cuius aqua amara sanauit & dulcorauit Eliseus, cuius aqua fluūt iuxta locū Galgalæ à parte Australi, & illico in tantum succrescunt, ut impellant totas moles, sed postea in riuos secretæ, hortos & prata irrigant. A Galgala dimidia leuca contra Austrum est uallis Achor, ubi lapidatus fuit Achan ob furtū anathematis. Item à Galgala per unam leucam contra orientem est sita Iericho, ciuitas olim famosa, nunc autem habet octo domos, uix nomen uillæ sortita. A Iericho per duas leucas uersus Iordanem est facellum extractū in honorem sancti Ioannis baptistæ, ubi putatur dominus ab eo baptizatus: alij uerò id factū putant in Salim. A Iericho sunt duæ leuæ uersus mare mortuum ad Bethagla, ubi filij Israël planxerunt patrem suum Iacob defunctū, quando eum tulerunt de Aegypto, & distat una leuca à Iordane. A Iericho tres numerantur leuæ ad mare mortuum, quod est locus asphalti seu bituminis, quod etiā mare salis nominatur, diuiditq; Arabiam à Iudæa & terminatur ad eius litora terra Moab & Ammon, item que mons Seir, de quibus supra mentionem fecimus. Circa medium eius, in litore orientali ostenditur castrum Mozera, quod olim Petra deserti uocabatur, nunc uerò Crack dicitur, munitum aprime, quod Balduinus rex Ierosolimitanus restaurauit, ut regnum illud ampliaret, sed à Soldano nunc tenetur, qui in eo reponit thesaurum totius Aegyp̄ti & Arabiæ. A Crack duæ numerantur leuæ (secundū aliud exemplar, duæ diætæ) ad Arcopolim eisdem uersus Vul-

Magnis

Gaba

Dooch

Achor

turnū, quæ nūc Petra dicitur, & est metropolis totius Arabiæ secūda. Olim uero Ar uocata est, sita in torrente Arnō, in confinio Moabitārum, Ammonitarum & Amorreorum. In eodem litore est locus ubi Balaam ductus fuit in montana Moab, ut malediceret filiis Israel. A Iericho quinq; ducta leuca contra Austrū ad oppidū Segor, sub monte Engaddi positū, inter quem montem & mare mortuū est statua salis, in quam uxor Lot fuit conuerfa: pro qua uidenda, multum subij laboris, sed incassum: nam auerterunt me Saraceni, dicentes locū non cātere periculo propter serpentes, uermes, & feroces bestias ibi habitantes: sed postea comperi rem nō ita se habere. Et nota quōd mare mortuum ab oriente in occidentē, quæ est latitudo eius, habet quinq; leucas, in longitudine uero, quæ est ab Aquilone ad Austrū, habet quinque distas: ut mihi Sara ceni irrogauerunt. Alij tamen aliā assignauerunt longitudinem. Scribit patriarcha Ierofolymitanus, qui sæpe locum illum inuisit, mare illud semper fumum reddere & nēbulam in modum camini infernalis: unde tota illa uallis quæ aliquando ob sui fecunditatem & amoenitatē illustra dicta fuit, ad spatium dimidiæ distæ sterilis & inutilis reddita est, ita ut nec ullum germen proferat ferē per spatium quinq; leucarum, nisi iuxta ciuitatē Iericho, ubi horri irrigantur à fonte Elisæi. A dextris & sinistris huius maris, montes steriles & aridi cernuntur, nam quocūq; uapor à mari illo ascens dens impellitur, ibi terræ nascencia non secus quā si à pituina fuissent tacta emouentur. In quo districtum dei iudicium nobis ob oculos ponitur, quia se uere grandia illa Sodomorū peccata usq; in hodiernū diem non desinit punire. Nec nisi uisa hic scribo. Dixerunt mihi Saraceni, Iordanem ingredi mare mortuū, & rursum egredi, sed post exiguum intervalū à terra absorberet. Excreuit interdum mare illud ex resolutione nitium de Libano & pluuia cadentibus in Galilæa, in monte Galaad, terra Moab, Ammon & Seir, quæ aquæ omnes in Iordane confluunt, & in mare mortuum emittuntur. Inuenitur in eo bitumen, collectum de fundo eius, quod agitante uento sibijpsi coheret, & litori appulsum in magna legitur quantitate. Est autem medice sine & durū, nec resoluti potest, nisi in sanguine menstruo, appellaturq; gluten Iudaicum, & ab eo lacus asphalti, id est, bituminis appellatur. De quo in Genesis ita legitur: Vallis syluestris, quæ nunc est mare salis, habebat puteos multos bituminis. Hi putei usq; in hodiernum diem cernuntur in litore eius, habentes singuli pyramides erectas, id quod oculis meis uidi. Et tantum de isto mari. A Galgala tres numerantur leucæ similiter à fonte Elisæi cōtra Aquilonem à latere Septentrionali montis Quarehtanæ ad ciuitatē Hai, quæ expugnauit Iosue. Ab Hai, serē una leuca contra Aquilonem est Bethel ciuitas, quæ olim Luza dicebatur in tribu Beniamin, ubi Iacob in orientem à facie fratris sui Esau fugiens dormiuit, & suppositō capiti suo lapide; uidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumine suo coelos tangentem: ubi & erexit lapidem in titulum, uocauitq; nomen loci illius Bethel. Et hic erāt hi qui dicunt hæc Ierofolymis facta. Ostenditur autē adhuc iuxta Bethel lapis ille in titulo erectus, unā cū sepulchro Deborah nutricis Rebecæ. A Bethel una est leuca eundo contra Aquilonem uersus Rama, quæ Silo dicitur, ad palmam Deborah uxoris Lapidoth, quæ iudicauit Israel, & misit Barach ad pugnam contra Sisaram in monte Thābor. A Bethel per duas leucas non longe à Rama Beniamin, est Anatoth uiculus sacerdotum, de quo Ieremias propheta fuit oriundus. Iuxta Anathōt inter orientē & Austrum incipit desertum illud quod est inter Ierusalem & Iericho, quod nunc desertum Quarehtanæ dicitur, & extenditur usq; ad mare Galilææ, & usq; ad desertū Thecuræ & Engaddi iuxta mare mortuum. A Segor supra mare mortuum ad unam leucam est ascensus montis Engaddi, ubi Dauid aliquando latitauit, quum à Saul hostili animo quæreretur. Ibi quoq; in circuitu montis fuit hortus Balsami, sed tempore Herodis magni Cleopatra regina Aegypti, in odium ipsius Herodis annuete Antonio, transfulsi illū in Babylonem Aegypti.

Segor

Mare mortuum

Iordanis exanatio

Asphaltum

Bethel

Silo

pti. Sol  
earum  
tes Eng  
bent ran  
& tran  
cæ con  
tans, ad  
Iericho  
& ob i  
horribi  
ducu.  
niam in  
pulehro  
cūs ar  
ostendit  
ms fuit  
Recede  
Oliuere  
tis unā

Ierusa  
ra mo  
fertile  
Acone  
siue Sa  
ptem: E  
leucis f  
leem du  
tag: hæ  
Gion, r  
muniti  
pliata i  
di non  
conclu  
initium  
per me  
femicir  
quum u  
esse por  
rōa par  
Dauid  
quanda  
serflec  
quarum  
tes ang  
que a t  
ad mon  
fuit ten  
ad torre  
Sion &  
Moria,  
erat ciu  
stignis p  
rim Da  
uitatis  
pti



pti. Sub Engaddi iuxta mare mortuū sunt arbores pulcherrimæ, sed fructus earum quando decerpuntur, intus fauilla & cinere pleni inueniuntur. Montes Engaddi sunt ualde alti, mirabilem præ se ferentes dispositionem: nam habent tam præruptas rupes casum minantes in ualles subiectas, ut uidentibus & transeuntibus timorem & terrorem incutiant. A Iericho quatuor sunt leuca contra occidentem, uia quæ ducit Hierosolymam ad sinistram Quareintanas, ad castrum Adumim, ubi scilicet ille qui descendebat de Hierusalem in Iericho, incidit in latrones: Id quod his temporibus adhuc multis contingit, & ob id ab effusione sanguinis frequenti nomen accepit. Est locus ipse uisus horribilis, & periculosus ualde, nec quisquam eum audet pertransire sine cōductū. Ab Adumim una leuca contra occidentem est Bahurim de tribu Beniamin, de quo fuit Semei filius Iemini qui maledixit Dauid, & est castrum pulchrum in monte alto situm. De Bahurim contra occidentem ad duos iactus arcus est Bethania, castellum Marthæ & Mariæ, ubi peregrinis adhuc ostenditur domus Simonis leprosi, & sepulchrum Lazari, in quo relictatans fuit à domino, tecum lapide marmoreo, in quod ego ut reliqui descendī. Recedendo à Bethania non uideri potest Ierusalem ob interpositum montē Oliueti, sed consensio quodam terræ tumore, uidetur pars quædam ciuitatis unā cum monte Sion.

Adumim

Bethania

*Descriptio ciuitatis Hierosolymitanæ.*

Ierusalem itaq; ciuitas dei summi, de qua dicta sunt gloria, posita est in terra montosa: montes enim sunt in circuitu eius, habetq; in circuitu terram fertilem & bonam, præterquam ad orientem & uersus Iordanem. Distat ab Acone triginta sex leucis, quæ scilicet est contra Aquilonem: à Sebaste uero leuca Samaria distat sedecim leucis: à Sichem octo, & à Nazareth uiginti septem. Et hæc loca omnia sunt uersus Aquilonem. A Ioppe uero distat octo leucis inter occidentē & Aquilonem, à Iericho septem uersus orientē, à Bethleem duabus, ab Hebron octo, & hæc ciuitates sunt ad Austrum. Posita est itaq; hæc urbs ab Austro in latere montis Sion, & ab occidente habet montē Sion, nec est hodie situs eius mutatus ut aliqui fabulantur, quom ob locorū munitionem transferri non possit à pristino situ. Est quidem nonnihil amplata in latum, sed non in longum, quom à parte arcis & montis Sion extendi non possit, siquidem mons ille supereminet, intra muros tamen ciuitatis conclusus, amplissimus, qui per se ferē ciuitati fundum præstare possit: nam initium sumit à porta a quarū siue fontis Silohæ uersus orientē, & suo tractu per meridiem usq; ad occidentem ferē semicirculum describit, rupe prærupta semicirculū hunc cingēte & cōsolidante. Concauitas uero huius semicirculi quom uersus ciuitatem exinanita esset, ut non cōmodum fundamentū castro esse pouerit, plurimū negocij prius regibus fecit, quousq; oppleretur. Porro à parte occidentis ubi iugū montis initium sumere diximus, sita est turris Dauid in quodam colle ipsius prærupte rupis, habebatq; à tergo uoraginem quandam quæ uenit à parte Australi montis Sion, & in huius turris angulo, se reflectens gyrabat uersus orientē, diuidebaturq; in duas ualles profundas, quarum una uergit ad Aquilonem, altera ad orientē, alium scilicet constituit angulum, oppositū illi angulo, cui innititur turris Dauid. Proinde uallis quæ à turri Dauid descendeat contra latus Aquilonare montis Sion usque ad montem Moria, & reflectitur in orientem, separabat montē Moria in quo fuit templum, à monte Sion, & totam inferiorē ciuitatē, extendebaturq; usq; ad torrentem Cedron, per locum ubi nunc est porta aquarum inter montem Sion & palatium Salomonis, quod aedificatum fuit in parte Australi montis Moria, & hoc pacto cingebat uorago illa ex omni parte montē Sion, & hæc erat ciuitas Dauid. Verū nunc uorago ipsa tota repleta est, relictis tamen uestigis prioris cōcauitatis. Altera uero uorago seu ualla quæ ab ista iuxta turrim Dauid diuidebatur, procedebat uersus Aquilonem, faciebatq; fossam ciuitatis iuxta longitudinem eius usq; ad plagam Aquilonis: & super eam erat

Turris Dauid

uid

rat

rat intrinsecus rupes eminens, quam Iosephus Arram appellat, quae sustinebat murum ciuitatis superpositum, cingentem ab occidente ciuitatem usque ad portam Ephraim, ubi curuatur contra orientem, usque ad portam Angularem, quae in angulo ciuitatis constituta erat contra angulum Aquilonis & orientis: & ibi rursus curuabatur ab Aquilone per orientem contra Austrum extra arcam templi, includens illam & domum regis atque portam fontis siue aquarum iuxta montem Sion. Et iste totius ciuitatis erat ambitus. Rupes autem illa super quam ex parte occidentis erat extructus murus ciuitatis, erat ualde eminens, praesertim in angulo, ubi occidentalis muri pars connecebatur Aquilonari ubi & turris, Neblosa dicta, erecta erat, & propugnaculum ualde firmum, cuius ruinae adhuc uisuntur, unde tota Arabia, Iordanis, mare mortuum, & alia plurima loca sereno caelo rursus possunt. Ab hac rupe ex parte occidentis de cuius pendebat ciuitas, nunc paulatim sese inclinans, & rursus sensim erigens usque ad murum orientalem qui erat super torrentem Cedron, ubi ciuitas ipsa contingebat litus fluminis, habens illic portam, quae dicebatur porta Serequilinij, eo quod per eam sordes ciuitatis defuebant in memoratum torrentem. Extra uallē quae est a parte occidentis, fuit dominus crucifixus: & post passionem suam uorago illa fuit terra repleta, & longo post tempore ciuitas muro alio fuit cincta a turri Dauid usque ad portam Ephraim, quae nunc Beati Stephaniani nominatur. Ab occidente uero rupes illa quae erat pars montis Gion, qui in altum contra occidentem surgebat, supereminēbat urbem, sicque tota ciuitas ab istis duobus montibus quali in decliui pendebat. Mons Moria, in quo templi domini & palatium regis aedificata erant, aliquantulum altior erat ciuitate, sed per Romanos complanatus fuit mons ille, & missus in torrentem Cedron cum omnibus ruinis templi & atriorum, id quod hodie aperte uideri potest. Area autem templi quadrata est, habens in longitudine & latitudine circuli arcus, & aliquid plus spatij, & templum in ea nunc edificatum adhaeret ferè muro ciuitatis, quam uetus templum longe ab eo disticum fuisse, quippe quantum atrij interpositis, nec modo distat a muro torrentis Cedron ultra triginta pedes. Ab area templi contra Aquilonem, quantum scilicet est iactus lapidis, est porta uallis quae ducit in uallem Iosaphati: & haec etiam uocatur porta gregis, quod per eam introducebantur greges immolandi in templo: Proinde intrantibus portam uallis seu gregis, ad sinistram occurrit piscina probatica, in qua Nathinnei lauabant hostias, quas tradebant sacerdotibus in templo offerendas, & haec duas porticus habuisse ostenditur, in quibus secundum Ioannem facebant infirmi, aquae motum expectantes. Ad dextram uero ostenditur alia piscina grandis, quae dicebatur piscina interior, facta ab Ezechia: nam obturans superiorē fontem aquarum Gion, auertit aquas eius, direxitque uersus occidentem urbis Dauid, incidens ferro petram per uallem quam paulo superius commemorauimus, introduxit aquas per medium ciuitatis in piscinam istam, ne populus in obsidione positus aquae penuria laboraret: fontem uero aquarum Gion, qui non longe distabat ab agro fullonis, duxit in superiorē piscinam, quae est super natatoriam Siloam. Et haec quidem Achaz incepti, sed non perfecti. De hac piscina & hoc fonte atque eius situ loquitur Isaias: Egredere ad extremum aquae ductus piscinae superioris in uiam agri fullonis. Dicitur autem piscina superior respectu natatoriae Siloam, quae tanquam inferior reciperat aquas de fonte Siloam. Et ne erres in his piscinis, aduerte quod prima & praecipua piscina in Ierusalem erat piscina probatica, duas habens porticus, quam Solomon fecit pro ministerio templi. Secunda fuit iuxta illam contra Aquilonem, dicta interior, quam fecit Ezechias, ut dictum est. Tertia natatoria Siloam, quae erat sub monte Oliueti, & sub monte Sion, prope agrum Hekeldemach, habebatque aquam de fonte Siloam, quam Ezechias quoque fecit. Quarta erat superior piscina, de qua dictum est, quam Ezechias etiam fecit. Et haec non fuit in ciuitate, ut quidam sentire uidentur, cum ciuitas ipsa altior fuerit origine eius, de qua haec piscina suas hauriebat aquas, nempe de fonte Siloam.

Mons Moria

Piscina probatica



Silohæ, & de fonte inferiori aquarum Gion. Vallis Iosaphat cingebat ciuitatem ex parte orientis, sub monte oliueti descendens: & quamuis adhuc sit profunda, multum tamen est impleta. Romani enim, ut dicit Iosephus, ab illa parte ciuitatem oppugnantes, incisis oliuis & alijs arboribus atq; aggeribus inde factis, eam impleuerunt. Sed & postea capta ciuitate, Aelius Adrianus sufflit ruinas atriorum & templi proijcit in torrente Cedron atq; complanari montem Moria, & ciuitatem aspergi sale, quæ usq; in hunc diem oculariter uidentur facta. Sepulchrum Virginis gloriose ostenditur in ualle Iosaphat, non in ima eius profunditate, sed in pede montis Oliueti, & in editorio loco quam sit ipsa uallis, quod ante subuersionem ciuitas extra terram eminebat: nunc uero est sub terra, una cum ecclesia circum sepulchrum extructa. Non longe ab hoc ostenditur alia ecclesia, ubi fuit hortus Gethsemani, quem dominus oraturus ante passionem suam intrauit iuxta montem Oliueti cuidam rupi concave adherens, sub qua discipuli sedisse memorantur, quum ipse oraret ad patrem. Sub monte Sion contra regiam Salomonis in occidentali latere uallis Iosaphat est fons Silohæ, à quo per aqua ductum deriuatur aqua in piscinam superiorem & in natatorium Silohæ, non semper, sed quando inunda aquis. Porro ambæ piscine sunt in pede montis Sion. Suscipiunt quoq; hæc piscine aquas de fonte Gion inferiore, qui oritur sub agro fullonis. Iuxta hæc piscine ad iactum lapidis ultra uallem ad plagam Australem est ager Hakeldemach, emptus triginta argenteis illis, quibus Iudas dominum uendidit, deputatus in sepulturam peregrinorum. Intra piscine istas & agrum Hakeldemach contra orientem, fluit torrens Cedron, colligunturq; in ipsum omnes aquæ, quæ tempore pluuiarum in altiora quæq; loca circumadiacent ab ære descendunt. Non longe à sepulchro Virginis benedictæ auditur strepitus eius sub terra ad locum istum properatis: augetur quoq; ex aquis quæ per fluit ex memoratis piscinis, & deserit in ualle Gehennon, quæ etiã locus Toti phet uocatur, ubi est fons Rogel, lapis Zoeloth, & ubi Adonias fecit conuiuium, quum regnare institisset, ibi quoq; Isaias sepultus dicitur, terra prius iuxta fontem Silohæ sectus. Sunt hæc loca amoenissima, delitijs plena, uiridibus & hortis consita, irrigante ea torrente Cedron. Sub hunc locum est mons offensionis, ubi fuit locus ille detestabilis, in quo infani homines traiecebant filios suos per ignem, offerentes eos demonijs. Et hæc de fornicatis locis ciuitatis Ierosolymitanæ dicta sufficiant. Nunc etiam quedam perstringemus breui sermone, quæ intra moenia eiusdem urbis continentur. Et quidem ecclesie sepulchri dominici principatum concedimus: hæc rotunda est, habetq; in medio aperturam rotundam, sub qua sepulchrum dominicum sub diuò consistit nullo tectum imbricamento. Spelunca sepulchrum domini continens, habet in longum aliquot pedes, foris quidem marmore tecta, intus uero adhuc nuda conspicitur, sicut tempore passionis fuit. Ostium quod ducit in hæc speluncam, sepulchrum ponitur ad dextram, hoc est, ad parietem speluicæ Septentrionalem; factum de marmore grisei coloris, habens in longitudine octo pedes, sicut & spelunca ipsa: nec est in crypta illa lumen aliquod coeleste, sed lampades aliquæ accensæ reddunt eam illustrem. Et nota quod ante speluncam dominici sepulchri est alia crypta eiusdem magnitudinis & figuræ, solo parietem intermedio à priori segregata, & ad hanc primo descenditur, dein de per ostium intermedij parietis uenitur in speluncam dominici sepulchri: & ostium illud fuit clausum, quando mulieres tempore resurrectionis dominicæ dicebant: Quis nobis reuoluet lapidem ab ostio monumenti? Mons caluarie, in quo dominus crucifixus est; distat à loco sepulchri centum & octo pedibus, & est ascensus à superficie paupum ecclesie ad locum ubi crux rupi infixæ fuit, uiginti octo pedum. In ea rupe adhuc apparet scissura, in morte domini facta. A Caluarie per decem pedes ostenditur pars columnæ, in qua Christus fuit flagellatus, illuc ex domo Pilati translata. Non longe ab hoc loco descenditur per xlvj. gradus ad locum, ubi Helena inuenit crucem domini desolata.

Vallis Iosaphat

Gethsemani

Cedron

Caluarie locus

De

Ierusalem de/  
scriptio

De magnitudine huius urbis scribit dominus Iacobus patriarcha Ierosolymitanus in libro quem de terra sancta composuit in hunc modum: Est (sepe nominata & sepius nominanda ciuitas secundum omnes eius partes in monte sublimi sita, muro ualido undiq; cincta, nec nimia paruitate angusta, nec magnitudine cuiquam fastidiosa. A muro namq; usq; ad murum habet distantiam, quantum facere potest arcus, habens insuper à parte occidentali mutationem ex lapidibus quadris, ferro & plumbo indissolubiliter compaginatam, quae ab uno latere ciuitati est pro muro, appellaturq; turris Dauid. Ipsa tamē eadem est, quae à quibusdā Antonina dicitur, habetq; mōrem Sion ab Austro, in quo Dauid sibi habitaculum fecit, in quo etiam cum alijs regibus Iuda sepultus est, & eam appellauit ciuitatem Dauid. Mōs autē Caluariae, in quo dominus crucifixus est, à parte occidentis erat extra murum ciuitatis: sed Aelius Adrianus ipsam per Titum & Vespasianum omnino destruatam reparauit, & adeo ampliauit, ut locum crucifixionis & sepulturae dominice intra murorum ambitum comprehenderit. Haecenus ille. Nunc de portis eius. Prima erat porta Dauid, quae erat in latere montis Sion contra occidentem, ubi erat angulus ciuitatis inferioris, oppositus turri Dauid, in loco scilicet ubi duae uoragines ab una nascebantur, una ad Aquilonem, et altera ad orientem uergente: ubi & testudo facta est ultra uallem unam, per quam à porta illa erat exitus & introitus. Ad dextram huius testudinis Iudas in syncomoro quadam laqueo se suspendit. Ista quoq; porta dicebatur porta piscium, quia per eā erat uia ap Ioppen & ad alia loca maritima unde pisces inferebantur. Dicebatur quoq; porta negotiatorū, quia per eā erat uia in Bethleem, Hebron, Gazā, Aegyptum & Aethiopiam. Nam ducebat ad agrū Fulonis iuxta montē Gion, ubi à sinistris ibatur in Hebron, à dextra uero uersus Ioppen. Et haec eadē uia post modicū interuallum iterum diuidebatur: nam ad sinistram ducebat in uallem Raphaim sub castro Bethsura uersus Philistim & Gazā, & inde in Aegyptū atq; Aethiopiā, unde negotiatores merces uarias adducebant. Et ad dextrā ducebat in Emaus, Ramatha & Ioppen contra occidentē ad mare mediterraneum. Secunda porta ab ista fuit in eadem parte muri, respiciens etiam ad occidentem, & partim ad Aquilonē, uocabaturq; Iebus à Iebuseis, & Iudicaria, quia extra eam fiebat iudiciorum executio. Vnde & extra eā fuit dominus crucifixus. Huius portae uestigia adhuc apparent in muro ueteri ciuitatis. In nouo uero muro, qui includit se pulchrū domini, respondet ei porta eodē nomine appellata, ducēs in Silo & Gabā. Tertia porta ab ista, est cōtra aquilonē, uocabaturq; porta Ephraim & porta sancti Stephani, qui extra eam lapidatus fuit: & haec ducit in Sichē, Samariam, & Galilaeam. Quarta ab ista est contra orientem in angulo ciuitatis iuxta torrentem Cedron, dicta porta Anguli, quia in angulo ciuitatis sita erat. Dicta quoque est porta Beniamin, quia per eam fuit in uia in Anathoch, Bethel, in desertum & ad ciuitates alias tribus Beniamin. Quinta porta erat contra Austrū ab ista, dicta porta Sterquilini, quia per eam debebat aquae pluuiales sordes ciuitatis in torrentem Cedron. Sexta porta similiter respiciebat Austrum, & posita erat iuxta torrentem Cedron, dicta porta Gregis, quia per eam introducebantur greges immolandi in templum, et atq; Probatica piscina haud lōge ab ea. Dicta quoq; fuit porta Vallis, quia per eā ducebat uia in uallē Iosaphat: & porta fontis draconis, à fonte illo sic denominata. Septima erat porta aurea super torrentē quoq; Cedron posita, & Austrū respiciens, quae magis erat porta templi q̄ ciuitatis, quia ducebat per compendiu ad montē Oliueti. Octaua quoq; posita fuit super torrentem Cedron uersus Austrū, sita inter montē Sion & montē templi, dicebaturq; porta Aquarum, quia ducebat ad fontem & natoria Silohe in uallē Gehennon

Montes circa Hierusalem

Mons Oliueti

A B orientali parte ciuitatis est mons Oliueti, altior ceteris circumiacentibus montibus, in eius summitate est ecclesia constructa, in loco ubi dominus



A minus ascendit in cœlū. Ad austrum est mons offensionis, ubi scilicet Solo-  
 mon templum posuit idolo Moloch. Subter eum est locus Tophet siue Ge-  
 hennon. Inter orientem & Austrum est ager Hakeldemach, habens à tergo  
 montem medio criter sublimem: qui eodem appellatur nomine. Porro ab oc-  
 cidente adhæret ager Fullonis, qui ab occidente terminatur in montem  
 Gion. Ethic mons ab occidente imminet ciuitati, sed sensim decreuit uer-  
 sus portam iudiciariam. Ultra torrentem Cedron in latere Aquilonari mon-  
 tis Osiueti est mons alius altus, quatuor stadys à Ierusalem distans, ubi Salo-  
 mon idolo Moabitaram nomine Chamos templum construxit, & ubi tem-  
 pore Machabæorum ædificatum fuit castrum, cuius indicia adhuc hodie  
 ubi cernuntur. Duabus leucis à Ierusalem, in angulo qui est inter occidentē  
 & Septentrionem, est mons Silo, qui nunc ad sanctum Samuelem dicitur,  
 ubi fuit arca domini longo tempore, tabernaculum fœderis, quod fecerat  
 Moses in deserto. Hinc per unam leucam est Gabæon ciuitas in tribu Benia-  
 min, & in eodem monte sita: unde erant Gabæonitæ, qui funibus in collum  
 missis, uenerunt ad Iosue, fraudulenter cum eo fœdus ineuntes. A Ierusalē  
 decem numerantur leucæ contra occidentem ad castellum Emaus, ubi do-  
 minus in fractione panis cognitus est à discipulis. Is locus hodie Nicopolis  
 dicitur. A Ierusalem duæ sunt leucæ contra occidentem ad Bethoron infe-  
 riorē, de qua fit mentio in libro Iosue. A Ierusalem contra occidentem  
 quatuor sunt leucæ & dimidia ad Cariath Iarim, quæ una fuit de urbibus Ga-  
 baonitarum, ubi arca domini uiginti annis mansit, postquam à Philisteorum  
 terra fuit reducta. A Cariath Iarim ferè ad occidentem est Lachis, etiā una  
 ex urbibus Gabæonitarum, quam obsedit Sennacherib. tempore Ezechia.  
 De Cariath Iarim si duabus leucis contra Austrum procedas, occurrit Beth-  
 sames oppidum, ad quod uacæ duxerunt arcam dei tēpore messis triticæ,  
 ubi plurimi mortui sunt qui arcam dei nudam uiderunt. A Ierusalem decem  
 leucis uersus occidentem est Ramatha Saphim, quæ partim erat de tribu  
 Benjamin, & partim de tribu Iuda, sita tamen in monte Ephraim. Dista  
 quæ fuit Aramathia, de qua fuit Ioseph nobilis decurio, qui sepultus est domi-  
 ni inter fuit. Hinc quoque Samuel propheta oriundus fuit, ibique sepultus, &  
 uocatur hodie Ramula, A Ramula uersus occidentem tres sunt leucæ ad  
 Ioppen ciuitatem, ubi Ionas nauim intrauit, cupiens fugere à facie domini  
 in Tharsis, hoc est, ad insulas maris. Porro ad Bethleem ciuitatem Dauid ad  
 Austrum sitam, tres sunt leucæ, in cuius sinistra parte est uia quæ ducit in He-  
 bron, in qua uisitori quoque occurrit si parum ad dextram declinet, sepul-  
 chrum Rachelis, cui pyramis pulchra imminet à Iacob in titulū monumen-  
 ti extracta: est Bethleem sita in colle arto & oblongo, habens in occidentē  
 & in decliui loco collis ingressum, ubi etiam est cisterna iuxta portam, de  
 qua Dauid bibere desiderauit, quū esset in præsidio. In extremitate uero ori-  
 entali sup rupe quadam, quæ erat iuxta murum ciuitatis, fuit secundum mo-  
 rem illius terre locus pro stabulo, habens præsepe in rupe excisum, ubi mun-  
 di saluator de Virgine natus & reclinatus fuit, quum locus alius commodi-  
 or in diuersorio non esset quam præsepe, in quod mundi creator & redem-  
 ptor reponeretur. Hic hodie sacellum est extractum nobilissimum, stratum  
 marmore, & marmoreis erectum columnis, ut uix hodie inueniri possit lo-  
 cus facer illo pulchrior, ut etiam Sultanus tentarit hinc asportare colum-  
 nas & alia crassa marmorea quibus parietes nitent, ad decorandum palati-  
 um suum Babylonicum: sed serpente subito apparēte, & terrorem in ciuitate  
 delistere coactus est à concepto proposito. Videtur quoque iuxta hanc ec-  
 clesiam indicia quædam monasterij, in quo Iesús & sepulchrum diui Hiero-  
 nymi peregrinis ostenditur. Item, ostenditur locus occisionis innocentium  
 puerorum, & sepulchra Paulæ & Eustochij, haud longe ab hac ecclesia. A  
 Bethleem per dimidiam leucam ad occidentem est uilla Bezec, ubi captus  
 fuit Adonibezec, & truncatus summitates manuum atq; pedum. Crescit ibi  
 u optimum

Mon Scadali

Mons Silo

Bethoron

Lachis

Ioppe

Bethleem

- primum uinum, quo melius in terra illa non inuenitur. A Bethleē duabus leucis contra collem Achillae est ciuitas Theuca in monte sita, de qua fuit
- Theuca** Amos propheta, ibidem Ochozia rege Israel, occisus & sepultus. Inter Theucam & Engaddi ad sinistram contra desertum Quarentang est castrum Herodum alto loco situm ab Herode extructum. A Theuca duabus leucis inter orientē & Austrū, est Zoph oppidū iuxta desertū, Zipheorum patris, ubi Dauid uagabundus latuit. Huic cōtra Austrum adiacet desertū Maon, in quo est mons Carmel, iuxta quem Nabal repulit nuntios Dauid. Nota est hystoria. Ab hoc deserto Maon inter Austrū & orientē parū distat mōs Seir huc Idumea, quā terrā filij Israel longo tēpore iussu sunt circūire. Quod si a memorato deserto contra Austrū uadas, occurrit terra Amalech, quam iussus est Saul subuertere interfectis habitatoribus eius. Ante terram Amalech cōtra mare mortuus est Cadesbarne, locus unde Moses x 11. emisit exploratores. A Bethleē tres sunt leuca uersus Austrū ad collē Rama, in qua uidetur tota Arabia usq; ad montem Seir, & omnia loca circa mare mortuum, itemq; litus maris magni à loppe usq; ad Gazam. A Rama duabus leucis prope uiam quae ducit in Hebron est praedium Mamre, ubi habitabat longo tempore Abram iuxta ilicem. Ab hac ilice per dimidiam leucam uersus dexteram, est Hebron ciuitas illa uetus, olim Cariath Arbe dicta, in qua regnauit Dauid vii. annis: sitaq; fuit in monte: hodie praeter magnas ruinas nihil ibi cernitur, sed ad tres iactus arcus Austrū uersus, declinando spelum paululum ad orientem, est Hebron noua extructa in loco scilicet ubi spelunca duplex, ubi sepulti sunt Adam & Eua, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia. Saraceni circa speluncam duplicem, quae erat in ecclesia cathedrali, aedificauerunt munitionem. A spelunca duplici ad occidentem, ad iactum arcus unum, est ager Damascenus, ubi plasmatus dicitur Adam, habetq; argillam rubeam, flexibilem in modum ceræ, quae per camelos in magna quantitate in Aegyptum, Aethiopiam, Indiam, & alia loca deportatur. Nam abutuntur ea in uarias superstitiones. Iuxta hunc agrum Damascenum, ostenditur etiam ubi locus Cain fratrem suum Abel occidit. Fabulantur quoque illic Adam & Eua multo tempore luxisse Abel filium suum in spelunca rupis cuiusdam, quae ad Austrum patet. Ab Hebron tribus leucis contra Austrum est Dabir, quae & Cariath Sepher, id est ciuitas libri seu literarum, de qua Iosue. Ab Hebron tres numerantur leuca contra Aquilonem, declinando paululum ad occidentem, ad Nehel Escol, id est, torrentē Botri, unde exploratores portauerunt palmitem uuae. Ad leuam huius ualis per dimidiam leucam descendit riuus, in quo Philippus baptizauit eunuchum Candacis reginae, haud longe à Sicelech. A Nehel Escol octo numerantur leuca uersus Ierusalem, ad domum Zachariae, quam intrauit praegnans uirgo Maria, salutatura Elisabeth. A domo Zachariae tres sunt leuca uersus Aquilonem, & itidem tres leuca à Nicopoli contra Vulturium, ad Nobe ciuitatem sacerdotum, quae nunc Bochonopolis dicitur, in uia quae Diospolim ducit atq; Ramatha, ubi Dauid ab Abimelech accepit gladium Goliath Gethai. Haec de Ierusalem & locis circumiacentibus dicta sufficiant.
- Ab Aconē uersus Austrum iter.*
- Quatuor** sunt leuca ab Aconensi ciuitate ad oppidū Casapha, in pedemontis Carmeli ad Aquilonem situm. A Caipha tres numerantur leuca ad castrum peregrinorum fratrum militiae templi, munitissimum quidē, & in corde maris situm, talibus muris & antemuralibus cinctum, ut ferè inexplugnabile sit. A Caipha ad leucam unam & dimidiam in monte Carmeli est spelunca Elisei & mansio Elisei: ubi hodie habitant fratres Carmelitae. A castris peregrinorum quatuor sunt leuca ad Caesaream Palaestinae metropolim, in qua fuit sedes archiepiscopalis, quamq; Herodes magnus in saurauit, & in honorem Caesaris Caesaream appellauit, & in ea Petrus baptizauit Cornelium centurionem. A Caesarea nouem leucis contra Austrum est ma-

nitio  
aliqui  
ca ce  
sita  
tum  
est m  
rum-  
tur ut  
stinor  
Geth  
tem p  
Mac  
dente  
de pr  
calat  
Austr  
tatib  
leuca  
paul  
cepit  
ducit  
scand  
contr  
bynth  
Nobe  
hodie  
scend  
ad de  
leuca  
situm  
temp  
dolec  
leucis  
re ma  
gnacu  
strum  
appell  
tur le  
atque  
Abra  
ampli  
gnum  
el qua  
monte  
in Ber  
leucas  
logitur  
gione  
salem,  
to inci  
gnum  
pe qua  
posse  
uero e  
Tribu



nitio Arsur, quondā Antipatrida ab Antipatride Herodis magni dicta. Hęc aliquādo fuit fratrum de hospitali sancti Ioannis. Ab Arsur quatuor sumi leucæ contra orientem ad Manathat, nunc Kato dicta, & sub monte Ephraim sita non longe à monte Saron. In hac Saraceni posuerunt præsidium militum contra castrum peregrinorum. A Kato quatuor leucis cōtra Austrum est mons Saron & oppidum Sarona, de quo fit mentio in Actibus apostolorum. De Arsur octo sunt leucæ usque ad Ioppen, & hinc quatuor numerantur usque in Geth, quæ olim una fuit de principalioribus ciuitatibus Philistinorum: sed nunc paruum est casale, uocaturq; Ybithim in colle situm. A Geth duæ sunt leucæ contra Austrum ad Bethsames Iuda. Hinc si ad orientem procedas, post sex leucas occurrit mons Modin, de quo oriundi fuerunt Machabei, & ostenditur illic sepulchrum eorum. A Bethsames cōtra occidentem, ferè per quatuor leucas haud longe à mari est Accaron, etiam, una de principalioribus ciuitatibus Philistinorum. Verum hodie exiguum est casale, antiquo retento uocabulo. Ab Accaron quatuor sunt leucæ uersus Austrum ad Azotum, quæ etiam una fuit ex posterioribus Philistinorum ciuitatibus, una leuca à mari distans, sed hodie parua est uilla. A Ioppe duæ sunt leucæ ad Lidam seu Diospolim. Hinc quatuor leucæ contra orientem ferè paululum ad Aquilonem declinando, est Lobna, non longe à Lachis quàm cepit Iosue, & quam obsedit Sennacherib. Inde per tres leucas, in uia quæ ducit ad Gabaon, est Aceda oppidum, & Maceda, ubi quinq; reges se absconderant in spelunca, de quo in Iosue. Hinc si progrediaris tribus leucis contra orientem, non longe à Nobe, est Sochoth Iudæ, iuxta uallem Terebynthi, ubi puer Dauid in funda & lapide interfecit Goliath Gethæum. A Nobe, quæ hodie Bethnopolis uocatur, sunt tres leucæ usque in Emaus, quæ hodie Nicopolis appellatur. Ab Emaus, spatio unius leucæ & dimidiæ ascenditur per uallem Raphaim, à latere domus Zachariæ, quæ relinquitur ad dextram euntibus in Ierusalem. Ab hac Zachariæ domo numerantur tres leucæ & dimidia dextrorsum ad castrum munitissimum Bethsura, nōmine, situm in latere montis contra Bezeck & Bethleem, quod ædificatum fuit tempore Machabæorum, & paulo post fraudulenter captus ab Antiocho a dolente. Distat autē ferè per unam leucā à Ierusalem. Ab Azoto quatuor leucis contra Austrum est Ascalon, quarta Philistinorum ciuitas, sita in litore maris, & habens formam semicircularem, unicum ferè robur & propugnaculum Saracenorum in terra illa. Ab Ascalone duabus leucis cōtra Austrum est Gaza, in litore quoque maris sita, quæ nunc communiter Gazara appellatur, & transit per eam uia in Aegyptum. A Gaza quatuor numerantur leucæ usq; ad Bersabee, quæ nunc Giblin dicitur, & est terminus Iudææ atque terræ promissionis contra Austrum. In hac manserūt multo tempore Abraham & Isaac, ut patet in Genesi. Distat ab Hebron sicut & Gaza paulo amplius una diæta. Ultra hęc extremitatē terre sanctæ est desertum illud magnum, quod ad Aegyptum usq; ferè extenditur, in quo aberrauerūt filij Israel quadraginta annis. Itaque longitudo terræ sanctæ ab Aquilone incipit à monte Libano iuxta Cæsaream Philippi, extenditurq; contra Austrum usq; in Bersabee Iudæ, quæ est cōtra desertum, cōplectens plus minus uel LXXVII. leucas. Latitudinem uero eius non adeo exacte obseruari. Porro memorata longitudo decē tātum complectitur Tribus. Tribus Iuda superiorē obtinuit regionem, quæ in longitudine quidem extenditur ab Aegypto usque in Ierusalem, diciturq; interuallum illud occupare septem diætas. In latitudine uero incipit à lacu Asphalti, hoc est, à mari mortuo, & desinit usq; ad mare magnum in occidente. Tribus Simeonis obuient pars in ipsa tribu Iudæ, nempe quæ est iuxta Aegyptum circa montana Arabiæ. Beniamita sortiti sunt possessionem suam à Iordane usq; ad mare magnum in longitudine, latitudo uero eius est ab Ierusalem usq; in Bethel quatuor ferè complectens leucas. Tribus Ephraim sortem suam accepit à Iordane fluuiio usq; ad Gaderam,

Geth  
Bethsames  
Mons Modin

Gaza

Iuda

Simeon

u a quæ

quæ est iuxta Ioppen, & transuerso usq; ad campum magnum ubi incipit Galilæa. Tribus Manasse una medietas incipit à Iordane, & terminatur ad mare magnum, & in transuerso quæ est latitudo eius, desinit in Bethsan. Tribus Iaschar secundum longum incipit à Iordane & terminatur ad Carmeli iuxta Magedo: in latitudine uero habet Bethsan & montem Thaborum extremitates. Tribus Zabulon habet Carmelum & lacum Genezareth extremitates longitudinis, & in latitudine à monte Thabor uersus Nazareth, quinq; occupat leucas. Tribus Aser occupat totam terram à Carmelo maris usq; ad Sidonem magnam, in longitudine scilicet uiginti leucarum continens spatium: in latitudine uero extenditur à mari magno usque Naïson & Assor per spatium nouem leucarum. Tribus autem Neptalim accipit partes orientales usq; ad Damascū, Galilæam superiorem à mari Galilæe usq; ad montem Libani, fontesq; Iordanis includens, & hæc in longitudine iuxta latitudinem uero trāsibit Assor usq; ad regionem Traconitidis. Tribus Dan occupat loca conuallis iuxta mare magnum, ab Austro terminata ad Azotum: ab Aquilone ad Doram, habens scilicet à tribu Iuda Azotū, Accaron & Geth: & à Benjamin Iamnia & Ramatha usq; ad Ioppē. Et ut in summa dicam, tota terra sancta à Iordane usq; ad mare magnum, quæ est latitudo eius ab oriente scilicet in occidentem, nō uidetur excedere sedecim leucas. In longitudine uero, quæ ab Aquilone in Austro computatur, à Dan scilicet, quæ nūc Belenas siue Cæsarea Philippi dicitur, usq; ad Bersabee, quæ nūc Giblim appellatur, habet circiter sexaginta quatuor aut sex leucas. Hæc de magnitudine, urbibus, fluminibus, & ceteris locis terræ sanctæ dicta sufficiant.

*De fertilitate terre sanctæ & uarijs eius habitatoribus,*

**H**abet terra sancta id in sacris literis præconijs, ut reliquas terras in bonitate & fecunditate excellat, atque longe post se relinquat, quippe quæ melle & lacte exuberare dicitur, per quæ intelligunt omnia ea quibus opus habet mortalis hæc uita. Est solum ipsum frumentis feracissimū, quippe quod in cultura sua minimum laborē exigit, & multum reddit fructum. Nam id sæpe oculis meis uidi, duobus tantum bobus aratrum inuerti: nec agros flet core opus habere quum suapte natura terra ipsa pinguis sit, & in plerisque locis hoc externo minime eget condimento: rosas, rutā, sceniculum, saluā & alias herbas humus ipsa sponte producit. Lana quoq; succida ibi crescit in fruticetis quibusdam, quorum semina singulis annis in terrā sparguntur, & ex his confurgit caudex quidam, in cuius folliculis lana illa colligitur. Crescunt quoq; ibi cannæ molles, ex quibus colligitur saccharum. Habet hæc canna medullam quandā humidā in modum sambuci, quæ in peluim expressa atq; in æneis caldarijs decocta, optimum efficitur saccharū. Id tamē ingenue fateor, raro illic inueniri poma, pira, cerasa, nuces, & alios similes fructus arboreos, sed è Damasco illuc deferuntur, qui tamen adeo solis ardore decocti sunt, ut diu conseruari nequeant: At loco illorū habent alios fructus qui etiam per totū annū in arboribus cōseruantur, ut sæpe uideas unā arbore simul flores & fructus maturos gestare. Ex his faciunt in colæ uaria condimenta quibus pulces, carnes, pisces, & alios cibos sapidiore reddūt. Habet poma cetrina magna, ex quib. optima cōficiūt electuaria. Habet et alia optima poma & mirabilia, quæ poma paradysi ab eis uocātur. Hæc crescunt in modū maximi botri, quantitātē habēt mediocrijs cophini, cuius grana sunt ipsa poma, ita ut nō raro centū poma, & aliquādo plura simul cōglobata in modū uuarū reperias, quarū quodq; oui habet magnitudinem, obductū folliculo spisso crocei coloris, qui decorticatus dulcē & delicatū relinquūt fructum. Hæc arbor ultra bienniū nō durat, sed arefacta, ex radicibus alios surrogat surculos. Folia eius adeo longa sunt, ut staturā hominis erecti ferē excedāt. Latitudo uero tāta est ut duo solia hominis corpus cōmode tegere possint. Vineæ multæ sunt in terra sancta, & plures essent, si Saracenis uini usus in uniuersum nō esset interdictus. Hæc autē terrā illā hodie pro maiori parte subiectam

*Poma per  
radici*

A lecta  
nitum  
rato  
que  
leru  
est: h  
dux  
in A  
uis. E  
deim  
terrij  
Ioān  
logra  
lonic  
mū,  
Pore  
ctā, s

SV  
ui  
conf  
Chri  
lia, C  
sus fr  
tor, &  
ferat  
illuc  
est: N  
ra far  
na ste  
tres c  
ca far  
conte  
uaria  
sus o  
spirite  
sum &  
ad de  
& eu  
ni im  
ter id  
man  
steric  
ra Sy  
miser  
giunt  
racem  
racem  
scrim  
næ ec  
deus  
lati su  
in ma  
ni, N



lectam tenet: & ubi vineas inueniunt eradicat. Optimū uinū quod in ea inuenitur, cresecit circa Bethleem in ualle Raphaim, & in Heheleschol, unde exploratores portauerunt palmitem uuarū ut in Numeris legitur. Circa Sidonē quoque & Anteradū, itēq; sub Libano monte bonū cresecit uinū, & ut mihi retulerunt indigenæ Anteradi, colligunt uno anno ab eadē uite triplex uinū, hoc est: habet uno anno tres uindemias. Nāquā uitis tēpore Martij cōsuetos produxerit botros, id ligni quod uacuū est afructu, refecit, et tunc ex relicto palmite in Aprilī alius & nouus repullulat surculus, suos quoq; secum ferens fetus. Qui & ipse truncatus, in Maio nouū, pducit ramuscū, serotinis oneratū uitis. Et hac arte fit, ut primi botri in Augusto ad maturitatē perducti, suā uindemiā requirāt. Secūdi uero qui in Aprilī floruerūt, in Septēbri racemātur: & tertij in octobri. Hinc etiā est ut in terra sancta botros uenales inuenias à die Ioānis baptistae usq; in diē diuī Martini. Habētur quoq; in ea terra ficus, mogranata, mel, oleū, pepones, cucumeres, meloces, citrulli, cucumeres Babylonici, & alij multi fructus hīs similes. Frumentū quoq; ipsum est delicatissimū, ut nō uideatur mihi quod unquā meliorē comederim panē quā Ierosolymis. Porci syluestres, caprelli, lepores, perdices et coturnices abundāt in terra sancta, sicut & leones atq; ursi. Sed & camelī ibi in maximo habentur numero.

Tres uindemias  
no uindemia

Qui homines terram sanctam inhabitant.

Sunt in terra promissionis homines ex omni natione quae sub caelo est, & uiuit quaelibet gens iuxta ritū suum. Et ut uerū loquar, in nostrā magnam confusionem, nulli in ea peiores & moribus corruptiores inueniuntur quā Christiani, cuius hāc esse rationē arbitror. Quando aliquis in Hispania, Galisia, Germania, Italia, aut alijs Christianitatis nationibus malefactor deprehensus fuerit, utpote homicida, latro, fur, incestuosus, adulter, fornicator, proditor, & timet propterea à iudice cōdignam sibi irrogari penā, fugit & transfretat in terram sanctam, quasi hoc contractum abolitum malum, & quum illuc uenerit, non animum sed locum mutauit, & euenit sibi id quod scriptū est: Nunquid Aethiops potest mutare pellem suam? Tales sunt hodie in terra sancta non pauci, qui spoliant peregrinos & conterraneos suos, ad se bona fiducia diuerentes, & nihil mali de eis suspicantes: detestabilesq; illi patres detestabiliores post se relinquunt filios, qui pollutis pedibus calcant loca sancta, & sua pessima uita id efficiunt, ut sancta dei in magnum ueniant contemptum. Sunt autem praeter Christianos in terra promissionis & aliae uariae gentes, praesertim Saraceni, qui Mahumetum praedicant, & legem eius obseruant, agnoscetes etiam Christum ueluti magnum prophetam, de spiritu sancto conceptum, & natum ex uirgine Maria, sed negant eum passum & mortuum, uerum quum illi placuit, aiunt, ascendit in caelum, sedetq; ad dextram patris ut filius. Mahumetum uero dicunt sedere ad sinistram dei, & eum ut dei nuntium ad se tantum missum. Sunt homines illi Mahumetani immundiciae addictissimi, ducuntq; tot quot pascere possunt uxores, praeter id quod Gomorrhatico fedatū uitio. Sunt tamen hospitales, & satis humani, id quod non semel tantum in meipso sum expertus. Pro modico ministrio illis exhibito, copiosam reddunt mercedem. Sunt praeterea in hac terra Syriaci, qui quidem Christiani sunt, uerum Latinis nullam seruant fidem misere & pauperrime utuntur: auaritiae studentes, nemini elemosynam largiuntur. Dissimilis inter eos nō delicatius uiuit quā pauperior. Inter Saracenos habitant, & ut plurimum officijs eorū mancipantur. In habitu à Saracenis sero nihil differunt, nisi quod per cingulum laneum ab eis aliquid discriminis habent. Graeci similiter Christiani sunt, sed schismatici, & à Romana ecclesiae obedientia alieni: sunt & alij multis implicati erroribus, faxit deus ne & Latinis multae irrepserint stultitiae. Apud Graecos omnes ferè prelati sunt monachi, magnaeq; abstinentiae, & habentur à plebeis hominibus in magna reuerentia & honore. Sunt quoque in hac terra Armeni, Georgiaei, Nestoriani, Nubiani, Iabeani, Chaldae, Maronitae, Aethiopes, Aegyptii, & multae

Syriaci

Graeci

& multæ aliae gentes, quæ quidem omnes constituunt Christum & habet suos patriarchas. Quidam sunt hæretici, & à suo hæresiarcha nomen sunt sortiti, ut sunt Nestoriani, Iacobitæ & similes. Sunt tamen multi in his sectis admodum simplices, nescientes quæquæ de hæresibus: Christus deuotus, carnem et, iunius macerantes, atque simplicissimas uestes induti, ut etiam longe superet religioſos Romanæ ecclesie. Nubiani & Iabeani dicunt se scire maiores suos fidem suscepisse à sancto Mattheo, ab eoque baptizatos, & baptisimū modum ab illo recepisse, quem hodie inuolubiliter seruare contendunt, innitentes huic authoritati: Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igne. Nam quibus baptizantur, cum calido ferro crucem inurunt faciei & alteri corporis parti. Et hi deuotiores inter orientales habentur. Est & gens Madiantarum, qui nunc Beduini atque Turoniani dicuntur, qui magnam partem terræ sanctæ impleuerunt: & hi tantū operam dant alendis pecoribus & camelis, quibus supra modum abundant: Certam mansionem non habent, sed ubi bona inuenierint pascua, ibi cum tabernaculis suis tantisper subsistunt, donec herbas depastis, alium locū pro gregibus querere cogantur. Sunt homines pugnacissimi, & repleuerūt ferè totā Syriam: potissimū occuparunt ripas Iordanis à Libano usque ad desertum Pharan, quum montes qui ultra Iordanem sunt, optima superpedent pabula ouibus, capris, & reliquis iumentis. Habent arietes & uerueces tam crassos & pingues, ut una cauda pro tribus aut quatuor hominibus sufficiat ad esum. Nestoriani habitant circa Berut & Bilibi in planicie Libani contra Iuregam: Maronitæ uero occuparunt regionem quæ est circa fontem horti à Libano descendente[m] contra Triopolim, dicunturque habere quadraginta millia pugnatorum. Porro circa castrum Arach post Tripolim habitant Saraceni, qui Vanni dicuntur. His sociantur Saraceni quos Assinos uocant, habitantes in montanis usque ad castrum Antheradum, plurima habentes castra & oppida, atque fertilissimam occupantes terram. Hi de Perside dicuntur duxisse originem, & in tantum numero sunt aucti, ut & ipsi quadraginta millia armatorum asserantur posse producere. Uoluerunt ante paucos annos sese Romanæ subijcere obedientiæ, sed per Templarios impediti à suo resisterunt proposito. Hos Assinos nullus haecenus Sultanus potuit in ordinem redigere, sed ipsi sibi leges & iura condunt, ut etes illis ut libet: suntque omnibus adiacentibus nationibus formidini ob suam feritatem. Et quum hic orientales attigerim nationes, non inutile uisum fuit de ijs ampliore[m] facere mentionem: quandoquidem hodie multi sunt, qui quum nihil sciant, scire omnia uelint, asserentes nullos in his maximis regionibus usque ad Indiam inueniri Christianos, sed perfidum Mahumetum omnia loca cospurcasse. Id quod uerum non est, sed ubique Christus in mundo suos habet cultores, præterquam in Arabia & Aegypto, ubi rari inueniuntur Christiani, sed omnes ferè nomen dederunt Mahumeto. Id quidem uerū est, omnes Christianos transmarinos, puta Armenos, Cappadoces, Græcos, Chaldaeos, Medos, Parthos, Indos, Nubeanos, Iabeanos, Assinos, Georgianos, & reliquos orientales populos, non esse homines bello assuetos: sed quum à Saracenis, Turchis aut Tartaris bello petunt, illis tributarij fiunt, atque omne permittit dominium: exactores ferentes, modo pacem & concordiam quantum ex se est cõseruent: & hinc fit ut regiones illæ quas Christiani inhabitant, Saracenorum esse uideantur, atque perdidit illorum subiaceret: quum tamen ibi ferè omnes sint Christiani, id quod ego expertus sum in Cilicia & Armenia minori quæ parent Tartarorum principit: & tamen sunt meri Christiani, qui eas inhabitant regiones, ecclesias frequentantes, missas audientes, genua flectentes, atque deuote orantes: religiosi etiam personis magnum exhibentes honorem, id quod in meipso sum expertus, quum illic aliquantisper morarer. Præterea eos quos nos damnatos iudicamus esse hereticos, ut sunt Nestoriani, Iacobitæ, Maronitæ, Georgiani, & similes, ego plerumque inueni bonos & simplices esse homines, synecroque erga deum & homines uiuentes: sunt magne abstinentiæ

Nestoriani

Christi cultus  
ubique

nentia  
uerbu  
conco  
bates  
que lac  
giani  
icopos  
tes, uer  
castra,  
stibus,  
tina, gr  
ma uer  
semel f  
niss &  
idioma  
chis, ne  
vici uer  
nisi qu  
signeas  
ces, ex  
illas ab  
aurora  
cerdot  
domin  
uacant  
xorem  
ecclesia  
aut cor  
sum pe  
buerit  
uor est  
buretu  
nre sol  
uenium  
ficiunt  
res qui  
morum  
plures  
bus sur  
illud à  
tur, ut  
Cyrill  
nec fac  
sacrum  
& acol  
  
I V  
L  
à Tyro  
mam c  
nam se  
Taphi  
Thaph  
tur. Fu  
Memp  
nentiæ



nentia, & in quadragesima nec pisces, nec uelum comedunt. Attenti audiunt  
 uerbum dei: quod ego uidi in uespera Ramispalmarum, quantis cateruis ad  
 confectionem confluerint. Habet præterea suos Archiepiscopos, Episcopos Ab  
 bates, & alios prælatos præter Nestorianos, qui loco Papæ habent prælatum, *Nestoriani*  
 quæ laelichum uocant, cui magna pars orientis paret. Armeni uero & Geor  
 giani habent prælatos, quos Catholicos uocant, qui sub se habent Archiepi  
 scopos, Episcopos, & alios prælatos, qui optima cõuersatione plebi præuen  
 tes, uerbo pariter & exemplo illos docent: & quãuis munitissima inhabitet  
 castra, atq; magnis polleant diuitijs, induuntur tamen uilibus & fordidis ue  
 stibus, amplissimas habentibus manicas: exterior enim uestis est pellicea arie  
 tina, grossa & rubea, & sub ea deferunt tunicam griseum atq; detrita. Supre  
 ma uero uestis est scapulare nigrum, uile & asperum, quasi cilicium. Inter sui etiã  
 semel in die annũtiationis sacris eorum, & aduertit eos eisdem ferè uti carimo  
 nijs & precatioib. quibus nos in missa, nisi quod suo, & nõ Romano utunt  
 solomate. Nota quoq; quod Catholicus ipse, et omnes alij prælati sunt mona  
 chi, nec quisquam nisi monachi ad hæc ecclesiastica admittuntur officia. Cle  
 rici uero seculares & sacerdotes ferè nullã habent autoritatẽ, nec aliud agunt  
 nisi quod diuina celebrant officia. Ad omnes horas signũ faciunt cum tabula  
 lignea: non enim campanas habent: & tunc nocte surgunt ad matutinas præ  
 ces, exstantq; se mutuo, ut omnes cõueniant: nec iterum dormitũ eunt post  
 illas absolutas preculas, sed sedent in ecclesia docentes populum usque ad  
 auroram. Sacerdotes omnes sunt uxorati: nec aliquis permittitur exequi sa  
 cerdotis officium, nisi legitimam habeat uxorem. Sabbato duntaxat & die  
 dominico missas celebrant: reliquis diebus per hebdomadam amplexibus  
 utant. Mortua uero uxore sacerdos continebit, nec aliam poterit ducere ux  
 orem. Et si fornicatus aut adulteratus fuerit, sine spe ulla amittit officium &  
 ecclesiam. Quod si uxor eius adulteriũ perpetrauerit, sacerdos maritus eius  
 aut continebit, aut officium & ecclesiam perdet. Vxor uero adulterans na  
 sum perdet: & uir qui cum ea concubuerit castrabitur, etiam si legitimam ha  
 buerit uxorem. Id ego semel fieri oculis meis uidi. Mortuo uero sacerdote,  
 uxor eius relicta continebit: & si aliud præsumpserit inire matrimonium, com  
 buretur: sin meretricari libuerit, nil mali patietur, & id sæpe apud illos eue  
 nire solet. Et hæc mihi uidetur potissima causa esse, quod tot in illis terris in  
 ueniuntur meretrices: nam uxores talium continere nolentes, meretrices ef  
 ficiuntur. Fures committentes furta non admodum nocua, & alij malefacto  
 res qui mortem non cõmeruerunt, castrantur, ne filios generent paternorum  
 morum imitatores. Id scio, quum essem apud regem Armenia, habuit regina  
 plures quã sexaginta eunuchos. Rex cum omnibus principibus & nobili  
 bus suis libenter audit uerbum dei: quibus etiam singulis diebus hora tertia  
 illud à monachis, quos Vetræpethæ uocant, deuote ex sacris libris proponi  
 tur, utentibus expolitione Ioannis Chrysothomi, Gregorij Nazianzeni, atq;  
 Cyrilli, quem ipse Kyrillum proferunt. De uoti & morigerati sunt in ecclesia,  
 nec facile ullum ibi uideas dissolutũ aut in disciplinatum. Quum Episcopus  
 sacrum facit, habet astantes suos ministros, puta diaconum, subdiaconum  
 & acoluthum, & cum magna grauitate cærimonias solitas celebrat.

*Descriptio Aegypti.*

I Vstrata itaq; Armenia secessi in Cappadociã, & hinc perrexi ad Seleu  
 ciam, à qua traieci in Cyprum, à Cypro nauigio ueni Tyrum, & rursum  
 à Tyro soluẽs per litus Palæstinae descendi usq; ad ostia Nili. Ibi uidi Phar  
 mam ciuitatẽ munitã quidem & egregie extructã, sed hominibus uacua:  
 nam serpentibus cedere coacti sunt. Ab hoc loco uiginti numerant leuce ad  
 Taphnũ: hæc est Thapnis, de qua in Psalmo: Fecit prodigia sua in campo  
 Thaphneos: Hæc posita est in terra Gessen, de qua in Genesi multa scribun  
 tur. Fuit olim urbs insignis, sed nostro æuo destructa est. à Taphni usque ad  
 Memphim, quam nunc Damiatam esse putant, quindecim sunt leuce, di  
 u  
 u  
 itaq;

*Nestoriani*

*Catholicæ*

*Matrimonij  
sacerdotum.*

*Phar*

statq; duabus à mari leucis, in ruinis penitus iacens, nisi quod non longe à situ suo uilla est extructa propter naues in ea collocandas atque merces colli-  
*Diuisio Nili*  
 ligendas. Abundatis locus æque ut Taphnis frumento, fructibus, & omnibus ferè bonis, quibus homo uesci potest. Deriuatur à Nilo riuus unus uersus Taphnism, & hinc uersus Pharam fluens primum uersus terram sanctam constituens portum. Alterum uero portum efficit alius Nili riuus prior re maior, tribus leucis à Damiatam mare ingrediens. Tertius portus est in Alexandria, ubi, scilicet, maior pars Nili labitur in mare, distatq; à Pharam, ubi primus Nili riuus mare intrat, centum uiginti miliaribus: & hæc est longitudo Aegypti iuxta mare. Ab Alexandria uero usque in Babyloniam numerantur etiam centum uiginti miliaria, ascendendo contra Nili cursum. Porro à Pharam eundo per Taphnism & Damiatam centum computantur miliaria usque ad Babyloniam, siue Cayrum, etiam aduersus flouem unum nauigando. à Babyloniam uero usque ad Syenem, quæ uersus Austrum ultima est pars Aegypti, sunt miliaria circiter ducenta quadraginta: & ibi incipit Aethiopia, quæ hodie Nubia dicitur: & est tota Christiana, ubi beatus Mattheus predicasse dicitur. Huius Aethiopiæ regem captiuum uidi in Babyloniam. Ascendens autem à Damiatam per Nili fluuium ueni in Abdelam, ac deinde in Mausotam, ubi Nilus scinditur in duo, uoluiturq; riuus minor ad fretum quod est iuxta Pharam, & ex illo intrat mare. Rursum iuxta uillam Semmath est alia Nili scissio, labiturq; is abscessus riuus iuxta uillam quæ Phatures dicitur, in mare: sed non est nauigabilis, ut alij tam memorati riuus sunt. Item à Semmath ascendendo, priusquam uenias ad Phytom & Ramassen, separatur à Nilo quartus riuus, intrans mare iuxta uillam quæ Stermon appellatur: & ea Nili diuisione usque ad uillas Phytom & Ramassen sunt quinque leuæ, ponuntur he uillæ altrinsecus in ripa Nili. Hinc uiginti numerantur miliaria ad locum qui Delta nominatur, ubi, scilicet Nilus in duos riuos diuisus totam ferè Aegyptum facit insulam in modum  $\Delta$  literæ triangulariter figuratum, procedit quæ maior aquarum uis ad Alexandriam, & minor ad Damiatam, à Delta usque Heliopolim tria numerantur miliaria, ubi & alius riuus à Nilo segregatur, & desertur ad ciuitatem Pelusij, & inde fluens per desertum uersus terram sanctam iuxta ciuitatem Iaris intrat mare: & hinc ferè duæ sunt diætæ usque ad Ragazam: uel Gazaram & Bersabee. Hic riuus uocatur proprie in scriptura riuus Aegypti, terminaturq; ad ipsam sors tribus Iudæ. Quidam uocant eum Binocorulam, alij Syron Aegypti: & non est nauigabilis. Heliopolis est uilla opulenta, sed non munita, sicut nec alius quispiam locus per totam Aegyptum est munitus, præter Alexandriam & Babyloniam. Hinc septem numerantur leuæ usque ad Babyloniam. Hæc ciuitas est supra modum magna in litore Nili sita, transitq; per medium eius riuus aquarum à Nilo excurrentis, & rursus in eum ruens. A Babyloniam duabus leucis distant pyramides quedam triangulares & insigniter magnæ. Et hinc duæ sunt leuæ ad Thebas, unde fuit regio Thebeorum. Huic quoque adfacet desertum Thebaidos in quo olim fuit magnus numerus monachorum. Et nota quod à Babyloniam usque ad Syenem per miliaria  $CCXX$ . Nilus in nullos diuiditur riuos, uno contentus in quo fluit alueo. Terra Aegypti ferè est inaccessibilis: nam ab occidente habet mare magnum, contra Aphricam est desertum Libyæ & Philenorum: ab Austro est desertum Aethiopiæ, & ab oriente desertum Thebaidos usque ad mare Rubrum. Transitus illius deserti est trium dierum, donec ueniat ad locum qui Beronice uocatur: & est portus Aegypti in litore maris Rubri ad Indiam ducens. Porro contra Vulturum & septentrionem habet Aegyptus desertum magnum usque ad terram sanctam, in quo filij Israël ab Aegypto fugientes  $XL$ . annis morati sunt. Floruit ante tempora nostra Aegyptus mirè in modum Christiana religione, multa millia habens monachorum, multa cœnobiaz, & plures ecclesias. Vnde dixere

Syene

Heliopolis

Thebas

Christus olim  
in Aegypto  
cultus

runt  
sed in  
uillas  
racer  
uirgo  
set e  
me ta  
id hab  
nis. M  
bant f  
lis illu  
cueru  
diuer  
perue  
minim  
quim  
bous

**T**

di grat  
tender  
tarent  
tem qu  
tia) p  
nes, u  
quæq;  
maria  
feræ,  
merap  
pa uel  
que pe  
ta stylo  
lo ufi  
uulgat  
atque  
nisi bo  
buiffen  
terpret  
loco qu  
luit, qu  
lo uiro  
entales  
mum re  
stiq; m  
ria illu

C

C



nunt mīhi Saraceni, quōd in sola Babylonia & Cayro (sunt enim duæ urbes sed in unâ coniunctæ) plures quàm quadraginta reperiantur ecclesie. Habet illas ferme infinitas, & populum sine numero. Dominantur hodie in ea Saraceni. Inter Helopolim & Babyloniam ostenduntur loca, in quibus beata virgo mansit cum puero Iesu & marito Ioseph, quum à facie Herodis fugisset & Iudæa. Est etiam ibi hortus balsami, qui irrigatur à fonte paruo, uberrime tamen fluente, in quo aiunt beatam Virginem puerum Iesum lauisse, ob id habetur fons ille in veneratione nedum à Christianis uerum & à Saracenis. Modum colligendi balsamum hunc mīhi Saraceni ostenderunt. Carpebant folium unum à stipite (adhærent enim folia stipiti) & contra radium solis illud discerpentes, guttam lucidissimam, & supra modum odoriferam elscuerunt: & is est uerus liquor balsami: qui in phialas uitreas colligitur, & ad diuersas mūdī partes mittitur: tamen raro sine mixtura ad regiones nostras perueniat. Aiunt etiam, si folium illud contra radium solis non frangeretur, minime succum illum stillaret. Foderūt proinde Saraceni & alium fontem, quum fons prior non sufficiat ad irrigationem totius hori, ex quo quatuor boues aquam trahunt, quæ sufficere possit ad illius humectationem.

FINIS.

## AD LECTOREM PRÆFATIO.



Ræter Quintum Curtium, qui gesta conscripsit Alexandri Magni, & passagiam quædam terræ sanctæ, pauci haec tenes fuisse, quid de rebus & de uarijs illis atque multis prouincijs, quas habet orientis, præsertim Indicus, nos certiores redderent: & tamen interim semper fuerunt uiri quidam studiosi, qui Asiæ orbis uisendi gratia haud cunctanter pericula corporis atque rerum iacturas subire contenderunt: & proculdubio plurimarum orientalium rerum certa hodie extarent experimenta, si saluus illis in patriam contigisset reditus. Nunc autem quum tam multa peregrinantibus in illis regionibus sint subeunda exitiosa pericula: occurrunt enim nedum prædones, & alij ferocissimi homines, uerum & bestie immanes, deserta amplissima, squalentia & ardentia, quæ neque hominibus, neque iumentis quicquam pabuli afferre poterit, maria illa fabulosa, ut uocant, quæ interdum peragrandia sunt, aquæ mortifera, mare tempestuosum, calores intolerabiles, frigora acerba, & alia innumera pericula: quot putas Asia nobis incolumes restituit, quos in eam Europa ueluti exploratores misit: & si quosdam restituit, hi uel itineris labore atque periculorum sufferentia aded exanimati sunt, ut non curarint explorata stylo excipere: aut si annotarunt ea quæ uiderunt & experti sunt, uernaculo usi sunt idiomate, id quod fecit Vartomannus, Benedetto Bordone, ut uulgaris libri uulgari utar titulo, Marcus Paulus Venetus, & alij quidam Itali atque Hispani, quorum scripta adhuc in tenebris essent, sicut & aliqua sunt, nisi boni quidam uiri ea in Latinum uertissent, atque omnibus legenda exhibuissent. Et utinam Marcus iste Venetus commodiorem nactus fuisset interpretem, aut ipse librum suum Latine scripsisset, qui latine scituit id quod in loco quodam subindicat: sed multis conuicijs suis Venetis gratificari maluit, quàm paucis latine doctis. Natus est hic Marcus ex patre Nicolao Pauli uiro clarissimo, qui quum per tres aut quatuor annos lustrasset partes orientales, comitem habens fratrem genuinum, Matheum, scilicet Paulum domum rediens filium Marcum secum ducens, denuo in Indiam concessit, mansitque multis annis apud magnum Cham Cublai, aulicus illius factus. Historia illius profectio: atque reditus describitur in primis decem primilibri capitulis: & hæc tibi lector causam reddent, quomodo Marcus huius libri conscriptor, tot potuerit perlustrare prouincias.

MARCI

## MARCI PAULI VENETI, DE RE-

GIONIBVS ORIENTALIBVS LIB. I.

Quomodo Nicolaus Paulus, &amp; Matthæus Paulus fratres in orientem concesserint. CAP. I.



**B**ALDVINO principe inelyto regni Constantinopolitani scepra tenente, anno, scilicet ab incarnatione domini M, CCLXX. duo uiri nobiles & prudentes e clarissima Paulina familia nati, ciues Veneti, nauem uarijs onerantes mercibus, communi consensu Venetijs soluentes, prospero uento, & deo ducatum felicem præstante, sulcaverunt mare mediterraneum, & per angustas Bosphori fauces contententes, Constantinopolim peruenerunt: ubi quum paucis quiescissent diebus, iterum uelis uentum dantes traiecerunt pontum Euxinum, appuleruntq; ad portum ciuitatis Armeniæ, quæ Soldadia appellatur, & præparantes localia pretiosa, curiam eiusdem regis magni Tartarorum, Barka dicti, ingressi, illi obtulerunt quicquid optimum habebant. Ille uero gratissima & libere oblata munera non aspiciens uicissim placido illos suscipiens uultu, multo maiora tribuit quàm illi contulerunt. Per annum autem cum illo commorantes rege, Venetijs redire satagerunt. Et quum id molirentur, subito inter regem Barka, & alium quempiam Tartaricum regem Allau nomine, lis oboritur cruenta: & aliquandiu inter se configentes, exercitu Barkæ deuictio, fors regi Allau uictoriam concessit: sicq; memorati fratres bello rum seueritate tumultu præpediti, uaria captant consilia, quam eligant uiam, per quam uitæ sublatò discrimine, in patriam reuertantur: tandemq; iudicium per uarias itinerum ambages circuire regnum Barka, & furentium euade, remanens: & id tentantes peruenerunt ad ciuitatem quandam Guthacem nomine, à qua ultra progressi Tigrim trañciunt, & xvii. dietas facientes in deserto quodam magno, in quo neq; habitatores, neq; oppida inueniuntur, ad Bocharani ciuitatem Perlidis insignem profecti sunt, præsentente illi Barach rege: ibiq; annis tribus manserunt.

Quasi adierunt curiam regis magni Tartarorum. CAP. II.

**E**O tempore uir quidam grauis & insignis à rege Allau ad maximum Tartarorum regem destinatus, Bocharam pernoctaturus uenit, & illic præfatos uiros inueniens, qui iam linguam Tartaricam erant edocti, supra modum hilaris efficitur, cogitatq; quomodo persuadeat, ut secum ducat hos occidentales uiros, inter Latinos natos, ad præsentiam maximi Tartarorum imperatoris, sciens se illi in hoc gratificaturum, & nihilominus uiros debito suscipiendos honore, & largis donandos muneribus, potissimum quum iam ex multiplici colloquio gratissimos ipsorum explorasset mores. Viti igitur illi aduertentes se non facile & absq; periculo posse domum reuertii, inuito consilio memorato adhaerent ambalatori, iterq; cum illo suscipiunt ad Tartarorum imperatorem, comites habentes quosdam alios Christianos, quos secum e Venetijs duxerant, & soluentes à loco Bochara, post multos transactos menses perueniunt ad maximum omnium Tartarorum regem Cublai uocatum, quem etiam magnum Cham appellant, hoc est, maximum regem regum. Porro quod tam prolixum tempus insumperunt, donec ad magnum uenirent Cham, aliud in causa non fuit, quàm quod in frigidissimis regionibus Aquilonem uersus niues plurimas, & aquarum inundationes inueniunt, quæ uiam illis præcluserunt.

Quanta humanitate à magno Cham suscepti sint. CAP. III.

**A**dducti igitur ante conspectum magni imperatoris Cham, perbenigne ab eo suscepti sunt. Interrogauit autem eos de multis, utpote de regionibus occidentalibus, de imperatore Ro. atq; alijs regibus & principibus, qua liter sese gererent in regimine & rebus bellicis, quo pacto pax, iustitia & concordia



cordia inter eos constaret, item quales mores & uiuendi ritus essent apud Latinos, & praesertim qualis esset nostra christiana religio, qualisque Papa summus illius moderator. Et ad haec memorati uiri singillatim responderent, eo imperatorem suis deduxerunt uerbis, ut libenter illis auscultaret, & saepe ad se introduei iuberet.

*Nuntius à magno Cham dicit uiri ad Pontificem Ro. CAP. IIII.*

QVadam itaque die magnus Cham cum regni sui principibus inito consilio, rogat Latinos, ut nomine suo ad Papam proficiscentes, unâ cum barone quodam Gogaca nomine, uiro aulico & optimo, atque apud illum agant, ut centum uiros sapientes, & in lege Christiana doctos ad se dirigat, qui sapientibus suis ostendere possint Christianorum fidem ceteris omnibus sectis praefendam, atque unicam salutis esse uiam, quodque dii Tartarorum essent daemones, qui orientalibus in sui cultura imposuissent: nam quâ is imperator multa audisset de fide catholica, & interim aduerteret, quam mordicus sui sapientes conarentur suam defendere fidem, in ambiguo positus nesciebat cui tutò animum suum inclinaret, quamque ut ueram amplexaretur uiam. Illi itaque debitam regiae maiestati exhibentes reuerentiam, pollicentur se commissâ fideliter executuros, & literas quas ab eo Ro. Pont. offereudas acceperint, presentaturos. Ipse uero tabulâ auream signo regali sculptam & insignitam, iuxta imperij sui consuetudinem illis tradi iubet, quam commeatu loco secum per totum eius imperium deferentes ubique prouinciarum & ciuitatum rectoribus per loca discretissima salui deducerentur atque expensas ab eisdem reciperent, et quacumque tandem re opus in itinere haberet, illis imperatoris nomine suppeditaretur. Rogabat quoque eos imperator, ut non nihil de oleo lampadis, quae iuxta dominicâ sepulchrâ Ierosolymis ardebat, sibi in reditu deferrent, credens sibi illud non parum profuturum, si Christus mundi esset saluator. Illi igitur imperatori ualedicentes arripunt iter, literas & auream tabulam secum deferentes. Quumque xx. dietas regali sculperegissent, Gogacal, qui illis ab imperatore associatus erat, grauius aegrotare cepit. Unde consilio inito eo illic relicto, ipsi ceptum prosequuntur iter, ubique ob imperatoris signum humaniter suscepti. Pluribus tamen in locis ob fluminum inundationes pedem sistere coacti sunt, ut etiam tres annos citro ultroque absumperint, priusquam ad portum ciuitatis Armeniorum, Galza nomine, peruenerint. A Galza recta ad Anconem tendunt anno, scilicet domini, M. CCLXXII. mense Aprilis.

*Quomodo summi Pontificis expectarint creationem. CAP. V.*

INGRESSI autem urbem Anconam audierunt dominum Clemetem Papam quartum nuper defunctum, aliumque neminem in locum eius surrogatum: de quo non parum contristati sunt. Erat tunc Anconae legatus quidam sedis apostolicae, dominus scilicet, Thedaldus Comes de Placentia, cui cuncta quae in commissis habuerunt, exponentes, indicabant quomodo à magno Cham missi fuissent. Ille uero consulebat, ut noui Pontificis expectarent creationem. Aheuntes itaque interim Venetias suos inuisuri, et illic quousque alius institueretur Pontifex mansuri, inuenit Nicolaus Paulus uxorem suam extrinsecum clausisse diem, quippe quam in recessu suo praegnantem reliquerat, filium uero Marcum nomine, qui iam annos ætatis xv. habebat, atque postea hunc librum conscripsit, sanum & incolumen inuenit. Porro electio Rom. Pontificis ad duos usque annos est protracta.

*Qualiter regressi sint ad regem Tartarorum. CAP. VI.*

ANNIS duobus postquam redierunt in patriam elapsis, memorati duo fratres timentes imperatoris Tartarorum turbationem, quem ipsorum reditum sciebant expectare, reuertuntur Anconam ad legatum, secum ducentes Marcum filium, longè itineris futurum comitem. Accepitque à legato literas, quas Tartarorum imperatori deferrent, in quibus plenius imperator edocebatur ea quae se dem concernunt catholicam, abire iterum in orientem disponunt illisque paululum

RE

tinopolita,  
one domini  
è clariss,  
uaris one  
rante, sulca  
sphori fau  
aucis que  
uxinum, ap  
ur, & pra  
rum, Baka  
ero grauis  
suscipiens  
te cum illo  
trentur, su  
n Allau no  
mercitu Bar  
ratres bello  
gant uiam  
cum iudic  
mij sudic  
um euade,  
Guthacam  
s facientes  
in uenium  
efidente illi

II.  
ximū Tar,  
& illic pra  
, supra mo  
uat hos oc  
artarorum  
uiros debi  
num quum  
ores. Viri  
um reuert  
suscipiunt  
s Christia  
a, post mul  
tarorum re  
oc est, ma  
serunt, do  
uod in frigi  
um inunda

erbennig  
de region  
ipibus, qua  
littia & con  
cordia

lulum ab Ancona digressis, nuntij ueniunt à Cardinalibus ad legatum, indicantes illi se in summum electum Pontificem, postea Gregorium dictū. Quo audito illi comissis nuntijs Venetus reuocat, & ne abeat monet, parans aliter illis literas, quas Tartarorū offerrent summo principi, quibus & duos adiunxit fratres prædicatorēs, uiros probitate & literatura conspicuos, quorū unus Nicolaus, alius uero Guilielmus Tripolitanus uocabatur, qui tūc Anconæ moram trahebant. Abeuntes itaque unā uenerunt ad Glaciā portū maris in Armenia. Et quoniam Sultanus Babylonæ tunc magno coactō exercitū Armenos intulerat, cōperunt memorati fratres sibi timere, atque uiarum uolētes uitare discrimina & guerrarum pericula, cum magistro templi in Armenia manserunt: nam non semel in mortis periculum inciderunt. Nuntij uero Veneti omnī sese periculo exponentes cum multis laboribus & magna difficultate ad Tartarorum imperatorem in ciuitatem quæ Clemensū appellatur, pertenerunt: nam iter eorum hyemali tempore propter nives & frigora atque aquarum inundationes sæpe ad longum tempus impeditur. Porro rex Cublai audiens eos aduentantes qui adhuc longissime aberant, per quadraginta diētas nuntios illis obuiam misit, qui eos conducerent, & necessaria quæq; pro itinere suppeditarent.

*Quomodo Veneti à Tartarorum imperatore suscepti sunt. CAP. VII.*

**R**egis itaq; curiam aduētes, & ante conspectum eius ducti, prociderunt coram eo in faciem, reuerentiam consuetam exhibentes. A quo humaniter suscepti iubentur surgere, & qualiter uaria uiarum penetrarint discrimina, quidq; cum Romano egerint Pōtifice iubet enarrare. Illi uero cuncta ordine exponunt, & allatas Pontificis literas imperatori exhibent. Quæ de rex mirum in modum letatus fidelem illorum comendauit sollicitudinem. Oleum quoque de lampade dominici sepulchri allatum & oblatum accepit ab illis, & cum honore reponi iussit. Et quum intellexisset Marcum Nicolai esse filium, blanda facie illum suscepit, omnesq; tres illos, patrem & filium, atque patrum tali dignatione profecutus est, ut ab omnibus aulicis deinceps susciperentur, & in honore haberentur.

*M. Paulus quān gratus factus sit Tartarorum imperatori. CAP. VIII.*

**M**arcus itaq; breui tempore in aula magni Cham Tartarorum addiscens mores, atq; quatuor uarias gentis illius linguas edoctus, quas nēdum legere, uerum & scribere didicit, omnibus charus effectus est, & in primis imperatori: qui ut hominis prudentiam magis conspicuam redderet, negotiū illi commisit in longinqua expediendum regione, ad quam sex mensium spatium uix peruenire poterat. Ille uero prudenter in omnibus se gerens, non sine laude & principis gratiā, quæ in mandatis acceperat transiit. Et sciens imperatorem oblectari nouitatibus, diligenter scrutatus est in regionibus quas pertransiit consuetudines & mores hominum, conditiones & naturas animalium, atq; harum rerum ueridica relatione mirum in modum sibi deuinxit regem, ut etiam rex in magnis obeundis regni negotijs hoc uteretur per xvii. annos uero, mittens illum ad diuersas latissimi imperij sui terras. Is uero præter id quod regis exequabatur causas, etiam terrarum obseruabat proprietates, prouinciarum & ciuitatum considerabat situs, & quæ mira in locis uel contigerunt, uel inueniuntur calamo excipiens, tandem nobis occidentalibus patefecit, id quod secundus liber explicat.

*Quomodo Veneti post aliquot annos obtenta licentia redire disposuerint.*

*CAPVT IX.*

**M**orantes autem aliquanto tempore Veneti apud magnum Cham, patriæ uisendæ accensū desiderio, a rege abeundi licentiam petunt. Is uero eorum oblectatus presentia, difficile ad id inclinari potuit. Accidit tamen interea ut rex Indorum Argon nomine, tres insignes uiros mitteret ad curiam magni Cublai, quorum nomina fuerunt Culatai, Ribusca & Coda, qui agerent cum eo, ut aliquam ex profapia sua ei traderet in uxorem: nam uxor

clia



eius Balgana nomine nuper mortua, in testamento reliquerat, & maritum adiurauerat, ne ab alia quàm à sua familia aliam duceret uxorem. Rex itaq; Cublai illorum obsequiis petitiōni, puellam quādam xxvii. annorum nomine Gogatom, e stemmate suo prognatā illis associat, inq; uxore Argonis consecrat. Nuntij uero quum reginam abduci essent, & aduersissent Venetos patriam suam scire, rogabāt Cublai regem, ut pro honore regis Argonis hos secum abire permetteret, qui nouam reginam in Indiam conducerent, & inde ad loca sua reuenterentur. Ille procerum instantia & petitione deuictus, etiam inuitus Venetos abire permisit.

Ogomo Venetias redierint.

CAP. X.

Soluentes itaq; à Cublai aula, quatuordecim paratas naues, & sufficienti comiteatu oneratas, quarum qualibet quatuor malos atq; totidem uela habebat, intrantes acceperunt à rege duas tabulas aureas regali charactere insignitas, quas per omne imperiū suum, & per tam multas prouincias perfectis ostenderent, à quibus securum conductum, uisualia, & alia necessaria perciperent. Adiunxit quoq; illis ambasiatores aliquos ad summū Pontificem, & ad reliquos quosdam Christianos reges. Et nauigio hinc discedentes, post tres menses uenerūt ad insulam quandam Iana nomine, & inde per Indicum uagantes mare post multū temporis ueniunt ad regis Argonis palatium, allatam que illi præsentant puellam. At ille filio suo hanc tradidit uxorem. Plurimi autem desiderati sunt ex his sexcentis uiris, quos pro adducenda puella rex ad Tartaros misit, qui in itinere eundo & redeundo spiritū exhalarunt. Porrò Veneti cū ambasiatoribus hinc recedentes, ab alio ut cerege, qui regno pueri loco præerat, Acata nomine, alias duas aureas & commendatitias tabulas more gentis illius acceperunt, atq; salui cum honore ex regno illo deducti sunt, & post multum temporis multis exantatis laboribus, protegente domino Constantinopolim perueniunt, atq; inde cum diuitijs & honorifico comitatu incolumes Venetias redierunt, anno scilicet, domini millesimo ducētesimo nonagesimo quinto, gratias agētes deo, qui eos de periculis multis liberatos saluos domum reduxit. Hæc à principio huius libri breuiter & summate annotare libuit, ut lectori cōstet, quomodo, & qua occasione Marcus Paulus Venetus huius libri compilator, hæc que sequuntur omnia inuestigare potuerit.

De Armenia minori.

CAP. XI.

PRæmissa generali itinerum nostrorum descriptione, nunc ad particularia descendētes, singulas regiones quas perambulando lustrauimus, de nouo reuisentes, quid in eis uiderimus & experti simus annotaturi. Igitur Armenia minor quam primo intrauimus, iustitiæ cōseruatione, & bona gubernatione consistit. Habet regnum ipsium ciuitates multas, plurima oppidatōrum quoq; ipsum fecundum est, & terra nullius rei necessaria indigatōne solū quodq; ipsum bestiarū & auis illi non desunt: aer quoq; ipse nulla corruptione infectus, omnibus gratum præstat spiraculum. Incolæ uero regionis illius, qui olim strenui fuisse bellatores, nunc otio torpentes molles & effeminati effecti, potationibus & luxui uacant. Est ciuitas quedam in hoc regno, iuxta mare lita, Glacia nomine, optimū habens portum, quò plurimi conueniunt mercatores ex uarijs regionibus, etiam à Venetijs & Ianua propter uarias merces que illuc deferuntur, præsertim aromata diuersarum speciearum, aliasq; pretiosas quasdam opes ex orientalibus regionibus illuc nundationis gratia delatas: nā est is locus ueluti porta quedā orientaliū regionū.

De prouincia Turchie.

CAP. XII.

TURCHIA prouincia collectæ gentis, cōtinet populos ex Grecis, Armenis, & Turchis. Habent Turchia linguam propriā, sub lege detestabilis Mahumeti uiuētes. Sunt homines indocti, rudes & agrestes, in motibus & ualibus habitantes, atq; pascuosa loca cæteris præeligentes: nam habent greges magnos iumentorum atq; porcorū: habent & mulos, sed illi in magno

x

sunt

sunt ualore. Greci uero & Armeni qui inter illos habitant, ciuitates & oppida possident, operamq; suam in sericum collocant. Habent autem ciuitates multas, inter quas præcipue sunt Gomo, Cæsarea & Sebaite, ubi beatus Bassilius martyrium pro Christo suscepit, unumq; ex Tartarorum regibus do-  
minum agnoscunt.

## De Armenia maiori, CAP. XIII.

Armenia maior prouincia maxima, Tartaris tributaria, ciuitates multas habet atq; oppida. Metropolis eius Arzinga uocatur, sitq; ibi buchiræus optimus. Scaturiunt quoq; ibi aquæ feruentes, corporibus humanis abluendis & medendis sanissima. Aliæ uero insigniores post metropolim ciuitates sunt Argyron & Darzirim. Aestiuis diebus plurimi Tartari illuc diuer-  
sunt cum gregibus & armentis, uberioris pascuæ gratia illecti. Et rursum hyemali tempore ob niuium inundantiam ad tempus secedunt. In montibus huius Armeniae remansit arca Noæ. Habet hæc regio ab oriente confinem prouinciam Zorzaniæ. Ab Aquilone uero fons quidam magnus inuenitur, de quo liquor oleo similis scaturit, ad condimentum quidem cibum inutilis, lampadibus uero concinnandis & nutriendis, alijsq; rebus inu-  
gendis commodissimus: unde uicinæ quæq; nationes concurrunt, & de fonte illo omnes pro lucernis alendis haurire contendent: tã enim indefinenter hic fons fluit, ut etiã multæ naues oleo eius oneratz, in alias abducantur regiones.

Fons olei

## De prouincia Zorzaniæ, CAP. XIII.

Zorzaniæ prouincia Tartarorum regi tributa offert, eumq; dominum suum agnoscit. Sūt autem Zorzaniæ homines pulchri, in armis strenui, atq; in arte sagittaria periti. Sunt etiã Christiani Græcorum obseruantes ritum. Capillos nutriunt breues, ut clerici occidentales. Est prouincia eorum aditu difficilis, præsertim ab oriente: illic enim arctissima est uia, ab uno latere habens mare, & ab altero montes, per quam quatuor leucarum spatium eundum est, donec in prouinciam ueniat. Vnde pauci homines ibi magnum exercitum ab ingressu arcere possunt. Habent incolæ multas ciuitates & castra, abundantq; serico, de quo pulcherrimos holofericos parant panos. Quidam eorum labori manuali operam impendunt, alij uero mercimonijs ditrahendis. Terra ipsa satis ferulis est: id mirabile aium in hac terra reperiri. Est lacus quidã magnus in ea, ab aquis montium collectus, uocatus mare Chelucelã, in gyro habens circiter sexcenta milliaria, qui per totum anni spatium nullos mittit pisces præterquam per quadragesimam usq; ad sabbatum sanctum. Distat is lacus à reliquis æquoribus duodecim diarijs. Aium quoq; Euphratem fluium, & alia quædam flumina in hunc rucere lacum.

## De regno Mosul, CAP. XV.

Regnum Mosul ad orientem situm, partim confine est Armeniae maioris, habitatzq; in eo Arabes Mahumetum colentes, & multi Christiani. Nestoriani atq; Iacobini, quibus præest patriarcha magnus, quem ipsi Iacelich uocant. Fiunt ibi panni pulcherrimi ex serico & auro. Cæterum in montibus huius regni habitant homines Cardii appellati, quorum quidam Nestoriani sunt, alij Iacobini, & quidam Mahumeti sunt sectatores, atq; magni prædones.

## De ciuitate Baldachi, CAP. XVI.

Est in partibus illis ciuitas quædam insignis Baldachum nomine, quæ in scripturis sacris Sufis appellatur, in qua manet prælatus magnus Saracorum, quem ipsi Caliphum uocant. Non inuenitur in partibus illis nobilitas quàm illa sit ciuitas. Paratur ibi ex auro & serico pulcherrimi panni, siq; sub uaria habitudine. Anno ab incarnatione domini M. CCL. magnus Tartarorum rex Allau obsedit, atque tam acriter oppugnauit hanc urbem, donec caperet eam. Erant tunc plura quàm centum millia armatorum in ciuitate. sed Allau longe fortior illis erat. Cæterum Caliphus urbis dominus turrim habebat plenam auro, argento, & lapidibus pretiosis, atq; reliquis ioculis, sed auaritiæ stimulis sauciatus noluit collectum thesaurum in milites spargere.

Hæolonus

gere,  
lau re  
suum  
hunc  
nunc  
dilexi  
Tran  
se effu  
magn  
Porro  
ter Ba  
cunda

IN ill  
ces e  
atq; h  
est loc  
India,  
li num  
tur. C  
etiam  
unde f

E St  
uir  
racem  
nam C  
Si hab  
& tran  
errore  
Christi  
illum t  
dio ferr  
uit puf  
Abi hi  
ti Sara

Perfar  
min  
abijt  
fidis p  
secudu  
sexum  
Perfar  
pro du  
tates C  
ni quoc  
ta arge  
si præd  
occidit  
tibus  
rio



gere, illisq; munera largiri, ideoq; ipse cum ciuitate periclitatus est: nam Al-  
 lau rex obrepta ciuitate Caliphum cepit, & in turrim illam, in qua thesaurū  
 suum repositū coniecit, negatoq; omni cibo & potu ait illi: Si thesaurum  
 hunc non tam auare & tenaciter seruasses, reipsum & ciuitatem liberaasses:  
 nunc igitur frueri thesauro tuo & ex eo comedere atq; bibere, quem tantopere  
 dilexisti. In hunc itaq; modū miser ille thesauro suo incumbens fame periit.  
 Transiit per hanc urbem fluuius quidam magnus, atq; in oceanum Indicum  
 se effundens, à cuius ostio urbs ipsa decem & octo distat diariis, ut citra  
 magnum in commodum innumeræ merces ab India ad eam adduci possint.  
 Porro fluuius ipse originem sumit à ciuitate Chisi. Eit quoq; ciuitas alia in-  
 ter Baldachum & Chisi, Balscia nomine, quæ magno palmarum nemore cir-  
 cundatur, de quo maxima dactylorum colligitur copia.

De ciuitate Taurisij

CAP. XVII.

In illis quoq; partibus est Taurisium nobilissima ciuitas, in qua multipli-  
 ces exercetur mercantiae: nam sunt ibi gemmæ pretiosæ, pannū auro texti  
 atq; holoserici cum alijs uarijs mercibus. Et quoniam ciuitas in optimo sita  
 est loco, conueniunt ibi plurimi negotiatores ex uarijs mundi partibus ab  
 India, à Baldacho, Mosulo & Cremosor: ex Latinorum quoq; terris nonnul-  
 li nundnandi gratia illuc cōcedunt: nam mercatores plurimum hinc ditantur.  
 Ciues Mahumetum uenerantur, licet quidam Nestoriani atq; Iacobini  
 etiam ibi inueniatur. Sūt in circuitu ciuitatis horti pulcherrimi & amœni,  
 unde incolæ plurimos & optimos colligunt fructus.

Quomodo miraculose mons quidam in alium locum fuerit trāslatus.

CAP. XVIII.

Est mons quidam in regione illa haud longe à ciuitate Taurisij, qui olim  
 uirtute diuina in loco suo hac occasione dimotus est. Accidit semel ut Sa-  
 raceni Euangelium Christi blasphemare uolentes, & ueluti uanam doctri-  
 nam Christianis improperantes dicerent: Est scriptum in Euangelio uestro:  
 Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dixeritis mōi huic, transi hinc,  
 & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Nunc igitur si fides uestra caret  
 error, amouete montem hunc, & probate Euangelij uirtutem. Et quoniam  
 Christiani sub perfidorum illorum dominio erant, cogebantur uel montem  
 illum transferre, uel Mahumeticam subire legem: & si neutrum facerent, gla-  
 dio ferirentur. Tunc uir quidam in Christi seruens amore & fide, conforta-  
 uit pusillanimes, & fusa oratione ad dominum cum tota fiducia dixit mōti:  
 Abi hinc: quod uidēte multitudine illico factum est. De quo miraculo mul-  
 ti Saracenorum conuersi, Christum confiteri ceperunt.

De regione Persarum.

CAP. XIX.

Persia maxima & latissima est prouincia, sicutq; olim nobilis & magni no-  
 minis: nunc uero à Tartaris dissipata obscurior est quàm unquam fuerit:  
 abijt tamen nomen eius in utriusq; qualesq; prouincias, ut etiam hodie Per-  
 sidis prouincia octo complectatur regna: quorum primū uocatur Chasum,  
 secundum Churdistam, tertium Lor, quartum Cielstam, quintum Instanich,  
 sextum Zerazi, septimum Socham, octauum Timochaim, & est in finibus  
 Persarum: suntq; ibi equi magni & pulchri, ut etiam quandoq; unus ueneat  
 pro ducentis libris Turonenlibus. Ducunt autem eos negotiatores ad ciui-  
 tates Chisi & Curmosa, in litore maris sitas, unde in India uenduntur. Ali-  
 ni quoq; ibi sunt pulcherrimi & optimi, ut etiam unus uendatur pro triginta  
 argenti ponderibus. Homines uero in regionibus illis pessimi sunt, rixosi,  
 spredones & homicidæ, fidem Mahumeti profitentes. Mercatores passim  
 occiduntur ab illis prædonibus, nisi cateruatim per itinera incedant. In ciui-  
 tatis tamen sunt optimi artifices, qui in auro, serico, & opere acupictio-  
 rio mira faciunt. Abundant bombee, tritico, hordeo, milio, alijsq;  
 frumenti speciebus. Vini quoque & fructuum  
 habent ubertatem.

Iasdi est ciuitas magna in eadem regione, in qua multe sunt mercantie. Habet quoque & ipsa subtiles artifices, qui in serico laborant. Colunt etiam Mahumetum. Ultra Iasdi per septem diuitas non est ulla hominum habitatio usque ad ciuitatem Crermam: sed sunt loca campestria atque nemorosa, in quibus multe sunt uenationes. Inueniuntur quoque ibi magni conatices, & hi in magna multitudine.

Crermam est ciuitas insignis, ubi in montibus plurimi repetuntur lapides, Turchici uulgo appellati. Sunt quoque ibi minere chalybis & andanici. Item habent falcones nobiles, uolatum perniciosissimum habentes, minores tamen falconibus peregrinis. Habet Crermam artifices diuersorum armorum, qui fabricant frena, calcaria, sellas, spatas, arcus, pharetras, & alia instrumenta iuxta usum patrie illius. Mulieres uero distinguunt opere plumario, facientes culcitrae & ceruicalia speciosa. A Crermam ultra progrediento iter per magnam planiciem, exactoque septem dierum itinere peruenitur ad descensum quendam, qui duorum dierum spatium uix tandem perficitur, uestigio semper in decliuum inclinato. In planicie multi inueniuntur pedicetes, itemque castra & oppida. In decliuo uero descensu sunt arbores multe & frugiferae, sed non est ibi habitatio nisi pastorum. Habet haec regio hyemali tempore intolerabile frigus.

Venitur post haec ad planiciem quandam magnam, ubi ciuitas quaedam sita est Camandu nomine, quae olim magna fuit, sed nunc à Tartaris diruta est: retinuitque regio ab ea uocabulum. Inueniuntur ibi in magna copia dactyli, pistachi, poma paradisi, atque alij uarij fructus, qui in regionibus nostris non crescunt. Habet quoque regio illa aues quae sincolinae dicuntur, per misti coloris albi & nigri, quarum pedes & rositra rubescunt. Habet item boues maximos, & in uniuersum candidos, cornua breuia & minime acuta in capite gestantes, camelino gibbo dorso eorum imminente, unde tam fortes redduntur: ut ad magna onera gestanda facile assuefiant. Et quum elitellae gibbo imponuntur, ut camelis genusflectunt, & rursum suscepto onere surgunt, sic ab hominibus edocti. Arietes illius regionis non minores sunt asinis, caudam ferentes tam longam & latam, ut triginta librarum pondus habeant. Sunt pulcherrimi & pingues, atque ad esum optimi. Sunt praeterea in huius regionis planicie multe ciuitates & oppida, sed quae muros habent luteos atque in compositos, fortes tamen. Nam sunt in ea regione multi praedones, quos Caraonas uocant, habentque regem. Utuntur hi praedones incantationibus: & quando ad praedam excurrunt, arte illa diabolica id est ciuiti, ut aere interdium per magnum temporis spatium adeo obscuretur, ut nemine uideri & cauere possint, prorogantque huiusmodi caliginem interdium quinq; & aliquando septem diebus, & interim campos peruiagantes in maximo numero, ut etiam quandoque turma eorum decem millia grassatorum complectatur, in aciem bellatorum more se redigunt, & in latum diffusim procedunt, & quicquid obuiam illis uenit, homines, & iumenta capiunt, sit uenes uenum exponunt, senes uero occidunt. Ego Marcus qui haec scribo, semel in hanc incidi caliginem: & quoniam parum aberam à castris, quod Canosalim dicitur, facile periculum euadere potui ad castrum fugiendo. Plures tamen è comitiua mea in retiaculum illud daemontiacum incidentes, partim uenditi, & partim interfecti fuerunt.

Planicies illa de qua iam dictum est, meriditem uersus extenditur ad spatium quinq; diatarum. In extremitate uero eius incipit uia sensim descendere, ut per uiginti miliaria semper in praecipit cogaris ire: & est uia ipsa pellicina, atque ob praedatores periculis non carens. Tandem uenitur ad campestria

Boues gibbosi

Arietes maximi

pellria  
locus  
rum. E  
citra n  
restra  
niunt  
aureos  
rentes  
pfa cal  
terae c  
alij op  
perint  
guese  
dunt d  
nam n  
funt e  
unde f  
assult  
le una  
Pice n  
quos &  
lid ad  
he illi  
quand  
nia ha  
hunte,  
non ra  
quida  
mio ca  
cula, n  
rit: atq  
in hac  
sio M  
& coll  
cuisse  
aquis  
us fuer  
diebu  
guinea  
que ac  
De  
VT  
est  
& luf  
nies m  
perlin  
ctus, a  
amara  
fructib  
dines  
E V  
qu  
aquis  
tes col



peſtria pulcherrima, quæ in longum ad duas diætas ſe extendunt, uocaturq; locus ipſe Formoſa. Abundat terra illa riuus aquarum, & arboribus palmarum. Eſt quoque ibi copia diuerſarum auium, præſertim papagayorum, quæ citra mare non habentur. Hinc peruenitur ad mare Creanum, in cuius litore ſita eſt ciuitas Cormoſa, optimam habens portum, ad quam multi conueniunt negotiatores, ab India aromata, margaritæ, lapides, pretioſos pannos aureos & hoſericos, dentesq; elephantorum, & alia pretioſa quæq; adferentes. Eſt ciuitas illa regalis, habens ſub ſe ciuitates & caſtra. Regio tæro iſta calida eſt & infirma. Si extraneus quiſpiam mercator in ea moriatur, rex terra omnia eius conſiſcat bona. Vinum faciunt in illa terra ex dactylis, atq; alijs optimis ſpeciebus: tamen qui eo nõ ſunt aſſueti, & primum bibere cœperint, uentris fluxum cient: qui uero aſſueti fuerint, mirum in modum pingueſcunt. Incolæ loci non ueſcuntur pane tritico & carnibus, ſed comedunt dactylos, piſces ſalitos, & cepas. Naues habent non admodum tutas: nam non conſolidat eas clauis ferreis, ſed ligneis cum filiſ quibuſdam, quæ ſiunt ex corticibus nucum Indicarum. Hi cortices in modum corij parantur, unde ſila ſcinduntur, & ex filiſ funes ſiunt fortiffimi, qui aquarum impetũ & aſſultum ferre poſſunt, nec ab aquis facile corrumpuntur. Habent naues ille unas arbores, una uela, unoſq; temones, nec niſi uno teguntur operitorio. Piſce non linuntur, ſed piſcium ſumme. Et quum in Indiam tranſfretant, equos & alia onera ſecum deferentes, multas amittunt naues, quod mare illud admodum tempeſtuofum ſit, & naues ferro non ſunt communitæ. Incolæ illius regionis nigri ſunt, Mahumeticq; legi addiſi. Aæſtatis tempore, quando æſtus intolerabiles ſunt, non morantur in ciuitatibus, ſed extra moenia habent uiridaria aquis irrigata, & per canalia huc illucq; aquam trahunt, illicq; habitantes ſolis calorem aliquantulum ſubterfugiunt. Fit etiam non raro, ut à regione cuiuſdam deſerti, ubi nihil eſt præter ſabulum, uentus quidam urens & uehemens ſpiret: & niſi homines ilico fugam caperent, nimio calore oppreſſi ſuffocarentur. Sentientes enim prima illius uenti ſpiracula, mox ad aquas conſugiunt deliteſcuntq; in eis, donec ſtatus exſpirauerit: atq; in hunc modum ardorem illum ab arena allatum eſſugiunt. Fit quoq; in hac regione, ut ſememet non niſi in Nouembri in terrâ ſpargant, & in initio Martij ſegetem demetant, quo tempore etiam aliq; fructus matureſcunt & colliguntur. Nam poſt Martium arborũ folia & herba nimio calore percuſſa exareſcunt, ut per totam æſtatem nec unum urens folium, niſi iuxta aquas inuenias. Mos eſt huius patrie, quum quiſpiam paterfamilias mortuus fuerit: ut uxor eius relicta quatuor annis continuiſ eum lugeat, ſingulis diebus ſemel ſtetui uacans. Conueniunt etiam ad deſuncti domum conſanguinei eius & uicini quicq; magno rugitu illius mortem deplorantes, atque acerbas facientes querelas.

De regione quæ eſt inter ciuitates Cremonæ & Cremam. CAP. XXIII.

UT etiam ad alſas ſtylum uertam regiones, relicta iam India redeundum eſt mihi ad Cremam, ut hinc recto ordine progrediar ad eas quas uidi & uſtraui terras. Igitur ſi grefſum à Cremona uerſus Cremam moueris, inuenies magnam & pulcherrimam quãdam planiciem, nulla re quæ ad uictum pertinet carentem: præſertim tritico abundat: uerum panis ex eo confectus, ab ijs qui eo non ſunt aſſueti, comedi non poteſt, adeo amarus eſt, ab amara aqua illi impaſta. Abundant etiam incolæ dactylis, & alijs ſuauiſ fructibus. Habent in ſuper thermas contra ſcabiem, & alias multas ægritudines efficaſes.

De regione inter Cremam & Cobinam ſita, CAP. XXV.

VENDO à Crema uerſus ciuitatem Cobinam, occurrunt iter tædioſiffimũ, quippe quod in longum ad ſeptem extenditur diætas, nullas ſerè habens aquas, niſi per paucas, & has quidem ſalſas & amaras, uiridem præ ſe ferentes colorem, perinde ac ſi herbarum eſſet ſuccus: & qui uel paululum ex eis

deſtbauerit, uentris profluuium euadere non poteſt. Idem fieri ſolet ſi quiſ-  
piam guſtet ſal ex ea aqua conſectum. Neceſſe igitur eſt, ut uiatores aquam  
aliam ſecum portent, ſi modo non uelint ſibi periclitari. Iumenta quoq; ipſa  
horrent, quum aquam illam bibere coguntur, nec uenturis fluxum ubi bibe-  
rint ſubterfugiunt. Nulla propterea eſt in illo deſerto habitatio hominũ ne-  
que ferrariũ, exceptis onagris, quodd nec cibũ, nec potũ illic habere poſſint.

De ciuitate Cobinam. CAP. XXVI.

Cobinam eſt ciuitas magna, copiam habens ferri, chalybis, & audanici,  
Fiunt ibi ſpecula de chalybe pulcherrima & magna. Fit quoq; ibi tucia  
quæ oculis medetur, & eſpondium, idq; in hunc modum: Habet regio illa  
mineras, ex quibus terram fodiunt, & in fornacem ignitam proiectam deco-  
quunt, deſuper crate ferrea uaporem aſcendentẽ interceptante, in qua uapor  
conglutinatus, tucia efficitur. Materia uero groſſior, quæ in igne remanet,  
eſpondium uocatur. Sunt huius terræ incolæ Mahumeti ſectatores.

De regno Timochaim, & arbori ſolis, quæ à Latinis arbor ſicca uocatur.

CAP. XXVII.

Relicta ad tergum ciuitate Cobina, occurrit deſertum aſtud, habens in  
lõgitudine iter octo dierum, eſtq; in eo ariditas magna. caret arboribus  
atq; fructibus: & aquæ quas habet amariffimæ ſunt, ut etiam iumenta eas  
bibere recuſent: & niſi uiatores aquam ſecum deferrent, ſibi periclitarentur.  
Superato uero hoc deſerto uenitur ad regnum Timochaim, in quo multæ  
ſunt ciuitates & caſtra. Eſt regnum illud confine Perſidi à parte Aquilonis,  
creſcitq; in eius planicie arbor magna, arbor ſolis dicta, quæ apud Latinos  
arbor ſicca uocatur. Hæc groſſa eſt ualde, habetq; folia quæ ex uno latere  
ſunt candida, ex oppoſito uero latere ſunt uiridis coloris. Fructus nullos  
præter circos producit, eoſq; in modum caſtaneæ buxini coloris. Patet cam-  
pus ille circumquatq; ad multa milliaria, ut nec unam in eo inuenias arbo-  
rem. Aiunt Alexandrum Magnum ibi cum Dario conſiſſiſſe. Eſt autem  
tota terri regni Timochaim, ſaltem quæ inhabitatur, fertilis, & multarum  
rerum ferax, bonoq; aere temperata. Habet etiam uiros pulchros, ſed pul-  
chriores mulieres. Mahumeti perfidiam ſequuntur.

De tyranno quodam inſigni & ſiccarijs eius. CAP. XXVIII.

Eſt in terris illis regio quædam Mulete dicta, ubi dominabatur princeps  
quidam peſſimus, Senex de montanis dictus, de quo multo audiui: &  
quæ relaturus ſum, ab alijs multis regionis illius incolis didici, qui ita mihi  
dixerunt. Fuit princeps ille cum uniuerſo populo ſuo, cui præerat, legi Ma-  
humeti addictus. Is inauditam excogitauit malitiam: Nam homines quos-  
dam ſicarios ſeu gladiatores, quos uulgo aſſaſinos uocant, ſibi adiunxit, &  
per illorum effrenem audaciam quoscuq; uoluit occidit, ut breui omnibus  
terrori eſſet. Porro id hac impoſtura effecit. Erat in terra illa uallis quædam  
amœniſſima altiffimis ſeptem montibus, intra quam uiridarium plantauit  
maximum & pulcherrimum floribus odoriferis & fructibus ſuauiſſibus, atq;  
alijs delectabilibus reſertum herbis. Extruxerat etiam in illo orto palatia  
quædam egregia mira decorata pictura, & quicquid illis ornamento eſſe  
potuit, adhibuit. Porro quæ ad totius corporis uoluptatem faciunt, non eſt  
opus ut multâ de illis faciam mentionem, quum orto illi, & palatijs non de-  
ſuerint riui uarij, aqua, melle, uino & lacte fluentes, uaria muſicæ artis in-  
ſtrumenta melodiæ, choreæ, tripudiæ, paleſtræ, ueſtes pretioſæ, & miris ape-  
parantur omnium delectabilium rerum, quibus pro uoto fruebantur iuue-  
nes quidam intra uiridarium poſiti, qui aliud ni hil faciebant, quam quod  
uitam beatam uiuebant, triſtitiæ nullum dantes locum. Erat proinde in in-  
troitu hori caſtrum fortiſſimum, diligenti munitione cuſtodia, per quod for-  
lum, & per nullum alium locum patebat ingreſſus & exitus in hortum. Ex-  
tra locum illum habebat ſenex ille, cui nomen erat Alaodim, iuuenes quos-  
dam & uiros fortes, audacis atque inſtrati animi, quos ad hoc ipſum inſtitu-  
uebat



tuebat, ut animi sui detestabile exequerentur propositum. Curabat illos in-  
formari in nepharia lege Mahumetica, quæ obseruatoribus suis in uita futu-  
ra carnale promittit uoluptates. Et ut eos obsequentiores sibi redderet, &  
ad omne uitæ periculum intrepidos, quum illi uideretur, faciebat eis, uel quæ  
busdam eorum, dari potum quandam, quo inescati dementes fiebāt, & gra-  
ui opprimebantur sopore, interimq; in uisidarium ducebantur: & quum so-  
pore soluto euigilarent, & uiderent se tantis interesse delictijs, putabant se in  
paradisum dei raptos, uiueret; cum Mahumeto legislatore ipsorum, et illis  
quæ promissum perfrui gaudijs. Quid plura: Gaudebant se ex seculi miserijs ex-  
reptos, & iam aliam atq; felicem uiuere uitam. Sed quum paucis diebus his  
gaudijs interfuissent, senex quibus uolebat iterum memoratum potum bi-  
bendum exhibuit, & dementatos extra paradisum illam reduxit. Tūc illi ad  
se redeunt, & reminiscetes quibus & quantis ad modicum tempus potitū  
fuisent gaudijs, supra modum dolebant, & tristes efficiebantur quod deli-  
ctijs illis perpetuo frui non concessum sit, mortem libetē subituri, modo hæc  
uita tam modice degustata, semper uiuant. Tunc tyrannus ille, qui dei pro-  
phetam se esse mentiebatur, aiebat illis: Audite me, & nolite cōtristari: si pa-  
rati estis, ut pro mea obedientia mortem intrepide, ubi illata fuerit, subeat, si-  
participes uos pronuntio futuros illorum gaudiorum, quæ ad horam uidi-  
stis. At miseri illi mortem lucrum putantes, nihil tam difficile aiunt iniun-  
gendum, quod pro illa beata uita consequenda non libenter subeant. Abuti-  
tur igitur tyrannus ille his prefactis hominibus ad innumera homicidia, qui-  
pe qui corporalem uitam prostituentes, cōtemnebant etiam mortem ipsam  
& passim ad tyranni iussus in regione illa sic grassabantur, ut omnibus ho-  
minibus essent formidini, & nemo infantia illorum auderesset; sicq; fie-  
bat, ut multæ regiones, & potentes uiri tyranno illi tributarij fierent.

De interfectione memorati tyranni.

CAP. XXXIX.

**A**Nno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secūdo Allau rex Tar-  
tarorum, potenti exercitu tyranni illius castrum obsedit, cupiens tantum  
periculum è suis eliminare partibus. Et elapsis tribus annis cepit illum cum  
omnibus Assassinis suis: defecerant enim illis uicualia: & funditus aboleuit  
locum, & homines interfecit.

De ciuitate Sopurgam &amp; terminis eius.

CAP. XXX.

**R**ecedendo à præfato loco uenitur ad regionem quandam satis amcenā,  
quæ habet colles, planicies, & optima pascua, uberrimos denique fru-  
ctus: est enim solum eius feracissimum: neque ullam habet penuriam præ-  
terquam aquæ: nam eundem est per quinquaginta aut sexaginta miliaria,  
donec aliquid aquæ inuenias: unde nisi uiatores aquam secum deferrent, sæ-  
pe siti periclitarentur, id quod etiam iumentis accidere solet. Festinanter igitur  
regio ipsa percurrenda est, præsertim ubi tanta est terræ ariditas. Extra il-  
lam siccitatem habet regio illa multas ciuitates & oppida. Incola Mahume-  
tum agnoscunt. Post hæc uenitur ad ciuitatem Sopurgā, ubi omniū uicualium  
u reperitur copia: præsertim abundant sibi pepones, quos filis diuidunt nō  
secus quam cucurbitæ dissecantur, & desiccatos ad proximas terras uenden-  
das portant, à quibus auide comeduntur, quum mellis ferē habeant dulcedi-  
nem. Sunt etiam in regione illa plurimæ uenationes bestiarum & auium.

De ciuitate Balac.

CAP. XXXI.

**P**rætereuntes inde uenimus in ciuitatem quandam Balac nomine, quæ  
olim magna & nobilis fuit, sumptuosa habens marmorea palatia: nunc  
uero à Tartaris diruta est. In hac ciuitate ferunt Alexandrum Darij regis si-  
liam in uxorem accepisse. Hæc ab Aquilone terminatur ad Perisid prouin-  
ciam. Quod si hinc soluas & procedas inter orientem & Aquilonem, non  
inuenies ad duas digtas ullam habitationem: quia habitatores loci tot mole-  
stias à latronibus & prædonibus passi, coacti sunt fugere ad montana, loca,  
scilicet tutiora. Inueniuntur sibi aquæ multæ, atq; uenationes bestiarū pluri-

ma: sunt quoque illic leones. Viatores quoniam nihil alimentis in itinere inueniunt, uiscualia secum deferunt, quæ pro duobus diebus illis sufficiant.

De regno Taicam & terminis eius. CAP. XXXII.

*Montes salii*  
**E**Xactio itinere duorum dierum quos memorauimus, occurrit castrum quoddam Taicam uocatum, ubi frumenti magna est copia, ægerque ipsa pulcherrimus. Sunt ibi quoque montes salis ad meridiem extenti, tam magni, ut totus mûdus hinc sal sufficiens habere posset. Est autem sal ipsum tam durum, ut non nisi cum ferreis malleis è montibus erui possit. Quod si ultra ab isto loco procedas, inter plagam, scilicet, orientalem & aquilonarem eundo, post tres consummatas dietas uenies ad ciuitatem Scassem, licet alia quoque oppida in itinere occurrant. Huius regionis incolæ omnes Mahumetum colunt: bibunt tamen uinum, cuius terra illa sicut & frumenti atque fructuum maxime est ferax: imò tota die nihil agunt, quàm quòd calicibus euacuandis incumbunt. Est uinum illud coctum & optimum. Homines uero sunt pessimi, sed optimi uenatores: nam abundat terra eorum bestis syluestribus. Nudè caput incedunt, nisi quòd uiri chordula quadam longitudinis decem palmorum caput ligant. E bestiarum uero syluestribus, quas capiunt, pellibus indumenta sibi parant, sicut & caligas & calceamenta, nec alij utuntur uestibus.

De ciuitate Scassem. CAP. XXXIII.

*Sues spinosi*  
**C**iuitas autem Scassem in planicie est sita, habet que in circumscriptionibus montibus multa castra. Fluit etiã per medium eius magnus quidam fluuius. Sunt in regione illa multi sues spinosi, qui quum capiuntur, spinis suis sepe homines & canes lædunt: nam canes à uenatoribus in porcos prouocati, adeò iritant & commouent feras illas, ut simul concurrentes terga sua, quibus spinæ innituntur, uehementer commoueant, atque stimulos ipsos uehementia quadam excutiãt, atque in uiciniores homines & canes uibrent. Habet gens illa linguam propriam: pastores eius morantur in montibus, uendentes sibi cauernas pro habitaculis. Itur hinc per tres dietas ad prouinciã Balasciã, atque intermedio itinere nulla humana occurrit habitatio. Necessè igitur est ut uiatores cibum & potum secum portent.

De prouincia Balasciã. CAP. XXXIII.

**B**alasciã est prouincia magna, habetque linguam propriam, cultui Mahumeti dicata. Reges eius, qui iure hæreditario sibi inuicem succedunt, ab Alexandro Magno originem duxisse feruntur. Producit hæc eadem prouincia lapides preciosos atque magni ualoris, qui à nomine regionis balasci uocantur. Nemo citra capitis pœnam audet huiusmodi lapides uel fodere, uel extra regionem asportare, nisi cum licentiã & consensu regis: omnes enim illi lapides regis sunt, & is mittit eos quibus uult uel pro dono, uel pro solutio ne tributi: multos etiam commutat pro auro & argento. Usque adeo autem terra illis turgescit lapidibus, ut ad regem parum hinc rediret emolumentis, si passim omnibus permitteret eos fodere & distrahere: nam sic lapis ipse uilior redderetur. Suppediat quoque mons alius in hac prouinciã lazulum, de quo fit azurum optimum, quale etiam in mundo non inuenitur. Elicitur autè ex mineris non secus ac ferrum: præbent quoque minere argentum. Regio ipsa ualde frigida est. Equos habet multos & optimos, magnos & ueloces, qui tam duras & fortes in pedibus habent plantas & ungulas, ut ferramento opus non habeant, etiam quantumlibet per saxa & montes currant. Abundat præterea regio ipsa uenatione bestiarum & autum. Habet quoque herodios, seu optimos falcones. Fert ager eius triticum optimum, hordeum & milium in magna copia. Oliuïs caret, sed ex nucibus etissima oleum conficiunt. Incolæ extraneas gentes minime metuunt, eo quòd introitus in prouinciã sunt multum arcti, nec possunt hostes facile irrumperè. Ciuitates eorum & castra arte & natura munita sunt, Sagittarios habent certos, & uenatores optimos. Induuntur ut plurimum corio: nam uestes lanceæ & lineæ



ibi haberi nequeunt, nisi pro magno pretio. Mulieres tamen nobiles utuntur pannis sineis & bombicinis.

De prouincia Basctæ. CAP. XXXV.

PRouincia Basctæ distat à regione Balasctæ decem diariis. Et est regio ipsa ualde calida: unde fit ut homines nigri sint, sed astuti atque mali. Lingua habent propriam: & in auribus gestant in aures aureas & argentæas, atque margaritas. Vescuntur carnis & riso: idololatæ sunt, incantationibus & dæmonum inuocationibus uacantes.

De prouincia Chesimur. CAP. XXXVI.

PRouincia Chesimur distat à Basctæ per diartas septem. Incolæ eius lingua propriam habent, & idololatæ sunt, idola consulescentes, atque responsa à dæmonibus recipientes. Faciunt quoque arte diabolica, ut aer in caliginem condensetur. Bruni coloris sunt, hoc est, nigricantis: nam regio temperata est. Carnibus uescuntur & riso, & tamen macilentissimi sunt. Ciuitates ibi multæ sunt & oppida. Rex eorum nulli tributarius est, quia neminem timet, desertis undique uallatis, quo fit ut difficilis ad eos sit accessus. Sunt in hac prouincia quidam eremite, qui in monasterijs & cellis idolis seruiunt, cum magna cibi & potus abstinentia deos suos honorantes, quos etiam plurimum reuerentur, & cauent ne eos offendant, nepharia illorum mandata transgrediendo. Unde & uulgo in magno honore ei habentur eremite.

De prouincia Vocam, & montibus in ea altissimis.

CAP. XXXVII.

Hi iam iterum occurreret India, si iuxta priorem tramitem progredere, sed quia illam in tertio libro descripturus sum, iam aliam uiam pergere statui, ad Balasctiam, scilicet, redeuntis, & hinc inter plagam Aquilonarem atque orientalem iter facientes. Igitur spatio duorum dierum uenitur ad flumen quoddam, ubi multa sunt caltra & uillæ: & homines illorum locorum prohi sunt, & in armis strenui, sed Mahumetum colunt. Rursus spatio aliorum duorum dierum uenitur ad prouinciã Vocam, quæ subiecta est regi Balasctæ, habens in longum & latum spatium trium diartarum. Incolæ eius habent linguam propriam, & colunt Mahumetum. Sunt etiam strenui belatores atque boni uenatores: nam abundat regio illa syluestribus animalibus. Hinc si discedas ad orientalem plagam, ascendendum tibi erit per tres continuos dies, quousque peruenias ad montem altissimum, & quo altior non est in mundo. Ibi etiam inuenitur inter duos montes planities quedam amena, & in ea fluuius pulcherrimus, iuxta quem optima sunt pascua, ita ut in illis equus aut bos macilentus decem dierum spatio pinguecat. Est ibi copia animalium syluestrium: præsertim inueniuntur ibi arietes syluestres maximi, longa habentes cornua, ex quibus uaria uasorum genera effinguntur. Continet planities illa in longitudine spatium quod duodecim diebus peragrari potest, uocatur que Pamer. Sed si longius progrediare, deserti speciem præ se fert: nec est ibi ulla habitatio humana, aut ulla herba uiuens. Cogitur itaque uiatores secum ferre ea quæ illis sunt necessaria, pro corporis sustentatione. Nulla quoque ibi apparet autis, propter frigus, & nimiam terræ elevationem, quæ pabulum nullum administrare potest animalibus. Ignis si quandoque ibi accendatur, obstante nimia regionis frigiditate, non est ita lucidus, nec adeo efficax in sua actione, ut in locis demissioribus. Hinc uia ulterius ducit inter orientem & Aquilonem per montes, colles atque ualles, in quibus multa inueniuntur flumina, nulla autem habitatio humana, nec ulla herba: uocatur que regio ipsa Belor, omni tempore hyemis effigiem præ se ferens, eaque facies perieuerat, donec uiator quadraginta diartas absoluat. Pro tot etiam diebus necesse est ut uictum secum deferat. In montibus tamen altissimis hinc inde in omnium habitationes conspiciuntur, sed qui pessimi & crudeles sunt, idololatriæ dediti, qui ex uenatione uiuant & corio uestiuntur.

De

De provincia Cassar.

CAP. XXXVIII.

POST hæc peruenitur ad provinciam Cassar, quæ magno Cham tributaria est. In ea sunt vineæ, ulmidaria, arbores fructifera, bombyx, & altæ agrorum possessiones. Incolæ uero habent linguam propriam, & sunt negotiatores et artifices, atq; luci gratia per provinciam discurrentes, adeoq; auri ditius inhiant, ut uix satis de partis edere audeant. Mahumet quoque legi parenti tamen quidam Christiani Nestoriani ibi inueniuntur, qui suas quoque habent ecclesias. Regio patet quinque dierum spatio.

De ciuitate Samarcham, &amp; miraculo columnæ in ecclesia facti.

CAPVT XXXIX.

SAMARCHAM ciuitas magna & egregia est in regione illa, tributaria nepoti magni Cham. In hac habitant Christiani cum Saracenis, hoc est, Mahumetanis. Accidit uero his temporibus in ea diuina uirtute tale miraculum. Frater magni Cham, nomine Cigatai, qui regioni illi præfuit, peruersus à Christianis baptismi suscepit sacramentum. De quo Christiani gaudentes, fauore illius ædificauerunt basilicam magnam in illa urbe, in honore diuini Iohannis Baptistæ. Porro architecti ecclesiam illam tali fabricauerunt ingenio, ut tota eius testudo uni niteretur marmoræ columnæ, quæ medium ecclesie tenuit locum. Habebant tunc Saraceni insignem lapidem qui omnibus modis ad hoc quadrabat, ut basis loco præfatam sustineret columnam. Raptus igitur à Christianis, in fundamento columnæ locatus est. De quo Saraceni dolentes hincere non audebant, quum princeps ad hoc ipsum annuisset. Factum est autem, ut aliquanto post tempore princeps ille moreretur, & illi filius eius succederet in regno, non autem in fide. Tunc Saraceni ab eo obitauerunt, ut Christiani lapidem illum, quem columnæ supposuerant, reddere cogerentur. Et quum illi pretium satis dignum offerrent, recusarunt Saraceni quicquam aliud accipere quam lapidem. Quod hac impostura faciebant, ut Christianorum ecclesia funditus destrueretur. Christiani itaque uidentes durum esse contra stimulum calcitrare, aliò confugere nequiterunt, quam ad deum, & ad sanctum suum Iohannem Baptistam, quem lachrymosis oculis inuocare cœperunt. Adueniens itaque die quando lapis sub columna auferendus erat, ne ecclesia diutius maneret, nutu diuino longe aliud accidit, quam perisidi sperauerant Saraceni. Si quidem columna ipsa ad eò subleuata est ab ipsa basi, ut trium palmorum spatium inter utriusq; lapidis superficie intercesserit, & columna ipsa iam testudinem ecclesie non ferret, sed uiceuersa testudo columnam portaret, id quod in hunc usq; diem perseverat.

De provincia Carcham.

CAP. XL.

URSUM ab hac urbe digressi uenimus in provinciam Carcham, quingualiter diem itinere in longum procedentes. Hæc omnino uictualium habet copiam, subiecta dominio nepotis magni Cham. Incolæ Mahumetum colunt. Habitant tamen inter eos quidam Christiani Nestoriani.

De provincia Cotam.

CAP. XLI.

PROUINCIA Cotam sequitur provinciam Carcham, sita inter plagam orientalem & aquilonarem. Subiecta est dominio nepotis magni Cham, habetq; ciuitates & oppida multa. Metropolis eius uocatur Cotam. Extenditur provincia in longum itinere octo dierum. Nullius rei quæ ad uictum pertinet in ea est defectus. Habet copiam bombicis, atq; vineas multas & optimas. Homines uero sunt imbelles, sed boni artifices & negotiatores. Mahumetum agnoscunt.

De Prouincia Peim.

CAP. XLII.

PROGREDIENTIBUS ultra per eandem plagam occurrit provincia Peim, extensa in longum quinque dierum itinere. Subiecta est magno Cham, habetq; multas ciuitates & castra. Metropolis eius uocatur Peim iuxta quam currit fluuius, in quo pretiosi inueniuntur lapides, nempe iaspides & chalcidoni.



donij. Incolæ regionis reuerentur Mahumetum, & sunt eximij artifices atq; negotiatores. Abundant bombice, & uictualium habent copiam. Est con-  
suetudo in hac prouincia, quando maritus quispiam ob certam causam in  
alium locum commigrat, & infra uigefimam diem domum non redit, lice-  
bit uxori alium ducere maritum priore relicto. Id idem licitum est uiro, po-  
steaquam domum reuersus fuerit, ut, scilicet, impune matrimonium cum a-  
lia contrahat uxore.

De prouincia Ciartiam.

CAP. XLIII.

Post hæc uenitur ad prouinciã Ciartiam, quæ est sub dominio magni  
Cham, habetq; ciuitates & alia multa. Metropolis eius, unde etiam ipsa  
denominata est, uocatur Ciartiam. Reperiuntur ibi in fluminibus multi la-  
pides pretiosi, præsertim iaspides & chalcodonij, quos negotiatores deferunt  
ad prouinciã Cathaf. Est prouincia Ciartiam multum sabulosa, plurimas  
habens aquas amaras, unde sterile solum redditur. Quando extraneus ali-  
quis exercitus hæc transit prouinciã, incolæ eius omnes cum uxoribus, fi-  
lijs, animalibus, & cuncta suppellectile fugiunt in aliam regionem uicini-  
orem, ubi pascua & aquam bonam inueniunt, ibiq; morantur donec hostium  
exercitus transierit: & quum hostium effugiunt conspectum, uentus ad e-  
let uestigia eorum arenæ impressa, ut superuenientes hostes illorum iter ne-  
quaquam explorare possint. Si uero Tartarorum exercitus, quibus subiecti  
sunt, eorum pertransierit terram, ipsi non fugiunt, sed animalia duntaxat in  
alium abigunt locum, quod Tartari pro acceptis uictualibus nihil rependat.  
Recedendo ab hac prouincia, sabulum quinq; dierum spatio terendum est,  
ubi nulla ferè alia aqua, quam amara inuenitur, donec perueniatur ad ciuita-  
tem Lop nomine. Et nota quòd omnes iam memoratæ prouinciæ, nempe  
Cascar, Carcham, Cotam, Peim, & Ciartiam usq; ad ciuitatem Lop, ponun-  
tur intra magnæ Turchiæ terminos.

De ciuitate Lop &amp; deserto maximo.

CAP. XLIIII.

Lop est ciuitas magna, ad introitum deserti magni, inter orientem & Aquil-  
onem sita. Incolæ eius Mahumetum colunt. In ea faciunt sibi mercato-  
res, qui desertum transire cupiunt, parare cuncta necessaria. Quiescunt etiã  
in ea aliquanti sper, prouidentes sibi de fortibus asinis & camelis, quos uictua-  
libus onerant. Et quando in deserto uictualia deficere incipiunt, interficiunt  
asinos, uel in deserto relinquunt, quia non poterunt amplius illis de pabulo  
prouidere quousq; desertum superauerint. Camelos tamen libentius seruãt,  
quod pauco sustententur cibo, & grauiã onera ferant. Offert desertum illud  
magnum uiatoribus, aliquando aquas amaras, sed frequentius aquas dul-  
ces, ut ferè singulis diebus per illostriginta dies, quibus desertum ipsum uix  
pertransiri potest, aquam recentem inueniant, sed quæ interdum ad eòd modum  
est, ut non omnibus mercatoribus simul euntibus sufficiat. Est desertum il-  
lud multum montuosum: & ubi ad planiciem peruenitur, illic per sabula eundem  
est. Est in uniuersum sterile & squalidum, nullumq; propter pabula pe-  
nuriã animalibus præstat habitaculum. Cernuntur & audiuntur in eo in-  
terdum, & sæpius noctu, dæmonũ uariæ illusiones. Vnde uiatoribus summe  
cauendum est, ne multu ab inuicem seipsos dissociet, aut aliquis à tergo sese  
distitius impediãt: alioquin quamprimu propter montes & colles quispiam  
comitũ suorum aspectum perdiderit, ut non facile ad eos perueniãt: nam au-  
diuntur ibi uoces dæmonum, qui solitarie incedentes proprijs compellãt no-  
minibus, uoces singentes illorũ quos comitari se putant, et à recto itinere ab-  
ductos in perniciem deducunt. Audiuntur interdum in aere cõcentus multi  
corum instrumentorum, sed frequentius sonitus tympanorum. Est igitur hu-  
ius deserti transitus periculis plenus.

De ciuitate Sachion, &amp; combustione corporũ mortuorũ.

CAP. XLV.

Sperato deserto peruenitur ad ciuitatem Sachion, quæ sita est in ingres-  
su prouinciæ magnæ Taguth ubi inter Mahumeti cultores pauci inue-  
niuntur

Dæmonum  
prestigia

niuntur Christiani Nestoriani. Sunt quoque ibi plurimi idololatrae, qui etiam linguam propriam habent. Verbis huius incolae negotiationibus non vacant, sed de fructibus terrae viuunt. Habet denique urbs ipsa multa monasteria diuersis idolis consecrata, in quibus multa offeruntur sacrificia, & demonibus magna à populo exhibetur reuerentia. Et quando homini filius aliquis nascitur, statim commendat eum idolo alicui, atque in honorem eius anno illo in domo sua nutrit arietem, quem anno à natiuitate filij reuoluto, proximo filius idoli selto unà cum filio offert eum multis caerimonijs & magna reuerentia. Postea coquuntur carnes arietis, & idolo denuo offeruntur, dimittunturque ante idolum tam diu suspensae, donec completae fuerint nephanda orationes, quas ante ipsum iuxta consuetudinem suam murmurare solent. Et in primis rogat pater idolum cum magna instantia, ut filium sibi commendatum conseruet. Officio finito, immolatas carnes ad locum alium deferunt, & consanguinei illius omnes pariter congregati, carnes illas cum magna religione comedunt, ossa uero decenter in ualculo quodam conseruant. Ceterum in mortuorum parentatione his utuntur caerimonijs, Curant proximi quique ut corpora exanimata comburantur in hunc modum. Primo interrogant astrologos, quando mortuus in ignem sit conijciendus. Tum illi quaerunt quomense, die & hora is qui in fata concessit, sit natus: constellationeque peripetia, indicant diem quando sit comburendus. Alij uero mortuum corpus aliquot diebus reseruant, aliquando septem diebus, quandoque per menses, nonnunquam per sex menses, domi capsam illi parantes, & tali ingenio latera compaginantes, ut nullus foetor ex ea exhalare possit. Corpus etiam ipsum aromatibus condunt, & capsam pulchre depictam panno pretioso operiunt: & singulis diebus quibus cadauer domi tenetur, hora prandij mensa iuxta capsam praeparatur, uino & cibo per integræ horæ spatium desuper positus, putantes defuncti animam de appositis manducare. Et quãdo defuncti corpus est offerendum, astrologi consuluntur qua ex porta id sit faciendum. Nam si porta aliqua dum cõstrueretur caruit bonis fatis, illam indicat fugiendam atque incongruam per qua mortuorum cadauera esserantur, indicantque aliam qua huic rei accommodata sit, aut nouam iubent in pariete fieri aperturam. Dum uero funus per ciuitatem portatur, lignea turgida in uia construuntur, atque sericis & aureis pannis cooperiuntur: & quum defuncti cadauer ante ea portatur, effundunt in terram uina & delicata cibaria, putantes defunctum in alia uita his recreari rebus. Antecedunt etiam funus ipsum uaria instrumenta mulices, in quorum concentu maxima est iucunditas. Et quum ad locum combustionis uentum fuerit, scribunt & pingunt super chartas imagines uirorum ac mulierum, itemque multorum denariorum, quae omnia simul cum cadauere comburuntur. Aiunt enim defunctum illum tot seruos & ancillas, animalia & denarios in alia uita habiturum, quot cum eo fuerint imagines combustae, uicturusque sit perpetuo in diuitijs illis & honore. Hanc superstitionem seruat fere ubique caecitas paganorum in partibus orientis, quum cadauera defunctorum comburunt.

De prouincia Camul.

CAP. XLVI.

**C**Amul prouincia est intra magnam prouinciã Tanguth, subiecta imperio magni Cham, habens ciuitates multas & oppida. Attingit autem terra Camul duo deserta, magni scilicet, de quo iam supra diximus, & aliud quoddam minus. Abundat haec prouincia his que pro uite sustentatione homino opus habet. Habent incolae huius regionis linguam propriam, & ad aliud non uidentur nati, quam uacare ludis & tripudijs. Idololatrae sunt & cultores daemonum, ad hoc ab ipsis persuasi, quando uiator quispian pertransiit ad domum alicuius hospitijs gratia diuertit, suscipit eum paterfamilias cum magno gaudio, atque praecipit uxori & toti familiae, ut quamdiu ille apud eos manere uoluerit non excludatur, sed illi in omnibus obediant. Ipse uero interitum discedit, non reuersurus quamdiu hospes in edibus suis manserit. Et u

Hospitalitas  
mira



xor interim paret hospiti ut marito suo. Sūt mulieres illius regionis formosae & uiri à dijs suis hac demeriti sunt stultitia, ut putēt sibi gloriosum esse si eas uiatoribus prostituāt. Tempore uero quo regnauit Moguth magnus Cham & rex omnium Tartarorum, audita hac populi Camul stultitia, mādauit ipsi ne amplius seruariēnt hanc detestabilem cōsuetudinem, sed potius uxorū suarum custodientes pudicitiam, communia pararent hospitiā, in quae aduenē & superuenientes diuerterent uiatores, & prouinciā tanta nō fecerent turpitudine. Viri uero Camul audito hoc regis mandato, plurimū sunt committati, missisq; nuntijs & muneribus, instantissimē rogauit, ut tam graue reuocaret edictum, & traditionem illam, quam à suis senioribus ueluti per manus acceperunt, non aboleret, maxime quum compertum haberent se propter illud hospitalitatis beneficium deorum suorum cōsequutos gratiam, & terram nunquam deorum munere sua destitutam fecunditate. Rex uero Moguth audita querela, acquieuit petitioni illorum, & reuocans mandatum dicebat, Quod ad me attinet, uobis mādauit ut detestabilem illam & toto orbe inauditam aboleretis consuetudinem: sed quia opprobriū honorem ductis, habere opprobrium ut optastis. Nuntij itaq; alias portantes literas, quae priores cassauerunt, uniuerso populo magnum attulerunt gaudium. Et is mos usq; in hodiernum diem à populo illo custoditur.

## De prouincia Chinchinthalas. CAP. XLVII.

POST prouinciā Camul sequitur prouincia Chinchinthalas, quae ab Aquilone confinis est deserto, habetq; in lōgitudine iter sexdecim dierum. super iectā dominio magni Chā. Habet ciuitates & castra multa. Populus eius in terra diuisus est sectas. Pauci quidam confitentur Christum, & hi sunt Nestoriani: alij Mahumetum colunt, tertij idola adorant. Est in hac prouincia mons, in quo inueniuntur minerae chalybis & audanici: itemq; salamandrae, de quibus fit pannus, qui si in ignem proiectus fuerit, non comburi potest. Fit autem pannus ille de terra in hunc modum, ut quidam e socijs meis, uir singulari praeditus industria, Curficar nomine, Turchus me edocuit, qui in prouincia illa mineralium operi praesuit. Inuenitur in monte illo minera quaedam terrae, quae sila producit lanae haud dissimilia: & haec ad solem deflecata in mortario aeneo teruntur, deinde lauantur, & quaequid terrenum illis adhæret submoetur: demum sila illa sic purgata & attenuata, ut alia lana nentur, atq; in pannum contextuntur. Et quando pannos illos uolunt dealbare, proficiunt eos ad horam in ignem, & tunc ex flammis illæsi educuntur niue candidiores. Haud secus purgant eos, quando maculas aliquas contraxerint: nam lotura alia praeter ignem illis non adhibetur. De salamandra uero serpente, qui in igne uiuere dicitur, nihil explorare potui in orientalibus regionibus. Auit Romae mappam quandam haberi, ex salamandra contextam, in qua sudarium domini inuolutum retinetur, quam rex quidem Tartarorum Romano misit pontifici.

## De prouincia Suchur. CAP. XLVIII.

ATergo relicta prouincia Chinchintalas, ducit iter ad orientem, & per decem continuas dietas nulla reperitur habitatio, nisi in paucis locis, quibus superatis, uenitur ad prouinciā Suchur, quae plures habet habitatio-nes & oppida. Metropolis eius uocatur Suchur. In hac prouincia inter multos idololatrias pauci inueniuntur Christiani. Sunt autem omnes magno subiecti Cham. Negotiationibus non uacant, sed de fructibus terrae uiuunt. In cunctis huius prouinciæ montibus inuenitur reubarbarum, quod inde per mercatores ad diuersas mundi portatur terras.

## De ciuitate Campiton. CAP. XLIX.

EST Campiton ciuitas magna & insignis, principatum habens in regione Taguth. Sūt in ea Christiani, Mahumetani, & idololatrae. Habēt idololatrae multa monasteria, in quibus idola sua colunt. Porro idola illa sunt forata uel ex lapide, uel ex ligno, uel ex luto desuper deaurata. Inter haec quaedam

y dam

dam sunt tam magna, ut decem passus contineant longitudine, terra ac si stipint iacerent affixa, iuxta quæ parua sunt posita idola, quæ maioribus reuerentiam exhibere uidentur. Habent hæc idolorum potentia etiam suos sacrificulos & religiosos, qui cæteris honestius uiuere uidentur: nam quidam seruiat castitatē, multumque cauent ne deorū suorū legem præuaricent. Totum anni circulum per lunationes computant, nec alios habent menses, aut hebdomadas præter lunares. In his lunationibus obseruant quinq; cōtinuos dies, in quibus nullam bestiam uel autem occidunt, nec carnem comedunt, tuunt etiam honestius quàm in reliquis diebus. Habent idololatræ in hac ciuitate hunc morē, ut quis triginta aut plures ducat uxores, iuxta quòd multas nutrire potest: prima tamen cæteris dignior habetur, & magis legitima censetur. Non recipit uir ab uxore dotem, sed ipse in animalibus, uel seruis aut pecunia iuxta possibilitatem suam conueniētem assignat dotem. Si uxor uero fiat odiosa, licitum est illi eam à se repudiare iuxta quod ei libererit. Accipiunt etiam uxores in secundo gradu sibi attinentes, similiter nouercas. Et multa peccata quæ apud nos grandia censentur, apud illos licita reputantur. Viuunt in multis non secus quàm bestiæ, ut satis mihi mores eorum sunt perspecti, qui unā cum patre meo atque patruo per anni spatium ob quædam negotia in hac ciuitate mansi.

De ciuitate Eryna, & alio deserto magno. CAP. L.

**A**Ciuitate Campition itur per duodecim diætas usque ad Ezinam ciuitatem, quæ affinis est arenoso deserto Aquilonem uersus. Sunt ibi cameli multi, & alia animalia multa, atque aues diuersi generis. Incolæ uero idolorum latræ sunt, de terræ fructibus uiuentes, & negotiationibus abstinentes. Prestant quoque sibi uisitatores in hac ciuitate commeatum, qui uolunt transire per desertum illud magnum, quod uergit ad Aquilonem, & non nisi quædraginta dierum spatio pertransiri potest. Nulla inuenitur in hoc deserto uirens herba, sicut nec ulla habitatio, nisi perrata in montibus quibusdam et uallibus, ubi aliqui homines estatis tempore morantur. In quibusdam etiam locis inueniuntur fere syluestres, præsertim onagri, qui ibi in magna discuntur multitudinē. Omnes autem iam memoratæ prouinciæ pertinent ad prouinciā magnā Tanguth.

De ciuitate Tarocorum, & origine dominij Tartarorum.

CAPVT LII.

**S**uperato memorato deserto, peruenitur ad ciuitatem Tarocorum, quæ est ad Aquilonarem plagam; unde originem duxit Tartarorum dominium. Nam habitauerunt primum in campestribus regionis illius, carentes ciuitatibus & oppidis, solum pascua quærentes, & aquas pro pecoribus nutriendis, nec habebant de gente sua principem, sed tributa pendebant magno cuidam regi Vncham nomine, quem hodie uulgo presbyterum Ioannem uocant. Sed indies incrementa sumentes, & seipsis fortiores euadentes, cepit rex Vncham timere, ne aliquando ab ipsis offenderetur, atq; in rebellionem prorumperent. Ut igitur potentia eorum minueretur, cogitabat operæpretium se facturum, si illos ab inuicē in partes secerneret, atq; in diuersas regiones collocaret. At illi nolentes à se inuicem disgregari, transierunt omnes pariter in desertum uersus Aquilonarem, magnam occupantes regionem, in qua tuti esse possent, nec regem suum timerent, negato etiam illi tributo.

Tartari regem ex seipsis eligunt, & discordiā inter eum & regem Vncham nascitur.

CAPVT LIII.

**P**Aucis transactis annis, Tartari omnium consensu eligunt ex seipsis uirum primum & sapientem regem, Cinchis nomine, anno scilicet domini M. C. LXXXVII. cui coronam imponentes, & omnes circumquaq; qui de gente illa erant concurrentes, uoluntario animo illi obedientiam & subiectionem pollicentur. Ille igitur ut erat uir prudens, subiectos optime gubernabat, atq; breui tēpore octo prouincias cepit, & regno suo adiecit.

do die

Vncham



do euitatem aliquam aut castrum cepit, neminem sinebat occidi, aut rebus suis spoliari, qui saltem imperio suo sponte se submittebat, atque secum ad alias proficiscens ciuitates, illi operam suam libens impendebat. Hac itaque humanitate usus effectus ut mirum in modum ab omnibus amaretur. Itaque uidentem se in tanta sublimari gloria & potentia, destinatis nuntijs ad regem Vncham, cui quondam tributa pendebat, rogabat ut illi filiam suam in uxorem collocaret. Quod ille regerrime ferens, cum indignatione respondit: Malo filiam meam Vulcano consecrare, quam seruo meo dare in uxorem. Et eisdem nuntijs Chinchis aiebat, Dicte domino uestro: Quia ad tantam creuisti superbiam, ut praesumas petere filiam domini tui in uxorem, en ne potiaris uoto tuo, faciam eam amara interire morte.

Vincitur rex Vncham à Tartaris. CAP. LIIII.

Adiens uero rex Chinchis molestam regis Vncham responsonem congregato magno exercitu, profectus est hostili animo contra regem Vncham, castra que posuit in planitie quadam magna Tanduc nomine, & mitens ad regem, denuntiat illi ut se defenderet. At ille ueniens cum maximo exercitu, descendit ad campestria, & castra sua posuit iuxta castra Tartarorum. Tunc Chinchis Tartarorum rex praecipit incantatoribus & astrologis suis, ut illi indicarent qualem euentum praelium futurum esset habiturum. Tunc astrologi scindentes arundinem per longum in duas partes, posuerunt diuisiones ipsas in terram, unamque uocauerunt Cinchis & alteram Vncham, dixeruntque regi: Interim quo nos inuocationes legerimus deorum, nutu ipsorum fiet, ut haec duae partes arundinis aduicem pugnent. Et cuius pars super alteram ascenderit, ille rex uictoriam in praelio obtinebit. Multitudine itaque ad spectaculum illud concurrente, coeperunt astrologi murmurare preces suas & legere incantationes, & mox commotae sunt partes arundinis contra se pugnantes, donec tandem pars Chinchis ascenderet super partem Vncham. Quo uiso, Tartari de futura certiore facti uictoria confortati sunt. Tertia igitur die praelium commissum est, & multis utrinque cadentibus, uictoria tandem penes Chinchin remansit, sicut factum est, ut Tartari regnum Vncham penitus sibi subiugarint. Regnauit autem Chinchis post mortem Vncham sex annis, in quibus multas acquisiuit prouincias: & quum ultimo castrum quoddam expugnare moliretur, accessitque propius, sagitta in genu percussus, interijt, sepultus in monte Alchai, ubi & reliqui Tartarorum principes huius successores, & qui de eius sunt progenie omnes sepeliuntur, etiam si centum dierum spatio funus fuerit adducendum.

Catalogus regum Tartarorum, & de sepultura eorum in monte Alchai.

CAP. LIIII.

Primus Tartarorum rex uocatus est Chinchis, secundus Cui, tertius Barchim, quartus Allau, quintus Mongu, sextus Cublai, qui modo rerum potitur, cuius potentia maior est quam omnium suorum praedecessorum: imò omnia Christianorum regna atque Saracenorum si unum essent regnum, uix adaequarent regnum Tartarorum, id quod suo loco manifestius fiet, ubi potentiam eius & dominium descripsero. Porro quando corpus magni Cham tumulandum deferretur ad montem Alchai, hi qui ipsum ad sepulturam committunt, perimunt passim eos quos in uita obuios habent, dicentes: Ite & domino nostro regi seruite in astra uita. Tanta enim infania percussus fuit, ut credant taliter occisos, in futura uita regis obsequio mancipandos. Nec modo sic contra homines insaniant, uerum & in equos saeuunt, quos obuiam uenientes iugulant unà cum defuncti regis optimis equis, putantes illos regni sui futuros. Quando corpus magni Cham Mongu huius praedecessoris ad montem Alchai sepeliendum ductum fuit, milites funus concomitantes, feruntur circiter uiginti millia hominum praedicta occasione interfecisse.

Crudelis super  
perfitio

## De generalibus moribus &amp; consuetudinibus Tartarorum.

## CAPVT LV.

**M**ulieres Tartaræ uiris suis fidelissimæ sunt. Absurdum est apud eos & intolerabile uitium, si quisquam ad proximi sui uxorem præsumat accedere: hoc unico studio apud eos cauetur, ne alter alteri in hac re iniuriam inferat. Id tamen apud eos honestum & licitum ducitur, ut quisque tot ducat uxores quot nutrire potest, licet prima cæteris principalior & honorabilior iudicetur. Præter sorores, omnes cõsanguineas quæ in lateralibus lineis comprehenduntur ducunt uxores, etiam nouercam, si pater mortuus fuerit. Sic fratre defuncto licebit superstiti fratri fratris reliquam ducere uxore. Viri ab uxoribus non recipiunt dotes, sed ipsi uxoribus atque earum matribus dotes assignant. Propter uxorum multitudinem, Tartari plurimos habent filios. Nec est uxorum multitudo Tartarie admodum onerosa, quum illæ suis laboribus multa lucrentur. Sunt præterea ad familiæ gubernationem, & ad ciborum præparationem multum sollicitæ. Non minori cura reliqua domus exequuntur officia. Viri uero uenationi, ac uicijis atque armorum exercitijs sunt intenti. Nutriunt Tartari multos greges bouum, ouium, & aliorum iumentorum atque pecorum, & cum illis morantur in locis pascuosis, estate quidem in montibus & frigidioribus locis ubi pascua & ligna inueniunt, hyeme uero ad calidiores regiones se trãserunt, ubi pabulum pro animalibus inueniunt. Domunculas habent in modum tabernaculorum filtro operatas, quas secum deferunt quocumque migrant. Nam possunt eas plicare & extendere, leuare & deponere. Ostita earum semper Austro obuertunt. Habent quoque quadrigas filtro cooperatas, quæ à camelis trahuntur, in quibus uxores, filios, & utensilia necessaria secum uehunt, atque à pluuia inuiriã defendunt.

## De armis &amp; uestibus Tartarorum. CAP. LVI.

**A**rima Tartari prælij tempore induuntur, non sunt ex ferro fabricata, sed ex corio forti atque solido parata, quale est corium bubalorum & aliorum animalium quæ habent duriora tergora. Sunt sagittarij optimi, à pueritia ad arcuum exercitiã assueti. Utuntur etiam clauis & gladijs, sed rarius. Illi qui cæteris ditiores sunt, utuntur indumentis sericis & aureis, & sub his deferunt pelles delicatas uulpium, aut armelinorum, aut aliorum animalium præsertim quæ uulgo Zebellinæ uocantur, quæ reliquis pellibus pretiosiores iudicantur.

## De cibis Tartarorum. CAP. LVII.

**U**escuntur Tartari cibis grossioribus, præsertim carne, lacte & caseo. Inhiant quoque uenationibus tam mundorum quàm immundorum animalium. Nam equos & carnes comedunt, atque reptilia quædam quæ in magna copia apud illos inueniuntur. Bibunt lac equarum, quod taliter præparant, ut uideatur esse uinum album, non admodum insipidus potus. Vocatur ab ipsis Chuinis.

## De idololatriã &amp; erroribus Tartarorum. CAP. LVIII.

**C**olunt Tartari pro deo numen quoddam ab illis confictum, quod Natagai uocant, putantque illud deum esse terræ, qui curam de ipsis ac filijs eorum, de fructus terræ atque gregibus pecorum gerat. Hoc numen in maximo habent honore, nec est aliquis qui in domo sua illi non imaginem dedicauerit. Et quoniam credunt numini Natagai esse uxorem & liberos, collocant etiam ipsi iuxta penates suos imagunculas quasdam uxoris ac filiorum locorum uxoribus quædam simulachrum ad sinistram, & filiorum imagines ante faciem idoli collocantes. His idolis magnam exhibent reuerentiã, præsertim quando uadunt ad prandium & coenam: tunc enim antequam ipsi comedunt, perungunt ora imaginum pinguedine carnis coctæ, & partem prandij aut coenæ extra domum in honorem illorum ponentes, credunt deos hinc cibari. Quo facto, ipsi ad mensam euntes comedunt. Si Tartari alicuius moriatur filius, qui nondum duxit uxorem, & isem alterius moriatur filia inuupta, conueniunt



unt utriusque defuncti parentes, & inter defunctos connubium faciunt: con-  
scriptisque contraclus illius literis, iuuenem & puellam in charta pingunt, &  
hanc cum pecunia contributa atque utensilibus & suppellectile Vulcano deuo-  
uent, credentes defunctos in alia uita matrimonialiter coniunctos. Faciunt  
quoque pro hac re solennes nuptias & de preparatis cibis non nihil hinc & hinc  
diffundunt, ut sponsus & sponsa ijs quoque uescantur. Quo facto, parentes &  
consanguinei defunctorum tali putant se affinitatis uinculo coniunctos, ac si  
nuptiæ illæ sponſis adhuc uiuentibus fuissent celebratæ.

## De strenuitate &amp; industria Tartarorum CAP. LIX.

Sunt Tartari homines bellicosi, strenui in armis, & ad subeundos labores  
intrepidi. Non sunt effæminati, molles, & delictijs assueti, imò tolerantissimi  
mi laborum & inediæ. Fit non raro ut per integrum mensem nihil aliud co-  
medant præter lac iumentorum & carnes animalium quæ in uenationibus  
capiunt. Equi quoque eorum dum belligeratum uadunt, sola herba quam  
in pascuis inueniunt nutriuntur. Insident armati equis suis tota nocte, & e-  
qui interim nihilominus pascuntur ubicunque bona inuenierint pascua. Ipsi  
quoque exiguo contenti sunt cibo, quantumlibet magnos subeant & perficiant  
labores. Ad capiendum ciuitates & fortalicia, singulari et magna utuntur a-  
stutia. Quum bellandi causa in remotas partes expeditionem parant, nihil se  
cum præter arma portant atque parua tentoria, sub quibus pluuia tempore la-  
titant. Portat etiam quislibet secum duo uascula, quæ uulgo flascones uocant,  
in quibus lac quod bibant ferunt, & ollam coquendis carnibus adaptandam.  
Quum uero sine mora ad remotissimas partes concedere uolunt, accipiunt  
secum lac in modum solidæ pastæ siccatum, quod in aquam tritum, potum  
illis & cibum præbet.

## De iudicijs &amp; iustitijs Tartarorum, CAP. LX.

Malefactores hoc modo puniunt. Si quis furatus fuerit rem parui ualor-  
is, & uita priuari non commeruit, creditur fuisse septem uicibus, aut de-  
cem & septem, aut uiginti & septem, aut quadraginta & septem, pro mensu-  
ra peccati istus inferendo, idque usque ad centum, addendo semper decem. Ali-  
quid tamen nonnunquam ex his percussionibus moriuntur. Quod si quis fu-  
ratus fuerit equum uel rem aliam, pro qua occidi meruit, merlo mucrone in  
uentrem eius occiditur. Quod si uitam suam liberare uoluerit, restituet furtum  
in noncuplo. Qui equos, boues, & camelos habent, signa sua pilis eorum in-  
uunt, atque sine custode ad pascua emittunt. Minutis tamen animalibus ad-  
hibent pastorum custodiam. Hæc primæ Tartarorum fuerunt consuetudines:  
uerum quum iam inter uarios mixti sint populos, Tartarorum habentes dege-  
nerauerunt moribus, & populis quibus coniuncti sunt, conformes se fecer-  
unt.

## De Campestribus Bargu, &amp; extremis insulis Aquilonis.

## CAP. LXI.

Retardati sumus nonnihil in Tartarorum moribus & consuetudinibus de-  
scribendis, nunc uero alias orientalis regionis iustitiam provincias,  
eo incedentes ordine, quo reliquas hæcenus descripsimus. Relicta ciuitate  
Carocaram, à monte Alchai Aquilonem uersus uenitur ad campestria Bar-  
gu, quæ in longitudine quadraginta habent diætas. Incolæ illorum locorum  
uocantur Meditæ, parentque magno Cham, Tartarorum habentes mores.  
Sunt homines syluestres, & uescuntur carnibus animalium, quæ uenatione  
capiunt, maxime ceruorum, quorum magnam habent copiam, & adeo cicu-  
res faciunt, ut illis atque equis uel asinis infideant. Carent blado & uino. In æ-  
state maximas exercent autum & syluestrium animalium uenationes, quo-  
rum carnibus per hyemem uiuant, nam hyemem tam uolatilia quam alia ani-  
malia propter immentem illius regionis frigus aufugiunt. Post terminum di-  
ætarum quadraginta diætarum, peruenitur ad oceanum, ubi in montibus ni-  
dificare solent herodij siue falcones peregrini, qui inde ad magni Cham cu-  
diam perferuntur. Nec inueniuntur ullæ aliæ aues in his montibus præter he-  
rodios

rodios & aliam aursula speciem, qua pascuntur herodij. In insulis maris illius nascuntur, grifalchi in magna copia, qui inde ad magnum Cham deferuntur. Grifalchi uero qui de Christianorum terris ad Tartaros portantur, non perferuntur ad magnum Cham, quum ille ijs abundet auibus, sed perueniunt ad eos Tartaros, qui Armenis & Cumanis confines sunt. In illis Septentrionalibus partibus insulae sunt quaedam, quae tantum uergunt ad Aquilonem, ut polus arcticus illis uideatur ad meridiem desistere.

De regione Erigimul, & ciuitate Singui. CAP. LXII.

**H**ic redeundum erit nobis ad ciuitatem Campition, de qua paulo superius mentionem fecimus, ut inde ad alias digrediamur prouincias, quas nondum descripsimus. Igitur si à ciuitate Campition uersus orientem itinere quinque dierum procedatur, audiuntur in locis intermedijs nocturno tempore horribiles uoces demonum, donec ueniatur ad regnum Erigimul, & ad regnum Cerguth, quae sunt regna magna, magno Cham subiecta. Ibi inueniuntur Christiani Nestoriani, idololatrae & Mahumetani. Sunt ibi multae ciuitates & castra. Hinc si inter orientem & meridiem procedatur, ueniunt ad prouinciam Cathai. Est tamen inter Cathai & regnum Cerguth ciuitas quaedam Singui nomine, magno Cham tributaria: ubi etiam triplex illa memorata inuenitur hominum secta. Inueniuntur etiam ibi boues syluestres pulcherrimi & grandes ueluti elephantes, pilos habentes albos & nigros, longitudine tria palmorum. Multi etiam ex his bobus domestici facti, ad onera ferenda insituntur: alij ad aratum ligati, breui tempore magna inuertunt arua. Inuenitur in hac prouincia mulchum optimum, & quo melius in mundo non inuenitur. Est enim animal quoddam pulchrum in hac prouincia, catti habens magnitudinem, & pilos grossos ut ceruus, pedes quoque habens unguulatos, & dentes quatuor, duos supra & duos infra longitudine trium digitorum: iuxta umbilicum uero inter cutem & carnem uellicam habet sanguine plenam, & sanguis is est mulchum: à quo tam suauissimus exhalat odor. Incola huius regionis idololatrae sunt, & libidinis sectatores, corpore pingues & naso paruo, pilis labia obsidentibus. Mulieres pulchrae sunt & albae. Et uiri quando uxores ducere uolunt, querunt magis pulchras quam nobiles aut diuites. Unde saepe fit ut uir nobilis & magnus pauperem ducat uxorem, sed formosam, matri illius dotem assignans. Negotiatores & artifices plurimi ibi inueniuntur. Patet haec prouincia longitudine uiginti quinque dierum, & est admodum fertilis. Sunt in ea maximi fasiani, caudas habentes longius decem palmorum aut octo. Inueniuntur etiam ibi alia multa auium genera, quae pulcherrimas habent pennas, diuersis & elegantibus distinctas coloribus.

De prouincia Egrigais, CAP. LXIII.

**P**rocedendo ulterius uersus orientem, septemque exactis diebus, occurrit prouincia Egrigais, in qua plurimae sunt ciuitates & castra. Est enim de prouincia magna Tanguth, cuius principalis ciuitas uocatur Calacia. Incole eius idololatrae sunt, praeter aliquot Christianos Nestorianos, qui ibi tres habent ecclesias. Subiecti sunt omnes magno Cham. Inueniuntur in ciuitate Calacia panni, quos Zambiloti uocant, de lana alba & camelorum pilis contexti, quibus uix pulchriores in mundo inueniuntur. Deferuntur autem per negotiatores ad diuersas mundi regiones.

De prouincia Teudub, Gog & Magog, & ciuitate Ciangianorum.

CAPVT LXIIII.

**A**B Egrigais prouincia eundo ad orientem, ducit iter ad prouinciam Teudub, in qua sunt ciuitates & castra multa, ubi etiam manere consuevit rex ille magnus, & toto orbe terrarum nominatissimus, uulgo presbyter Ioannes dictus. Modo autem prouincia illa tributa pendet magno Cham, habens regem qui est de progenie presbyteri Ioannes. Caeterum omnes magni Cham post mortem illius qui à Cinchis in praelio fuit occisus, tradiderunt illi

as suas



as suas illis regibus in uxores. Et licet ibi sint aliqui idololatrae, & item alii qui Mahumetani, tamē maior pars prouinciæ fidem obseruat Christianam: & hi Christiani primas tenent in hac prouincia: præsertim ubi est gens quædam, Argon uocata, quæ reliquis populis sagacior est & elegantior. Sunt etiam ibi regiones Gog & Magog, quos illi nominant Lug & Muhgug. In his locis reperitur lapis Lazuli, de quo fit azurum optimum. Fiunt quoque ibi Zambiloti optimi de pilis camelorum: & item panni de auro & serico diuersarum habitudinum. Est ibi ciuitas Sindacui nomine, in qua fiunt arma pulcherrima & optima, diuersorum generum, pro exercitiis necessaria. In montibus huius prouinciæ sunt magna mineræ argenti, & multiplices uenationes syluestrium bestiarum, uocaturque regio montium Ydifa. Distat tribus diebus à memorata ciuitate alia ciuitas Cianiganiorum, in qua est palatium maximum, magni Cham habitatio, quādo ad illam diuertit ciuitatem. Proficiscitur autem sæpius illuc, quia iuxta ciuitatem sunt lacunæ, in quibus diuersorum generum aues inueniuntur, præsertim grues, fasanæ, perdices, & his similes aues. Hæ aues capiuntur grifalchis, herodijs seu falconibus, habetq; rex ipse in hoc summam delectationem. Sunt ibi quintuplices grues: quædam habent alas nigras ut corui, aliæ sunt albæ & candidæ, habentes pennas plenas oculis aurei coloris, ut sunt apud nos caudæ paunonum: rursum aliæ inueniuntur ibi nostris haud dissimiles: sunt deinde alie quæ sunt paruæ, sed habentes pennas longas & pulcherrimas, rubro nigrosq; permixtas colore. Quinto sunt ibi grues grisei coloris, oculos habentes rubeos ac nigros, & hæ sunt ualde magnæ. Est iuxta hanc ciuitatem ualis quædam, in qua multæ sunt casæ, in quibus maximum numerum nutritur perdicum, qui seruantur pro rege illuc pro tempore diuertente.

De ciuitate Ciandu & nemore eius, itemq; de festiuitatibus quibusdam Tartarorum.

## CAPVT LXV.

**A** ciuitate Cianiganiorum tres sunt diætæ contra Aquilonem ad ciuitatē Ciandu, quam ædificauit magnus Cham Cublai, extruens in ea maximum ac pulcherrimum palatium, marmore constans, & auro adornatum. Iuxta palatium istud est nemus regale, muris undiq; cinctum, quorum circuitus patet miliarijs xv. In nemore uero sunt fontes & flumina, atq; prata, & uariæ bestiarū species, ut cerui, damulæ, capreoli cū falconib. qui regi in uoluptatem & cibum seruantur pro tēpore, quando illuc diuertit. Diuertit autē sæpe uenationi operam daturus equo insidens, ducitq; secum leopardum domesticum, quem in ceruos & damulas prouocat, captamq; bestiam grifalchis tradit, atq; in hac re spectanda miram capit uoluptatem. In medio nemoris domus quædam de arundinibus constructa pulcherrima consistit intus & foris deaurata, & uarijs picturis adornata, atq; tali artificio communita, ut à pluuia nequaquam illi iniuria fieri possit. Potest quoque domus ipsa in modum tabernaculi dissolui atq; deponi, & rursum erigi. Nam sustinetur quando erecta fuerit circiter ducentis funibus sericis. Porro arundines ex quibus cõstat, habent singule quindecim passus in lōgitudine, et in spissitudine tres palmos: ex quibus fiunt columnæ, tabulæ & cõpagines, sed & imbricamenta. Nam diuiduntur arūdines iuxta nodos, & pars illa per mediū scissa duas præbet regulas, quæ domo superpositæ eam à pluuariū defendunt fillicidij. Solet magnus Cham tribus mensibus per annum illic habitare, scilicet in Iunio, Iulio atque Augusto, nam est ibi æris conueniens temperies, ca, rectq; locus ipse solis ardoribus. His igitur mensibus domus erecta manet, ceteris uero temporibus deposita & conuoluta seruatur. Proinde die uigesimo octauo Augusti rex à ciuitate Ciandu discedens, proficiscitur ad locum alium dijs suis sollenne facturus sacrificiū, à quibus sperat sibi, uxori, filijs, & animalibus quæ possidet uitam & sanitatem concedi. Nam habet armētā magna equorum alborum & equarum albarum, quæ putatur excedere numerū decem millium. In hac autē festiuitate præparatur lac equinum in uasis decē

tibus, & rex ipse manib. suis proprijs diffundit hinc inde lac illud pro honore deorum suorum, arbitrans & à magis suis sic edocius, quòd dii lac bibant elusum, & solliciti sint conseruatores omnium eorum quæ possident. Post sacrificium illud nephadum, bibit rex de lacte equarum albarum, nec ulli alicui licet illa die bibere de lacte illo, nisi fuerit de progenie regis, præter popululum quendam regionis illius Horiach uocatū, qui hoc etiā gaudet priuilegio, propter uictoriam quandam magnam, quā pro magno Cham Chinchis obtinuit. Hic igitur ritus die uigesimo octauo Augusti solenniter in perpetuū à Tartaris obseruatur. Hinc etiā fit ut equi albi atq; equæ in magno à populo illo habeantur honore. Comeduntur etiam in hac prouincia carnes hominum, qui publico iudicio ad mortem condemnati sunt. Qui uero ex egritudine moriuntur, horum carnes non comeduntur. Habet magnus Cham magos, qui dæmonum arte obtenebrant & in caliginem conuertunt aërem, luce super palatium regis clara permanente. Agunt etiā hi magi, ut rege iuxta mensam sedente, scyphi eius aurei dæmonum arte ab alia mensa quæ in medio aulae consistit, regia portans uasa, super mensam regis exillant, dicuntq; se id secreta quadam efficere arte. Et quādo festa idolorum suorum celebrantur, dantur illis à rege arietes, quos cum lignis aloëis & thure ceu odoriferū sacrificium dijs offerunt, coctasq; arietis carnes cum cantu & maxima iusticia idolis deuorandas exhibent: ius uero carniū ante idola effundunt, afferentes sic deorum suorum promereri clemētiam, qui terris fertilitatem largiantur.

De monachis quibusdam idololatris.

CAP. LXVII.

Inueniuntur in regione illa plurimi monachi, idolorū cultui deputati. Habent hi monasterium quoddam magnum, oppiduli habes magnitudinem in quo sunt circiter duo millia monachorū, qui idolis seruisunt, rasura & ueste à laicis sequestrati. Nā radunt caput & barbā, uestemq; induunt religiosam. Hi in idolorum solennitatibus magnis clamoribus cantant, luminaria multa in templo accēdunt, alijsq; cōpluribus distinctur stultis carimonijs. Sunt & alijs locis monachi & uarij idololatæ, quorū quidam multas habent uxores, alij uero pro honore deorū suorū caste uiuunt, uitam austerā ducentes, nam nihil comedunt præter farinæ purgamenta aquis diluta. uestiuntur quoque pannis rudibus & asperis, coloris abiecti, & lecti molliciem uitantes, dormiunt super rigētia stramina. Alij tamē monachi qui laxioris sunt uitæ, iudicant hos tā aultere uiuētes hæreticos, quòd non debito uiuēdi modo deos colāt.

## M. PAULI VENETI DE REGIONIBUS ET PROVINCIIS ORIENTALIBUS, LIB. II.

De potentia & magnificentia Cublai regis maximi Tartarorum. CAP. I.



In hoc secūdo libro scribere institui de magnificentia, potestate, diuitijs, & imperij administratione Cublai Tartarorum summi Imperatoris, qui nostro auro regni scepra gubernat. Is enim in sua magnificentia & dominio longe superat omnes predecessores suos, adeo ampliauit imperij sui limites, ut fere totum orientem suæ habeat subiectum potestati. Is ex profapia Chinchis primi Tartarorū principis fatus, sextus Imperator illius terræ fuit, anno scilicet domini M. CCLVI. regnare incipiens, & populo magna sapientia atq; grauitate præsidens. Est uir strenuus, in armis exercitatus, corpore robustus, atq; animo ad res gerendas promptus, consilio pollens, & in populi gubernatione prouidus atq; circumspectus. Nam priusquam imperij consequeretur saltus, saepe strenuus in bellis egit militem, atq; in cunctis ut prudentem uirum se gerebat. Interim tamen quo regno præfuit, non nisi semel ad pugnam procellit, sed filios suos & alios aulicos loco sui illuc destinauit.

Qualiter



Qualiter Cublai rex à patruo suo Naïam rebellionem sustinuit. CAP. II.

Diximus Cublai regem semel ad pugnam egressum, sed modo causam explicabimus. Anno domini M. CCLXXXVI. patruus eius Naïam nomine quum triginta esset annorum, & multis populis atque regionibus esset præfectus, suuens elatus uanitate, motus est contra dominum suum Cublai, maximum contra eum ducens exercitum, & ut felicitus pugnaret, ascituit in auxilium alium quendam regem Caydu nomine, qui nepos erat Cublai Imperatoris, sed odio habebat eum. Rebellioni igitur assensum præbens, promisit se in propria uenturum persona, conductis centum millibus militum. Hic igitur ut condixerunt, conuenire decreuerunt cum suis copijs in planticie quadam, pariter Imperatoris terras inuasuri. Porro Naïam in exercitu suo habuit circiter quadraginta millia militum.

Qualiter Cublai se contra hostes munuit. CAP. III.

Non autem lauit Cublai Imperatorem, quid consanguinei sui molirentur contra eum, & quam acerbo animo contra ipsum concitati essent, publica facta conspiratione. Quapropter per caput suum & Imperialem coronam surauit, quod se defenderet ab illis, & uindicaret hostium suorum audaciam. Vnde in uiginti duobus diebus comparauit exercitum maximum, nempe trecenta sexaginta millia equitum, & peditum centum millia, idque ex his qui uicini erant ciuitati Cambalu. Et quanquam longe maiorem potuisset congregare exercitum, tamen quia subito & quasi ex improuiso uoluit irruere in hostes, noluit diutius moram trahere in aggregando maiori exercitu, ne institutum eius Naïam hosti patefieret & fugam meditaretur, aut ad tutiora loca exercitum suum perduceret. Habuit quidem Imperator tunc & alios exercitus in armis, sed quos contra diuersas miserat prouincias expugnandas, & hos quoque reuocare noluit, quo minus hosti consistere suum aperiretur. Interim autem mandauit omnes uias maxima diligentia, ne expeditio sua ullo pacto Naïam hosti innotesceret, atque præsentire posset aduentum suum. Vnde cuncti euntes & redeuntes à regibus, studibus tenebantur, ne uel aliquid rumoris ad Naïam perueniret. Rebus itaque sic se habentibus, consulit rex Cublai astrologos, quando fata felicem sibi indicarent profectionem, et qua hora itineri se accingere debeat. Qui omnes paribus uotis regi cuncta felicia prædicunt, adesseque aiunt tempus quo de hostibus triumphet.

Quomodo Cublai deuicerit Naïam. CAP. IIIII.

Igitur Cublai Imperator cum exercitu suo soluens, profectus est usque ad planticiam ubi Naïam adhuc præstolabatur aduentum Caydu regis, qui illi superpetias erat laturus. Et Cublai ad collem quendam castrametatus, qui euit illa nocte cum exercitu suo. Populus uero Naïam nihil sibi metuens nec periculi aliquid adesse sciens, inermis per planitiem uagabatur, maximo largius uacans. Et transacta nocte, ut dies terris reddi coepit, Cublai imperator in collem ascendens, exercitum suum in duodecim distinxit acies, tria millia militum una habente acie. Pedites uero iuxta milites tali collocati sunt ordine, ut in quibusdam aciebus duo pedites lanceas tenentes, duo militum stiparent latera. Rex uero ipse sedebat in castris quodam mirabili super quatuor constructo elephantos, in quo etiam regale erat uexillum. At exercitus Naïam ubi uidisset insignia, & acies Cublai uehementer expauit, quippe qui adhuc expectabant subsidium regis Caydu. Et continuo currentes ad tentorium Naïæ qui cum concubina quam adduxerat dormiebat, excitarunt illum. At ille quanto cyus potuit, exercitum suum in acies disposuit. Est autem consuetudo omnium Tartarorum, ut tubis primum clangorem edant, et tangent cuncta exercitus instrumenta, atque altis uocibus cantent, & tandem signo à rege dato, arma contra hostem corripiant. Sic quum uterque exercitus suas absoluissent cantilenas, iuber Cublai buccinis signum dare, & hostem aggredi. Illico autem manus conferere coeperunt, & tam atrox prælium inierunt, ut putares imbrē

facit,

ONIS

II.

P. I.

ficentia, pō  
administra  
qui nostro  
gnificentia  
s suos, adō  
cientem suz  
in his primi  
o scilicet do  
atque grauita  
tus, atque ani  
bernatione  
retur salcis,  
m uirum se  
gnam pro

Qualiter

flagitarum & faculorum per aërem descendere. Balistis laxatis, mutuo gladijs & lanceis se interficiunt. Erat quidem Naïam professione & nomine Christianus, sed non operum fidei sectator, signaueratq; principale uexillum suum crucis signo, habens secum non paucos Christianos. Commissum est itaque prælium ab initio diei usque ad meridiem, & ceciderunt multi ex utroque exercitu, donec tandem Cublai superior euaderet, & hostem in fugam uerteret. Mox autem ut populus fugere cepit, Naïam captus est, & ingens multitudo in fuga ipsa occisa.

*Quomodo Naïam suffocatus fuerit.*

CAP. V.

**R**Ex itaq; Cublai captum habens hostem suum, iussit ut confestim occideretur, qui ausus fuerat contra dominum suum arma mouere, & rebellionem excitare. Sed quoniam erat de prosapia sua, noluit ut sanguis regius de stirpe sua fundereetur, ne terra regium biberet sanguinē, aut sol uel aër uiderent mala morte quenquam de regali progenie natum interire. Iussit igitur ut tapeto inuolutus atq; ligatus, tamdiu hinc inde duceretur, agitur, traheretur & impelleretur, donec contracto anhelitu suffocaretur. Hoc autē mortuo, optimates sui & cunctus populus qui euadere potuerūt, inter quos multi fuerunt Christiani, sponte se submiserunt dominio & obedientiæ Cublai imperatoris. Et tunc quidem quatuor prouinciæ accesserunt ditioni eius, quarum nomina sunt, Funotta, Cauli, Barcol & Sinchintingui.

*Composuit Cublai Iudæos & Saracenos crucis Christi contemptores.*

CAPVT VI.

**P**orro Iudæi & Saraceni qui in exercitu Cublai fuerunt, cœperunt Christianis, qui cum Naïam uenerant exprobrare, & dicere quod Christus, cuius signū Naïam in uexillo habuerat, non pauerit suis auxilio esse: hasq; contumelias cotidie Christianis obiecerunt, Christi potentiam ut inanem iridentes. Christiani uero qui ad regis Cublai obedientiam uenerant, indignum rati ut talia ferrent cōiucia, quæ gloriam Christi minuerēt, conquesti sunt Imperatori quales illis inferrentur iniuriæ. At ille cōuocans Iudæos & Saracenos, ad Christianos cōuerteris ait, Deus uester & crux eius noluit qui dem Naïam præsidium ullum ferre, uerum uos propterea nolite erubescere, quoniam deus bonus & iustus, iniustitiæ & iniquitati patrocinari minime debuit. Naïa domini sui proditor exiit, atq; contra omnem æquitatem rebellionem excitauit, & quidem dei uestri auxilium in sua malicia implorauit. Sed ille ut deus bonus & rectus, noluit fauere illius criminibus. Vnde mandans Iudæis & Saracenis, cæterisq; Christiani nominis blasphematoribus, interdixit, ne ullus eorū Christianorū deum aut crucē eius amplius blasphemare præsumeret. Sic illis silentium impositum est. Cublai uero tumultu se dato, cum uictoria & gaudio ad ciuitatem suam Cambalu est reuersus.

*Qualiter magnus Cham remuneret milites suos parte uictoria.*

CAP. VII.

**P**orro præfectos, exercituum duces, atque alios antesignanos milites, rex Cublai quum uictor è bello redit, honorat hoc modo. Eum qui ante præerat centum militibus, in gradum sublimiorem collocat, atque mille præficit militibus, & sic gradatim reliquos belli duces in digniorem ponit statum, donatq; illis aurea & argentea uasa, tabulas, priuilegia atq; immunitatem. Et hæc quidem priuilegia tabulis uel bracteis per sculpturas imprimuntur. Ex uno latere scriptura huius tenoris continetur: Propter dei magni uirtutem, & propter gratiam magnam quam Imperatori contulit, nomen magni Cham benedictum sit. In alio uero latere sculpta est imago leonis cum sole uel luna, uel imago grifalchi, aut reliquorum animalium. Quiscumq; aut habet tabulā cum leone & sole atq; luna, quando proce dit in publicum, deseruit palliū supra eum in signū magne autoritatis. Qui autē grifalchi habet imaginem, potest secū de loco uno ad alium ducere uniuersam cuiuslibet cūq; principis uel regis militiam. Sicq; omnia in suum distributa sunt ordinem, tabulis indicantibus, quibus obediri oporteat. Et si quis iuxta tabularum



expressionem obedire noluerit, contempseritq; præscriptam auctoritatem, ut rebellis Imperatori, in terficiatur.

De forma Cublai atq; uxoris, filijs & ancillis eius.

CAP. VIII.

**R**EX Cublai est homo admodum pulcher, statura mediocri, non nimis pinguis, nec nimis macilentus, faciem habet rubicundam atq; candidam, oculos magnos, nasum pulchrum, & omnia corporis lineamenta debita proportionem comissentia. Habet uxores 1111. quas legitimas censet, & succedit ei in regno prima primogenitus. Et qualibet harum quatuor, peculiariter curiam, eamq; regalem in proprio palatio tenet, habes circiter trecentas electas pedissequas et famulas, multosq; ministros eunuchos, & aliam familiam plurimam. Habet præterea rex ipse concubinas multas. Nam est inter Tartaros natio quedam, quæ dicitur Vngra, quæ mulieres habet admodum formosas, & moribus conspicuas, de quibus nutrit in palatio suo circiter centum, quæ scilicet elegantiores sunt formæ & super has constituit matronas quasdam, quarum officium est, ut illarum curam gerant, & diligenter considerent, quando in infirmitate ceciderint, aut maculam aliquam contraxerint; alioquin regis complexibus sui non poterunt. Ex his concubinis sex deputantur tribus diebus ac noctibus pro custodia regis camera: & dum rex vadit dormitur, aut e lecto mane profiliis, assistunt ei ut ministræ, atq; in cubiculo eius dormiunt. Quarta vero die sex alie prioribus in dicto ministerio succedunt, tribus diebus & totidem noctibus regi obsequentes. Et his rursus alie sex succedunt, continuaturq; hæc permutatio, donec omnes centum ministerio regis fuerint adhibitæ. Porro de quatuor legitimis uxoris habet rex Cublai XXXII. filios, uocatus que fuit prima uxoris primogenitus Chinchis, qui illi successurus erat in imperio, nisi ante patrem in fata concessisset. Is itaq; reliquit filium, nomine Temur, qui est homo strenuus, prudens, & in militia exercitatus, succedetq; auro in imperio loco patris sui defuncti. Cæteræ de ancillis & famulabus suis habet rex Cublai XXXVII. filios, qui omnes in aula sua sunt magni barones.

De palatio eius quod est in Cambalu, & loci amenitate. CAP. IX.

**T**RIBUS anni mensibus, nempe Decembri, Ianuario & Februarii Cublai rex in regia ciuitate Cambalu moratur, ubi palatium habet miro artificio extructum. Ambitus enim eius continet miliaria 1111. quadratura quadrilatero unum miliare complectente. Et est murus is spissus valde, decem passibus in altum constringens. Superficies eius extrinseca colore albo & rufo nitet. In singulis quatuor muri angulis palatium pulchrum & magnum, fortalij loco conditum est. Sic in medio cuiuslibet quatuor murorum, palatium egregium extructum est: eaq; in uniuersum octo sunt. In his conseruantur arma, instrumenta, tormenta & uasa bellica, nempe arcus, sagitte, pharetræ, calcaria, frena, lanceæ, clauæ, funiculi arcuum, & reliqua quæ in bello necessaria sunt, singulaq; armorum genera in singulis posita sunt palatijs. Porro facies palatij quæ meridiem respicit quinq; habet portas, quarum media maior est omnibus, nec unquam aperitur, nisi pro regis introitu. Nam nulli per eam patet ingressus nisi soli regi. Sed hæc habet duas minores collateralis portas, per quas ingrediuntur reliqui qui regem comitantur. Quilibet uero reliquarum trium facierum, unicam duntaxat in medio habet portam, per quam quisque ingredi potest. Cæterum intra iam memoratum murum, alius murus cingit hoc regium castrum, habens ut prior murus, in angulis & medietatibus eorum octo palatia, in quibus continentur alia uasa & pretiosa focalia regis. In spatio uero medio interiori est regium palatium, habitaculum scilicet in quo rex moratur. Hoc palatium caret solaris, pavementum uero eius exteriori fundo præeminet decem palmis. Tectum eius altum est valde, pictura decoratum. Parietes aularum & conclauium auro & argento fulgent. Vbi quæ picturæ pulcherrimæ & bellissimarum rerum historiarum selegendientium oculis offerunt, utuaci colore & rutilanti auro coruscantes. In aula maiori ad mensam simul recumbunt circiter sex hominum millia. Intra di-

cos

Etos muros totū castrum ambientes, sunt plurima uiridaria atq; prata lignis pomiferis atq; varijs cōstita arboribus. Discutit̄ etiam per hęc uiridaria, animalia syluestria, ut cerui & animātia, ex quibus muscum colligitur, caprea, damulie, & aliarum specierum animalia. Versus Aquilonem uero sunt uiridaria, in quibus meliores quiq; pisces, qui haberi possunt, nutriuntur. In lacum illum ingreditur fluuius quidam, & rursus egreditur, cratibus ferreis loco introitus & exitus communito, ne pisces elabi queant. Extra palatium spatio unius leucae, est monticulus quidam centum passibus in altum erectus, cuius circumferentia militaris continet spatium, arboribus semper uirentibus constitus. In hunc montem iubet rex arbores quasq; optimas à remotis partibus adduci, onerans illis elefantos: extrahuntur enim cum radicibus & transplantantur in hunc montem. Et quoniam is mons perpetuo uiret, uocatur Mons uiridis. In cacumine eius est palatium egregium: uiridi disternit̄ natum colore, in quo magnus Cham saepe genio uacat. Est & aliud magnificum palatium seu castrum iuxta magni Cham extractū castrum, in quo Teimur primogenitus eius illi in imperio successurus, cum aulicis suis magnificentē & regaliter uiuit. Nam amplissimam habet autoritatem & sigillum imperiale, uerum magno Cham ut domino subiectus.

*Descriptio ciuitatis Cambalu.* CAP. X.

Ciuitas Cambalu in prouincia Cathai iuxta magnum sita flumen, ab antiquis temporibus insignis fuit & regalis. Sonat autem Cambalu ciuitas domini. Hanc magnus Cham transtulit in aliam fluminis partem: nam didicerat ab astrologis, quod imperio rebellis futura esset. Ciuitas in quadrum constructa, in gyro complectitur uigintiquatuor miliaria, quolibet quadrato latere sex habente miliaria. Muros habet dealbatos, altitudinis xx. passuum, latitudinis decem, spissitudo tamē illa sensim ascendendo tenuior fit. Habet quolibet muri quadratura tres portas principales, quæ in uniuersum duodecim sunt, constitutis iuxta singulas magnificis palatijs. In angulis quoque murorum sunt egregia palatia, ubi ciuitatis conseruantur arma. Transeunt per hanc ciuitatem uici & plateæ rectissimæ, ut ab una porta liber aspectus pateat per ciuitatem ad portam oppositam, domibus elegantissimis palatiorum instar utrinque constructis. Porro in medio ciuitatis, ædes quadam magnifica est extracta, in qua campana pendet prægrandis, cum qua uel per tria sunt signa, post quæ nemini licet domum egredi usque ad initium sequentis diei, nisi infirmorum aut parentum causa. Et qui noctu per ciuitatem ire necessitate cogente uolunt, lumen secum deferre coguntur. Singula ciuitatis portæ à mille custodiuntur hominibus, non quidem propter hostiam timorem, sed latronum & prædonum. Cauet enim rex summo studio, ut fures & prædatores arceantur.

*De suburbij, ex mercatoribus ciuitatis Cambalu.* CAP. XI.

Extra ciuitatem Cambalu duodecim sunt magna suburbia, singulis duodecim portis contigua, in quibus fugiter mercatores inueniuntur, & aduenæ homines. Nam propter curiam regis & multiplices mercantias innumerus indies confluunt populus, qui in suburbij illis rerum negotia tractat. Nec habent suburbia, ut alias fieri solet, domos, quæ à splendore & magnificentia domorum ciuitatis degenerent, solo regali excepto palatio. Intra hanc urbem nullum hominis cadauer sepelitur, sed extra suburbia, idolo latrarum corpora cōburuntur, & reliquarum secliarū funera sepeliuntur. Et quoniam in gens multitudo exterorum hominū semper illic uerlatur, habentur in suburbij circiter xxx. millia meretricū: intra uero mœnia ciuitatis nulla sustinet. Dicit̄ nō potest quanta uis mercimoniorū & opū in hanc urbem cōueharis purares toti orbi illa sufficere posse. Aduehūt̄ aut̄ lapides pretiosi, unioes, sericum, & diuersarū specierum aromata ex india, Mangis, Cham & alijs regionibus. Nam urbs hęc quodammodo omnium circumiacentium prouinciarum est centrum. Nec transit dies ulla per integrum annum, in qua non

circi



circiter mille quadrigæ serico oneratæ ab exteris negotiatoribus conuehan-  
tur, ex quo per ingeniosos urbis artifices mira parantur indumenta.

*Magnus Cham satellitio maximo stipatur & custoditur,*

CAP. XII.

**H**abet magnus Cham in curia sua xij. millia equitum, quos uocat *Quæsi-*  
*tam*, id est, fideles domini milites, qui corpus suum custodiunt. Et istis  
quatuor præfati sunt duces, quorum quilibet tribus præest millibus. Ho-  
rum officium est, ut diximus, die noctuq; regem obseruare, & eius custodiæ  
mancipatos esse. Vnde etiam à curia regis recipiunt impensas. Custodias  
autem suas tali distribuunt ordine, ut quum per triduum dux unus cum tri-  
bus millibus militum intra palatium regem stipauerit, tribus sequentibus  
diebus dux alius cum alijs tribus militum millibus, qui interim quiescerunt,  
obit hoc custodiæ munus, cui iterum dux alius cum militibus suis succedit:  
sicq; per totum annum hæc custodiæ obseruatur uicissitudo: non quod regē  
tanta maneant pericula, sed ut magnificentia sua maior appareat.

*De magnifico apparatu conuiuiorum eius.*

CAP. XIII.

**P**ompa quæ in conuiujs regis obseruatur, tali celebratur ordine. Quum  
propter festum aliquid, aut aliam rationabilem causam, Imperator uolue-  
rit in maiori aula conuiuium instituere, mensa eius cæteris mensis sublimior  
ad Aquilonarem aulæ partem ponitur, & rex iuxta eam sedens uertit faciē  
ad meridiem, habens ad sinistram reginam maiorem, principalem scilicet ux-  
orem, & ad dextram filios atq; nepotes, & qui de regali sunt prosapia. Ipso  
num tamē mensa est in demissiori loco, ut uix attingat pedes capitibus suis.  
Reliqui uero barones & milites sedent adhuc in demissiori loco, habentes  
singuli uxores suas ad sinistram collocatas, tenetq; quilibet dux & nobilis  
gradum & ordinem suum, sicut & uxores eorum. Nam omnes nobiles in cu-  
ria Imperatoris tempore solennitatis præsuri, ducunt secum uxores suas. Et  
Imperator ipse dum in mensa sua recumbit, poterit ad omnes descedere ocu-  
los suos, qui in aula illa conuiuantur. Porro extra aulam illam regiam sunt  
etiam alie aulæ collaterales, in quibus solennitatum tempore nonnumquam  
quadraginta millia hominum cibantur, quorum multi sunt aulici, alij uero  
seuda ab Imperatore renouantes: ioculatorum quoq; & mimorum concur-  
rentium non est numerus. Proinde in medio aulæ regie, uas quoddam aure-  
um erigitur, ex quo uinum aut alius quispiam optimus potus in modum fon-  
tis scaturit, iij. alijs dolijs aureis hinc inde sitis, quæ uini illius fluentia susci-  
piunt. Et ex dolijs hauritur uinum quod discumbentibus largiter appona-  
tur. Nemo autem in hac discumbens aula, alio quam aureo utitur poculo.  
Dici non potest quantus sit apparatus, & quanta magnificentia in uasis &  
omnibus utensilibus, quando magnus Chā in aula sua regia publice discum-  
bit. Porro principes qui regi discumbenti ministrant, omnes delicatissimo  
serico panno ora sua cooperiunt, ne ipsorum flatus seu halitus quoquo mo-  
do regium cibum aut potum contingere queat. Et quum Imperator scyphū  
leuat ut bibat, omnes circumstantes citharædi & musicorum instrumento-  
rum lusores, instrumentorum suorum chordas tangunt, & suauissimam edūt  
melodiā: atq; cæteri aulæ ministri interim genus edunt. De cibis qui ad men-  
sam deferuntur, non est ut quicquam scribam quam opipari sint & delicati  
& quam magnifice atq; pompaticè inferantur. Prandio finito, accedunt ci-  
tharædi & harmoniaci quicq; concentores, ioculatores, & nigromantici, qui  
miras melodias & miros gestus ante regis mensam edunt, quibus illius ani-  
mum iucundum reddunt, & in hilaritatem soluunt.

*Qualis magnificentia seruetur in natali regis.*

CAP. XIII.

**S**eruant omnes Tartari hunc morem, ut diē natalem domini sui honorifi-  
centissime celebrent. Festum uero natale magni Cham Cublai, est uige-  
simo octauo die Septembris, & hunc diem celebriorem ducit quàm ullum to-  
tius anni diem, excepta festiuitate kalendarum Februarij, qua annum suum  
incipiunt.

incipiunt. In natali itaq; suo rex induitur ueste aurea pretiosissima, & omnes aulici limiliter optimis & melioribus quæ habent uestiuntur indumentis, quibus singulis rex donat aureas zonas magni ualoris, & calceamenta de ca muco parata, filo confuta argenteo, adeoq; linguli ad honorem regis ornare se student, ut nullus non regiam præferat formam. Hæc autem pompa nondum in regis natali fit, uerū & in alijs festiuitatibus, quas tartari per annum habent, numero tredecim, pro quibus rex annuatim aulicis suis pretiosissimi, mas largitur uestes, ornatas auro, margaritis, & lapidibus alijs pretiosis, unâ cum zonas & calceamentis, ut iam præmisimus. Nec sunt aulicorum uestes discolors à regia ueste. Seruatur etiam hæc consuetudo apud Tartaros, ut in natali magni Cham omnes reges, principes & nobiles, qui ditioni illius subiecti sunt, mittant illi ut Imperatori suo donaria. Et qui conditionem aliam quam aut officium ab eo impetrare cupiunt, postulationes suas duodecim baronibus, qui ad hoc ipsum constituti sunt, offerunt, & quod illi decernunt perinde est ac si Imperator ipse respondisset. Astringuntur etiam omnes populi, cuiuscunq; sint fidei aut sectæ, siue Christiani, siue Iudæi, siue Saceraceni, siue Tartari, cæteri; pagani, ut deos suos solenniter inuocent pro uita, incolumitate & prosperitate magni Cham.

*De initio anni quod solenniter celebrant Tartari,*

CAPVT XV.

**I**N die kalendarum Februarij, qui initium est anni Tartarici, magnus Cham & omnes Tartari ubicunq; sunt, maximum & solene celebrant festum, omnesq; unanimitè tã uiri quàm mulieres student albis indui uestibus uocantur die illi, festiuitatē aborū. Nā credūt uestem albā bonū habere fatū: ideo ut toto anno fortuna illis sit propria, in anni initio albis induuntur. Porro ciuitatū rectores & prouinciarum præfecti, memores officij sui, mittunt Imperatori hoc die munera aurea & argentea, uniones & gemmas, pannos pretiosissimos, & equos candidi coloris: unde nonnunquam fieri solet, ut regi in hoc festo offerantur centum millia alborum equorū. Sic cæteri Tartari libi inuicē munera mittunt ab initio anni, idq; ominis gratia, credentes omnia per annū felicitus successura. In hoc deniq; festo, omnes elephāti quos habet Imperator, numero quinq; millia, ducuntur ad curiā, uestiti tapetis, in quibus præterea sunt imagines uariæ animalium & auium, portantes in humeris suis capias plenas aureis & argenteis uasis, quibus opus habetur pro festo Alborum magnifice celebrando. Multi quoq; cameli pulcherrimis cooperti pannis adducuntur, qui alia apportant, quæ pro tãto conuiuio sunt necessaria. Illucscen te autem die Alborum, omnes, reges, duces, barones, milites, medici, astrologi, præfecti prouinciarum atq; exercituum, & alij Imperatoris officiales, ad aulam regis conueniunt, & quibus locus in ea contingere nequit ob hominum multitudinem, hi collaterales ingrediuntur aulas. Cunctis itaq; in suo ordine & gradu sedentibus iuxta cuiuslibet officij dignitatem, surgit unus in medio, & alta uoce clamat, Inclinate & adorate. Hac uoce facta, consurgunt omnes celeriter & genu flectunt, fronteq; ad terram demissa quasi deū adorant, & id quatuor faciunt uicibus. Adoratione completa, uadunt omnes suo ordine ad altare, quod in aula positum consistit super unam tabulam depictam rubeo colore, in qua scriptum est nomen magni Cham, atq; proq; thuribulo pulcherrimo, & redolentibus speciebus illi impositis, ad honorem magni Cham cum multa reuerentia tabulam ipsam & altare suffragant, & ad sua redeunt loca. Thurificatione ista nepharia completa, quilibet in conspectu Imperatoris offert munera illa, de quibus supra diximus. His omnibus rite peractis, parantur mensæ, & fit solennissimum prandium, edentes & bibentes cum lætitia magna. Quo finito, modulatores & ioculatores accedunt, & suis concentibus atq; gestibus omnium mentes exhilarant. In huiusmodi deniq; festis, ducitur ad regem leo unus domesticus, qui ad pedes illius ut catulus mansuetus iacens dominum suum agnoscit.

De



De feris quæ magno Cham undequaque mittuntur.

CAP. XVI.

**T**Ribus illis mensibus, quibus, ut supra diximus, Imperator moratur in ciuitate Cambalu, scilicet Decembri, Ianuario & Februario, omnes uenatores quos Imperator habet in singulis prouincijs prouinciam Cathai circumiacentibus, uenationi intendunt, omnesq; bestias grandiores, puta ceruos, uros, capreas, apros, damulas, & huiusmodi feras offerunt prælectis suis: qui si minori spatio quàm in triginta diebus peragrari possint à curia Imperatoris, mittit huiusmodi captas bestias per quadrigas & naues ad Imperatorem, exententeratis tamen prius illis. Qui uero pluribus quàm triginta diebus ab eius curia distant, solum pelles mittunt, quæ pro armis parandis sunt necessariae.

Quomodo magnus Cham cum feris mansuetis &amp; feris syluestres capit.

CAP. XVII.

**N**trit domi magnus Cham uarias bestias, domesticasq; facias secum ad uenationes ducit, & mira afficitur uoluptate, quoties uidet domesticam feram cum syluestri pugnare. In primis autem habet cicuratos leopardos, qui mirum in modum uenationi inseruiunt, multasq; capiunt bestias. Habet & lynces non minus ad uenandum industrios, & item leones maximos atq; pulcherrimos maiores illis qui sunt in Babylonia, in quorum plis radioli quidam uarij coloris apparent, scilicet albi, nigri, atq; rubei, & illi quoque docti sunt artem uenatoriam. Nam plurimum profunt uenatoribus ad capiendum apros, uros, ceruos, capreas, onagros, atq; boues syluestres. Duci autem solent duo leones in uehiculo quodam, dum uenatum itur, sequente utrinq; eorum caniculo paruo. Habet quoq; imperator multas aquilas cicuratas, quæ adeo efferatae sunt, ut lepores, capreas, damulas & uulpes capiant: inter quas aliquæ tam præfractæ sunt audaciæ, ut non uereantur cum magno impetu in lupos insilire, eosq; in tantum diuexare, ut ab hominibus sine labore & periculo capi possint.

De spectaculo quod magnus Cham in uenatione facere solet.

CAP. XVIII.

**H**abet magnus Cham in curia sua duos barones, qui regiæ præfecti sunt uenationi, quorum uterque decem præest millibus hominum, qui ea curant quæ ad uenationem sunt necessaria. Nam nutriunt canes magnos, & ad uenationem assuefaciunt. Et quando magnus Cham cupit se uenatione oblectari, & singulare ostentare spectaculum, duo memorati barones ducunt secum illa uiginti millia hominū, atq; canū magnā turbā, qui cōmuniter cicer quinq; millia sunt, & cum rege in campum proficiscentes ubi feras uenari uolunt, hoc pacto rem ipsam aggrediuntur. Rex cum nobilibus suis in medio planiciei locum tenet, & duo uenatorij præfecti cum populis suis stant ad dextram & sinistram regis: unius populus induitur uestibus rubris, & alterius uestibus aërei seu cœlestis coloris. Siant autem singuli in una acie seu linea, unus scilicet alterius assistens lateri, & tantam campū occupant longitudinem, ut uix itinere unius diei perueniri possit ab una extremitate ad aliam. Habent autem canes memoratos secum. Et postquam sic in unum ordinem digesti sunt, laxant canes suos in uenatione, & ipsi procedentes in illo ordine, maximum capiunt ferarum numerum: nam & terra illa animalibus syluestribus plena est, nec ullum facile ipsorum effugeret poterit laqueos & canes.

De aucupio magni Cham.

CAP. XIX.

**M**ense Martio ingrediente, discedit Cham magnus à ciuitate Cambalu, proceditq; ad campestria quæ uersus oceanum sita sunt, ducens secum magnum aucupum numerum, circiter decem millia, qui habent falcones, accipitres, grifalchos, & alia rapacium auium genera aucupio idonea, numero circiter quingentas aues. Hi igitur aucupes per regionem illam se distendentes, falcones & accipitres suos in capturam laxant auium, quibus regio il-

z a la ple,

la plena est: & aues quæ capiuntur, deferuntur pro maiori parte ad regem. Rex uero sedet in ligneo habitaculo, quod gestant quatuor elephanti, leonum coopertum exuijs, & intus deauratum, habens secum pro sua recreatione aliquos duces, & X. accipitres electos. Porro iuxta elephantes qui regium portant habitaculum, obequitant multi nobiles & milites regis latera stipantes. Qui quum uiderint falian os aut grues, aut alias aues in aère uolitantes, indicant id aucupibus qui iuxta regem sunt. Et hi id ipsum regi significantes, discooperiunt habitaculum regium, laxantq; falcones uel accipitres, & rex in lecto sedens auium intuetur ludum. Migrant quoq; cum rege & alia decem millia hominum, qui in illo aucupio bini & bini per campos discurrunt, & aduertunt quod emissi uolunt falcones atq; accipitres, & si opus fuerit illis subsidium ferant. Et hi lingua Tartarica uocantur *Toscaor*, id est, custodes, certum scientes edere sibi quo emissas uocant, aues. Nec opus est ut auceps qui emittit auem, sequatur illam, quum hi de quibus iam diximus, intenti sint aibus capiendis, & solliciti sint ne aliquo modo laedantur, aut perdantur. Qui enim aui periclitanti uiciniore sunt, hi tenentur illi subuenire. Quælibet autem emissaria auis tabellam paruum atq; genteam signo domini aut aucupis sui cõsignatam in pede gestat, ut si amissa fuerit, domino suo restitui possit. Quod si signum non cognosci possit, traditur auis baroni cuidam, qui ob hoc ipsum uocatur *Bularguei*, id est, custos auium perditarum. Nam conseruat omnes aues sibi oblatas, donec à dominis suis fuerint repetitæ. Idem fit de equis & alijs rebus in uenatione amissis. Et qui rem quampiam in uenatione repertam huic præfecto non illico tradit, sed ea aliquandiu utitur, hic pro fure censetur. Unde is perditarum rerum præfectus, in uenationibus locum tener eminentiorem uexillo suo signatum, ut in tanta populi frequentia cognosci possit, & amissa facile illi uel ob ferri uel ab eo repeti possint.

De magnificis tentorijs magni Cham.

CAP. XX.

Interim autem cum sic ludendo cum aibus aucupio intenditur, peruenitur ad planiciem quandam *Caciamordim*, ubi sunt regis & omnium aulicorum præparata tentoria, numero circiter decem millia. Hæc autem tali ordine sunt disposita. Primum est ingens tentorium, sub quo commode manere possunt mille homines, ingressum habens ad meridiem, & sub hoc morantur barones, nobiles & milites. Iuxta hoc ad occidentem aliud est erectum tentorium, in quo regis est aula & consistorium, quod intrat quando cum alijs quibus uult loqui. Et huic in altera parte adiectum est cubile, in quo rex dormire solet, & his mansionibus rursum alia aula & camera adhærent. Regia uero aula, hoc est, cubile regis, consistorium & habitaculum militum, sic disposita sunt. Sustentantur singulæ tribus columnis de lignis aromaticis cum uarijs & elegantibus sculpturis fabricatis, & cooperiuntur exuijs leonum nigri & rubei coloris. Nam discolors leones in partibus illis inueniuntur. Nec possunt tentoria illa à uentis uel pluuijs iniuriam ullam recipere, quum coria illa quibus teguntur solidiora sint quam quæ facile laedi possint. Intus uero parietes tentoriorum pellibus nobilissimis *armelinorum* & *zebellinorum* sunt operiti, etiam si in regionibus illis hæc pelles præciosissimæ habeantur, ut quandoque uix pro duobus millibus *Byssantiorum* aureorum pelles pro una tunica sufficiant. Porro funes quibus hæc tentoria sustentantur, de serico sunt. Sunt præterea & alia erecta tentoria iuxta illa tria, in quibus uxores, filij & ancillæ regis morantur. Deinde habent etiam falcones, accipitres, hubones, grifalchi, & reliquæ aues, quæ aucupio inserviunt, sua tentoria, in quibus continentur. Tanta enim est tentorium multitudo, ut à longe aduentantibus appareat illic insignem conditam urbem. Confluit etiam undiq; maxima multitudo hominum otiosorum ad spectaculum illud contuendum, præter eos qui in regis ministerio sunt, qui sua loca in tentorijs non secus habent quam in ciuitate *Cambalu*, ut sunt

regis



**A** regis medici, astrologi, & ceteri uates. Manet uero rex in pſanicie illa per totum Martium, & capit innumera animalia atq; infinitas aues. Nemini enim alioquin licet uenationi intendere in omnibus regni illius prouincijs, ſaltem quæ in uiginti diebus & citra pedestri itinere attingi poſſunt: nec ulli permittitur canis aut uolucris uenaticus: & præſertim à principio Martij uſq; ad meſem Octobrem nemini permittitur, quocunq; etiã utatur ingenio, ea pere ceruos, damulas, capreas, lepores, & huiusmodi ſylueſtres feras. Hinc igitur eſt quod terra illa talib; abũdat animalib; & plerũq; adeo familiaria ſunt hominibus, ut tranſeuntia prope eos minime horreant aut pauent aſpectum illorũ. Aucupio expleto, rex domũ redit, & per tres dies celebratis conuiuijs, omnes quos ad hoc uocauit ſpectaculum, ad propria reuerti concedit.

De moneta & oppulenta magni Cham.

CAP. XXI.

**M**oneta magni Cham non ſit de auro uel argento, aut alio metallo, ſed corticem accipiunt medium ab arbore mori, & hunc conſolidant, atq; in particulas uarias & rotundas, magnas & paruas ſcindunt, atq; regale imprimunt ſignum. Minimi denarij ualent pretium parui Turonenſis: & maiuſculi dimidium groſſum Venetum: qui uero maiores ſunt, habent ualorem duorum Venetorum, aut quinq; aut decem. Sunt qui Byzantium aureum ualent, aut duos aut quinq; Byzantios. De hac itaq; materia facit Imperator in ciuitate Cambalu cudi immenſam uim pecuniæ, quæ pro toto ſufficit imperio: nulliq; ſub pena mortis in omnibus regnis & terris ſuis licet aliam cude re uel etiam expendere monetam, aut illam recuſare. Nec aliquis ex alio ueniens regno, quod magno Cham non eſt ſubiectum, audeat aliam expendere pecuniam in imperio magni Cham. Vnde ſit, ut non raro negotiatores ex longinquis terris & regionibus ad ciuitatẽ Cambalu uenientes, ſecum portant aurum, argentum, margaritas & gemmas, ut pro illis accipiant monetam regiam. Et quoniam hæc in terris ſuis non recipitur, commutat rurſus eam in imperio magni Cham pro mercimonijs quæ ſecum abducant. Mandat quoq; nonnunquam Imperator hijs qui in Cambalu morantur, ut qui aurum uel argentum, aut lapides præcioſos habent, ea quanto cyoſ officialibus ſuis tradant, & conſuetam ab illis monetam iuxta illorum ualorem recipiant. Hoc itaq; modo ſit ut mercatores & ciues indennes ſeruentur, & nihilominus rex omne aurum & argentum corradens maximum congreget ſaurum. De memorata factitia moneta, ſoluit etiam officialibus & exercitijs ſuis ſtipendia, & quacunq; tandem re in curia ſua opus habet, hæc emit pecunia. Vnde quum tantam uim pecuniæ ex re nihili conſiet, & tamen per eam aurum & argentum plurimum conſequatur, ea quæ curiæ neceſſaria ſunt emat, miniſtris ſuis ſtipendia ſoluat, cuiſlibet facile conſtabit nullum in mundo reperiri regem, qui diuitijs illum ſuperet.

De duodecim præfectis prouinciarum, & eorum officio.

CAP. XXII.

**H**abet magnus Cham duodecim barones aulicos, qui triginta quatuor præfecti ſunt prouincijs: & horum officium eſt, ut ſingulis prouincijs duos præficiant rectores, atq; regijs exercitijs in locis ubi morantur de hijs quibus opus habent prouideant: & quicquid ordiant, regi indicant, qui ſua autoritate id confirmat quod illi ſtatuendum duxerint. Hi multa beneficia & priuilegia paſſim concedunt, & propterea plurimum à populo obſeruantur & ambitur fauor eorum. Habitant in quodam palatio magno in ciuitate Cambalu pro eorum officio deputato, in quo uarias habent aulas & cameraſ pro ſe & miniſtris ſuis. Habent etiam alleſſores & notarios, qui à conſilijs ſunt, quicq; ea quæ agunt diligenter annotant.

De curſoribus & nuntijs magni Cham, atq; multiplici manſione eorum.

CAP. XXIII.

**E**Xtra ciuitatem Cambalu multæ patent publicæ uia: ad uicinas ducentes prouincijs, & ſingulis caſtra ſeu diuerſoria ſunt extructa cum pulcherrimis

cherrimis palatijs, viginti quinque distantia milliarijs ab urbe Cambalu, ubi diuertunt emissarij & nuntij regis. Vocantur autem mansiones illae Ian, li, id est, mansiones equorum: nam expectant ibi trecenti, aut quadringenti equi regis nuntios. Qui hinc solvères post viginti quinque milliaria alia inveniunt diuersoria, prioribus haud dissimilia: & ea hoc ordine & distantia continentur usque ad extremos imperij limites: ita ut per uniuersum imperium in publicis uisjs circiter decem millia inueniantur regia hospitia. Equorum uero numerus, qui in illis diuersorijs nuntiorum officijs sunt deputati, est circiter ducenta millia. In locis quoque desertis & syluestribus, ubi alioquin nulla est humana habitatio, huiusmodi regia inueniuntur diuersoria, triginta aut quadraginta milliarijs à seinuicem distantia. Ministratur aut pabulum equis, & uictus custodi bus eorum, ab his ciuitatibus & incolis, qui diuersorijs uiciniiores sunt, aut intra quorum terminos illa consistunt hospitia. Diuersoria autem quae in desertis posita sunt, recipiunt necessaria à regis curia. Igitur quando rex noua ex remotis partibus cito audire cupit, destinat equites dicto suo quantocumque parentes, qui uno die ducenta aut trecenta conficiunt milliaria, & paucis diebus immensum terrae peragunt spatium: quod in hunc modum fit. Emituntur duo cum equis, qui concitatissimo cursu sine ulla mora ad proximum declinant diuersorium: ubi demissis sessis equis duos alios ascendant, & ad sequens citissime se transferunt diuersorium, sicque fit ut continue cursum suum eundo & redeundo continuent, & mandata regis ad remotissima loca pauculis diebus perferant, & rursum ex remotissimis partibus noua ad regem portent. Sunt etiam inter iam dicta diuersoria alia habitacula spatium trium aut quatuor milliarij ab inuicem distantia, ubi paucè sunt domus, in quibus habitant cursores pedestres, habentes singuli cinctoria plena sonoris tintinnabulis. Hi semper preparati sunt, ut quoties literae regiae ad eos deferantur, citissime illas ad proximum perferant habitaculum. Et priusquam illud ueniant, à longe audientes cursoris uenientis sonitum, preparati illum expectant, & susceptis literis euestigio illas ad sequentem deferunt custodià: sicque literae per uarias transeunt manus, sine ulla impediēte mora ad locum illum deferuntur, quod peruenire debet. Et sepe fit ut rex in triduo noua perdiscat, aut nouos fructus recipiat à loco, qui decē dierum itinere à sua habitatio ne distat. Omnes autem memorati cursores liberi sunt ab omni tributi exactione, & praeterea à regis quaestoribus bonam laboris sui accipiunt mercedem.

*De prouidentia imperatoris tempore caristiae.*

CAP. XXIIII.

Solet magnus Cham singulis annis nuntios suos mittere ad diuersas prouincias imperio suo subiectas, ad inquirendum num damnū aliquid à locustis aut alijs uermibus frumēto sit illatum, aut alia pestis sterilitatē in prouinciam aliquam intulerit. Et quum sibi innotuerit prouinciā aliquam aut ciuitatem detrimētum passam, remittit illi populo tributa pro illo anno, mititque de horreis suis blada pro uictu & semente. Nam tempore magnae ubertatis emit rex copiosam uim frumētī, & per annos tres uel quatuor in thecis conseruat, ut quum in una regione frumenti penuria praualuerit, defectus ille ex regijs horreis sarciri possit. Vedit autem bladum suum minimo pretio, ut pro uno modio in quadruplo plus pecuniae exponēdū esset, si ab alio quopiam emeretur. Similiter quando pestis aliqua animalia inuaserit, remittit anno illo consuetum tributū, uenditis illis alijs pecoribus & armentis. Praeterea ne usatores & cursores in prouincijs Cathai errarēt, prospexit illis prouidens imperator hoc consilio: Plantari fecit plurimas arbores, una ab alia modico distante intervallo, easque iuxta uias sic constituit, ut iter agentibus seu digito ostendat ueram semitae lineam. Quantum uero numerum pauperum hominum per totum annum nutriet, & de horreis suis frumentum & panes illis elargiatur, incredibile putabis si narrare perexero: id tamen pro uero asserere possum, cum quotidie per totum annum circiter triginta millia pauperum



perum pane pascere: nec ulli finit frumentum negari panis. Quapropter à pauperibus quasi deus reputatur.

Qualis potus vini loco in prouincia Cathai fiat. CAP. XXV.

Confectunt in prouincia Cathai potum optimum ex riso & varijs aromatibus, quæ suo sapore etiam vini excellit suauitatem. Et qui eo auidius potantur, quam ratio equum esse iudicet, aut bibentis natura egeat, citius in ebriantur quam si uinum bibissent.

De lapidibus qui ut ligna ardent. CAP. XXVI.

Per totam prouinciã Cathai ex montibus eruuntur lapides quidam nigri, qui in ignem missi ut ligna ardent & accensi aliquandiu ignem conseruant, ut si uel per accidantur, per totam noctem uitium ignem retineant. Videntur autem multi ijs lapidibus, quod lignorũ in quibusdã locis sit penuria.

De fluuio Pulsachniz & egresso ponte eius.

CAP. XXVII.

Indicauimus hæcenus in hoc secundo libro situm, magnitudinem, & negociationẽ ciuitatis Cambalu, itemq; obiter scripsimus de magnificentia, pompa & opulentia magni Cham: nunc rerum ordo exposcit, ut finitimas quoq; regiones lustremus, & quid in illis uel fiat, uel inueniatur, breui sermone aperiamus. Igitur quum Cham magnus me Marcum ad remotas partes pro quodam regni suo negotio destinasset, quod quatuor mensium spatio me itinere retinuis, omnia diligentius considerauis, quæ uel eundo, uel redeundo obtutibus meis occurrerunt: nam quum à ciuitate Cambalu itinere decem miliarium recessissem, inueni fluuium quendam magnum Pulsachniz nomine, in oceanum sese exonerantem, per quem naues multæ cum plurimis mercibus ascendunt. Est autem in eo loco pons marmoreus pulcherrimus, trecentos in longitudine continens passus, & in latitudine octo: arcibus uero seu fornibus uiginti quatuor innitens, sculptis leonibus utrunque eius priorem marginem adorantibus.

De locis ultra fluuium Pulsachniz sitis. CAP. XXVIII.

Transito fluuio & ponte, procedendo per miliaria triginta, continuo occurrunt castra, aliq; elegantes domus: item uinæ electæ, & agri fertiles. Sed finito itinere triginta miliarium peruenitur ad ciuitatem Geogui, quæ quidem magna est & pulchra, plurima habens monasteria idolorum. Fiant ibi panni optimi, aurei & serici, iteq; sindones mundissimæ. Habentur & multa communia hospitia pro aduentis & uiatoribus in illa ciuitate. Ciues autem sunt artifices & negotiatores. Extra hanc ciuitatẽ peruenitur ad biuis quoddam, cuius una uia ducit per prouinciã Cathai, altera uero uersus regionẽ Mangi ad mare. Ea quæ tranlit per prouinciã Cathai, habet ciuitates, castra, uiridaria, & optimos agros, in quibus multi quoq; sunt negotiatores & ingeniosi artifices: & homines illi multum sunt affabiles, & omnibus familiares.

De regno Tainfu. CAP. XXIX.

Itinere dierum decem à ciuitate Geogui confecto, peruenitur ad regnum Tainfu, quod quidem magnum est atq; cultissimum: nam sunt in eo uinæ multæ. In prouincia uero Cathai nullum crescit uinum, sed ah hac regione illud defertur. Exercentur in hoc regno mercationes multæ, abundantq; artificibus, & omnia arma, quibus utitur Cham pro exercitibus suis, fabricantur in eo. Hinc uero progrediendo ad occidentalem plagam, uenitur ad regionẽ amoenissimam, castris multis & ciuitatibus cultam, in qua etiam mercimonia sunt magna. Emenso hinc itinere septẽ dierum, peruenitur ad ciuitatem quandam prægrandem Pianfu nomine, in qua serici maxima est copia.

De castro Chincui, & rege eius ab hoste capto. CAP. XXX.

Ab urbe Pianfu duæ sunt diætae ad castrum quoddam elegantissimum, Chincui nomine, quod quidã Darius nomine extruxit, hostis magni illius regis, quẽ presbyterum Ioanem uocat. Est castrum illud ad eã arte & natura munitum, ut præses eius Darius neminem metuere etiam potentissi-

mum regem: de quo plurimum circumiacentiū prouinciarum præfides dolerant, ut hominem illum nemo unquam superare potuerit. Porro habuit presbyter Ioannes in aula sua septē iuuenes præfracti animi, qui iureiurando promiserant illi, se Dariū regē tradituros in manus illius. Qui uicissim illis multa bona pollicetur, si effectū id compleuerint. Illi igitur abeuntes ad curiam Darij ueniunt, obsequijsq; illius se offerunt, dissimulata mentis malitia. Qui eorum minime timens aut obseruans calliditatem & uersutum animum, ut fideles ministros suo mancipauit obsequio. Factum autem est, ut illi per totum biennium id efficere nequiuerint, quod iam diu animo cōceperat. Rex uero illis per omnia ut iam biennio probatis ministris confidens, animi recreādi gratia eū illis & alijs paucis militibus quodam tempore extra castrū per milliāre unū equitauit. Tunc proditores illi, horā adesse peritæ, qua ex cogitatā malitiā publicarent, euaginatīs super eū gladijs captum duxerūt ad presbyterū Ioannem, sponcioni suæ satisfacturi. Qui mirum in modum lætus effectus, deputauit eum ad custodiam animalium, optimesq; cultū diri iussit. Et elapsō biennio, quo cum pastoribus rex captus uixerat, iussit eum presbyter Ioannes coram se regio apparatu decoratum adduci & alloquentens dixit: Experimento nimirum nunc didicisti, quā nihilī fuerit potentia tua quādo te in tuo regno capi feci, & per duos annos cum pecoribus deputauit: posse iam te, si uellem, occidere, nullus mortalium te eripere potest ē manibus meis. Cui ille respondens ait: Verum ais, est ita. Tum rex Ioannes: Quia te adeo humiliasti, ut te nihil esse duxeris respectu mei, en uolo te deinceps agnoscere pro amico: & pro uictoria abūde satis mihi est, quod potuisses, si uoluisses te occidere: traditisq; illi equis & deputatis ministris cum honore fecit eum reduci ad castrum suum. Et ille quoad uixit, presbytero Ioanni honorem exhibuit, & iussis quibusq; obediuit.

De fluuio quodam magno Caromoran nomine & adiacente regione.

CAP. XXXI.

Transito itinere ultra castrum Chincui uiginti milliariū, peruenitur ad flumen Caromoram, quod ob nimiam latitudinem & profunditatem nullum habet pōtem: fluit uero ad oceanum. Sunt in littore eius multe extructæ ciuitates & castra, in quibus multe exercentur nundinationes. Abundat hæc regio zinzibere, serico & auiibus, præsertim phasianis. Traiecto fluuio post duorū dierum iter peruenitur ad nobilem ciuitatē Cianfu nomine, ubi de auro & serico pulcherrimi fiunt panni. Omnes incolæ huius ciuitatis & ferē totius prouinciæ: Cathai idololatræ sunt.

De ciuitate Quenquinasu.

CAP. XXXII.

Ultra uero procedendo per iter dierum octo, inueniuntur passim ciuitates & oppida multa, agri pulcherrimi et uiridaria. Abundat terra serico & uenationibus bestiarum atq; auium. Quod si ulterius alijs octo diebus progrediatis, perueniens ad ciuitatem grādem Quenquinasu nomine, quæ est regni Quenquinasu metropolis. Et regnum istud fuit olim opulētum & magni nominis. Hodie præest illi filius magni Cham Mangala nomine. Producit ea regio magnam copiam serici, & omnia ea quæ ad hominis uitam cōferendam sunt necessaria. Exercent etiam in ea plurimæ nundinationes. Incole idola colunt. Extra ciuitatem est regale palatium in plantis sitū, in quo Mangala eū aulicis suis uersatur. Est quoq; in medio ciuitatis palatiū quoddam elegantissimum, ab intra parietes habens deauratos. Vacat rex cum aulicis suis uenationi animalium & capture auium, quibus illa regio abundat.

De prouincia Chunchi.

CAP. XXXIII.

Recedendo à dicta urbe & palatio itinere trium dierum iter per plantitæ quandā pulchram, in qua ciuitates plures sunt & castra, & ubi abundantia est serici, usq; dum ueniatur ad regionem montuosam, ubi nedum in montibus, uerū & in montium conuallibus inueniuntur ciuitates & castra, & sunt de prouincia Chunchi. Incolæ sunt idololatræ & terræ cultores. Sunt etiā in

ea regio.



ea regione venationes leonum, urforum, ceruorum, capreolorum, damularum, & id genus animalium. Patet regio illa itinere viginti dierum, habens montes, & ualles, atq; nemora multa, sed ubiq; pro uiatoribus contentientia inueniuntur diuerforia.

De prouincia Achalechmangi. CAP. XXXIIII.

Iam dictæ prouinciæ contigua est prouincia alia, nomine Achalechmangi, quæ est ad occidentalem plagam: & sunt in ea multæ ciuitates & castra: sed principalior regionis ciuitas uocatur Achalechmangi, & est cõfinis prouinciæ Mangi. Hæc prouincia itinere trium dierum planiciæ habet, deinde sequuntur montes & ualles atq; nemora, patetq; itinere uiginti dierum, habens ciuitates multas & oppida. In cæteris rebus non differt à priori prouinciã: nã habet negotiatores, artifices & cultores terræ; itemq; uenatores multa rã syluestriũ animalium. Habet quoq; animantia quæ muschũ producunt. Cre scit in hac prouincia zinziber in magna copia, sicut & triticum atq; risum.

De prouincia Sindinsu. CAP. XXXV.

Priori prouinciæ cõtermina est alia prouincia Sindinsu nomine, quæ etiã cõtingit prouinciã Mangi. Huius principalior ciuitas est Sindinsu, quæ olim fuit magna & locupletissima, habens in circuitu uiginti miliaria. Habuit etiã regem ditissimum & potẽtem: qui quum tres reliquisset filios regni successores, trifariã diuiserunt ciuitatẽ, partes singulas proprijs cingentes muris, quæ tamen omnes intra priorẽ continebantur murũ. Magnus uero Cham ciuitatẽ illam & regnũ suã subiecit ditioni. Per mediũ huius ciuitatis transit fluuius qui dicitur Quianfu, habens in latitudine dimidiũ miliarẽ, & est profundus ualde atq; piscosus. Positæ sunt in ripis eius multæ ciuitates & castra. Ostia eius distat ab hac urbe nonaginta dierũ itinere. Naues & merces per ipsum ascẽdunt in maxima multitudine & copia. Transit etiã pons lapideus per ipsum in ciuitate Sindinsu, habens longitudinẽ unius miliaris, & latitudinẽ octo passuũ. Et supra ipsum cõstruuntur mane uariæ domuncula, quæ artificũ sunt officinæ, & sero iterũ deponunt. Est & alia super eum cõstructa domus, in qua manet regis ministri, qui à transeuntibus pedagia & uectigalia exigunt. Vterius uero procedendo per iter quinque dierum transitur per planiciẽ quandã, in qua sunt ciuitates, castra, et uille multe, in quibus sunt syndones in magna copia. Reperuntur etiã ibi animalia syluestria multa.

De prouincia Tebeth. CAP. XXXVI.

Post planiciẽ, de qua iam diximus, uenitur ad prouinciã Tebeth, quæ magnus Cham expugnauit atq; deualtauit: nam multæ in ea sunt ciuitates destructæ, & castra diruta. Patet autem in lõgum itinere uiginti dierum. Et quoniam omnino in solitudinem est redacta, habitatoribus carẽ, necesse est ut uiatores uicualia secũ ferant, quæ illis sufficiant per iter uiginti dierũ. Et postquam hominum habitatione ceperit destitui, feræ syluestres totam eã occupantes periculosum iter transeuntibus fecerunt, presertim noctũ. Verũ contra hoc periculũ mercatores, & alij uiatores tale excogitauerunt cõmentum. Nascuntur in regione illa maximæ arundines, quæ habent in longitudinẽ passus quindecim: crassitudo uero in gyro tribus mensuratis palmis. Porro inter duos uiciniores nodos distantia est trium palmorum. Itaq; quando uiatores noctũ uolunt quiescere, accipiunt fasces magnos de illis arundinibus, & in unam ponunt congeriem, subiectoq; igne succendunt. Quæ igne correptæ incipiunt crepitare, tantusq; in eis excitatur stridor & fragor, ut ex minus ad aliquot miliaria audiri possit. Quem terribilem sonitum animalia audientes, obstupescentes fugiunt ramdiũ, donec crepitus ab auribus eorũ euanescat, illisq; sic elusis mercatores & uiatores tuti pertranseunt prouinciã illam. Porro equi & alia iumenta, quibus mercatores pro itinere utuntur, hoc audito strepitu plurimum inhorrescunt, & multa in fugam conuersa dominis suis elapsa sunt: sed prudentiores uiatores pedes eorum compediibus ligantes, ut quadam ea secum retinent, ne territa auigiant.

De

De regione alia Tebeth, &amp; turpi eius consuetudine CAP. XXXVII.

**P**eracto itinere uiginti dierum, transitq; prouincia Tebeth, occurrit ciuitates & uille plurimę, in quibus idololatrię occasione pessima inoleuit cōsuetudo: nam nullus uir sibi ducit uxorem uirginem, sed si quam ducere in stituit, necesse est ut prius à multis uiris sit cognita: aut enim multerem non esse coniugio aptam, nisi prius fuerit stuprata. Vnde quando uitatores & aduenę aliunde uenientes hęc transeunt regionem, & quietis gratia tabernacula sua ponunt, mulieres eius loci habentes filias nobiles, ducunt illas ad peregrinos, aliquando uiginti, quandoq; triginta aut plures iuxta numerum matorum precibus uicti, deligunt sibi ex puellis quas uolunt, & matrimonio aptiores reddunt. Et quom recedere uolunt, nullam secum abducere permittuntur, sed parentibus fideliter restitunt. Exigit etiam puella ab eo qui eam deslorauit, iocale aliquod, seu musculum, quod ostendere possit cui argumētum suę deslorationis. Et quę à pluribus uiris fuit amata atq; corrupta, & multa habuerit talia iocalia quę ostendat proci, hęc nobilior habetur, facilliusq; & honorifice maritari potest. Et quādo honorifice uult incedere, suscipit ad collum omnium amatorum insignia: quantoq; pluribus fuit grata, tanto maiori honore digna iudicatur. Sed quādo cum maritis nuptias inierint, iam non permittuntur amplius extraneis uiris copulari, sed mariti suis fidem seruare coguntur. Et plurimum cauent huius regionis uiri, ne in hac re alterutrum se offendant. Idololatrę sunt atq; crudeles homines, pro nullo reputantes peccato, si prædentur & atrociniā exercent. Viuūt de uena tionibus atq; fructibus terrę. Inueniuntur etiam apud eos multa animantia quę muschū productunt, quę Gadderi uocantur. Venantur incolę huiusmodi animalia canibus, abundantq; muscho. Linguam habent propriam atq; peculiarem monetam, & pellibus in duuntur bestiarum, aut canabeo rudi. Pertinet hęc regio ad prouinciā Tebeth: nam est Tebeth latissima prouincia, diuisa in octo regna, habens ciuitates & oppida multa. Terra montuosa est, suntq; in ea loca quędam, atq; quidam fluuij in quibus aurum inuenitur. Vnum quoq; ibi corallio pro moneta: nam est is lapis apud eos in magno pretio, & omnes fœminę deferunt eum ad collum, appenduntq; ipsum quasi rem speciosam ad colla idolorum. Sunt in hac regione canes maximi, alinis æquales, qui syluestres capiunt bestias. Habent etiam falcones, & alias aues uenaticas. Crescunt apud eos in magna copія cinamomum & alię species aromaticę. Subiecta est prouincia ipsa magno Cham,

De prouincia Caniclu.

CAP. XXXVIII.

**P**rouincię Tebeth, adiacet ab occidente prouincia Caniclu, quę regē habet, sed qui tributarius est magno Cham. Est ibi lacus in quo tāta est margaritarū copія, ut pretiū earū omnino uilesceret, si pro hominū libito asportari permitterentur. Vnde sub capitis pœna cautū est, ne ullus in hoc lacu piscari margaritas absq; magni Cham indulto præsumat. Sūt quęq; in hac prouinciā animantia Gadderi, qui muschū ferunt in magna abundantia. Scatet etiam lacus ille, qui margaritas in tanta copія nutrit, piscibus: & tota terra plena est syluestribus bestijs, puta leonibus, ursis, ceruis, damulis, lyncibus, capreolis, & diuersis alijs speciebus. Vinū nō crescit in ea, sed loco eius potū optimū cōficiūt ex tritico, riso, & alijs uarijs speciebus. Inueniuntur ibi gario phylli in magna copія qui colliguntur ab arborib. quę habēt ramusculos paruos, atq; albū florem, ex quo natū pirū loco grandi habet gario phyllū. Crescit deniq; ibi zinziber in magna copія, cinamomū & alię uarię aromaticę species, quę ad regiones nostras non deferuntur. Inueniuntur etiam in montibus huius regionis lapides qui Turchisi nominantur, pulchri ualde, sed qui hinc absq; licentiā magni Cham auferri non possunt. Incolę huius terrę idola colunt, à quibus adeo sunt dementati, ut putēt eorum promereri gratiam, si uxores.



uxores suas & filias uiatoribus abutendas prostituant. Nam quum peregrinus quispiam ad eos hospitij gratia diuertit, confestim paterfamilias uxorē filias, & reliquas mulieres quae in domo eius sunt conuocat, mandatque ut hospitij & focij eius per omnia obediant: & ipse recedens peregrinum et comites eius in domo sua relinquit, nec redit donec illic abierint. Et peregrinus interim quo illo fruatur hospitio, suspendit pallium suum, aut aliud signum ante fores illius domus: & quando paterfamilias redit, atque per signū illud animaduertit hospitē nondum discessisse, non intrat domum suā, sed iterū abit, fors expectaturus donec ille emigrauerit. Et in hūc modū potest peregrinus duobus aut tribus diebus illo uti hospitio. Et obseruatur consuetudo ista per totam illam prouinciā Canielu, nec quisquā putat sibi illud esse dedecori, si peregrino uxoris suae aut filiae copiam fecerit, quod in deorum facti gloria speras illos sibi magis propitios futuros. Moneta eorum sunt uirgule quaedam aureae, certum habentes pondus, & iuxta pondus uirgulae est ualor monetae. Et haec quidem est moneta maior. Habent etiam minorem, quam hoc modo faciunt. Coquunt sal in caldario, & postea faciūt ex eo in formellis massulas paruas, quas consolidatas pro moneta exponunt. Relicta hac prouincia proceditur itinere decem dierum, & interim occurrit castra & pagi multi, quorum incolae easdem habent consuetudines quas prouincia Canielu, tandemque peruenitur ad flumen quod Brius uocatur, ad quod prouincia Canielu terminatur. Inuenitur autem in hoc flumine aurum in magna copia, quod *Perigola* dicitur: & in ripis eius crescit cinamomum in maxima abundantia.

De prouincia Caraiam. CAP. XXXIX.

Trariceo flumine Brio peruenitur ad prouinciā Caraiam, quae septem continet regna. Subiecta est autem magno regi Cham, cuius filius Efen-temur nomine, meo tempore regno illi praefuit. Incolae eius sunt idololatre. Nutrit regio equos optimos: habet etiam linguā propriā & difficilem. Metropolis eius uocatur Iaci, & est ciuitas magna & insignis, in qua multae sunt nundinationes. Habitant ibi etiam pauci Christiani, Nestoriani, & plurimi Mahumetani. Habent triticum & risum multum, licet triticeo non uelcantur pane, quum hunc digerere sine stomachi afflictione nequeant, sed ex riso panem conficiunt. Faciūt quoque potum ex uarijs speciebus, sed qui eos facilius quam uinum inebriat. Utuntur pro moneta lapillis quibusdam aureis & albis, qui in mari reperiuntur. Fit in hac ciuitate sal plurimum ex aqua puteorum, de quo rex magnum habet emolumentum. Sunt uiri in hac regione admodum stupidi & stolidi, ut non curent si quispiam accedat ad uxores suas, modo illae assensum praebuerint. Est etiam illic lacus ualde piscosus, centum in gyro complectens milliaria. Edunt homines illi carnes crudas, sed hoc modo paratas. Primo terunt illas minutatim, deinde condiunt eas oleis odoriferis atque optimis speciebus, & sic deuorant.

De regione quadam in prouincia Caraiam sita, in qua sunt maximi serpentes.

CAPVT XL.

Discedendo à ciuitate Iaci peruenitur ad regnum aliud, emenso scilicet decem dierum itinere, cuius metropolis dicitur Caraiam, cui praesidet Co-gracam filius Cublai imperatoris. Et ab hac urbe tota illa regio denominatam habet. Suppeditat ibi flumina plurimum auri, quod *Paglola* nominatur. Inuenitur quoque in lacunjs & montibus aurum, sed quod alterius est speciei. Incolae sunt idololatre. Nascuntur in hac regione serpentes maximi, quorum quidam in longitudine continent decem passus, & in complexu grossiores decem palmos. Aliqui ipsorum prioribus carēt pedibus, quorum loco ungulas habent in modum ungarum leonis aut falconis. Caput ipsorum est magnum, & oculi praegrandes, ut duorum panum adaequant quantitatem. Os & rictum habent tam amplum, ut hominem deglutire ualeant. Dentes quoque magni & acerrimi rictui illi tam horrendo non desunt. Nec est homo alius, aut aliud animal, quod sine terrore serpentes illos aspiciere, ne dicā adire possit.

possit. Capiuntur uero in hunc modum: Solet is serpens interdiu latitare in cauernis subterraneis, aut alijs specubus in montibus uel petris reptans: nocte uero egreditur, circumiens terram, & potissimum aliorum animalium lastrat latibula, quærens cibum quem deuoret: nec formidat ullius bestie genus: deuorat enim bestias magnas & paruas, leones & urfos: & ubi uentrem exaturauerit, redit ad speluncam suam. Et quum terra illa admodum sit fabulosa, mirum est quantam foueam corporis sui pondere in arenam imprimat: putares dolium aliquod uino plenum per fabulum uolutatum. Venatores itaque beluæ insidiantes, interdiu figunt multos palos in fabulum, fortes & acuto ferro in superiore extremitate dentatos, & hos fabulo tegunt, ne à serpente uideri possint: multosq; passim terræ insigunt, præsertim ubi in uicino norunt beluam latitare. Et quando nocte solito more progreditur, ut escam sibi quærat, & molem corporis sui percedentem arenam reptando & trahendo mouet, fit aliquando, ut pedus in latentem sudem ferro acuminatam uiolenter immergat, & seipsum interficiat, aut graui læsione sauciet: & tunc latentes uenatores accurrentes beluam interficiunt, si adhuc uiuit, & fel extrahunt. quod magno uendunt pretio: nam est medicinale: unde qui à rabido cane læsus fuerit, si uel modicum, quantum est pondus unius denarii, de illo hiberit, statim sanatur. Et mulier in partu laborans si uel tantillum de hoc felle gustauerit, acceleratur partus eius. Sic qui hæmorrhoidam aut ficum anis sustulit, si equis auferre de osse caudæ nodos duos uel tres, ne equus currit, seorsim cauda feriat, & ne caudam nunc huc, nunc illuc flectere possit: nã turpe hoc iudicant. Vtuntur in bello scutis & armamentis de corio bubalorum factis, & sagittas atque lanceas omnes intoxicant. Et priuquam magnus Cham Cuiuslibet hanc prouinciam suæ subiecisset ditioni, præualuerat apud eos ista detestanda cõsuetudo, ut quum uir aliquis exteræ nationis bonis adornatus moribus, prudens in uerbis & factis, & omni honestate cõspicius apud eos hospitare, occidebant eum nocte, putantes quòd mores, prudentia, honestas, gratia, imò anima uiri illius in domo illa deinceps manerent. Et hæc peruidia seu discredulitas, effecit ut plures uiatores illo loco occisi fuerint. Verùmagnus Cham ut regnum illud suo subiugauit dominio, eliminauit impletatem illam, & summam illam stultitiam.

## De prouincia Arcladam. CAP. XLI.

VENTibus nobis de prouincia Caraiam, post quinque diætas occurrit prouincia Arcladam, quæ etiam paret magno Cham. Metropolis eius uocatur Vnchiam. Vtuntur incolæ eius pondere auri pro moneta: nam argentum in regione illa & multis alijs circumiacentibus regionibus minime inuenitur. Qui autem argentum aliunde important, hi commutant illud pro auro, & multum lucrantur. Potu factitio utuntur, ex riso & aromatibus confectio. Viri & mulieres regionis illius dentes cooperiunt subtilibus laminis aureis, quas sic illis adaptant, ut dentes ipsi in laminis quadammodo sedere uideantur. Viri omnes militarem edocti sunt artem, quippe qui soli militia & uenationi bestiarum atq; uoluerum intenti sunt. Mulieres uero domus curant, gerunt, habentes seruos emptitios, qui eorum mancipati sunt obsequijs. Est quoq; in hac prouincia cõsuetudo, ut quum mulier pepererit, quam cito poterit, lectum deserit, surgensq; gubernationi domus intendit: & ruc maritus eius decumbit lecto quadraginta diebus, nati infantis curam gerens. Mater uero aliud nihil circa infantem agit, nisi quòd lac illi sugedum præbet. Et amicti atque consanguinei interim uisitant uirum illum decumbentem non secus quam hic puerperæ uisitantur. Asunt enim mulierem, quum uterum gestaret atque euacueret, longo tempore grauius afflictam, & nunc conueni-

*Crudelitas in  
hostibus.*

*Vir puer  
perus*

nien  
rame  
quæ  
syste  
quia  
bent  
taten  
entib  
sicut  
seu  
chor  
maga  
Jude  
cent  
tion  
aut,  
gi or  
ualte  
dearu  
folet  
fit. Et  
offer  
maga  
audie  
res &  
is, ac  
sed &  
cum  
rea ru  
clum  
sum a  
stim  
fatis  
mola  
mon  
rger  
tus fu

AC  
maga  
cim e  
tion  
adiu  
dieru  
ad re  
naue  
lia, ca  
aut q  
uitate  
pest  
nisse  
borat  
& str



niens esse, ut diebus quadraginta ab infantis cura & labore quiescat, affert  
tamen viro cibum ad lectum. In hac prouincia idola alia non sunt, nisi quod  
quælibet familia progenitorem suum adorat. Habitant plerumque in locis  
syluestribus atque montanis. Ad montes autem illos extranei non accedunt,  
quia aërem qui ibi corruptus esse censetur, ferre non possent. Literas non ha-  
bent, sed contractus suos & obligationes faciunt per tesseras, quarum medie  
tatem seruat unus, & aliam alius: quæ postea in unum collata, signis cõueni-  
entibus adhibitis, rei causam exponunt. Non sunt in hac prouincia medicis,  
sicut nec in Canidu & Caraiam: sed quum quis infirmatur, conuocant magos  
seu idolorum ministros, & illis exponit ægrotus morbum suum: tunc magi  
chorem agunt, instrumenta quædam sonant, & in honorem deorum suorum  
magnos reboant cantus, donec tandem unus ex eis in chorea saltantibus &  
sudentibus à dæmone corripiatur. Tunc chorea relicta, arreptitiũ in terra ia-  
centẽ cõsulunt, ex qua causa id morbi illi acciderit, quidq; pro ipsius libera-  
tione sit agendũ. At dæmon per arreptitiũ respondet: Quia id uel illud fecit  
aut, quia hunc uel illum offendit deum, ideo in hunc incidit morbũ. Tũ ma-  
gi orant ut deus illi noxam illam remittat, promittentes ægrotum illũ si con-  
ualuerit, de sanguine suo proprio sacrificium oblaturũ. Quod si dæmoni ui-  
deatur infirmum tali laborare morbo, ut hinc liberari non possit, responderẽ  
solerit: iste tam grauter deum illũ offendit, ut per nulla sacrificia placari pos-  
sit. Et si à morbo conualiturus sit, iubet ut tot arietes, & nigra habentes capita  
offerat, tot etiã & tales paret potiones, tot ad se conuocet magos, totidemq;  
magas, per quorum manus sacrificiũ offeratur, & tũ placetur illi deus. Quo  
audito, conlanguinci eius cito curant illa fieri quæ demon iussit: occidit arie-  
tes & sanguinem ipsorum in cœlũ spargunt, conuocantq; magi cum sagis su-  
is, accendunt luminaria magna, & domum totam thurificando suffumigant,  
sed & sumum de lignis aloës faciunt, atq; ius carniũ in aëra spargunt unã  
cum potione de aromatibus confecta: quibus omnibus rite peractis, in cho-  
rea rursũ saltant in honorem illius idoli, quo infirmo putatur propitiũ fa-  
ciũ, cantant & horribiliter uocibus suis strident. His factis, interrogant rur-  
sum arreptitiũ, num per hæc idolum sit placatum. Si respondet nõ, conse-  
stion parant se ad implendũ aliud eius mandatum. Si autem respondet sibi  
satis factum, phanatici & incantatores sedent ad mensã, & carnes idolo im-  
molatas comedunt cum magna letitia, & bibunt confectiones quas in dæ-  
monum sacrificio libauerunt. Et finito prandio quisq; ad sua redit. Et quum  
æger ex diuina prouidentia sic morbum euaserit, & incolumitatẽ restitũ,  
tus suicit, id cæci homines non uero deo, sed dæmoni gratum ferunt.

*De prelio magno quod fuit inter Tartaros, & regem Mien*

CAP. XLII.

**A**Nno domini M. CCLXXXII. magnũ est ortum bellum propter regnũ  
Caraiam, cuius præcedẽti capite meminimus, & regnum Botiã: nã misit  
magnus Cham unum de principibus suis Nescordim nomine cum duode-  
cim equitum millibus, qui prouinciã Caraiam à qualibet turarentur inesta-  
tione. Erat autem dictus Nescordim uir prudens & strenuus, & habebatq; sibi  
adiunctos milites probos & bellicis rebus assuetos. Horum aduentum ut au-  
diuerunt rex Mien & rex Bahala, perterriti sunt plurimum, putantes quod  
ad regna eorum expugnanda uenissent. Et conuocantes militias suas coadu-  
nauerunt equites & pedites circiter sexaginta millia, elephãtos autẽ duo mil-  
lia, castra gestantes, & in quolibet castro erant politii duodecim uiri armati,  
aut quindecim, aut sedecim. Cũ hoc exercitu properauit rex Mien uersus ci-  
uitatẽ Vocia, ubi quiescebat Tartarorum exercitus, & per tres dies in cam-  
pestribus illis quietus mansit. Audiens uero Nescordim tantum contra se ue-  
nisse exercitũ, plurimũ timuit: tamen illi metũ illum omnino dissimularet. Ro-  
boratus est nõ nihil animo, quod sciret se in suo exercitu habere uiros fortes  
& strenuos bellatores. Egressus itaq; uirilĩ animo ut pugnaret contra hostiẽ,  
A castra

castra posuit contra nemus quoddam magnum, quod proceras & maximas habebat arbores, non nescius quod elephantum cum turribus seu castris illis portatilibus nemus ingredi minime ualeret. Tunc Mien rex audiens adesse Tartaros, contudit occurrere illis. Tartarorum uero equi elephantos adesse sentientes, quippe qui in prima acie constituti erant, tanto terrentur pauore, ut nulla uis, aut ullo ingenio potuerint à suis sessoribus contra elephantos excitari. Coguntur igitur Tartari ab equis descendere, illisque ad nemoris arbores ligatis, pedestres contra elephantos pugnaturi ueniunt. Et quoniam in prima acie omnes milites hastas habebant, & sagittis iaciendis assueti erant, tantam sagittarum uim in hostem torquent, ut elephantum uulnerati, & sagittarum ictus minime ferre ualentes, fugam arripere, omnesque rapido cursu uersus nemus proximum contenderent. Rectores uero eorum quum summa ui illos in hostem arce mollitentur, in casum laborauerunt: nam dispersi sunt huc atque illuc, & ingressi nemus portatilia castra ruperunt, & armatis uiros in illis sedentes deiecerunt: Quod uidentes Tartari currunt ad equos suos, illisque consensu cum magno impetu irruunt in acies regis. Hostis uero territus, quod elephantorum dissipata esset acies, quantum potuit manifeste defendit. Et quum utrinque atrociter pugnarent, atque multi de utroque caderent exercitus, rex Mien cum suis tandem in fugam uersus, Tartaris insequentibus & plurimos adhuc interficientibus uictoriam reliquit. Quibus superatis Tartari in nemus properant, atque elephantos capere conantur: uerum illis fugientibus nullum cepissent, nisi inter captiuos quidam illis auxilio fuissent. Ceperunt autem circiter ducentos. Ab hoc praelio & deinceps cepit magnus Cham uti elephantis in exercitu, quos prius ad hoc assuetos officium non habuit. Paulo post deuicit idem magnus Cham terras regis Mien, suoque subiugauit imperio.

De regione quadam schustri, & prouincia CAP. XLIII.

**R**ecedendo à prouincia Caratiam peruenitur ad descensum quendam, in quo fere per tres dies itur in præceps, nec est ibi ulla habitatio, etiam si sit latissima quadam planities, in quam tribus diebus per hebdomadam multum conueniunt homines mercandi gratia. Descendunt multi de magnis regionibus illius montibus, aurum secum deferentes quod pro argento commutatis, nempe unam auri unciam pro quinque argenti uncias dantes: unde de exteris nationibus multi illuc ueniunt negotiatores, qui argentum afferentes aurum asportant. Ad montes uero illos excelsos, in quibus illi cum magna securitate habitant qui aurum in regione illa colligunt, nemo extraneorum uenire poterit, quum iter illud inuium sit, & adeo perplexum, ut potius teipsum perdes, quam absconditos inuenires homines. Post hæc uenitur ad prouinciam Mien, quæ à meridie bonis est Indiae, & hæc maxima habet loca syluestria & nemorosa, in quibus innumeri discurrunt elephantum, unicornes, atque alie feræ agrestes, sed nulla sibi est habitatio humana.

De ciuitate Mien & sepulchro regis, CAP. XLIIII.

**I**tinere peractò quindecim dierum peruenitur ad ciuitatem quæ uocatur Mien, & hæc magna est atque nobilis, quippe quæ caput est regni, magno subiecta Cham. Habitatores eius linguam propriam habent, & sunt idololatæ. Fuit in hac ciuitate rex prædiues, qui moriturus iussit sibi parare sepulchrum in hunc modum: In quolibet capite seu angulo monumenti fieri iussit turrim unam marmoream altitudinis decem passuum, spissitudinis iuxta proportionem altitudinis seruata. In cacumine uero turres illæ rotundæ seri iubebantur, atque una earum undique auro cooperiri. Super cacumen uero turris multæ suspendi debebant aureæ campanellæ, quæ ad statum uenti sonum quendam redderent. Alia autem turris argento debebat operiri, habens in summitate campanellas argenteas, quæ similiter tinnitum ederent flante uento. Hoc sepulchrum fieri iussit pro honore nominis sui, & ut memoria sua apud homines nunquam interiret. Et quum magnus Cham sibi subijceret hæc prouincia,



provinciam Mien, noluit ut exercitus violaret sepulchrum illud, quod rex ille fecerat ad honorem, nominis sui: nam est mos Tartarorum, ut non præsumant violare ea quæ spectant ad pietatem defunctorum. Sunt in hac provincia multi elephantes, boues syluestres magni & pulchri, cerui et damule, aliique diuersarum specierum animalia syluestria.

De provincia Bangala, CAP. XLV.

Bangala provincia à meridie confinis est Indiæ, quam magnus Châ nondum subegerat, quum ego in curia illius uersarer, sed ad expugnandum exercitum miserat. Habet regio regem proprium atq; propriam linguam. Incole eius sunt omnes idololatæ: uelcuntur carne, riso & lacte: habent bom bicem in magna copia, & gratia illius multæ & magnæ fiunt ibi nundinationes. Abundant etiam spico, galaga, zinzibere, iacaro, & alijs diuersis aromatibus. Sunt quoq; ibi maximi boues, qui crassitudine, sed non altitudine elephantos æquant. Fiunt in hac provincia multi eunuçi, qui postea negotiatoribus uenduntur, distrahendi in diuersas provincias.

De provincia Cangi, CAP. XLVI.

Post memoratam provinciam orientem uersus sequitur provincia Cangi, quæ propriam habet regem, atq; propriam linguam. Incolæ eius idololatræ, & sunt tributarij magno Cham. Rex eorum habet circiter trecentas uxores, inuenitur in ista provincia aurum multum, & multa aromata, sed quæ non facile distrahi possunt, quum regio ipsa longe distita sit à mari. Sunt quoq; in ea elephanti multi, & uenationes multarum ferarum. Incolæ eius uiuunt de carnibus, lacte & riso. Vino carent, sed de riso & aromatibus potum conficiunt bonum. Solent tam uiri quàm mulieres pingere acubus facies suas, colla, manus, uentres & crura, facientes imagines leonũ, draconũ, & auium, adeoq; eas impressas firmant, ut non facile aboleri possint: & quo quis plures huiusmodi habuerit imagines, eo pulchrior æstimatur.

De provincia Amu, CAP. XLVII.

Amu provincia ad orientalem sita plagam, magno subiecta est Cham, cuius incolæ idola incolunt, habentq; linguam propriam. Abundant gregibus animalium, habentq; copiam uictualium, & equos multos, eosq; optimos, quos negotiatores in Indiam ducunt. Habent quoq; bubalos multos & boues, quia sunt illic pascua delicta. Tam uiri quàm mulieres gestant in brachijs monilia aurea & argentea magni ualoris.

De provincia Tholoman, CAP. XLVIII.

Provincia Tholoman distat ad orientem ab Amu itinere dierum octo subiecta magno Cham, habens linguam propriam, & idola colens. Viri & mulieres eius sunt elegantis formæ: tametsi bruno sint colore. Terra cultissima est, castra & ciuitates habens multas & fortes. Viri in armis sunt exercitati, & ad bella assueti. Mortuorum suorum corpora comburunt, & ossium reliquias capsæ includentes, in cauernas montium recondunt, ne uel ab homine, uel à bestia tangi possint. Aurum est ibi in magna copia, & loco monte utuntur auri glebis in mari repertis.

De provincia Gingu, CAP. XLIX.

Provincia Tholoman ducit iter uersus orientem ad provinciam Gingu, atq; duodecim diebus iuxta fluuium quandam, donec perueniat ad ciuitatem grandem Sinuglu. Subiecta est regio magno Cham, & sunt incolæ eius idololatæ additi. Parantur in hac provincia panni elegantes de corticibus arborum, quibus æstate induuntur. Sunt in ea plurimi leones, ut etiã præ timore corũ nullus audeat noctu extra domos dormire: nam quocunq; inueniunt lacerant atq; deuorant. Naues quæ ascendunt & descendunt per flumen, propter leonum metum ad ripam non ligantur, sed in medio fluminis ancoris eiectis retinentur, alioquin leones noctu naues ingrederentur, & quicquid uitium in eis reperiret deuoraret. Et licet leones illi sint magni & terrores, sunt tamen in eadem regione canes tam audaces & fortes, ut non ue-

A 2 recantur

reantur leonēs inuadere, Et saepe fit ut duo canes & uir sagittarius equo insi- dens leonem sternant: nam quum canes leonem adesse sentiunt, magno latra- tu eum inuadunt: praesertim quando sciunt se hominis auxilio fultos, nō desi- nunt mordere leonem in partibus posterioribus atq; cauda: & licet leo saepe rictum illis minetur, huc illucq; se uertens, ut illos dilaceret, tamen canibus magna cautela sibi prouidentibus, non facile ab eo laeduntur, praesertim quū insequens eques tunc leoni saculum infigere studeat, quādo canes trucidare conatur. Fugit tamen leo, metuens ne propter canum latratum alij quocq; ca- nes & homines prouocentur in eum: & quum arborē apprehendere potest, illico confugit ad eam, & ceu tuto fortalicio ea fruitur à tergo, uersosq; rictu contra canes, tota ui se tutatur contra illos. Vir autem eques appropians nō cessat iaculāri leonem, donec interficiat: nec aduertit leo iaculantis ietus, do- nec ruat: usque adeo faciunt canes illi negotium. Abundat regio ista serico, quod per mercatores ad diuersas portatur prouincias.

De ciuitatibus Cacausu, Canglu & Ciangli. CAPVT L.

**R**ecedendo à prouincia Gingui, plures passim occurrunt ciuitates & ca- strā: ubi absolueris iter quatuor dierum, offert sese Cacausu nobilissi- ma ciuitas, quae prouinciae Cathai annumeratur, sita ad meridiem, & serico abundans, unde pretiosi fiunt panni atq; sindones, auro illis intertexto. Ab hac ciuitate tres numerantur diatae uersus meridiem ad ciuitatem aliam ma- gnam, Canglu nomine, quae sale abundat: nam est terra illa falsissima, & ex ea eliciunt sal hoc pacto: Congerūt terram in modum collis, & superfundens aquam, quae sanguinem terrae attrahat, eam iterū sub congesto colle hau- riunt, & tam diu iuxta ignem coquūt, donec in salis coaguletur densitate. Vitra ciuitatem Canglu itinere quinque dierum est ciuitas alia Ciangli nomi- ne, per cuius mediū transit fluuius magnus, nauibus mercibus oneratis com- modissimus: nam est illic emporium insigne.

De ciuitatibus Tadinu & Singuimatu. CAPVT LI.

**V**ltiore procedendo post diatae sex uersus meridiem peruenitur ad ci- uitate magnam Tadinu, quae regem propriū habuit, priusquam subie- retur magno Cham: & habet quadraginta ciuitates iurisdictioni suae subdi- tas, quae omnes elegantissima habent uiridaria. Rursum eundo uersus meri- diem, absolutis tribus diatē, peruenitur ad aliam insignem ciuitate Singui- matu nomine, ad quam à meridie magnus quidam currit fluuius, qui à loci incolis in duos diuisus riuos, partim ad orientē uersus Mangi, & partim ad occidentē uersus Cathai fluit. Per hos riuos innumerā nauiculā cum mercibus adducunt. A Singuimatu si uersus meridiem duodecim diatē contē- das, continēe occurrunt ciuitates & oppida, in quibus nundinationes multae fiunt. Incolae harum regionum sunt idololatrae, magno Cham subiecti.

De fluuio magno Caromoran, & ciuitatibus Corgangui & Caigui.

CAPVT LIJ.

**P**riore continuato itinere peruenitur ad flumen magnum Caromoran no- mine, quod ex regno presbyteri Ioannis fluere dicitur. Occupat in latitudi- dine spatium unius miliaris: profunditas uero eius est tanta, ut oneratae na- ues per ipsum ascendere & descendere queant: abundat etiam piscibus. Haud longe ab ostio huius fluminis, ubi scilicet ruit in oceanum, sunt circiter quin- decim millia nauium, quas illic instructas habet magnus Cham, ut si necessi- tate ingruente nauigandum sit ad insulas maris, exercitus per paratas naues facile adduci possit. Harum nauium plurimae sunt tam magnae, ut quindecim ferre possint equos, ac eorum sutores, eum uictu & pabulo illis & istis neces- sario. Nauae uero circiter uiginti sunt in qualibet naui. Porro iuxta stationē illarum nauium duae sunt ciuitates iuxta fluminis litae ripam, quarum una di- citur Corgangui & alia Caigui. Traiecto uero illo flumine, mox ue- nitur in nobilissimam prouinciam Mangi, cuius praecōnū explicabitur in sequentibus capitibus.

Depro)



De prouincia Mangi, &amp; pietate atq; iustitia regis,

CAP. LIIII.

**H**Abuit prouincia Mangi, regem quendam Factur nomine, diuicē & potentem, quo præter magnum Cham nullus in regionibus illis maior inueniebatur. Regnū eius fortissimū erat, & inexpugnabile putabatur, ut ne mo ipsum inuadere præsumperit. Vnde factum est, ut tam rex quam populus bellorum & armorum usum & exercitiū amitterent. Erāt singulę ciuitates foueis atq; fossatis latissimis aqua redundantibus cinctæ. Carebant equis, quia neminem timebant. Hincq; factum est, ut rex gentio plus æquo indulgens, delictis frueretur cōtinuis. Alebat domi circiter mille domicellos, & aliud satellitiū magnum & honorificum habuit. Fouebat tamen iustitiam, conseruabat pacem, & diligebat misericordiam. Nemo audebat proximum offendere, & fraternam pacem interturbare, alioquin pœnam luisset. Tanta erat in regno illo concordia, ut artifices sæpe noctū dimitterent officinas suas apertas, & tamen nemo præsumeret intrare. Viatores & peregrinantes hominem. Erat quoq; rex ipse pius & misericors in pauperes, & non deserebat eos qui necessitate premebantur, aut penuriā laborabant. Colligebat præterea singulis annis pueros & infantes à matribus suis abiectos, aliquando circiter uiginti millia, & eos sumptibus suis nutrirī faciebat: nam in regione illa pauperes mulieres communiter à se abdicant atq; abiciunt proprios natos, ut ab alijs collecti & nutrantur. Rex tamen infantes, quos sic colligi iubet, tradit diuitibus quibusq; quos in regno suo habet: præsertim illis quibus heris caret & ut in adoptionis suscipiāt filios mādāt. Eos uero quos ipse nutrit, matrimonio tradit puellis eiusdem cōditionis, quas scilicet, in pueritia à parentibus reiectas colligi fecit, & cōmodū suppeditat uictum unde uiuant.

Quomodo Baian princeps exercitus magni Cham expugnauit prouinciam

Mangi. CAP. LIIII.

**A**Nno ab incarnatione domini M. CCLXXVII. magnus Cham Cublai Anihians prouinciæ Mangi, hoc modo eam expugnauit, atq; suo subiecit imperio. Misit exercitum maximum ex equitibus & peditibus constatum, illiq; duces præfecit Baian Chinisan, quod sonat, lumina centum oculorū, quasi Baian centum habens oculos. Hic itaq; cum exercitu suo ad prouinciā Mangi perueniens, primo obsedit ciuitatē Conigangui, & ut imperatoris suo obedientiam polliceretur postulauit. Quibus id recusantibus, recessit, nulla ciuitati illata iniuria: atque idem requiuit à secunda ciuitate. Quasi milititer recusante, processit ad tertiam, & deinde ad quartam & quintam, & ab omnibus simile accepit responsum. Sextam uero aggressus est ciuitatem cum audacia multa: & hac ut expugnata contra alias processit, breuicq; tempore duodecim obtinuit ciuitates: nam habuit in exercitu uiros strenuos & fortes, optimosq; bellatores. Ad hoc misit magnus Cham post illum exercitum, alium grandem priore non infirmiore: sicq; factum est ut contremuerint corda uiroꝝ Mangi, atq; dissoluerentur. Baian uero mouit exercitum contra Metropolim Quinsai, ubi curia erat regis Mangi. Rex itaque Mangi uidens Tartarorum audaciam & fortitudinem, uehementer expauit, confensaq; nauī cum maximo comitatu ad insulas quasdam inexpugnabiles se recepit habens secum circiter mille naues, committens reginæ custodiam ciuitatis Quinsai, atq; magnum in eam collocaans præsidium. Regina uero uirillem induens animū prudenter se gessit, atq; nihil eorum omisit, que ad ciuitatis defensionem necessaria uidebantur. Et quom audire duces exercitus Tartarorum uocari Baian Chinisan, id est, centum oculi plurimum territa est elanguitq; uirtus eius: præsertim quum audisset ab astrologis suis atq; magis, ciuitatem Quinsai à nullo expugnandam, quā ab eo qui centum haberet oculos. Et quoniam cōtra naturam esse uidebatur, ut quispiam hominum centum haberet oculos, & ducis illius nomen præfago quadret, fato nolens repugnare, uocato duce exercitus Tartarorum, tradit illi li-

A s bere

bere ciuitatem & regnum. Quo auditō, totius regni ciues & incolæ ad magni Cham defecerunt obedientiam, excepta ciuitate una Sanifu nomine, quæ per triennium ad deditiōem cogi non potuit. Regina uero migravit ad curiam magni Cham, maximoq; ab illo suscepta est honore. Vir autem eius rex Mangi in insulis perfeuerans, residuum uitæ in illis consumpsit.

De ciuitate Conigangui. CAP. LV.

Ciuitas prima, quæ prouinciâ Mangi ingredientibus occurrit, uocatur Conigangui, & est magna, insignis, atq; opibus pollens, iuxta flumen Camororam sita. Sunt ibi naues in maxima multitudine. Fit etiam ibi sal in magna copia, ut quadraginta ciuitatibus sufficiat, de quo magnus Cham magnum habet emolumentum. Incolæ huius ciuitatis, & omnium circumiacentium locorum idololatræ sunt & comburunt corpora mortuorum.

De ciuitatibus Panchi, & Chain. CAP. LVI.

Ultra ciuitatē Conigangui uersus Sirochum uentum itinere unius diei est ciuitas Panchi grandis & insignis, in qua mercatura magna exercetur: & est in ea serici atq; uiscualium magna copia. Recipitur per eam regionem moneta magni Cham. Porro uia quæ ducit à ciuitate Conigangui, ad ciuitatem Panchi, pulchris constrata est lapidibus, ad dextram & ad sinistram fluentis decurrētibus: nec aliunde patet accessus in prouinciâ Mangi, nisi per uiam istam. Ab ista ciuitate Panchi ad ciuitatē Chain est iter unius diei: & hæc quoq; insignis est ciuitas, abundans piscibus & uenatione bestiarum atq; auium: præsertim phasiani in maxima ibi inueniuntur copia.

De ciuitate Tingui. CAP. LVII.

Procedendo hinc per iter unius diei peruenitur ad ciuitatē Tingui, quæ tamen magna non sit, habet tamen uiscualium maximam copiam. Sunt etiam ibi plurimæ naues: nam haud longe ab oceano est sita: & intermedio spatio salinæ sunt plurimæ, positæq; est iuxta illas memorata ciuitas Tingui. Recedēdo uero ab hac ciuitate itinere unius diei uersus Sirochum occurrit pulchra ciuitas in pulcherrima sita regione, sub cuius præfectura sunt alie ciuitates multæ, numero uiginti septem. Ego Marcus iussione magni Chæ tribus annis in hac ciuitate egi præfectum.

Quomodo ciuitas Sianfu cum machinis fuit cepta. CAP. LVIII.

Ad occidentalem plagam est regio quædam Nauigui nomine, opulenta & amœna, in qua multi fiunt panni ex auro & serico, & ubi magna firmitati est copia. Ciuitas præcipua illius regionis Sianfu uocatur, habetq; duodecim alias ciuitates sibi subiectas. Hæc ciuitas tribus annis obsessa expugnari non potuit ab exercitu Tartarorū, quō subiugaretur prouincia Mangi: nam undiq; cingitur aquis & lacubus, ut nulla ex parte adiri poterit, quam ab Aquilone. Interea uero quō à Tartaris obsidebat, continue accedebat & recedebant naues uiscualium copiam adducentes: quod non parum affligebat magnum Cham. Illo enim tempore ego & pater meus atq; patruus uimus in imperatoris aula: unde accedentes cum, cōsulimus & indicauimus illi, si nobis obtemperaret, quo pacto urbs breui capi atq; expugnari posset machinis, scilicet quibusdam, quarū usus in regione illa non fuit. Quo assensu, parari fecimus per sabros lignarios Christianos, quos nobiscū habuimus, tres machinas seu catapultas tantæ magnitudinis, ut quælibet earū excuteret lapidē trecentarū librarū: quas nauibus impositas misit rex ad exercitum suum. Erigentes igitur eas ante ciuitatē Sianfu, proijcere coeperūt lapides grandes in ciuitatem: & primus cadens super domum quandam, imperator suo illam pro maiori parte confregit. Quod uidentes Tartari ciuitatem obsesses plurimū obstupuerunt. Hi uero qui intra ciuitatē erant uidentes tantum illis ab hoste imminere periculum, ut etiam intra moenia & in domibus suis tuti non essent, magno concussi terrore: & ne ciuitas tota lapidum iactu destrueretur, & homines quoq; opprimerentur, deditiōem fecerunt magniq; Cham se subdiderunt obedientiæ.

De



De ciuitate Singui, & flumine quodam magno. CAPVT LIX.

**A** Ciuitate Singui quindecim numerantur milliaria ad ciuitatē quandam Singui nomine, quæ tametsi magna non sit, habet tamen maximam naturam multitudinē, ad ripam sita maximi fluij, quo maior in orbe non potest, nomine Quiam: nam latitudo eius in quibusdā locis habet milliaria decem, in alijs octo, & in quibusdam sex. Longitudo uero eius patet itinere centum dierum. Fluitant in hoc amne naues sine numero. Putares in toto mundo tot naues non reperiri. Est autē in hac urbe emporium celebratissimum, & magna uis mercium per fluium adducitur. Sunt & alię ciuitates plurimę numero circiter ducentę ad ripam huius fluij extructę: nam fluit per terminos sedecim prouinciarum: nec est ulla earum quæ non quinq; milia nauis habeat. Maiores uero harum regionum naues sunt singule uno cooperatę solatio: nec habet ulla nauis plures quā unum malum pro uelo expandendo. Canabeis funibus non utuntur, nisi pro malo & uelo: sed pilorchas, seu chor das faciunt de arundinibus magnis, quibus naues quandoq; per flumen trahuntur. Scindunt autē arundines illas magnas quę quindecim in longitudine continent passus, & scissuras colligantes & contorquentes, funes longissimos faciunt, ut quidam longitudinem contineant trecentorum passuum. Et sunt pilorchę illę fortiores funibus canabeis.

De ciuitate Calgui. CAPVT LX.

**C**algui ciuitas quędam parua est, supra memoratū fluium uersus Sirochum sita, & crescit in agro eius tanta uis bladi & risi, ut inde ad curiam magni Cham deuehatur: nam sunt inter utrunq; locum multi lacus & fluij qui industria magni Cham in unum serē contracti riuū, nauibus ituris & redituris congruam præbent semitam: tametsi aliquando naues sint exonerandę, & frumenta per terram portandę, donec ad alium perueniatur lacum, uel biturum in naues recipiantur & ulterius deducantur. Iuxta ciuitatem Calgui insula quędam est in medio fluminis sita, in qua monasterium est monachis plenum, qui idolis seruiunt: & est monasterium illud caput omnium monasteriorum quę idolorum seruitio sunt consecrata.

De ciuitate Cingianfu. CAP. LXI.

**C**ingianfu ciuitas est in prouincia Mangi sita, in qua opera multa sunt ex auro & serico. Sunt in ea ecclesię Christianorum Nestorianorum, quas edificauit Marsarcis Nestorianus, qui à magno Cham in ciuitate illa præfatum obtinuit, anno scilicet domini M. CCLXXXVIII.

De ciuitate Cingingui, & interfectione ciuium eius.

CAPVT LXII.

**P**ost recessum à ciuitate Cingianfu itinere trium dierum peruenitur ad ciuitatē Cingingui, occurrentibus in itinere multis ciuitatibus & oppidis, in quibus mercantię sunt, & artificia multa exercentur. Est autē Cingingui ciuitas magna & opulenta, omnibus abundās uictualibus. Quū Baſam dux militiæ Tartarorū expugnaret prouinciā Mangi, misit multos Christianos qui dicebantur Alani cōtra hanc ciuitatem, qui tam acriter eam impugnare cęperunt, donec ciues eius deditiōnem liberam fecerūt. Ingressi igitur ciuitatem, neminem læserunt, quum sponte magni Cham dominio se subiecissent. Inuenientes autem in ea ciuitate uinum optimū, idq; in magna copia bibere cęperūt tam largiter, donec omnes inebriati sunt: & nocte mox insequenti omnes sopore pressi, nullam constituerūt custodiam. Quod uidentes ciues, qui prius illos in pace susceperūt, subito irruētes in dormiētes, omnes interfecerunt nullo euadente. Baſam uero hoc audiens, militum exercitū magnum contra ciues illos, qui breui ciuitatē expugnans, in uindictam proditiōnis & infidelitatis omnes interfecit, nullo superſtite relicto.

De ciuitate Singui. CAPVT LXIII.

**S**ingui ciuitas magna & egregia, cōtinet in circuiu milliaria circiter sexaginta. Est in ea magna populi multitudo, sicut & tota prouincia Magi populo,

A + pulo,

pulcherrima est, sed non bellicosa: uerū habet mercatores & artifices multos: habet quoque medicos cōpures atque philosophos. In ciuitate Singui sunt p̄tēs lapidei circiter sex millia, tam altos habētes fornices, ut magnæ naues sine mali inclinatione transire possint. Crescit in montibus huius ciuitatis reu barbarum & zinziber in maxima copia. Habet hæc ciuitas sub sua iurisdictione sedecim ciuitates, in quibus multæ sunt mercantiæ, atque plurima excentur artificia. Ciues eius indumentis sericis utitur, nec non plurimi pannim ex serico sibi parantur. Porro uocabulum Singui lingua eorum sonat ciuitatem terræ, sicut etiam aliam habent urbem, quam uocant Quinsai, id est ciuitas cœli, quod hæc duæ urbes nobilissimæ sint in partibus orientis.

De nobili ciuitate Quinsai. CAP. LXIIII.

Distat ab urbe Singui quinque dierum spatio alia urbs insignis nomine Quinsai, quod sonat ciuitatē cœli, & est tam magna, ut maior in orbe nō putetur. Et ego Marcus fui in hac ciuitate, & omnia diligēter lustravi, aduerrens cōsuetudines eius & mores populū: & quæ illuc uiderim breuiter & fideliter referam. Cōtinet circuitus huius urbis in gyro millaria circiter centum: pontes uero lapideos habet duodecim millia, eosque tam altos, ut naues magnæ erecto malo pertransire possint. Fundus autem ciuitatis est in loco paludinoso ferè ut Venetiæ: unde si careret pontibus, de uico ad uicem perueniri non posset. Habet artifices innumeros, atque plurimos mercatores, ut in credibile putaretur, si numerum illorum recenserem. Magistri artifices non operantur, sed habent ministros quos ad hoc instituunt. Homines ciuitatis in magnis uiuunt delicijs, & præsertim mulieres, unde & cæteris formoliores apparent. Versus meridiem est lacus magnus intra mœnia urbis, qui triginta millaria in circuitu suo continet, habens in litore plurimas domos nobilium, foris & intus ornatas. Sunt quoque sibi delubra idolorum. In medio uero lacus sunt duæ paruæ insulæ, & in qualibet est elegantissimum castrum seu palatium, in quibus continentur præparamenta & uasa quæque necessaria pro nuptijs & solennibus conuijs. Nam quicūque ciues insignia uolunt celebrare conuiua, illuc inuitatos ducunt, & cum honore suscipiunt. In hac ciuitate Quinsai sunt pulcherrimæ & elegantissimæ domus. Sunt quoque per uicos plurimæ publicæ turres, in quas tēpore cōflagrationis uicini que res suas portant atque ab incendio saluantur: nam habet urbs plurimas ligneas domos, & nō raro fit ut ignis aliquas earum absumat. Ciues eius adorant idola: comedunt carnes equorum, canum, & aliorū immundorum animalium: moneta utuntur magni Cham. Collocauit magnus Cham in hac urbē maximam custodiam, quod rebellio caueatur, atque furta & homicidia arceantur: in quolibet enim ponte interdiu & noctu decē habentur custodes. Est mons quidam intra mœnia huius urbis, qui sustinet turrim, in cuius cacumine sunt tabulæ lignæ, quæ in hunc usum illic seruantur, ut quamprimum ignis in urbe cōflagrauerit, custodes malleo percutiant eas tabulas, cuius sonitu, qui per totam auditur urbem, excitati ciues concurrūt, & ignem resingunt. Pulsantur etiam hæc tabulæ, quādo in urbe tumultus aliquis & populi commotio nascitur. Omnes plateæ ciuitatis lapidibus sunt constratæ, unde fit ut mundissima sit. Inueniuntur etiā in ea circiter tria millia thermarū, quibus homines pro ablucendis corporibus utuntur: nam hoc unū gens illa litudet, ut sit munda corpore. Distat hæc urbs orientem uersus ab oceano uiginti quinque milliaribus, ubi in litore maris sita est ciuitas Canisu, portus commo distimus, ad quem locum infinitæ conueniunt naues ex India & alijs regionibus. A Quinsai uero transit flauius ad portum illum, per quem magna uis mercij adducitur. Prouincia Mangi quum sit lauissima, diuisit eam magnus Cham in nouem regna, cuiuslibet proprium assignando regem. Et hi reges omnes sunt potentes, sed magno Cham subiecti, cui etiam singulis annis de omnibus regnorū prouentibus aliquid soluunt & rationē reddunt. Et unus illorum moratur in urbe Quinsai, habetque sub ditione sua centum & quadraginta



ffices multos. Habet autem uniuersa prouincia Mangi mille & ducentas ciuitates, & in singulis posita sunt à magno Cham præsidia, ne rebellare audeant. Sunt uero custodes illi colluues quædam multarum gentium, & stipendiarij undecunq; conducti, ex diuersis exercitibus magni Cham electi. Est in regione illa, & præsertim in prouincia Mangi, diligens obseruatio motuum celestium, ut etiam cuiuslibet nascens pueri horoscopum accuratissime obseruent, aduertentes diem & horam natiuitatis, & quis planetarum tunc dominium principale habuerit: his enim reguntur astrologorum indicij in cunctis factis & itineribus suis. Est etiam cõsuetudo in hac prouincia, quum quis moritur, cõsanguinei eius canabeis induti saccis, extinctum corpus cum magno cantu efferunt, & pingunt in chartis imagines seruorum, ancillarum, equorum, & denariorum, & ea omnia comburunt cum cadauere, credentes quod defunctus his omnibus in alia uita fruturus sit, atq; tale habiturus satellitium, quod illi obsequatur. Postea pulsant uaria instrumenta musica, dicentes quod dij sui cum tali honore & pompa eos suscipiunt, qualis illis in combustura ab amicis & propinquis exhibetur. In hac ciuitate Quinsai est palatium quoddam magnificentum, in quo Factor prouinciæ Mangi olim rex, curiam suam habuit. Extremus murus qui castrum illud per quadrum cingit, continet in suo ambitu milliaria decem, habetq; competentem altitudinem. Intra hunc murum sunt uiridaria pulcherrima cum fructibus delicatissimis. Sunt quoq; ibi fontes & uisaria piscibus redundantia. In medio uero est palatium illud regium amplissimum quidem & pulcherrimum, quale uix in toto orbe inuenitur, habens uiginti aulas æqualis magnitudinis, in quibus singulis decem millia hominum simul discumbere possunt. Sunt etiam omnes ista aula regio more pictæ & ornata. Ceterum familiae, qualesen pater cum filijs, uxore & reliqua familia constituit, putantur esse in urbe Quinsai sexcenta millia. Vna solum in ea est ecclesia Christianorum Nestorianorum. Est etiam cõsuetudo in hac urbe & tota prouincia Mangi, ut quilibet pater familias scribat super ostium domus suæ nomen suum, & nomina uxoris atq; totius familiae suæ, sed & numerum equorum suorum. Et quum aliquis moritur ex familia sua, aut quum domiciliū mutat, delet nomen mortui aut discedentis, & adscribit nomen recenter nati, aut in familiam suã cooptati: & per hunc modum absq; magna difficultate sciri potest numerus hominum totius ciuitatis. Similiter hospites & tabernarij scribunt in tabulis ante ostium expositis, nomina uisitorum & hospitem, qui ad diuersoria ipsorum declinauerint, & quo mense atq; die ingressi sint.

De prouentibus qui magno Cham in urbe Quinsai, & prouincia Mangi penduntur.

## CAPVT LXV.

EXigit Cham magnus singulis annis de sale quod paratur in urbe Quinsai & terminis eius myriades octoginta aureorum. De rebus etiam alijs, præsertim mercibus, tantam recipit uim pecuniæ, ut uix numerari possit. Habet prouincia maximam copiam faccarum, & aliarum multarum specierum aromaticarum. Recipit autem magnus Cham de centum mensuris aromatum, tres & dimidiam. Idem facit de reliquis mercatorum bonis. De uino quoq; quod ex riso & aromatibus conficiunt, non paruum habet emolumentum. Similiter ab artificibus, præsertim duodecim generum habet commodum suum. De serico autem, cuius in prouincia Mangi maxima est copia, de centum ulnis decem exigit. Ego Marcus semel audiui computum fieri singulorum reddituum, qui magno Cham penduntur annuatim in regno Quinsai, quod est nona pars prouinciæ Mangi, ascenditq; summa omnium, sale tamẽ excepto, ad quindecim millia millium aureorum, atq; sexcenta millia.

De ciuitate Tampingui, CAPVT LXVI.

PRogrediendo à ciuitate Quinsai, & eundo uersus Sirochum, cõtinue inueniuntur uiridaria pulchra & optime culta, donec unius diei itinere expleto perueniatur ad ciuitatem Tampingui, insignem & pulcherrimam. Vis

tra hanc ciuitatem tribus diebus uersus Sirochum eundo, inuenitur ciuitas & castra in maximo numero, ut à longinquo cõspecta uiatori quasi una urbs magna esse uideatur, tanta uicinitate sunt coniuncta. Est ibi uicualium magna copia. Crescunt quoq; ibi maximæ arundines longitudinis quinde, ctm passuum: in circumferentiã uero continent quattuor palmos. Procedendo ultra, triduiq; confecto itinere, occurrit Gengui, ciuitas grandis & pulchra, ultra quam per Sirochum eundo plurimæ aliæ uiatori sese offerunt ciuitates & castra. Sunt etiam in ea regione multi leones, magni & feroces. At uerueces nulli repetuntur in ea, sicut nec in prouincia Mangi, sed boum, caprearum, hircorum & porcorum ibi magna est copia. Itinere quatuor dierum consummato, occurrit alia insignis ciuitas Ciangiam nomine, in monte sita, qui mons fluuium quendam in duas secat partes, quæ paulo p̄st in oppositas tendunt plagas. Vterius procedendo itinere trium dierum inuenitur ciuitas Cugui, quæ ultima est in regno ciuitatis Quinsai.

De regno Fugui. CAPVT LXVII.

**R**elicta à tergo ciuitate Cugui, patet ingressus in regnum Fugui, in quod si pedem moueris itinere sex dierum, eundem est per montes & ualles, multis tamẽ occurrentibus ciuitatibus & castris. Habet regio illa copiam uicualium: habet etiam uenationes plurimas bestiarum & uolucrum: habet deniq; plurimos leones. Crescit ibi zinziber in magna copia: crescit quoq; flos quidam haud dissimilis croco, alterius tamen speciei, sed qui croci præstat usum. Comeduntur in hac regione humanæ carnes cum magna uoluptate, dummodo homines illi non morbo aliquo occubuerint. Quando ad bellum procedunt, quilibet ferro calido inurit sibi in fronte signum, nec ullus eorum equum ducit ad bellum, præter ducem exercitus. Utitur lanceis & spatibus: & quos in bello perimunt, eorum bibunt sanguinem, & comedunt carnes, nam sunt homines crudelissimi.

De ciuitatibus Quelsin, & Vnquen. CAP. LXVIII.

**I**tinere sex illorum dierum completo, de quo iam diximus, peruenitur ad ciuitatẽ Quelsin nomine, quæ magna est & celebris, sita super fluuiũ quendam qui iuxta ciuitatis mensa labens tres habet lapideos p̄tes, marmoreis superne ornatos columnis. Hi pontes in latitudine continent octo passus, & in longitudine mille. Abundat in illa ciuitate sericum, zinziber, & galanga. Viros & mulieres habet extimæ pulchritudinis. Inueniuntur ibi gallinæ, quæ loco pennarum pilos habent ut catti, nigri scilicet coloris, sed oua edunt optima. Et quoniã regio illa plena est leonibus, periculosum est per eam ambulare. Ab hac ciuitate spatio quindecim milliariũ est alia ciuitas Vnquen nomine, ubi saccharum in maxima crescit copia, & hinc portatur ad curiam magni Cham, quæ scilicet est in ciuitate Cambalu.

De ciuitate Fugui. CAPVT LXIX.

**P**rocedendo ultra per milliaria quindecim, occurrit ciuitas Fugui, quæ metropolis & caput est in regno Concha, quod unum è nouẽ illis est regnis in quæ prouincia Mangi est taxata. Moratur magnus exercitus magni Chã in hac urbe, ad tuendum prouinciã & ciuitates eius, & ad reprimendum faciosos homines, qui parati sunt rebellionem mouere contra imperatorem. Transit per mediũ huius ciuitatis ingens quidam fluuius, cuius riuus in latitudine unum occupat miliaria. Et quoniã urbs ista parum distat à mari oceano, est ibi insigne emporium, ad quod ex India portantur plurimæ margaritæ, & alij lapides pretiosi. Est quoq; in ea urbe maxima sacchari copia, & uicualium sufficientia.

De ciuitatibus Zarten & Fugui. CAP. LXX.

**T**raiecto memorato fluuiũ, itur quinque dierum itinere uersus ciuitatem Zarten, & nulli non occurrunt uel ciuitates, uel castra. Abundat regio illa uicualibus, habet quæ montes & nemora: ex nemorum arboribus colligitur pix. Ciuitas uero Zarten grandis est ualde, habet quæ portum optimum



optimum, ad quem naues Indiarum mercibus onustae ueniunt sine numero: est enim illic unum de maioribus emporiis quae in mundo inueniuntur: nam pisces & aromata, quae Alexandria ad partes mittit Christianorum, haec ab illo emporio Alexandriam deferuntur. Penditur magno Cham in hac urbe uel digna immensum: nam nulla aduehit nauis, à qua non habeat maximum commodum: parum enim abest quin cuiuslibet speciei aromaticae media pars sit illi soluenda. Est etiam in hac regione ciuitas quaedam Figui nomine, quae celebris habetur in partibus illis, ob pulchras scutellas quae in ea fiunt. Habet quoque ipsa prouincia linguam propriam. Haec tamen de prouincia Mangi dicta sufficiant: & licet de nouem eius regnis duo duntaxat explicauerimus, consulto tamen alia praeterimus, stylum ad Indiam torquentes, in qua alquanto fuimus tempore, & plurima quae in ea inueniuntur mirabilia, coram positi uidimus, atque, ut ita dicam, manibus contrectauimus.

## M> PAULI VENETI DE ORIENTA-

LIBVS REGIONIBVS, LIBER III.

Quales naues in India sint. CAPVT I.



**L**N hoc tertio libro Indiae regionem descripsimus, à nauibus eius exordium faciemus. Maiores quibus Indi per mare utuntur, ut plurimum de abiegnis factae sunt lignis, habentque solarium unum, quod nosstrates nauta operimentum uocant, supra quod circiter quadraginta sunt mansuiculae pro mercatoribus paratae. Habet nauis una unum gubernaculum, quatuor malos & totidem uela. Tabulae clauis ferreae firmissime compactae sunt, & fissurae quaeque stipa obfirmatae. Et quoniam pice in his regionibus caret, utuntur naues suas oleo cuiusdam arboris calee mixto. Sunt in magnis nauibus circiter ducenti uiri, qui eam remis per mare ducant. Caput uero nauis una quasi sex millia sportarum pisperis. Adhaerent quoque his magnis nauibus aliae nauiculae, quae piscationi & ancoris faciendis inferuiunt.

De insula Zipangri. CAPVT II.

**Z**ipangri insula in alto mari sita, distat à litore Mangi per mille millaria atque quingenta, & est magna ualde. Habitatores eius albi sunt, & decentis statura, idola colentes, & proprium habentes regem, nulli tributarii. Est ibi aurum in maxima copia, sed rex non sinit illud extra insulam facile portari: & haec causa est quod pauci mercatores ad illam concedunt prouinciam. Rex insulae palatium habet magnificentum, cuius tectum aureis operitur bracteis, non secus quam apud nos magna domus plumbo uel cupro operitur. Superficies quoque superior aularum & conclauium aureis laminis dicitur tecta. Inueniuntur illic margaritae in magna copia, rotundae & crassae rubei coloris, quae albas in pretio & ualore longe praecellunt. Sunt quoque ibi alij lapides pretiosi, qui una cum auro insulam ditissimam reddunt.

Qualiter magnus Cham missis exercitibus contendit pro insula Zipangri expugnanda. CAPVT III.

**M**agnus Cham Cublai quum audisset insulam Zipangri tantis polleere diuitijs, cogitare coepit quomodo eam suo subiugaret dominio. Missis igitur duobus ducibus, quorum unus Abatan, & alter Nonfachi uocabatur, duos magnos exercitus destinauit, qui eam expugnarent. Hi itaque à portu Zarten & Quinsui soluentes cum multis nauibus & magno equitum atque pedestrum apparatu, nauigauerunt uersus insulam Zipangri, & ingressi in eam multa damna intulerunt uillis & castris in planitie sitis. Et antequam subiugarent insulam, ortum est inter eos perniciosum dissidium, ut neuter alterius obtemperaret uoluntati & consilio: quo factum est ut in nulla re prosperum haberent successum. Nam nec urbem aliquam, aut ullum castrum praeter unum expugnare

expugnare potuerunt. Expugnato autem illo unico castro, omnes qui ad castrum eius à rege Zipangri deputati erant, tussi sunt à duce exercitus gladio feriri: inter quos octo fuerunt, qui lapides quosdam pretiosos in brachijs ligatos gestabant, tam efficacibus diabolicis inauratibus incantationibus, ut nullo modo uulnerari aut occidi ferro potuerint, quamdiu illos lapides secum portarent. Et consilio adinuento, ligneo fuste percussi, interierunt.

*Franguntur naues Tartarorum, & multi submerguntur.*

## CAPVT IIIII.

**A**ccidit uero quadam die, ut magna in mari oborta tempestate, Tartarorum naues graui collisione ad terram & ripam maris quassarentur. Et con silentibus nauis, elongantur naues à terra, in quibus uterq; Tartarorum exercitus, sed procellis maris uehementius læuentibus, franguntur plurimæ naues & quidam submerguntur, sed plures correptis tabulis & lignis ad insulam quandam paruam, à qua haud longe aberant, quæq; non multum distabat ab insula Zipangri, natando peruenerunt. Alij uero quorum naues integræ manserunt, ad propria redierunt. Porro eorum qui fractis nauibus incolomes ad insulam peruenerunt, fuerunt circiter triginta millia. Et quoniam naues non habebant quibus hinc discederent, nec uictualia illis in insula suppeditaret, quippe quæ ab hominibus non habitabatur, nihil præter mortem expectabant.

*Qualiter Tartari mortis euadunt periculum, & in Zipangri insulam redeunt.*

## CAPVT V.

**M**aris uero tempestate sedata, habitatores insulæ Zipangri cum multis nauibus & grandi exercitu uenerunt contra inermes Tartaros in insulam ad quam natando appulerunt, uagantes, eosq; in uniuersum trucidare moluntur, quippe qui omni auxilio destituti erant. Relictis itaq; in litore nauibus, terram ingrediuntur hostem quaesituri. At illi prudenter aspectum Zipangriorum fugientes, delitescunt haud longe à litore maris, tantisper expectantes, donec illi in terram effusi à nauibus sese elongauerunt: & subito prorepentes naues apprehendunt, & ingressi eas ab insula salui recedunt, dimissis Zipangrijs in insula. Et rectâ contendentes ad insulam Zipangri, acceptis hostium uexillis, quæ in nauibus inuenerunt, procefferunt ad principalem insulæ ciuitatem. Cuius habitatores ut uiderunt suæ gentis uexilla, existimabant suos cum uictoria reuerti, & egressi illis obuiam, hostem incaute in ciuitatem intromittunt. Qua potiti, omnes qui in ea fuerunt, præter paucas mulieres, expulerunt.

*Quomodo Tartari ab obtenta ciuitate iterum excluduntur.*

## CAPVT VI.

**R**ex uero Zipangri his auditis, mox alias conducit naues, & exercitum in insula conclusum reducit, atq; obsidet ciuitatē quam occuparunt Tartari, tantaq; diligentia omnes ciuitatis introitus & exitus custodit, ut nullus ad hostem ingredi nec ullus egredi ualuerit. Id enim in primis cauendum ducebat, ne inclusi Tartari magno Cham principi suo quod acciderat indicare possent, alioquin de insula actum fuisset. Manet itaq; hostis inclusus & obsessus septem mensibus: & uidentes se omni auxilio destitutos, restituit regi Zipangri ciuitatem, liberiq; & salui ad propria redierunt. Et hæc gesta sunt anno domini M, CCLXXXIX.

*De idololatria & crudelitate uirorum Zipangri.* CAPVT VII.

**C**olunt uiri Zipangrijs uaria idola, quorum quædam habent caput boni, quædam caput porci, & quædam caput canis atq; aliorum diuersorum animalium. Sunt etiam quædam quæ habent quatuor facies in uno capite: alia tria capita, unum super collum, & duo alia super utruq; humerum. Sunt rursum quædam quæ quatuor habent manus, alia uiginti, & alia centum. Et quod plures habuerit manus, maioris putatur ueritatis. Et quæ incolæ interrogantur, unde hanc habeant traditionem, respondere solent, se patres suos in hoc imitari.



imitari, nec aliud credere debere quam quod ab illis acceperunt. Est etiã hæc consuetudo apud Zipangrios, quando hominem extraneum capiunt, si ille potest se pecunia redimere, dimittunt eum: si autem pretium non habet quod se libere, occidunt illum & coctum deuorant, conuocantes ad conuiuium illud consanguineos & amicos quosq.

*De uarijs insulis regionis illius, atque fructibus earum.*

## CAPVT VIII.

**I**n litore maris Oceani, in quod definit ab oriente prouincia Mangi, circa insulam Zipangri plurimæ inueniuntur paruæ insulæ, quæ à nauis numeratæ putantur esse septem millia quadringentæ & quadraginta octo, quarum maior pars ab hominibus habitatur. Nec est ulla in qua non crescant arborum odoriferarum atq; uirgulta suauem spirantia odorem. Inueniuntur ibi aromata in maxima copia. Verum negociatores extranei illuc non ueniunt, nisi habitatores Mangi, qui hyeme ad insulas nauigant, & æstate iterum redeunt. Nam flant in regione illa duo tantum uenti oppositi, unus hyeme, & alter æstate. Et quoniam in insulis illis non sunt, nihil de illis scribere statui, sed litum reducam ad portum Zarten, ut inde ad alias transeam regiones.

*De prouincia Ciamba. CAPVT IX.*

**S**oluentes à portu Zarten, & nauigantes uersus Garbinium, perueniunt ad prouinciã Ciamba, quæ mille & quinquecenta milliariis distat ab eo portu, & est magna ualde, abundans opibus, idola colens, atq; propriam habens linguam. Anno incarnationis dominicæ M. CCLXVIII. misit magnus Cham ducem quendam Sogatu nomine cum ualido exercitu, ut prouinciã illam sibi subiugaret. Sed quum in prouinciã uenisset, uidit ciuitates admodum munitas & castra tam fortia esse, ut nulla ui illa posset expugnare. Combussit tamen uillas, & incidebat arbores, tantaq; prouinciæ intulit damna, ut rex eius libens magno Cham tributarius fieret, modo dux ille ex prouinciã recederet. Inierunt autem foedus tale, ut rex Ciamba annuatim uiginti pulcherrimos elephantos pro tributo magno penderet Cham. Et ego Marcus fui in hac prouinciã, cuius rex tunc tantam habuit uxorum multitudinẽ, ut illi essent nati trecenti & uiginti sex filij atq; filia, quorum centum quinqueginta iam arma ferre poterant. In hac regione plurimæ sunt elephanti, & lignum aloes in eo abundat. Inueniuntur etiã ibi nemora de lignis ebanis.

*De insula Iaua. CAPVT X.*

**R**elicta prouincia Ciamba, nauigatur uersus meridiem mille & quingentis milliariis usque ad insulam magnam Iaua nomine, quæ in circuitu suo patet tribus millibus milliariũ. Habet regem qui nemini est tributarius. Ibi est maxima copia piperis, nucum muscatarum, spici, galangæ, & cæterorum aromatum. Conueniunt illuc multi negotiatores: nam multa lucrantur ex allatis speciebus. Incolæ insulæ idololatræ sunt: nec potuit magnus Chã hactenus eam suæ subijcere ditioni.

*De prouincia Boeac. CAPVT XI.*

**N**auigando ab insula Iaua, numerantur septingenta milliaria ad duas insulas, Sondur & Condur dictas, à quibus ultra procedendo inter meridiem & Garbinium, sunt quingenta milliaria ad prouinciã Boeac quæ amplissima & ditissima est. Regem habet proprium, & propriam linguam. Adorant idola. Producit hæc prouincia uros domesticos, magnos ut leones, atq; elephantos habet multos, & aurum copiosum. Vtuntur incolæ pro moneta glebis quibusdam aureis. Pauci sunt qui ex alienis regionibus prouinciã hanc adeant, admodum inhumani sunt habitatores eius.

*De insula Petan. CAPVT XII.*

**R**ecedendo à prouincia Boeac, nauigatur per milliaria quingenta uersus meridiem ad insulam Petan, quæ maiorem in partem syluestris & nemorosa est. Arbores eius odoriferæ sunt, & magnam præstant utilitatem. Inter prouinciã Boeac & Petan per milliaria sexaginta, mare admodum est un-

B dosum,

dofum, ut nauæ cogatur leuare gubernacula. Nam profunditas eius ufque effat quatuor passuum. Hinc uenitur ad regnum Maletur, ubi maxima est copia aromatum, & habent incolæ eius propriam linguam.

De insula que laua minor uocatur. CAPVT XIII.

**V**Ltra insulam Petan, per Sirochum nauigando, est laua minor, centum distans milliariis à Petan: & hæc in circuitu continere dicitur circiter duomillia milliarium. Diuiditur insula in octo regna, habetque linguam propriam. Producit etiam uaria aromata, qualia in his nostris partibus nunquam uisa sunt. Incolæ eius idola colunt. Protenditur hæc insula intantum ad Austrum; ut polus arcticus, & stelle eius minime uideri possent. Ego Marcus fui in hac insula, Iustrauique sex eius regna, nempe regnum Ferlech, Bafman, Samara, Dragoiam, Lambri & Fansur. In alijs uero duobus non fui.

De regno Ferlech. CAPVT XIII.

**H**abitatores regni Ferlech qui montana occupant, nullam habent legem, sed bestialiter uiuentes, quicquid illis mane primo occurrit, adorant, comeduntque carnes omnium animalium, mundorum & immundorum, atque carnes humanas. Qui uero in maritimis habitant locis, Mahumeti sunt ad dicti legi, quam ex Saracenis negociatoribus illuc diuertentibus didicerunt.

De regno Bafman. CAPVT XV.

**H**abet regnum Bafman linguam propriam, uiuuntque incolæ eius bestialiter. Agnosunt magnum Cham pro domino, sed tributa ei non soluant, nisi quod interdum illi mittunt munera de feris syluestribus. Inueniuntur apud eos elephanti & unicornes in magna multitudine. Et sunt unicornes paulo minores elephantis, pilum habentes bubali, & elephantis pedem. Habent caput ut aper, & more porcorum libenter morantur in luto, & alijs immundicijs. In medio frontis gestant cornu unum, grossum & nigrum. Linguam habent spinosam, & hæc ædunt homines & animalia. Abundat quoque regio ipsa diuersis simijs magnis & paruis, hominibus simillimis. Hos capiunt uenatores, & totos depilant, nisi quod in barba & in loco secreto pilos relinquunt, & occisos speciebus aromaticis condiunt, & postea delicant, uenduntque negociatoribus, qui per diuersas orbis partes corpora illa deferentes, homines persuadent tales homunciones in maris insulis reperiri.

De regno Samara. CAPVT XVI.

**I**n regno Samara fui ego Marcus cum socijs meis quinq; mensibus, non sine magno tadio tempus expectans nauigationi aptum. Nam incolæ eius bestialiter uiuentes, carnibus humanis edendis sunt assueti. Quapropter consortium eorum spernentes, castra lignea nobis haud longè à mari extruximus cum propugnaculis, in quibus tuti essemus contra incolas. In hoc regno nec ursa minor nec maior, quam uulgo currum magnum uocant, apparet, usque adeo insula illa uergit in Austrum. Incolæ idola colunt. Sunt ibi optimi piscis, & in magna copia. Triticum uero illic non crescit, sed de riso panes conficiunt. Vineas quoque non habent, sed potum ex arboribus hoc modo eliciunt. Sunt in ea insula arbores multæ & paruæ, habentes singulæ ramos quatuor, quos certo anni tempore incidentes, colligunt stillantem liquorem, qui tam largiter ex incisura profluit, ut per diem & noctem urceum plenum colligant ex uno ramo. Quo euacuato, rursum adhibent ramo urceum, & id tantum diu frequentant, donec stillicidium illud desierit. Et hæc est uindemia eorum. Prouocant quoque arborè ad largiora fluenda per aquarum rigationes, quas fundunt ad arboris radices, quando tardius cœperit emittere lachrymam. Sed is liquor non est tam sapidus, ut ille qui suapte fluit natura. Mittit quoque hæc regio nuces Indicas in magna copia.

De regno Dragoiam. CAPVT XVII.

**H**abet quoque regnum Dragoiam homines syluestres, qui idola colunt, & linguam atque regem propriam habent. Apud hos talis est consuetudo, quando quis grauius infirmatur, propinquus & consanguineus eius conuocant magos

Vnicornium  
forma



magos & incantatores, illosq; interrogant, an egrotus sit sanitatem recuperaturus. Et illi respondent id quod demonum suggestionem didicerint. Si dixerint infirmum non posse liberari, quin illa aegritudine intereat, adsunt qui infirmo os concludunt, ne respirare possit, atq; sic occidunt priusquam ab infirmo pate extinguatur, & carnes eius incidunt, coquunt atq; deuorant, & id potissimum faciunt propinqui & consanguinei infirmi simul cōgregati. A iunt enim: Si carnes illius putrescerent, conuerterentur in uermes, & illi tandem fame morerent, de quo defuncti anima grauissimas passura esset pœnas. Porro ossa in cauernis montium sepeliunt, ne ab homine uel bestia contingatur. Et quando hominem extraneæ nationis capiunt, si ille se pecunia non potest redimere, occidunt eum & comedunt.

## De regno Lambri. CAPVT XVIII.

Est aliud regnum in memorata insula, quod Lambri uocatur, in quo multa crescunt aromata, præsertim habentur ibi birci in maxima copia, quos posteaquam creuerunt transplantant, & tribus annis in terra dimittentem iterum cum radicibus euellunt. De illis bircis ego Marcus quosdam mecum in Italiam portauit, curauitq; seminandos, sed destituti calidiori regione, non creuerunt: regni huius incolæ idololatæ sunt. Inueniuntur etiam quidam in hoc regno, qui caudas habent ut canes, longitudinis unius palmi, & hi in ciuitatibus non habitant, sed in montibus. Habet quoq; hæc terra unicornes & alia multa atq; diuersa animalia.

## De regno Fansur. CAPVT XIX.

In regno Fansur nascitur optima Camphora, quæ auro adæquatur. Incolæ huius regni panem de riso faciunt: nam tritico carent. Potum ex arboribus eliciunt, ut iam supra diximus. Sunt in regione ista arbores quædam crassæ, quæ habent corticem subtilem, sub quo inuenitur farina quædam optima, ex qua delicata præparant cibaria, quæ aliquoties non sine uoluptate comedi.

## De insula Necuram. CAP. XX.

Ab insula Iaua numerantur per mare centum quinquaginta miliaria, ad duas insulas Necuram & Anganiam. Populus autem insulæ Necuram ualde bestialiter uiuit. Regem non habet. Tam uiri quam femine nudi incedunt, nulla corporis parte tecta. Habent nemora plena arboribus sandalorum rubeorum, nucum Indicarum & gariophyllorum. Habet quoq; copiam bicorum & diuersum aromatum.

## De insula Angania. CAPVT XXI.

In insula Angania magna est, & incolæ eius bestialiter uiuentes crudelissimi sunt & syluestres. Idola colunt: riso, lacte, & carnis uiuunt. Carnem quoq; humanam non abominantur. Sunt homines deformes: nam habent caput quasi caninū, & dentes atq; oculos canibus similes. Est in ea insula omnium aromatum mira copia. Sunt etiam ibi uarij & diuersi arborum fructus.

## De insula magna Seilam. CAP. XXII.

Memorata insula uersus Garbinium, mille numerantur miliaria ad insulam Seilam, quæ una putatur de melioribus mundi insulis, habens in gyro miliaria duo millia & quadraginta. Fuit tamen aliquando maior: nam ut fama in illis partibus est, comprehendit olim in circuitu tria millia & sexcenta miliaria: sed uento impetuoso ab Aquilone multis annis irruente, mare tam impertune illisit ad litora: ut etiam temporis successu montes ruerent in mare, & plurima terra indies ab eo absorberetur. Habet insula ditissimum regem, qui nulli tributarius est. Incolæ idololatæ sunt, & omnes nudi incedunt, nisi quod obscena loca panno quodam operiunt. Nullum habent blaudum præter risum, de quo uiuunt & de lacte. Habent copiam seminum fossimæ, de quibus oleum faciunt. Potum ex arboribus eliciunt iuxta modum paulo superius expressum. Mittit hæc insula multos lapides pretiosos, præsertim rubinos, sapphros, topastos, amethystos, & alios nobiles lapides. Habet rex insulæ rubinos, quo preciosior in orbe non putatur esse. Nam habet

longitudinem unius palmi, & crassitudinem trium digitorum. Rutilat ut lignis ardens, omni carens macula. Obtulit magnus Cham insignem ciuitatem quamdam illi regi pro hoc lapide: uerum recusauit rex, saltem ex eo nomine, quod à prædecessoribus suis illum habuerit. Homines huius insule bello non sunt assueti: sed quum belligerandum est, conducunt stipendiariorum, præsertim Saracenos.

*De regno Maabar, quod est in India maiori. CAPVT XXIII.*

**V**Ltra insulam Seilam spatio sexaginta miliarium, est prouincia Maabar, quæ & India maior appellatur, terra continens, non insula. Sunt in ea quinque reges, & est ditissima. In primo eius regno nomine Var, regnat Senderba, inueniunturq; ibi margaritæ in maxima multitudine. Nam est ibi inter continentem & insulam quandam sinus maris ferme uadus, quisque qui in aliquibus locis profunditatem habet decem passuum, in quibusdam trium, & duorum, ubi leguntur margaritæ. Conueniunt illic multi mercatores, adducentes multas naues, magnas & paruas, & conducunt homines qui in profundum maris se demittant, piscenturq; marinas conchas, ex quibus uniones colligantur. Porro piscatores illi, quando aquam amplius ferre nequeunt enatant, & rursus se præcipites dant in mare, quod per diem multis replicant uicibus. Sunt etiam in sinu illo grandes pisces, qui homines facile occiderent, nisi huic periculo succurreretur in hunc modum. Conducuntur à negociatoribus magi quidam, qui Abrahaim dicitur, & hi incantationibus suis & diabolica arte coniurant pisces illos, ut neminem lædere possint. Nocte uero quando à negociatoribus margaritarum piscatio intermittitur, relaxant magi coniurationem suam, ne fures noctu sine periculo sese in mare demittant & sustollant conchas cum margaritis. Porro præter incantatores Abrahaim, nemo est qui illius coniurationis sciat uerba. Et sic hæc unionum piscatio non per totum annum, sed duntaxat per Aprilem & Maium: uerum in tantillo tempore colligitur immensa margaritarum multitudo. Soluunt autem mercatores ex eis regi decimam partem, magis uero tribunt uigesimalam partem, & piscatoribus quoque commodam præbent mercedem. Cæterum à medio Maij margaritæ non inueniuntur amplius in illo loco, sed in alio quodam qui trecentis miliaribus ab isto distat, & ibi colliguntur per Septembrem & Octobrem. Incedunt incolæ huius prouincie semper nudi, nisi quod panniculo uerenda contegunt. Rex quoq; ipse ut alij nudus incedit, deferens in collo torquem auream, sapphiris, smaragdus, rubinis, & alijs pretiosis lapidibus oneratâ. Pendet quoque in collo eius chordea quædam serica, cui innectuntur centum & quatuor pretiosi lapides, margaritæ scilicet grandiusculæ, quæ eum admonent centum & quatuor orationum, quas quotidie in honorem deorum suorum mane & uesperis obmurmurat. Gestat quoque in utroque brachio & utroque crure tres aureos circulos, quibus pretiosi inclusi sunt lapides. Ornatur dentiq; digiti manuum & pedum eius lapillis quibusdam pretiosissimis, auro etiam inclusis. Habet circiter quingentas uxores, & iam nouissime uni ex fratribus suis abstulit uxorem, fratre iniuriam dissimulante.

*De regno Var, & uarijs erroribus incolarum eius. CAP. XXIII.*

**S**unt habitatores regni Var omnes idololatæ, multiq; eorum adorant bouem, ut rem sanctam, nec ullum occidunt. Quæ autem bos aliquis moritur, perungunt domos suas adipe eius. Sunt tamē quidam inter eos, qui licet bouem non occidant, tamē ab alijs occisos comedant. Aiunt in hac prouincia diuino occisum Thomæ apostolum, corpusq; illius adhuc in quadam consecrata ecclesia. Sunt in ea prouincia multi magi, augurij & diuinationibus uacantes. Sunt etiam ibi multa monasteria, in quibus idola coluntur: & his aliqui consecrant filias suas, quas tamen domi conseruant, nisi quando idolorum sacerdotes uolunt sua sacra facere, tunc uocant puellas consecratas, & cum illis in cōspectu idolorum choreas ducunt, atq; magnos & incōditos reboant cantus.

Portant



Portant etiam hæ puellæ cibos secum quos in mensa ante idolum ponunt, & interim quo cantant & tripudiant, putant deos comedere de apposito cibo, & præsertim ius carniū profundunt illis, quo potissimum delectari ab illis purantur. His cærimonijs peractis, puellæ domum redeunt. Seruiunt autem idolis in hunc modum, donec maritata fuerint. Seruatur etiam in hac regione hæc consuetudo, ut quando rex mortuus ad comburendum ducitur, mulier ex militibus eius qui cum eo uivui uersati sunt, sponte ad cadaver eius in ignem se cõiiciunt, putantes in alia uita se ab eo nunquam dissociandos. Idem faciunt uxores quæ mariti eorū defuncti comburuntur, sperantes se uxores illorum futuras in alia uita. Et quæ id non faciunt, nullius pensæ apud illos homines habentur. Est etiam alia detestabilis consuetudo in hac regione, ut quæ quis commenter iniquitate sua, publico iudicio condemnari debet, is pro magna gratia ducit, si impetret à rege ut ad honorem alicuius idoli seipsum iugulet. Nam ubi id sibi à rege concessum fuerit, congregantur ad eum omnes consanguinei eius, & ad collum eius decem aut duodecim acutos ponunt cultellos, ipsi sumq; in cathedra collocatum circumducunt per ciuitatem, alta uoce clamantes: Iste homo pro illius aut illius dei honore seipsum occisurus est. Et quum ad locum ubi malefactores puniuntur peruentū fuerit, arripens manu sua unum e cultellis, alta uoce exclamat: Ego meipsum occido pro illius dei honore: quo dicto, uulnus sibi ipsi infligit: & accipiens aliud ferrum, confodit se etiam cum illo. Et tot quidem uulneribus confatuiat corpus suū, donec tandem moriatur, pro quolibet uulnere aliud & aliud fumendo ferunt. Consanguinei uero eius, corpus illius cum magna læticia comburunt. Sunt etiam huius regionis homines tam immundi, ut nullam luxuriæ speciem putent esse peccatum.

De multis & uarijs consuetudinibus regni Var. CAPVT XXV.

Est consuetudo in hac terra, ut tam rex quàm ceteri homines in terra sede resoleant. Et quum ob hoc ab alijs redarguantur, respondere solent: De terra nati sumus, & in terram conuertendi, ideo terram honorare uolumus. Non sunt assueti ad arma: & quando ad bella procedunt, non induuntur ut sibus & armamentis, sed ferunt secum scuta & lanceas. Nullū occidunt animal, sed quando uolunt comedere carnes, fatagunt ut per homines alterius nationis animalia macentur. Tam utri quàm mulieres corpora sua bis in die lauant. Et si quis id intermitteret, pro hæretico iudicaretur. Homicidia & furta districte iudicant. Vini usus apud eos interdictus est. Et si quis unum bibisse deprehensus fuerit, pro infami habetur, nec potest in iudicio testimonium dicere. Similiter hi in iudicio pro testimonio ferendo repelluntur, qui in mari nauibus se committere ausi fuerint: nam aiunt homines illos desperati esse animi.

De alijs quibusdam conditionibus huius terre. CAPVT XXVI.

Non producantur in hoc regno equi, sed rex Var alijs; quatuor reges prouincie Maabar annuatim ingentem uim pecuniæ expendunt pro equis. Nam emunt singulis annis circiter decem millia equorū, qui ex regionibus Curmos, Chisi, Dursar, Ser & Eden à negociatoribus adducuntur, unde maximum habent emolumentū. Emuntur autem singulis annis alijs & alijs equi, quia equi in ea regione diu uiuere non possunt: nec custodes eorum sciunt qualiter illis agrotantibus mederi debeant. Et si quando equæ apud eos pariant, habet foetus aut retortos pedes, aut alium defectum, ut ad equitandum idoneus esse non possit. Non crescit ullū bladum in hac prouincia præter risum, unde equis cõueniens pabulum dari nō potest, nisi quod carnes coctæ cum riso illis edendæ proponuntur. Est in hac terra maximus calor, ideo incolæ eius nudi incedunt. Nec pluuia ibi descendit, nisi in Iunio, Iulio & Augusto. Et si in his mensibus nō plueret, unde aër refrigerari solet, nemo mortalium illic uiuere posset ob intensissimum calorem. Habet regio multiplices & uarij generis aues, quæ in partibus nostris minime inueniuntur.

B, Decis

De ciuitate in qua corpus dñi Thomæ apostoli sepultum est.

## CAPVT XXVII.

**I**N prouincia Maabar, quæ est India maior, seruatur corpus beati Thomæ apostoli, qui in illa prouincia pro Christo passus est. Quiescit autem corpus eius in ciuitate quadam parua, ubi multi sunt Christiani & Saraceni, debito honore sancti uenerantes corpus. Pauci uero illuc contendunt mercatores, quum merces ferè nullæ ad eum perueniant locum. Incolæ regionis illius dicunt apostolum prophetam magnum fuisse, uocantq; eum Auarijam, hoc est, sanctum uirum. Et Christiani à longe uenientes, & sancti corpus uisitantes, asportant secum de terra illa in qua uir sanctus occisus dicitur, & de ea in potum missa faciunt infirmos bibere, & credunt illos hinc melius habere, atq; à diuersis liberari infirmitatibus. Ajunt anno domini M. CCLXXVII. tale apud eius tumbam factum miraculum. Quum princeps terræ illius messim risti haberet multam, & locus illi sufficiens non esset ad recondendum risum, usurpauit sibi domos & ecclesiam dñi Thomæ, & in eas inuicis custodibus reposuit risum. Factum autem est ut paruò post tempore nocte quadam sanctus illi appareret, & manu fuscinulam ferream tenens, & ad guttur eius applicans, minaretur illi exitium, dicens: Nisi domos meas quas temere occupasti, citius euacuaueris, mala peribis morte. Et ille euigilans, statim ut edocuit fuerat, ecclesiam apostoli euacuauit. De qua uisione Christiani lætificati, deo & sancto suo gratias egerunt.

De idolatria paganorum illius regni. CAPVT XXVIII.

**O**Mnes habitatores prouinciæ Maabar tã uiri q̃ mulieres nigri sunt, sed arte quadam nigredinẽ illam corporibus illinũt, putantes eximã nigredinem illis decori esse. Vngunt enim paruulos ter in hebdomada oleo de sofima expresso, & ex hoc fiunt nigerrimi. Et quo quis nigrior inter eos fuerit, hoc pulchrior æstimatur. Idololatræ etiam qui inter eos sunt deorum suorum imagines nigerrimas faciũt, dicentes deos nigros esse, & omnes sanctos. Dæmonem uero album pingunt, asserentes dæmones candidi esse coloris. Et quum hi qui boues adorant, ad bella procedunt, deferunt secum pilos bouis syluestris, eosq; ligant ad crines equorum suorum quibus insident: pedites uero ad scuta & crines suos pilos illos ligant, credentes se in bello tutos esse ab omni periculo, nam bouem syluestrem magnæ sanctitatis esse affirmant.

De regno Murfili, in quo adamantes inueniuntur.

## CAPVT XXIX.

**V**Ltra regnum Maabar per mille miliaria est regnum Murfili, quod nemini est tributarium. Habitatores eius lacte, carnibus & riso uescuntur, atq; idola colunt. In quibusdam huius regni montibus inueniuntur adamantes. Nam quum pluit egrediuntur homines ad riuos aquarum, qui de montibus descendunt, & in arena multos legunt adamantes. Aestatis quoq; tempore ascendunt montes cum magna difficultate propter feruentem calorem undiq; æstantem, periculo etiam magno sese exponentes, propter magnos serpentes qui ibi in maxima uersantur multitudine, & querũt in uallibus montium atq; alijs decliuis & retrusis locis adamantes, & quidem fit, ut illos nunquam in magna reperiant copia: idq; in hunc modum. Morantur in montibus illis aquilæ albæ, quæ memoratis uescuntur serpentibus: & homines qui per montes discurrunt, & sæpe ob prærupta saxa, & præcipitia montium ad eoualles peruenire nõ possunt, proniunt in illas frustra recitum carnium uidentibus aquilis, & hæc deinde ab aquilis sublata, nõnullos habent adhaerentes adamantes, quos homines hoc ingenio uenantur. Aduertunt quòd uis sublata portet carnis portionẽ, & accurrentes abigunt aquilam, & lapillos carni adherentes colligunt. Quòd si aquilæ in ualle profectã comederint carnem, aduertunt lapidum scrutatores locũ ubi aquila noctu dormit, & egesta stercora discutientes eliciunt adamantes, si quos cum carne deuorauit. Reges & nobiles harum regionum emunt pulchriores adamantes pro se, reliquos sinunt



inunt in orbē per mercatores dispergi. Abundat provincia ipsa uiscualibus & præsertim tanti sunt in ea arætes, ut maiores in mundo non inueniantur.

De regno Lac. CAPVT XXX.

**R**ecedendo à provincia Maabar occidentem uersus, occurrit provincia Lac, in qua habitant Abraiamim, qui supra modum horrent mendaciū: non ducunt nisi unam uxorem: raptum & furum execrantur: uino & carnibus non utuntur, nullumq; occidunt animal. Idololatræ sunt, & auguria sectantur. Quando quispiam emere uolunt, umbram suam prius in sole considerant, & tunc iuxta errorem suum mercatū absoluunt. Cibo modico utuntur, & magnas faciunt abstinentias. Utuntur in cibo herba quadam, quæ plurimum digestionē iuuat. Nunquam per phlebotomiam sanguinem minuunt. Sunt inter eos idololatræ quidam, qui pro honore idolorū suorum religiosissime uiuunt. Nudi incedunt, nullam corporis tegentes partem, dicentes se minime erubescere, quod sine peccato sint. Boues adorant, & cum magna reuerentia perungunt se unguento, quod de ossibus bouinis contritis faciūt. Scutellis dum comedunt non utuntur, sed cibos super arida ponūt folia, decepta ab arboribus quæ poma paradisi proferunt, aut super alia folia arida. Super folia recentia non comedunt, nec uirides herbas aut fructus comedunt: nam dicunt ista omnia quum uiuent uiuere & animam habere, ideo nolunt ea occidere, ne scilicet grande committant peccatum, si uillam creaturam priuare uita sua. Super nudam terrā dormiunt, & cadauera defunctorū comburunt.

De regno Colium. CAPVT XXXI.

**D**um disceditur à regno Maabar, ad aliam mundi plagam per missaria quingenta, occurrit regnum Colium, in quo sunt Christiani multi & Iudæi atq; pagani. Rex eius nulli tributa pendit. Est quoque in ea regione lingua propria: & crescit ibi piper in magna copia. Nam nemora & campeltria arbutis eius plena sunt. Colligitur uero in Maio, Iunio & Iulio. Crescit etiā ibi herba quædam, unde fit color quo tinctoris utuntur, uulgo Eudici dictus: quæ primum in uasis aqua repletis humectatur, & deinde in sole torrefacta, in minutas diuisit partes, qualis ad nos deferri solet. Sunt in illa regione tanti calores, ut molestissimum sit illic uiuere. Flumina etiam adeo calecūt, ut ouum ad aquam eorum positum, citra magnam moram decoqui possit. Fiunt mercimonia multa in hac regione, propter ingens lucrum quod negotiatores hinc consequuntur. Inueniuntur quoq; ibi animalia multa, cunctis aliarum regionum animalibus dissimilia. Nam inueniuntur illic leones nigri, pitaci seu papagalli albi cum pedibus & rostris rubeis, & gallinæ nostris omnino dissimiles. Hanc diuersitatē putant accidere propter nimium calorem, qui ibi existit. Frumentum nullum ibi præter risum crescit. Potum loco uini faciunt ex saccharo. Habet plurimos astrologos & medicos. Nudi omnes incedunt, uiri & mulieres, obscænis locis panniculo opertis. Vacant supra modum rebus ueneris. Adustione solaris caloris nigri fiunt & deformes, sed quod illis elegans esse uidetur. Ducunt consanguineas in tertio gradu uxores, similiter noueram defuncto patre, & iantricem fratre defuncto: quod etiam per totam Indiam obseruatur.

De provincia Comari. CAP. XXXII.

**C**omari regio est in India, ubi polus arcticus uideri potest: ab insula uero Laua usq; ad regionem istam uideri non potest: quom omnes intermedie regiones ultra æquinoctialem sint circulum. Est regio ista ualde syluestris, habetq; animalia multa & dissimilia animalibus aliarum regionum, præsertim simias hominis effigiem exprimentes. Discurrunt quoque illic leones & leopardi in magna copia.

De regno Eli. CAPVT XXXIII.

**E**ndo à provincia Comari uersus plagam occidentalem per trecenta missaria, peruenitur ad regnum Eli, quod proprium habet regem & propriam linguam. Incolæ eius idola colunt. Rex ditissimus est, habetq; thesauros

multos, sed non est potens in populo: licet regio ipsa natura munita sit. Est in ea magna copia piperis, zinziberis & aliorum nobilium aromatum. Si quando nauis aliqua onerata praeter rectorum eius intentionem ad illam provinciam appulerit, puta tempestate aut alia necessitate id cogente, habitatores eius rapiunt quicquid in naui inuenerint, gubernatoribusque eius aiunt: Insuper tuebatis ad aliam distanterem provinciam cum mercibus uestris, sed deus noster & fortuna uos ad nos direxit, & ideo accipimus quod deus & fortuna uobis miserunt. Sunt in hac regione multi leones & ferae agrestes.

De regno Melibar. CAPVT XXXIII.

POST regnū Eli peruenitur ad regnū Melibar, quod in India maiori est ad occidentalem plagam, & habet regem propriū nulli tributarium, atque linguam propriam. Incolae eius idola colunt. Inueniuntur in hoc regno sicut & in regno Gozurath illi propinquo piratae multi, qui singulis annis cum centū nauibus uagantur in mari, & captiui transeunt mercatores, atque bona eorum praedantur. Ducunt secū uxores & filios, & tota aestate uersantur in mari, praeculentes mercatoribus semita, ut non facile euadere possint laqueos eorum. Nam cum uiginti nauibus occupant in transversum centū milliarū spatium, quingē milliarium spatium uni assignato naui. Et quum uident aduētere nauem aliquam mercatorū bonis oneratam, signū faciunt cum fumo, proximiori id indicantes nauis, & haec rursus nauis tertiae sibi collateralis id significat, unde fit ut ferē in momento temporis omnium nauium gubernatores se adesse nauim quam diripiunt. Concurrent igitur tot naues quot necessariae sunt ad praedandum nauem aduentitiam, & hominibus quidem captis nihil mali inferunt, sed exponunt eos in litus maris, & rogant eos, ut eant & alias adducant merces, transeantque per terminos eorum. Est in hac regione mira abundantia piperis, zinziberis, & Indicarum nucum.

De regno Gozurath. CAP. XXXV.

EST regno Melibar uicinum aliud regnum, quod Gozurath uocatur, habetque regem & idioma proprium. Et est hoc regnum in India minori ad plagam occidentalem. Apparet in hoc regno polus arcticus super horizonē sex brachiorum altitudine, hoc est, septem uel octo gradibus coelestibus. Sit in hoc regno plurimi piratae, qui quum mercatores ceperint, cogunt eos bibere tamarindos cum aqua maris, & illico fluxum patiuntur uentris. Quod i deo faciunt, quia mercatores quando à longe uident aduentare piratas, solent deglutire margaritas & lapides pretiosiores, ne illis per piratas eripiantur: sed illi horum astutiam non ignorantes, cogunt eos illico egerere glutitos lapides. Est in hac regione copia endici, piperis, & zinziberis. Sunt etiam ibi arbores, de quibus bombox in magna colligitur copia. Haec arbor crescit sex passibus in altum, & fructum producit per uiginti annos, deinde ad nihilum ualet ultra. Paratur etiam in hoc regno corium quoddam nobilissimum, & quo uix melius inueniri potest.

De regnis Tana, Cambaeth, & alijs quibusdam. CAP. XXXVI.

PRÆdicto regno itur per mare ad regna Tana, Cambaeth, Semenath, & Resmacoram, ad occidentalem scilicet sita plagam in quibus mercimoniam multa sunt. Vnumquodque autem illorum regnorum habet regem & idioma proprium. De his scribere multa non prauealeo, quia sunt in India maioris, quam intactam ferē relinquam, nisi ubi maris litus contingit.

De duabus insulis, in quibus uiri & mulieres separatim habitant.

CAPVT XXXVII.

VLTRA regnum Resmacoram per quingenta milliaria uersus meridiem, in alto mari sunt duae insulae triginta milliaribus à seinuicem distantes, in quarum una morantur uiri sine mulieribus, uocaturque insula masculina: & in alia foeminae sine uiris, & haec quoque uocatur insula foeminina. Sunt autem Christiani, & habent inter se matrimonia. Mulieres nunquam ueniūt ad insulam uirorum, sed uiri uisitant mulieres, moranturque cum illis tribus continuis



nuis mensibus, unusquisque scilicet cum uxore sua in domo propria. Post hæc reuertuntur ad insulam suam ubi per residuum anni tempus manent. Eterti-  
nent mulieres filios masculos secum usque ad decimum quartum annum, postea mittunt eos ad patres. Mulieres aliud nihil agunt, nisi quod curam habent filiorum, & fructus quosdam legunt. Viri uero laborant & curam habent quomodo uxores & filios nutrant. Vacant piscationibus, & infinitos capiunt pisces, quos recentes & desiccatos uendunt negociatoribus, & hinc multum habent lucri. Vescuntur lacte, carnibus, piscibus & riso. Abundat mare illud cetis & magnis piscibus. Viri regem non habent, sed episcopum suum dominum agnoscunt, subiecit archiepiscopo de Scoira.

De insula Scoira. CAPVT XXXVIII.

Proceedendo ulterius uersus meridiem per quingenta miliaria, occurrit alia insula Scoira nomine, cuius incolæ Christiani sunt, & habent archiepiscopum. Exercentur in ea insula multa mercimonia, nam abundat hombice & piscibus. Præter risum aliud non habent frumentum. Omnes nudi incedunt, & utuntur lacte, carnibus & piscibus. Deferuntur à piratis multa bona ad hanc insulam, quæ rapta illic uendunt. Illi autem scientes non Christiani, sed Saracenis & idololatriis illa ablata, libenter ea emunt. Sunt in hac insula inter Christianos multi incantatores, qui pro libito suo naues in mari reuocare possunt ut uolunt: etiam si prospero nauis uehatur uento, illi arte sua diaboli ea possunt contrarium excitare uentum, qui nauem etiam inuitam reducant.

De magna insula Madaïgasca. CAPVT XXXIX.

Proceedendo ab insula Scoira, & uersus meridiem per mille nauigando miliaria, peruenitur ad Madaïgasca, quæ inter maiores & ditiores mundi computatur insulas. Continere dicitur in gyro quatuor millia miliarium. Habitatores eius Mahumetani sunt, nullum habentes regem, sed quatuor senioribus per totam insulam parent. Producit hæc insula plurimos elephantos, ut nulla in orbe sit regio quæ plures illa habeat. Est in ea & alia insula quæ Cuzibet uocatur, magna eboris nundinatio. Nam in toto orbe non putatur maior esse elephantinorum dentium copia, quam in his duabus insulis. Non comeduntur in hac insula aliæ quam camelorum carnes, quum illæ saniores incolis sint. Est autem illorum animalium maxima & penè infinita multitudo in hac insula. Sunt præterea in hac insula multa nemora sandalorum rubeorum, quorum gratia multæ ibi sunt mercantia. In mari uero cete grandia capiuntur, ex quibus ambrum colligitur. Sunt ibi leones, leopardi, cerui, damule, & capreae multæ, aliarumque bestiarum & auium multiplex uenatio. Inueniuntur denique ibi uariæ species auium, quæ in terris nostris nunquam uisæ sunt. Confluunt passim ad hanc insulam multi mercatores, facillimeque illuc nauigare possunt propter maris fluxum: nam à prouincia Maabar uenitur in uiginti diebus ad hanc insulam Madaïgasca, iuuante nauem fluxu maris: sed difficillime reuertii possunt, quum uix in tribus mensibus aduersum fluxum superare possint. Nam tota uia mare in meridiem fertur.

De maxima aue Ruc. CAPVT XL.

Sunt & alia insula ultra Madaïgasca uersus meridiem, sed quæ difficillime adiri possunt, propter uelocissimum maris cursum. Et in illis certo anni tempore apparet mirabilis species auis, quæ Ruc appellatur, aquilæ quidem habens effigiem, sed immensæ est magnitudinis. Atque qui illas uiderunt aues, plerasque alarum pennas in longitudine continere duodecim passus, spissitudinem uero eius proportionem tenere longitudinis: & totum auis corpus pennis in proportione respondere: auis uero ipsa tantæ fortitudinis, ut sola sine aliquo adminiculo elephanti capiat, & in sublime sustollat, atque rursus ad terram decedere sinat, quo carnibus eius uesci possit. Ego Marcus quum primum hæc de illa aue audissem, putabam esse gryphonem, qui inter quadrupedia dicitur esse pennatus, leoni ex omni parte similis, nisi quod faciem habet aquilæ similem: sed hi qui aues illas uiderant, constanter asserabant, nihil illis commune esse

esse cum illa bestia, & quod duobus ut reliquæ aues incederent pedibus. Haebat meo tempore magnus Cham Cublai nuncium quendam, qui in insulis illis tandem captus tenebatur, donec incolis earum satisfactum esset: & hic postliminio domum reuertens mira retulit de conditione illarum regionum, & de varijs animalium speciebus quæ illic inveniuntur.

De insula Zanzibar. CAPVT XLII.

Inuenitur etiam illic alia quædam insula, quæ in gyro continet duo millia miliarium, habens regem proprium & linguam lingularem. Incolæ uero eius idola colunt. Sunt homines illi corpore grosso, sed breui. Et si stature longitudo corpulentia responderet, gigantes uideri possent. Sunt fortissimi, ut etiam unus tantum ferre posset onus, quantum alij uix quatuor. Comedit etiam unus tantum cibum, qui quinque nostratibus sufficere posset. Sunt omnes nigri, & nudi incedunt, uerenda duntaxat tegentes. Capillorum tam densam habent crispitudinem, ut cum aqua deliniti uix extendi in longum queant. Os est illis magnum, & nares sursum patentes. Aures quoque habent grandes, & oculos horribiles. Mulieres etiam ob oculos prominentes, os magnum, & nares grossas admodum deformes sunt. Viuunt lacte, carnibus, riso & dactylis. Carent uino, sed conficiunt potum optimum ex riso, saccharo, & alijs speciebus. Veniunt illuc multi mercatores propter ebur & ambrum. Nam sunt ibi plurimi elephanti & cete grandia. Viri huius insulæ fortes & bellicosi sunt. Et licet non habeant equos, tamen cum elephantis & camelis ad bella procedunt, extruentes castella lignea super elephantos, quæ tanta sunt ut quindecim uel uiginti uiri muniti ex uno pugnent portatili castro. Pugnant autem cum lanceis, gladijs & lapidibus: & sunt huiusmodi castra asseribus cooperata. Porro quando ad bellum procedere uolunt, exhibent potum elephantis, quem ipsi pro uino in terram bibunt, quo audaciores sint in bello. Abundat ista insula leonibus, leopardis, & alijs uarijs bestijs syluestribus, quæ in alijs regionibus non inueniuntur. Habet præterea speciem animalis quod grassa uocatur, habent collum longissimum, passuum scilicet trium, cuius anteriora crura multo longiora sunt posterioribus. Caput eius est paruum, & color uariis, albus scilicet & rubeus cum roseis punctis per corpus dispersis. Est autem animal mansuetum, neminem lædens.

De multitudine insularum Indiæ. CAP. XLII.

Sunt præter memoratas insulas etiam plurimæ aliæ insulæ in partibus Indiæ, prioribus quidem ut principalioribus subiecte: quarum numerus ob multitudinem earum certo haberi nequit. Et quidem si nauis credimus & his qui diu sulcauerunt maria, est numerus earum duodecim millia & septingentæ, computando tam habitatas quam non habitatas.

De prouinciâ Abasie. CAPVT XLIII.

Descriptimus hæcenus obiter insulas & regiones Indiæ utriusque, maioris scilicet & minoris: maior incipit à prouincia Maabar, & terminatur ad regnū Rescomoræ: minor uero incipit à regno Ciamba, & terminatur ad regnū Murisli. Nunc breuiter attingemus Indiã intermediã, quæ proprie Abasia appellatur. Igitur Abasia est regio maxima in septem diuisa regna, quibus singulis singuli præsunt reges. Et hi omnes sunt Christiani, præter tres Saracenos. Christiani crucem auream in fronte gestant, quod eis in baptismo imprimitur. Saraceni uero habent signum à fronte usque ad medium nali. Sunt etiam illic multi Iudæi, qui ignito ferro in utraque maxilla signati sunt. Contingit hanc regionem alia quædam prouincia, Aden dicta, in qua beatus Thomas Christi fidem docuisse dicitur, & multos ad eandem conuertisse. Postea transtulit se ad regnum Maabar, in quo pro Christo mortem obiit.

De quodam episcopo Christiano, uolenter à Sultano circumciso.

CAPVT XLIIII.

ANNO à CHRISTO nato M. CC. LVIII. rex unus & qui principalior erat in regnis Abasie, deuotione motus uoluit Hierosolymam uisitare atque sepul-



sepulchrum domini. Et quum id consiliarijs atque aulicis suis indicasset, illi omnino dissuadent propositum arripere iter, scientes plurima in itinere esse discrimina, præsertim quum illi per multas Saracenorum terras ambulandum esset, sed ut episcopum aliquem sui loco mitteret consulunt, qui adeundo terram sanctam munus perferret in Hierusalem. Acquisecit rex sano consilio, mittitq; episcopum cum regia oblatione. Veniens autem episcopus in regione nem Aden, quam Saraceni inhabitabant, & Christianos implacabili persequebantur odio, comprehensus à Saracenis, ad regem Aden ducitur. Rex vero quum ex eo didicisset quod nuncijs esset regis Abasie, missus ad terram sanctam, minis nititur cogere hominem, ut abnegato Christi nomine, Mahumeti suscipiat legem. Episcopus vero constanti animo in Christi perseverans fide, respondet se potius mortem subiturum, quam deserto Christo, Mahumeto nomen dare. Tunc Sultanus ille iubet Episcopum in iniuriam Christi & despectum regis Abasie circumcidi, & circumcisum iterum mittit ad regem Abasie. Quo cognito rex Abasie, uolens Christi ulcisci iniuriam, coacto in unum magno exercitu cum pedibus, equitibus & elephantis castella gestantibus, mouet expeditionem contra regem Aden. At Sultanus conuocatis alijs duobus regibus, cū ualido exercitu properat in occursum regis Abasie, commissioq; prælio, plurimi de exercitu Aden interficiuntur, & euadit rex Abasie uictor. Et intrans cum exercitu suo in interiora regni Aden, cœpit deuastare regionem, & occidere Saracenos, qui conglobati illi resistere conabantur, sed in casum, mansitq; per integrum mensem in regno illo, & illatis plurimis damnis, uictor cum magno honore domum redijt, gaudens in p̄i Sultanū ultimam perfidiam.

Quam diuersæ bestie inueniantur in provincia Abasie. CAP. XLV.

Uolunt habitatores Abasie carne, lacte & riso: oleo uero uiuntur de solo ma factio. Habet regio ipsa multas ciuitates & oppida, in quibus plurimæ sunt negociationes. Inuenitur ibi buchiranus optimus, & bombicinū panni in magna copia. Habent quoq; Abasini plurimos elephantes, sed qui ibi non nascuntur, uerum ab alijs regionibus & insulis importantur. Giraffæ autem, leones, leopardi, onagri, & diuersæ auium species quæ alibi non uiuantur, in magna ibi nascuntur abundantia. Habet præterea regio illa gallinas pulcherrimas, & struthiones grandes, alinis haud minores, aliarumq; bestiarum & auium multiplicem uenationem. Habet psitacos, & epimachos pulcherrimos: habet deniq; cætos diuersarum specierum, quorum aliqui humanam in facie expriment effigiem.

De provincia Aden. CAPVT XLVI.

Habet provincia Aden regem proprium, quem Sultanum uocant, habet sub se Saracenos, qui supra modum exosos habent Christianos. Habet autem regio ipsa multas ciuitates & castra, & præsertim habet portum optimum, ad quem ex India plurimæ appellunt naues aromata deferentes. Et negociatores quidem Alexandrini illic ementes aromata, ponunt ea in naues paruas, atque septem diebus per flumen quoddam ducentes, postea humeris camelorum imponunt, & triginta dierum itinere per terram usque ad fluiuium Aegypti deportant, & rursus in naues exonerantes, tandem usq; ad Alexandriam perducunt. Nec potest compendiosior haberi uia ab orientis partibus usq; Alexandriam. Negociatores uero illi ducunt secū plurimos equos, quod nondum in India gratia in Indiam concedunt. Exigit autem rex Aden ab illis mercatoribus qui per regionem suam aromata & alias merces ducunt, ueti gal maximum, unde plurimum ditescit. Quum Sultanus Babylonis obsideret ciuitatem Aconensem, & eam expugnaret, anno scilicet Domini M. CC. mille Sultanus Aden in auxilium eius triginta millia equitum, & quadraginta millia camelorum, nō quoddam usque adeo illius cuperet augeri felicitatē, sed quod omnes maluit extinctos Christianos. A portu Aden eundo uersus septentrionem sita est ciuitas Elcier, quadraginta distans milliaribus ab illo portu

portus, & habet sub se multas alias ciuitates & castra, sed quæ omnia sunt de dominio regis Adu. Est quoque iuxta hanc ciuitatem optimus portus à quo innumeri equi ducuntur in Indiam. Abundat hæc regio thure albo atque optimo, quod de paruis arboribus, abietibus tamen similibus, stillat. Incolæ crebris incisionibus perforant harum arborum cortices, ut thus extrahant, tametsi calor quoque, qui ibi maximus est, plurimum eliciat liquoris. Habet quoque regio ipsa palmas cum dactylis: sed præter modicum risum nullum producit frumentum, uerum aliunde importandum est. Abundat autem piscibus optimis, præsertim tunnis, qui ibi optimi habentur. Vinum non habent, sed ex dactylis, riso & saccharo optimum faciunt potum. Verueces qui in hac regione inueniuntur, sunt statura parui, auribus omnino carentes, sed loco earum cornua parua habent. Equi, boues, camelii atque oues uescuntur piscibus, qui quotidianus illorum sunt cibus, quum illic ob immensum calorem herbarum & frumenta ex terra haberi non possint. Fit autem tribus anni mensibus piscium captura, scilicet Martio, Aprili & Maio, tantusque illorum captus numerus, ut non facile explicari possit. Hos pisces siccant & seruant, atque per totum annum animalibus edendos pabuli loco proponunt. Uescuntur autem animalia libentius desiccatis piscibus quam recentibus. Fiunt etiam ab incolis panes bis cocti ex piscibus, idque in hunc modum. Concidunt pisces minutatim, atque contundunt in modum farinae, & postea commisceant & subigunt quasi pastum panis, atque ad solem desiccari faciunt, & uiuunt ipsi & iumenta ipsorum de illis panibus factis per totum annum.

*De regione quadam in qua Tartari habitant.* CAPVT XLVII.

SCRIPTI hæcenus de regionibus orientalibus ad meridiem expositis, nunc quaedam in Septentrionali plaga positas, quæ supra in primo libro sunt omittæ, breuiter attingam, & quæ de illis didici annotabo. Igitur in interioribus Aquilonis partibus multi habitant Tartari, quorum rex est de progenie Imperatoris Tartarorum: & seruant ritus & mores antiquorum Tartarorum. Sunt omnes idololatæ, coluntque unum deum, quem Natigai appellant, putantes illum terræ habere dominium, & omnium eorum quæ ex ea producuntur. Sonat enim Natigai in lingua eorum deum terræ. In honorem illius dei multa faciunt simulachra & imagines. Non habitant in ciuitatibus uel oppidis, sed in montibus & campestribus regionis illius: suntque in maximo numero, frumento carentes, & lacte atque carnibus uiuentes. Est magna pax & concordia inter illos, parique uoto suo obediunt regi. Habent equorum, camelorum, bouum, ouium, & aliorum pecorum ferè infinitum numerum. Sunt etiam apud eos ursi maximi atque uulpes insignes. Sed & onagri in magna illic inueniuntur multitudine. Inter parua uero animalia est quædam species apud illos, quæ delicatissimas suppeditat pelles, quas uulgo zebellinas uocant. Sunt quoque alia quamplurima syluestria animalia ibi, de quibus multam percipiunt carnem ad comedendum.

*De regione alia, ad quam propter lutum & glaciem difficilis patet accessus.*

CAPVT XLVIII.

SUNT etiam regiones aliæ in hac Septentrionali plaga, sed priore adhuc interioribus, quarum una est montosa, uaria producens animantia, ut sunt rhodæ, armelini, erculini uarij, uulpes nigre & alia quædam, quæ hominibus illis lenissimas præbent pelles, & ad nostras per mercatores deferuntur regiones. Equi uero, boues, asini, camelii, & alia quæcumque corpulenta animalia, ad illa loca accedere nequeunt, usque adeo est regio illa paludifosa & stagnis plena, nisi in medio hyemis quando omnia frigore rigent & constricta sunt dura glacie. Cæteris uero temporibus tamesi multa illic sunt glacies, & magnum frigus, non est tamen glacies illa tam solida, ut currus & iumenta ponderosa ferre possint, quinimmo homines ipsi cum magna difficultate possunt pertransire terram illam, usque adeo stagnantur omnia loca aquis & paludibus. Patet regio hæc uersus Septentrionem itinere tredecim dierum, in qua

supra



supra modum abundant animantia ea quæ memoratas pretiosas suppediunt pelles, unde incolæ multa assequuntur luera. Nam accedunt eos mercatores & abducunt pelles illas in magna copia. Introducuntur autem in regionem ipsam hoc modo. Habent canes maximos asinorum instar, qui rhedis trahendis sunt afflucti, Carè autem uehicula illa rotis, facta de lignis leuibus & planis, ut duo homines in uno sedere & uehi possint, nec facile in luto mergantur propter latitudinem eius. Igitur quando mercator aliquis uenit, imponitur uehiculo, & ligantur ordine quodam sex canes ad uehiculum illud trahendum, & quocumq; a ductore qui cum mercatore in rheda sedet diriguntur, illuc trahunt rhedam, transeuntes per lutum & aquam. Nec possunt ultra unius diei spatium laborem illum sustinere: sed transacto die, alij ad rhedam ligantur canes, quum pagi multi passim in regione illa inueniantur, & illic canes in hoc officio nutriantur. Per huc itaq; modum potest mercator ad interiora illius peruenire regionis. Non autem ponuntur magna onera supra rhedas, quum canes præter mercatorem, aurigam & pellium fascem nihil ferè aliud trahere possint. Fit igitur ut negotiator quolibet die mutet uehiculum, canes & aurigam, donec perueniat ad montes ubi emat pelles.

De regione tenebrarum.

CAP. XLIX.

Est adhuc alia regio, prioribus regionibus multo uersus Aquilonem interior, quippe quæ extremum Septentrionis occupat locum, quam obscuritatem appellant, eo quòd multo per annum tempore ibi sol non appareat, & tunc nedum noctu ibi tenebræ sint, uerum & interdum aër in modum crepusculi caliginosus sit: cuius regionis homines pulchri sunt, magni & corpulentissimi, sed pallidi. Regem non habent nec principem cui pareant, sed in more bestiarum uiuentes, quod libet faciunt, nec mores nec ciuilitatem ullam curantes. Tartari uero qui illis hominibus sunt confines, sæpe regionem illam obscuram ingredientes, rapiunt animalia illorum, & quicquid inueniunt, aliaque multa inferunt damna. Et quoniam propter subito irruentem noctem periculum direptoribus imminet, ut illud euadant, hac utuntur cautela. Quando regionem ipsam prædam abducturi intrare disponunt, accipiunt secum equas pullos habentes, illosq; in ingressu regionis custodiibus committunt, ut illic expectent donec ipsi cum præda reuertantur, ut quum illis noctu sit regrediendum, quæ nocturni itineris obseruatrices recta ad pullos suos contendant, omni uitato discrimine. Laxant enim noctu equabus habenas, illasq; libere quòd suo instinctu feruntur, ire permittunt: & hæc naturali ad filios tracti affectu, ducunt sutores suos ad pristinum locum, quem ipsi in tenebris minime inuenire potuissent. Habent etiam huius regionis incolæ uaria animantia, de quibus pretiosas abstrahunt pelles, & ad alias deferentes regiones magna hinc reportant luera.

De prouincia Ruchenorum.

CAP. L.

Inhabitantes Ruchenam prouinciam maximam, quæ serè usque ad polum arcticum excurrit: & sunt Christiani, Græcorum ritum in ecclesiasticis seruantes officijs. Sunt albi & pulchri, tam uiri quam mulieres, flauos habentes capillos. Tributa pendunt Tartarorum regi, cui ad orientalem plagam confines sunt. Est etiam apud eos ingens copia pretiosarum pellium. Habent quoque mineras multas argenti. Regio uero ipsa est frigidissima, quippe quæ ad mare protenditur congelatum. Sunt tamen in eo mari insulæ quædam, in quibus grifalchi, herodij seu falcones in maxima inueniuntur copia, & inde ad diuersas mundi partes deferuntur.

FINIS.

C

PRÆ,

## PRAEFATIO



DEM accidit Haithono quod Marco Paulo Veneto: uterque enim primo librū suū uernacula scripsit lingua, ille in Italica, iste uero in Gallica, deinde ut seculum illud nihil præter barbariem coluit, uterq; infelicē & incultum nactus interpretem, rudiori stilo Latinis legendi sunt, quā ut tenerioribus auribus simplicitas illa arridere possit. Sed ueritatis simplex est oratio. Etiam inelegāter scribētibus suis debetur honor, quod alios ad ueritatis excitē inquisitionē. Fuit Haithonus iste Armenus, e regio natus stemmate, sed nobilitatē suam in Christo nihil esse arbitratus, seculum & ea quæ in illo sunt contemnens, monasticam elegit uitam, quod à seculi sequestratus tumultibus, Christo liberius uacaret. Scribit autē hæc de seipso. Porro interpretis eius fuit Nicolaus Salcani, qui ex mandato summi pōtificis Clemētis quinti in ciuitate Pictauiensi, primo hunc librum Gallice scripsit, prout illi ab Haithono dicebatur, ac deinde in Latinum ut potuit uertit, anno scilicet domini M. CCCV. 11.

## HAITHONI ARMENI ORDINIS

PRAEMONSTRATENSIS DE  
Tartaris Liber.

De regno Cathay. CAP. I.



EGNUM Cathay est maximum quod in orbe ualeat inueniri, & est repletum gentibus & diuitijs infinitis, & in oceanis litore habet situm. Tot etiam sunt ibidem maris in sila, quod numerus nullatenus potest sciri. Nam nullus penitus inuenitur, qui omnes illas insulas afferat se uidisset. Illæ uero quæ calcari possunt, reperiuntur innumeralibus abundare diuitijs & thesauris. Et illud fere quod in illis partibus carius emittitur, & habetur, est oleum oliuarum: & reges & magnates illud quasi medicamen precipuum, cum magna diligentia faciunt custodiri. In ipso etiam regno Cathay plura sunt mirabilia monstrosa quæ dicere prætermitto. Homines illarum partium sunt sagacissimi, & omni calliditate repleti, & ideo in omni arte & scientia uilipendunt omnes alias nationes: & dicūt, quod ipsi sunt soli qui duobus luminibus respiciunt, Latin i uero uno lumine tantum uideant: sed omnes alias nationes afferunt esse cæcas. Et per hoc certissime demonstratur, quod omnes alios reputant esse rudes. Et uere res mirabiles & diuersæ, ac ineffabilis subtilitatis & laboris manuum ex illis partibus deferuntur, quod non uidetur esse aliquis qui in talibus illis se ualeat comparare. Omnes illi de illo regno Cathayni uocantur, & iuxta nationes suas multi tam uiri quām foeminae pulcherrimæ reperitur: tamen omnes cōmuniter paruos habent oculos & naturaliter barbaerent. Isti uero Cathayni ualde pulchras habent literas quæ Latinis literis in pulchritudine quodammodo similes sunt. Secta uero illius regni gentium, uix posset aliquo modo enarrari. Quoniam aliqui sunt qui colunt idola de metallo, alij uero boues adorant, quia terram laborant, ex qua crescit frumenta & alia nutritiua. Alij colunt magnas arbores, alij naturalia, alij astro nomiam, alij solem colunt, alij uero lunam, alij uero nullam habent fidem uel legem, sed sicut bruta animalia, ducunt bestialiter uitam suam. Et licet sint perspicacissimi ingenij ad omnia opera corporalia exercēda, nulla tamē inter eos spiritualium notitia inuenitur. Homines illius patriæ non sunt auidaces, sed sunt mortis timidi plus satis quā armigeros esse deceat, multum tamen sunt ingeniosi, & magis per mare quā per terram de inimicis suis uictoriam reportarunt. Multa habent armorum genera, quæ non inueniuntur inter alias nationes. Moneta uero quæ in illis partibus expenditur, fit de pyro in forma quadrata, & est regali signo signata, & secundum illud signum illa



illa moneta est maioris pretij uel minoris: et si forte illa moneta, propter uetustatem incipiat deuari, ille uero qui illam habuerit, ad regalē curiā deportabit, tunc pro illa dabitur sibi noua. De auro uero & alijs metallis faciunt uasa & alia ornamenta. De isto regno Cathay, dicitur quod in principio mundi, quia est in oriente ab uno capite, & in illa parte nulla est aliarū habitatio gentium, ut refertur. Ex parte occidentis suos habet confines cum regno Tartarie. Ex parte Septentrionis cum deserto de Belgiam. Ex parte uero meridiei, sunt insulæ maris oceani, de quibus superius est expressum.

De regno Varise, CAP. II.

In regno Varise sunt tres prouinciæ, quarum dominatores se reges faciunt appellari. Homines illius patriæ nominantur logour, semper per idola coluerunt & adhuc colunt omnes, præter decem cognationes illorū regū, qui per demonstrationem stellæ uenerunt adorare natuitatem in Bethlehē ludæ. Et adhuc multi magni et nobiles inueniuntur inter Tartaros de cognatiōe illa, qui tenent firmiter fidem Christi. Alij uero idololatræ de partibus illis, sunt homines nullius ualoris in facto armorū. Perspicacissimi tamen sunt ingenij ad omnes artes et sciētias addiscēdas. Literas habent proprias, et fere omnes illarum partium habitatores abstinēt à carnibus & uino, nec aliqua ratione occiderent quicquam uiuens. Illorum ciuitates ualde sunt amœnæ, & tēpla magna habent, in quibus idola uenerantur: frumētā ibi crescūt abundanter, & alia bona grana, uino uero carēt, & hiberni uinū reputant esse peccatū, sicut faciunt Agarenī. Istud regnū Tartarie ex parte orientis suos habet confines cū regno Cathay supradictō, ex parte occidentis, cū regno Turquestan, ex parte septentrionis cum quodam deserto: ex parte uero meridiei, cum quadam diuissima prouincia, quæ uocatur Sym, quæ inter regnū Indiæ & regnum Cathay habet situm: & in illa prouincia inueniuntur lapides adamantis.

De regno Turquestan, CAP. III.

Regnum Turquestan, ex parte orientis suos habet confines cum regno Tartarie, ex parte occidentis cum regno Perlarum, ex parte septentrionis cū regno Corasminæ, ex parte uero meridiei, protenditur usq; ad desertū Indiæ. In isto regno pauca sunt bonæ ciuitates: planicies habet latas & bona pabula pro armentis, & ideo habitatores illius patriæ, ut plurimum sunt pastores, habitantes in tētorijs, & in talibus domibus, quæ de loco ad locū possunt faciliter deportari. Maior ciuitas illius regni uocatur Ocerra. Parū ibi colligitur de ordeo uel frumento. uino totaliter carent. Bibunt ceruisiam, & alia poculenta quæ congerunt & lac. Risum & milium comedūt atq; carnes, & uocantur Turche, & fere omnes tenent dogma pessimi Mahumetaliqui uero sunt inter eos, qui nullam penitus fidem habent uel legem. Literas non habent proprias, sed utuntur literis Arabicis in ciuitatibus siue castris.

De regno Corasminorum, CAP. IIII.

Regnum Corasminorum est bene munitum bonis ciuitatibus atq; uillis, & multi sunt ibidē habitatores, quia terra illa est fertilis & amœna, frumenta & alia bona grana colliguntur ibi in maxima quantitate, tamē modicum habent uini. Istud regnum suos habet confines cum quodā deserto, cuius per cētum diætas extenditur longitudo. Ex parte occidentis usq; ad mare Caspium protenditur: ex parte septentrionis confines habet cū regno Cumanie: ex parte meridiei cū regno Turquestan, superius nominato. Maior ciuitas illius regni uocatur Corasme, et Corasmi homines nominantur. Paganī sunt, nō habentes literas siue legē. In armis sunt ferocissimi qui uocantur Soldini, & habent propriam linguam, literas atq; ritum Græcorum, & modo Græcorū conficiunt corpus Christi, & sunt obediētes patriarcho Antiocheno.

De regno Cumanie, CAP. V.

Regnum Cumanie est ualde magnum, sed propter aeris intemperiem male ab hominibus habitatur. Fit enim in locis aliquib; hyemali tempore tantum frigus, quod homines siue animalia non possunt uiuere ullo modo.

C. 2. in ali,

In aliquibus uero locis fit tantus calor in æstate, quod nemo potest sibi esse per ætium, & etiam propter muscas. Regnum istud Cumania est quasi totum planum, & in illa planicie non reperiuntur arbores siue ligna, nisi forte iuxta aliquas ciuitates, quæ pomeria quædam habent. In campis & tentorijs habitant illæ gentes: ster cora comburunt animalium loco ligni. Regnum Cumania ex parte confines habet cum regno Corasme, & cum quodam deserto. Ex parte occidentis est mare maius, & mare detenuet: ex parte septentrionis confines cum regno Casia: ex parte meridiei protenditur usque ad quoddam flumen magnum, quod reperitur in urbe quæ uocatur Etil. Anno quolibet congelatur, & quâdoque per totum annum permanet ita firmiter congelatû, quod glacies calcatur ab hominibus & animalibus sicut terra. In litore illius fluminis inueniuntur quædam arbores satis paruæ: ultra uero & ex alia parte illius fluminis sunt gentes habitantes uariæ & diuersæ, quæ non computantur de regno Cumania, obediunt tamen regi. Et quidam sunt qui habitant circa montem Cocas, qui mirabiliter est magnus & altus. Astures & alia ues rapaces albæ sunt, quæ in illis montibus oriuntur. Et iste mons residet inter duo maria: quia ex parte occidentis est mons, ex parte orientis mare Caspium: & istud mare Caspium nullum habet introitum cum mari oceano, sed est sicut lacus: mare tamen propter ipsius magnitudinem appellatur: est enim maior lacus quam reperiatur in orbe: quia protenditur à dicto monte Caspio usque ad caput regni Persarum, & diuidit totam terram Asia in duas partes: & illa pars quæ est in parte orientis dicitur Asia profunda: & illa quæ est in occidente dicitur Asia maior, & multos retinet bonos pisces. Circa illum montem Caspium inueniuntur bubali, & alia multa animalia syluestria. Sunt etiam in illis partibus multæ insulæ, in quibus aues nidificant, & præcipue falcones, quæ Pegrini uulgariter appellantur, & Elmeliones, & Bofacci, & multæ alia ues nascuntur ibidem, quarum nusquam origo nisi in illis insulis inuenitur. Maior ciuitas regni Cumania uocatur Sara, quæ fuit antiquitus nobilis & famosa ciuitas, men postrata, & quasi totaliter destructa per Tartaros, qui illam uiolenter ceperunt, sicut inferius exprimitur.

De regno Indis,

CAP. VI.

Regnum Indis est ualde longum, est situm super mare oceani, quod in illis partibus dicitur mare Indis. Istud regnum incipit à confinibus regni Persarum, & extenditur per orientem usque ad unam prouinciã quæ uocatur Balarem: & in illa prouinciã reperiuntur lapides pretiosi, qui Balais appellantur. Ex parte septentrionis per longum est & magnum desertum Indis, ubi tot serpentes, & animalium diuersitates habitantes imperator Alexander dicitur inuenisse. In ipso regno prædicauit beatus Thomas Apostolus fidem Christi, & multas conuertit prouinciã atque gentes: sed quia distat multum ab illis terris & locis, in quibus fides colitur Christiana, sibi fides nostra est multum diminuta, nec est ibi nisi quædam ciuitas, in qua habitant Christiani: omnes uero alij fidem Christi totaliter reliquerunt. Ex parte uero meridiei per longum est mare oceanum, in quo sunt multæ insulæ, sed homines degentes in illis sunt nigri, & nudi incedunt totaliter propter æstum, & colunt idola uelut stulti. In illis insulis inueniuntur lapides pretiosi, margaritæ, & aurum, & multa genera specierum & rerum medicinalium, quæ conferunt sepe hominibus huius mundi. Ibi etiam est quædam insula quæ uocatur Celan, & in illa reperiuntur lapides qui uocantur rubini & sapphiri, & rex illius insulæ habet maiorem rubinum quàm ualeat reperiri. Et quando rex illius insulæ debet coronari, lapidem illi manibus suis tenet, & sedens super equo circuit ciuitatem, & ex tunc omnes sibi obediunt tanquam regi. Terra Indis est quasi insula à deserto superius nominato, & mari oceano circumdata, ita quod uix possit aliquis introire illam terram, nisi ab uno latere tantum, uidelicet ex parte regni Persarum. Et mercatores qui ad illam terram uolunt accedere, primo uadunt ad quendam ciuitatem quæ uocatur Hermes, quam Hermes philosophus



phus fundauit artificialiter, ut praefertur, & exinde transeunt per quoddam bra-  
chium maris, quousque ueniunt ad quandam ciuitatem quae Combacch no-  
minatur: & ibi inueniuntur aues quae uocantur papagai, quae sunt uiridi co-  
lore: & tanta est in illis partibus illarum autum multitudo, quanta passeru in  
haec terra. In illo portu inueniunt quae uenae uolunt uenalia mercatores. Et si  
ultra uellent procedere, absque molestia possent ire. In illa prouincia non habet  
abundantiam hordei uel frumenti: comedunt tamen illarum partium habita-  
tores risum, milium, lac, butyrum, & fructus qui multi crescunt ibidem.

De regno Persarum, CAP. VII.

Regnum Persarum diuiditur in duas partes, quae dicuntur solummodo unum  
regnum, eo praecipue quod unus solus dominus illarum terrarum semper obti-  
nit principatum. Prima pars Persarum incipit in oriente a confinibus regni Tur-  
quetan, & protenditur per occidentem usque ad magnam flumen Phison, quod est  
primum inter quatuor flumina quae fluunt de paradiso terrestri. Et ex parte  
septentrionis extenditur usque ad mare Caspium: ex parte meridiei usque ad de-  
sertum Indig. Prouincia illa est quodammodo tota plana: in medio illius dug-  
guntur sitae magnae & opulentissimae ciuitates: quarum altera uocatur Boctara,  
altera Seonorgant. Habitatores illarum partium dicuntur Persae, & habent  
propriam linguam: de mercationibus & terrarum laboribus uiuunt, uerum de  
armis se non ingerunt, nec de guerra. Antiquitus colebant idola, & ignem tan-  
quam deum praecipuum adorabant. Postquam uero secta Mahumeti illarum partium  
dominium occupauit, effecti sunt uniuersaliter Saraceni, Mahumeti creden-  
tes falsissimis documentis. Alia uero pars incipit a Phison flumine supradicto,  
& extenditur per occidentem usque ad confines regni Mediae, & partim maioris  
Armeniae. Ex parte uero septentrionis extenditur usque ad mare Caspium. Ex  
parte uero meridiei habet confines cum quadam prouincia regni Mediae. In  
illa prouincia sunt duae maximae ciuitates: quarum una uocatur Nefabor, &  
alia Sachen: & tamen in secta moribusque sunt similes alijs supradictis.

Videtur esse  
Ganges

De regno Medorum, CAP. VIII.

Regnum Mediae est ualde longum & strictum: ex parte enim orientis in-  
cipit a regno Persarum, & partim cum regno Indiae maioris, & extendi-  
tur per occidentem usque ad regnum Chaldaeorum. Ex parte septentrionis in-  
cipit a regno Armeniae maioris, & extenditur per meridiem usque ad ciuitatem  
Aquislam, quae est sita supra mare oceanum: & ibi reperitur margaritae gros-  
siores, quae portantur per orbem. In regno Mediae sunt montes magni & par-  
uae planicies: & duae sunt ibi regiones: & gentes quae in una ipsarum habitant,  
dicuntur Saraceni, & alij uocantur Corduis. Duas habet etiam ciuitates ma-  
gnas: una uocatur Soraces, alia Queremon: legem & sectam tenent perfidi Mahume-  
tiliteras habent Arabicas, & ad arma sunt boni sagittarii, pedites & ualentes.

De regno Armeniae, CAP. IX.

In terra Armeniae sunt quatuor regna: tamen unus solus rex dominium sem-  
per occupauit. Longitudo terrae Armeniae incipit a regno Persarum, & exten-  
ditur per occidentem usque ad regnum Turquiae. Latitudo terrae Armeniae in-  
cipit a Mirali ciuitate, quae dicitur porta ferri, quam rex Alexander firmauit, pro-  
pter nationes gentium uarias & diuersas, in profundo Asiae habitantes, quas no-  
lebat posse habere ingressum in Asiam maiorem absque suo mandato: & est illa ci-  
uitas sita in quodam districto maris Caspii, & tangit magnum montem Cocas.  
Latitudo Armeniae extenditur usque ad regnum Mediae. In regno Armeniae sunt  
plures magnae & ditissimae ciuitates: & ciuitas Taurisij est famosior, & plus  
alijs opulenta. In Armenia sunt magni montes, latae planicies, & flumina ma-  
gna, & lacus aquarum dulcium & salinarum, in quibus piscium magna copia in-  
uenitur. Gentes in terra Armeniae habitantes, diuersis nominibus nuncupan-  
tur, secundum terras & regiones, in quibus degunt, & sunt equites & pedites  
strenui bellatores: in armis, equis & uestibus mores sequuntur & habitum Tar-  
tarorum, qui sub eorum dominio longo tempore sunt detenturi. Literas habent

Taurisium

C 3 Armie

Armenicas, & alias etiam quæ dicuntur Haloën. In Armenia est altior mons quàm sit in toto orbe terrarum qui Arath uulgariter nuncupatur, & in cacumine illius montis Arca Noë post diluuium primo sedit. Et licet propter abundantiam niuium, quæ semper in illo monte reperitur, tam hyeme quàm aestate nemo ualeat ascendere montem illum, semper tamen apparet in eius cacumine quoddam nigrum, quod ab hominibus dicitur esse Arca.

De regno Georgiæ, CAP. X.

Regnum Georgiæ ex parte orientis incipit à quodam magno monte qui uocatur Alboris: ibi multæ habitant gentium nationes, & ideo uocatur illa prouincia Alania: exinde extenditur regnū Georgiæ per occidentem uersus septentrionem usq; ad aliquas terras regni Turqiæ. Longitudo ipsius regni Georgiæ extenditur supra mare maius. Ex parte meridiei cõfines habet cum regno Armeniæ maioris: & istud regnum diuiditur in duo regna: unum uocatur Georgiæ, alterum uero Abcas nominatur: & semper ibi duo reges fuerunt: quorum alter est subiectus imperatori Asiæ, scilicet rex Georgiæ: sed rex Abcas est potens gentibus, & fortissimus munimētis: nec per imperatorem Asiæ, nec per Tartaros potuit subiugari. In isto regno Georgiæ apparet quoddam stupendum miraculum & monstruosum, quod dicere non audeam, neque credidissim, nisi proprijs oculis perspexissem: sed quia personaliter ibi fui, & uidi, dico, quod in illis partibus est quædam prouincia quæ uocatur Hamsem, quæ in circuitu bene habet tres diætas: & quantum extenditur illa prouincia tota, quædam caliginosa & tenebrosa caligine locus ille taliter obfuscat, quod nullus est qui aspiciere possit quicquã: nec est aliquis qui audiat ingredi terram illam: quoniam ad redeundū trāmitem ignorat. Habitatatores illarum partium asserunt se sæpius audiuisse uoces hominū uociferantium, cantum galli, hinnitus equorū in sylua. Et per meatus cuiusdam fluminis, quod de loco illo egreditur, apparent signa certa quod sit gentiū habitatio in eodē. Verum est quod legēdo inuenitur in historijs regni Armeniæ & Georgiæ, quod quidã p̄simum fuit imperator & dominator Perfarum, nūcupabatur proprio nomine Sauoreus: idola colebat iste, & persequebatur delissimè Christianos. Quædam uero die præcepit, ut omnes habitatores Asiæ uenirent, & sua idola adorarent: & quicumq; eius dictis imperialibus contrairet, pœnam succendij pateretur. Vnde accidit quod quidam fideles Christiani potius quàm idola colerent, martyrium elegerunt: aliqui uero adorauerunt idola præ timore, & ne bonis temporalibus priuarentur: alij uero petierunt montes & monumenta, & in illis tutarunt se uiriliter contra permultos. Quidam uero boni Christiani tunc temporis in quadam planicie habitabāt, quæ Mogon dicebatur, & dum nolent modo aliquo idolis immolare, cogitauerunt de fuga, bonis temporalibus derelictis omnibus. Et dum ad partes Graciæ crederent se transferre, ipse p̄simum imperator obuiauit, fugientibus Christianis in illa uidelicet planicie Hamsem, superius nominata. Quis que iussu Imperatoris deberent Christiani frustatim omnes uniuersaliter de truncari, clamauerunt ad dominum Iesum Christum, & continuo tenebrositas illa per syderum lumina obfuscauit, & Christiani pergentes recto trāmite euaserunt: iniqui uero in illa tenebrositatis ualle usq; nunc resident, & redere debent usq; ad finem seculi, ut ab omnibus credatur & enarratur.

De regno Chaldæorum, CAP. XI.

Regnum Chaldæorum ex parte orientis, à montibus Mediæ incipit, & pro tenditur usq; ad Ninive, maximã & uetustissimã ciuitatem prope flumē Tigris, & illa est ciuitas Niniuæ, de qua sancta scriptura loquitur. Ista ciuitas ad præsens est totaliter deuasata: sed per ea quæ adhuc sunt apparentia in eadem, firmiter credi potest, quod fuerit una ex maioribus ciuitatibus huius mundi. Latitudo regni Chaldæorum ex parte Septentrionis incipit à quadã ciuitate, quæ uocatur Maraga, & extenditur per meridiem usq; ad mare oceanū. Maior ciuitas Chaldæorū uulgariter nominatur Babyloniam, & sic antiquitus dicta



dicitur fuit, in quam Nabuchodonosor filios Israël captiuos abduxit de Hierusalem sanctissima ciuitate. In regno Chaldaeorum multae sunt planities, pauci montes, & modicae aquae, quae per regnum discurrunt. Illi qui in Chaldea habitant, Nestoriani uocantur aliqui in errore Nestorij, & literas habent Chaldaicas: Alij uero sunt ibi, qui literis utuntur Arabicis, & sectam tenent falsissimam Mahumeti.

## De regno Mesopotamiae. CAP. XII.

Regnum Mesopotamiae ex parte orientis habet initium à magna ciuitate Mosel, quae sita est prope flumē Tigris, & per occidentem dilatatur usque ad flumē Euphratis, & ciuitatem Rohais, quae fuit ciuitas regni Abagari, ad quam fuit transmissa Veronica, quae hodie Romae inuenitur: Et prope Rohais est terra Haran, in qua Abraham antiquitus habitabat, quam terram dominus praecipit relinquere, & se ad terram promissionis ultra flumen Euphratis transferre, secundum quod in Biblia plenius cōtinetur. Istud regnum Mesopotamiae Graeco idiomate nominatur, eo quod inter ista duo paradisi flumina Tigris & Euphratis habeat sitū. Latitudo istius regni habet initium ab uno monte Armeniae qui uocatur Sanson, & dilatatur per meridiem usque ad desertum Arabiae minoris. Istud regnum multas habet planities fertiles & amoenas, duos habet montes ualde longos, & fructus copiosos. Mons ille qui ex parte orientis, uocatur Sinjar. Alius mons uocatur Liffon. Modice labuntur aquae per illam terram. Sed habitatores bibunt aquam de puteis & cisternis, & ipsorum aliqui sunt Christiani, Syriani uidelicet & Armeni: Alij uero sunt Saraceni, & illorum tenentes legem & sectam. Christiani Armeni, sunt in facio equites & pedites ualde boni. Saraceni uero et Syriani non ingerunt se de armis, sed sunt artifices & cultores agrorum, & aliqui sunt pastores ouium, ueritamen in loco quodam, qui dicitur Meredin: sunt aliqui Saraceni sagittarij ualde boni, eorum idiomate Cordinis appellantur.

## De regno Turquiae. CAP. XIII.

Regnum Turquiae est ualde magnum, & diuitijs opulētum. Venas habet argenti, ferri, aëris & aluminis in maxima quantitate. Ibi etiam omnium frugum & fructuum atque uini copia inuenitur, & multa sunt ibi animalia, & praecipue boni equi. Confines habet ex parte orientis cum Armenia maioris, & partem cum regno Georgiae. Ex parte occidentis dilatatur usque ad ciuitatem Nataliae, quae supra mare Graeciae situm habet. Ex parte Septentrionis nullus habet cum aliqua terra confines, sed de longo in longum extenditur, supra litora maris maioris. Ex parte meridiei partim habet confines cum secunda Armenia, & partim cum Cilicia, & partim usque ad mare Graeciae dilatatur, & respicit insulam Cypri. Istud regnum à diuersis nationibus partim orientis Graeciae appellatur, quia antiquitus Imperator Graecorum, terram istam Turqui quasi pro suo proprio seruabāt, & per duces atque officiales Imperatoris tunc temporis regebatur. Postquam uero Turchi occupauerunt terram istam, & habitauerunt ibidem, elegerunt dominum super eos, & illi uocauerunt Soldā, quod idem est quod rex in idiomate Latinorum, & ex tunc terra illa fuit uocata Turquiae, praecipue à Latinis. In regno Turquiae sunt plures prouinciae, quae magnas & principales obtinent ciuitates. In prouincia Ligoniae famosa ciuitas Comi inuenitur, quae est maior ciuitas totius regni Turquiae. In secunda prouincia, quae dicitur Cappadocia, est ciuitas Caesareae Graeciae. Tertia prouincia dicitur Sauria, & est ibi ciuitas antiqua Seleucia. Quarta est Briquia nominata, & est ibi ciuitas Zichia Graeciae. Quinta dicitur Quilitan, & ibi est ciuitas Epheson. Sexta Bythynia, & ibi est ciuitas Nichor. Septima Paphlagonia, & ibi est ciuitas Gynapolis. Octaua dicitur Genech, & in ista est ciuitas Trapezonda. Et ista sola prouincia à paucis temporibus effecta est regnum per hunc modum. Quando Turchi occupauerunt dominium regni Turquiae, non potuerunt ciuitatem Trapezondae, nec eius pertinentias occupare propter castra fortissia, & alia munimenta, & sic permālit in potestate

C 4 Impera,

Gen. II  
220טורקיה  
Hebraice &  
Chaldaice so,  
nat praefectū

Imperatoris Constantinopolitani ad terram illam regendam. Vnum uero gubernatorem annuatim consueuerat transmittere Imperator, qui Dux dicebatur, unde accidit, quod quidam ex illis rectoribus seu ducibus rebellis effectus, tenuit terræ dominium pro seipso, & fecit se regem, & ille qui nunc tenet terram Trapezontis, fecit se Imperatorem uocari. Habitatores illarum partium sunt Græci, & ritum Græcorum sequuntur, & literas Græcas habent: nos uero posuimus Trapezondam, in numero prouinciarum, & non in numero regnorum, secundum quod nos instruant historiæ partium orientis. In regno Turquie habitant quatuor gentium nationes, uidelicet Græci, Armeni, & Iacobini, isti Christiani sunt, & uiuunt de mercationibus & laboribus terræ: & Turci, qui sunt Saraceni, & illius terræ dominum de Græcorum manibus abstulerunt, & aliqui sunt qui uiuunt de mercationibus & laboribus terræ, & habitant in ciuitatibus & in uillis: alij uero semper potunt nemora, & stant in campis hyeme & estate, qui ouium sunt pastores, & sunt sagittarij ualde boni.

De regno Syriæ. CAP. XIII.

Regnum Syriæ ex parte orientis incipit à flumine Euphratis, & extenditur per occidentem, usq; ad ciuitatē Samaræ, quæ est sita supra mare Græciæ, in capite deserti Aegypti. Latitudo regni Syriæ ex parte Septentrionis, incipit à ciuitate Berytenli, & dilatatur usq; ad Craccum montis regalis. Ex parte orientis confines habet cum Mesopotamia, ex parte Septentrionis cū secunda Armenia: & in parte cum regno Turquie. Ex parte meridiei uersus occidentē nullos habet cū aliquo regno confines, quia mare Græciæ, & desertum Arabiæ sunt sibi à duabus partibus circumcirca. Regnum Syriæ diuiditur in IIII. partes siue prouincias, quæ propter ipsarum magnitudinem consueuerunt regna appellari antiquitus, & reges fuerunt retroactis temporibus in eisdem. Sed in historijs partium orientis prouincie non regna dicuntur. Prima prouincia, quæ est caput regni Syriæ, uocatur Sem, & in medio insitus prouincia est sita nobiliss. ciuitas Damascena. Secunda prouincia dicitur Palaestina, in qua sancta Hierosolymitana ciuitas habet situm. Tertia dicitur Antiochia, & in illa sunt due maxime ciuitates, uidelicet Halay, & Antiochia maior. Quarta prouincia Cilicia appellatur, ibiq; est sita inexpugnabilis ciuitas Tarsensis, in qua beatus apost. Paulus fuit natus, & ista Cilicia hodie Armenia nuncupatur. Nā postq; Christianæ fidei inimici terrā illā de Græcorum manibus abstulerunt, & illā lōgo tēpore tenuerūt, Armeni conati sunt tantū quod terrā illā Ciliciæ eruerūt de populo paganorū, cuius quidam dominiū rex Armeniæ per gratiā dei tenet. In regno Syriæ habitant diuersæ gentium nationes, uidelicet Græci, Armeni, Iacobini, Nestoriani & Saraceni: ibi sunt etiam aliæ Christianorum nationes, uidelicet Syriani & Maronini. Syriani ritū tenent Græcorum, & fuerunt longo tempore obediētes sacrosanctæ Ro. ecclesiæ. Linguam loquuntur Arabicā: sed officii ecclesiæ dicunt in literis Græcis. Maronini uero tenēt ritū Iacobitarū, & linguā & literas Arabicas habēt. Circa montē Libani, & in partib. Hierosolymitanis habitāt iste gētes, & sunt sagittarij boni: de culturis usūt. Syriani sunt multi, Maronini uero in modica quantitate. Lōgītudo regni Syriæ xx. diērum spatio terminatur: latitudo uero diērum quinq;, & in aliquo loco minus, secundum quod desertū Arabiæ, & mare Græciæ lōgius uel propinquius adheret.

De imperio Saracenorum. CAP. XV.

Sicut in euangelio inueniē, tēpore natiuitatis domini nostri Iesu Christi, quū Imperator Ro. Augustus Cæsar totius orbis monarchiæ imperiū obtinebat: postmodū uero quidā Rex Persarū, nomine Cosroassath, fuit primus aulus Romano imperio rebellare, qui fecit se imperatorē Asiæ nominari, iste occupauit dominiū Persarū, Medorū, Armeniæ & Chaldeorū, & ipsius potētia tantū creuit, quod uolētē terras illas gētibus Imperatoris Romani tota liter uacauit. Et durauit dominiū regni Persarū cccxxix. annis. Postea uero Saraceni



Saraceni ab eis Asiæ imperium abstulerunt, sicut inferius claritus exprimitur. Anno domini DCXXII. maledictum semem perdidit Mahumeti regnū Syriæ introiuit, & Saraceni expugnantes Damasci opulentissimam ciuitatem, de manibus Græcorum, qui illam longo tempore tenuerant abstulerunt, & postea in breui tempore totum regnum Syriæ occupauerunt. Postea uero obsederunt magnam Antiochiæ ciuitatem, in qua Græci illo tempore morabantur. Imperator Eraclius Augustus, Romanum administrans imperiū, hoc audiens, misit subsidium magnum Græcis, ut ciuitatem tuerentur à perfidis Saracenis, & dum gentes Imperatoris Eraclijad quandam planiciem peruenissent, quam Possene nominat, Saraceni ex opposito uenientes, cum eis bellam crudelissimam inierunt, magna quidem fuit altercatio inter eos, sed obtinuerunt finaliter Agareni, & in illo conflictu bellatorum innumera bilis cecidit multitudo, & usq; nunc apparent ibi ossa cadauerū in maxima quantitate. Vnde accidit, quod Græci qui in ciuitate debebant, nimio pauore perterriti, ipsam ciuitatem Anthiochiæ Saracenis cū certis pactis & consentionibus dederunt. Exinde præfati perfidiae filij ingressi fuerunt Ciliiciam, Capadociam, Licaoniā opulentissimas regiones, quas in paucis diebus eorum dominio subdiderunt: non enim erat qui eorum potentia posset contraire, & ideo in magnam fuerunt superbiam elati: unde paruauerunt galeas, & alia nauigia multa, & uersus Constantinopolim carbasa direxerunt: sed primo descenderunt in Cyprum, & ceperunt maiorem ciuitatem illius regni, quæ Constantia uocabatur, ubi erat B. Barnabæ apostoli sepultura. Expoliata igitur infinitis diuitijs ciuitate, & innumera bilibus populis captis, funditus ipsam totaliter diruerunt, quod nunquam fuit ulterius habitata. Exinde pergentes quoque fuerunt insulam Rhodis, & plures alias Romanas insulas deprædati, & multos inde abduxerunt captiuos: finaliter uero Constantinopolim applicuerunt, tam per terram quam per mare illam ciuitatem magnificam obsederunt. Christiani quidem tantum inimicorum copiā intuentes, terrore ualido sunt perculli; & dei misericordiam humiliter implorarunt: unde accidit nutu dei, quod licet tunc tempus esset æstiuum, & mare fluctibus quasi immobile permaneret, subito surrexit tempestas ualida, quæ perfidorum galeas & alia ligna ferè omnia submersit in mari, & inimicorū qui erant in illis nemo euasit. Alij uero hoc uidentes, continuo recesserunt. Christiani quidem uidentes per Christi misericordiam se ereptos, cū magna exultatione ordinauerunt diem annum ad honorem saluatoris periculo solenniter celebrandum, & usque hodie ab omnibus Christianis illarum partium deuotissime obseruatur. Præfati uero iniquitatis filij Agareni per aliquod tempus dederunt se quieti: postea uero copioso exercitu congregato, regnum Persarum in uadere cogitarunt. Et primo fuerunt ingressi regnum Mesopotamiæ, deinde perrexerunt ad regnum Chaldæorum, quod erat sub dominio Persarum regis, qui non poterat resistere Saracenis, & unde de terra illa fecerunt omnia uota sua. Rex uero Persarum Ascaiorth nomine, timens Saracenorū potestati subiugari, nūcios suos misit ad terras & regna, quæ erant circa flumen Phison, & ab eis subsidium implorauit, promittendo uenientibus magna stipēdia & honores. De regno igitur Turquesan, quod propinquius erat regno Persarū, congregauerunt se circa sex millia uirorum qui nominabantur nunc temporis Turquiniani, & iter arripentes regi Persarum dare subsidium intendebant. Transterunt quoq; flumen Phison, ex quo quod eorum consuetudo est talis, quod quocunq; uadant, secum ducāt filias & uxores, non poterant ire celeriter, sed per diætas paruulas incedebant. Saraceni uero, qui erant in regno Chaldæorum, quod subiugauerant, ut est dictum, timentes quod si exercitus Turquorum & Persarum congregarentur in unum, non possent eorum uota de facili adimplere, accepto cōsilio saniorē, regē Persarū inuadere properat, anteq̃ ei subsidium præberet. Rex uero Persarum dum non posset prælium euitare, cum gente sua se opposuit Sara-

cenis,

cenis, & in ito bello iuxta quandā ciuitatē que Marga appellatur, magna fuit  
 altercatio inter eos, & ab utraq; parte bellatores innumerabiles ceciderunt.  
 Demū uero Persæ terga uerterunt, & Saraceni uiriliter persequētes regē Per  
 sarū inter alios occiderūt, & uictoriā reportarūt. Actū anno DCCCXXII. Per  
 sarum itaq; rege taliter interempto, & tam regno Persarū, quam pluribus a  
 ljs subiugatis, præfati iniquitatis filij Agareni sibi imperatōrē elegerūt, quen  
 dā uidelicet de progenie Mahumeti, & ipsum uocauerūt Caliph, & ordinā  
 uerunt quōd sedē teneret in † Baldae opulētissima ciuitate. In quolibet uero  
 aliorum regnorum, quæ subiugauerant Agareni, constituerunt unum do  
 minum, quem uocauerunt Soldan, deinde ceperunt ciuitates & uillas, & to  
 tā maiorē Asiā tenuerunt, præter regnū Abcar, quod est in Georgia, & præter  
 quandā aliā regionē regni Armenia, quæ Haloēn uulgariter appellatur. Iste  
 duæ regiones tenuerunt se contra Saracenos, nec uoluerūt eis modo aliquo  
 obedire: & sic sumptuōsū refugium & tutelam omnibus Christianis, quos Sa  
 raceni persequēbantur, illos compellentes obedire Mahumeti fallissimis do  
 cumentis. De Turquinianis uero superius nominatis, qui regi Persarum da  
 re subsidium intēdebant, breuiter sumus aliquā loquatur, ut eorum historia,  
 quæ inferius exprimitur, clariorem habeat intellectum. Isti uero Turquinia  
 ni, superius nominati, peruenerunt usq; ad quandā terram que Corafen nunc  
 cupatur, ibiq; intellexerūt qualiter rex Persarum in consiliū fuerat interem  
 ptus: & ideo ulterius procedere noluerunt, sed ad detentionem illius terræ  
 Corafen potius aspirantes, ipsam contra Saracenos crediderunt defendere  
 & tenere. Hoc quoq; Saraceni uidentes, copiosum exercitū congregauerūt,  
 ut Turquinianos prædictos modis omnibus subiugarent. Sed Turquiniani  
 uidentes Saracenorū innumerabilem quantitātē, de prælio dubitantes, suos  
 ad Caliphum nuntios destinauerūt, offerētes se obedire suis beneplacitis &  
 mandatis, & rogauerunt ut eos sub suo dominio conseruaret. Hoc quidē gra  
 tum extitit Saracenis, & sic receperunt eosdem, & in alia terra illos habitare  
 fecerūt, ubi rebellionis audaciā non timerent. Et imposuerunt eis certū an  
 nuum censum domino persoluendū, & plures alias seruitutes: & sic Turqui  
 niani sub iugo Saracenorū longo tempore extiterūt, quousq; regna Persarū,  
 Medorum, & Chaldæorū redacta fuerūt ad falsam fidem pessimi Mahume  
 ti. Et post hæc Caliphus seniores Turquinianorū fecit ante suam præsentiam  
 conuocari, & suauit eisdem, ut legem & sectā acciperēt Mahumeti, & procu  
 rarent quod idem illud facerent omnes alij Turquiniani, promittens eis face  
 re gratias & honores, si in hoc casu suis beneplacitis obedirēt. Turquiniani  
 autē, qui nullā legē penitus sequebantur, mandatis Caliphi facilliter consen  
 sērūt, & effectū omnes perfidii Saraceni. Et tantum in processu temporis procu  
 rarunt, quod sectæ Mahumeti adhaererent Turquinianorum sexaginta qua  
 tuor nationes, & fuerunt omnes Turquinianorū conuersi ad fidem Saraceno  
 rum, præter duas tantummodo nationes, quæ fuerunt omnes ipsi ab alijs se  
 gregati illi qui noluerūt se conuertere: Ex tunc Saraceni ceperunt dilige  
 re Turquinianos, & eis gratia & beneficia impēdebant: unde multiplicati fue  
 runt in diuitijs & personis: sciuerūt enim sub dominio Saracenorū sagacitate  
 pertrāsire, quousq; rebellionis locū & materiā inuenirēt, quibus captiuis do  
 mini ū abstulerūt a Saracenis, sicut insequēti describetur. Annis uero CXC  
 V. III. regnauerunt in Asia Saraceni antequā dominium amiserūt. Sed exorta  
 fuit quadā magna discordia inter eos, ita quod Soldani & alij principes ter  
 rarū, qui tenebātur obedire Calipho, ceperūt rebelles fieri cōtra ipsum. Ob  
 hanc causam Saracenorum potestas fuit plurimum diminuta. In Constanti  
 nopoli uero erat tunc temporis quidam ualentissimus imperator, qui Dioge  
 nes uocabatur: iste uiriliter & potēter cepit inuadere Saracenos: & recupera  
 uit plures ciuitates & castra, quæ redacta fuerant sub potentiam inimico  
 rū tēpore imperatoris Heraclij: & inter alias liberauit Antiochiæ ciuitatē, &  
 fortes ciuitates Cilicie, quæ hodie Armenia appellat, & partē regni Mesopo  
 tamia.

† Olim Bas  
bylon



tamæ. Idem dominium Christianorū rediit. Alia uero regna Asiæ sub Sa-  
 racenorum dominio remanserunt, & illa tenuerūt quousq; Turquiniani eis  
 dem terris et dominio preualuerunt, sicut inferius clarius exprimitur. Anno  
 M. LI. Turquiniani cœperunt primo in Asia dominari, hoc modo uidelicet,  
 quod quando Turquiniani fuerunt repleti diuitijs, & multiplicati plurimū,  
 in personis, uidentes discordiam que inter Saracenos uigebat, cogitauerūt  
 de facili posse imperium occupare: unde super eos regem & dominum ele-  
 gerunt, nec unquam prius de natione eorum habuerunt dominum genera-  
 lem. Primus quidem eorum dominus uocatus fuit Sadoc. Assumpto domi-  
 no, Saracenos uiriliter inuaserunt, & in breui tempore acquisierunt maio-  
 ris Asię totam terram. Calipho uero nullam intulerunt molestantiam uel grau-  
 men. Et Turquiniani postquam dominium terrę Asię occuparūt. Caliphus  
 timore potius quàm amore uolens eis in omnibus complacere, prædictum  
 Sadoc eorum dominum, Imperatorem totius Asię ordinauit. Sed post modū  
 cum temporis spatium Sadoc sæpe diebus diem clausit extremum: huic uero  
 successit quidam eius filius, qui uocatus fuit Dogrissa: & iste cœpit pugnare  
 contra imperatorem Græcorū, & plures ipsorum occupauit terras & castra:  
 & misit quandam suum consanguineum, qui uocabatur Artot, ad inuaden-  
 dum regnum Mesopotamię, & concessit sibi quicquid posset acquirere con-  
 tra Græcos. Vnde idem Artot fuit cum magna gentium comitiua, & obse-  
 dit ciuitatem Rohais, quam sine morę dispendio occupauit: deinde inuasit  
 alias terras & loca, & totum regnum Mesopotamię dominio suo subdidit.  
 In ciuitate uero Mercedin tenuit sedem suam, & fecit se Soldanum ab omni-  
 bus appellari. Eo uero tempore obiit Dogrissa imperator Asię, & quidã eius  
 filius Aspalalem nomine, sibi successit. Iste Aspalalem quandam nepotem  
 habebat, qui uocabatur Solimã, qui erat persrenuus in armis, & diu serui-  
 rat patri suo, & istum cū magno exercitu in Cappadociam misit, concessit si-  
 bi omnia quę posset acquirere contra Græcos. Solimã itaq; peregrinus cepit  
 quamplures ciuitates regni Turquię, & dominū ipsius regni totū suo sub-  
 iugauit dominio, & fecit se nominari Soldanū, & mutato uo proprio nomi-  
 ne, uocari se fecit Solimanfa: & de isto Solimanfa faciūt mentionē historia  
 Passagij Godefridi de Bulliono: quia ille fuit primus qui se belliger oppo-  
 suit Christianis. Postea uero obiit Aspalalem imperator Turquorū, et successit  
 sibi quidam eius filius, uocatus Melecla. Iste misit Soldanū Mesopotamię  
 Artot, & Solimanfa Soldanū Turquię ad obsidēdā ciuitatē Antiochię qui  
 post paucos dies ceperūt eandē: erat enim illa ciuitas ualde magna, & pauci  
 erant in ea defensores, qui se opponerent Saracenis: & hoc modo fuerūt Gre-  
 ci de tota terra Asię pulsi per potentiam inimicorum fidei Christianę. Post  
 hæc uero Melecla imperator Turquorum decessit, & duos filios reliquit: pri-  
 mogenitus uero successit in imperio patri suo, qui uocatus fuit Belchiaroc:  
 sed frater suus qui audacior eo erat, occupauit imperij magnam partem: &  
 eo tempore quo Passagium Godefridi de Bulliono transiuit per Turquię,  
 Belchiaroc erat imperator Persarum, & Solimanfa erat Soldanus Turquię  
 qui multas inuisiones intulit Christianis antequā intraret ad regnū Turquię.  
 Postquā uero Christiani regnū Turquię transierunt, ciuitatē Antiochię  
 obsederūt: quo audito imperator Turquorū misit ad subsidium ipsius ciuita-  
 tis quandam suū duccem nomine Cerbagat, cum innumerabili multitudine  
 bellatorum. Sed anteq̃ illud subsidium ueniret, Christiani iā occupauerunt ci-  
 uitatem, unde obsederunt illā undiq;: & sic Christiani, qui prius obsederūt,  
 sunt obsessi. Demum uero Christiani egressi fuerūt de ciuitate per turmas &  
 acies ordinati, & contra infideles præliū inierunt, & ipsos cōtrierunt om-  
 nes uelut stipulam, nutu diei. Illi uero qui euaserunt per fugę remedium, ad  
 regnum Persarum fuerunt reuersi, & inuenerūt quod Belchiaroc eorū domi-  
 nus, sinē clauserat uitę suę. Frater uero suus uoluit succedere sibi, & imperi-  
 um occupare: sed certū eius aduersarij irruerunt in eū, & ipsum in frustra dista-  
 secuerunt.

fecerunt quia nec postea potuerunt esse concordēs ad eligendum imperatorem, uel generalem dominum super eos, imò diuisi inter se inuicem præliantes. Georgiani uero & Armeni maioris Armeniae, hoc uidentes inualerunt prædictos Turquos uiriliter & potenter, & ipsos de toto Persarum imperio fugauerunt unde iuerunt cum uxoribus & filijs habitare in regno Turquig, & per hoc multum creuit potentia Soldani Turquiae, ita quod potentior omnibus est effectus, & usq; ad Tartarorū aduentum tenuit pacifice regnū suum, à quibus post modum fuit debellatus, sicut inferius exprimeretur. In regno Corasminorum erant quidam populi ad arma strenui, qui semper habitabant in tentorijs & campis, armentorum greges pascentes: isti audientes de regno Persarum, quod esset absq; rectore & domino derelictum, ac defensoribus uacuatum, cogitauerunt illud posse faciliter occupari. Accepit itaque consilio, inter eos libi ducem & dominum elegerunt quendam, qui uocabatur Isaladinus, & in facto unanimitè pergentes, ingressi fuerunt regnum Persarum, & iuerunt usq; ad ciuitatem Corosij absq; contradictione cuiusquam: & ibidem residentiam facientes, præfatum eorum dominum Isaladinum, Imperatorem Asiae coronauerunt: crediderunt enim alia regna Asiae ita faciliter subiugare, sicut fecerāt in regno Persarum, quod inierūt regnum, totum defensoribus uacuatum. Dicit Corasmini itaq; dederūt se solatio & quieti: & diuitijs regni Persarum repleti, in magna sunt superbia eleuati: unde procedentes iuerunt ad regnum Turquig, illud inuadere cogitantes. Sed Soldanus Turquig nomine Aladinus suum exercitum congregauit, & obuiauit Corasminis in introitu regni sui. Inter eos quidē fuit ingens prælium inchoatum: demum uero Corasmini terga uerterunt, & amisit eorū imperatorem & dominum, qui fuit in prælio interfectus. Illi uero qui poterunt fugere, congregauerunt se in planiciebus Rohais, quid facuri essent de cætero cogitantes. Vnde ingressi fuerunt regnum Syrię quod per unā dominam tunc temporis regebatur: & crediderunt illud regnum faciliter occupare. Sed illa nobilis domina in ciuitate Halap fecit suum exercitum congregari, & se opposuit Corasminis, & iuxta flumen Euphratem præliū inierūt, ibiq; fusi fuerūt iterū Corasmini, & fugam arripuerunt uersus desertum Arabie. Postmodum uero transiuerunt flumen Euphratem prope castrum Caba: & ingressi fuerunt terras Assyriorum, & iuerunt usq; ad prouinciam Palæstinæ, uidelicet in regno Hierosolymitanorum: ibi quædam damna intulerunt non modica Christianis, sicut in historijs Godefridi Passagij plenius inuenitur. Finaliter uero ista Corasminorum progenies ad nihilum est redacta, & tempore satis breui. Quia dum prædicti Corasmini nolent suis maioribus obedire, separabant se per societates & turmas, & ibant alij ad Soldanum Damasci, alij ad Soldanum Ames, alij ad Soldanum Haman, alij uero ad alios Soldanos regni Assyriorum, qui tunc temporis erant quinque, & sicut stipendiarij seruitebant. Dux uero Corasminorum, qui uocabatur Bartat: præuidens se à gente sua taliter derelinqui, iuit ad Soldanum Babylonie, & obtulit se & suos ad eius beneplacita & mandata. Vnde Soldanus benigne suscepit Corasminos, & eos per exercitum suum diuisit, quoniam niam uolebat quod in simul morarentur, & ducem Corasminorum plurimum honorauit, & eidem dedit magnos redditus & prouentus, & usq; hodie heredes illius ducti in Babylonia honorantur. Per prædictos uero Corasminos potentia Soldani Babylonie multum creuit, quæ ante ipsorum aduentum erat modica & exilis. Corasmini quoque modo prælibato diuisi demum ad nihilum redierunt. Et sic Corasminorum destructa natione, post modicum temporis spatium ceperunt postea Tartari in Asia nominari, sicut inferius plenius exprimeretur.

De regione ubi prius Tartari habitabant.

CAP. XVI.

**R**egio illa, in qua Tartari primitus habitabant, est sita ultra magnū montem de Belgian, de quo monte fit mentio in historijs Alexandri. In illa uero



vero regione habitabant Tartari tanq̄ homines bestiales, non habentes lite-  
 ras neq̄ fidem: greges pascebant animaliu, & de loco ad locum incedebant,  
 quærentes pascura armentis. Ad armoru exercitium nõ ualebant, sed erãt ab  
 omnibus uilipens, reddentes uectigal uniuersis. Plures Tartarorum fuerunt  
 antiquitus nationes, quæ Moglos cõmunĩ nomine dicebantur: & creuerunt  
 tantum, quod in septem principales nationes sunt diuisi: & illæ nationes ma-  
 gis nobiles fuerunt habitæ inter eos. Prima istarum nationum Tartarorum  
 nominatur Tatar, quæ à prouincia in qua degebant primitus, nomen sumi-  
 p̄lit: secunda appellatur Tangot, tertia Cunat, quarta laiait, quinta Sonich,  
 sexta Monghi, septima Tebeth. Quumq̄ istæ septẽ Tartarorũ nationes sta-  
 rent sub obedientia uicinorũ, ut superius est expressum, accidit quod quidã  
 homo senex, pauper, faber ferrarius, uisionem uidit in somno, militem uide-  
 licet totũ album, armatum, & super albo equo sedentem, qui ipsũ nomine  
 proprio appellauit, & dixit: Changio, uoluntas dei immortalis est, quod tu  
 Tartarorũ lis rector, & dominus super istas nationes Moglorũ, & quod tu  
 te à seruitute uicinorum, in qua steterunt diutius, liberentur: & dominabun-  
 tur uicinis eorum, & uectigalia quæ præstare consueuerant, recipient ab eis  
 dem. Changius fuit magna iocunditate repletus, audiens uerbum dei: & nar-  
 rauit uisionem quam uiderat uniuersis. Sed duces & maiores istorum nolue-  
 runt credere uisioni, imò senẽ quodammodo deridebant. Noctẽ uero sequen-  
 ti prædicti duces uiderunt militem album, & uisionem, sicut senex Changius  
 omnibus referauerat: & præceptum fuit eis ex parte dei immortalis, quod  
 obedirent Changio, & sua mandata facerent ab omnibus obseruari: unde  
 prædicti duces & maiores septem nationum Tartarorum congregatis popu-  
 lis fecerunt fieri obedientiam & reuerentiam Changio superius nominato,  
 tanquam eorum domino naturali. Post hæc uero sedem suam statuerunt in  
 medio ipsorum, & extendentes quoddam filtrum nigerrimum super terram,  
 desuper sedere fecerunt Changium, & septem duces maiores eleuantes illũ  
 posuerunt in sedẽ cum magno tripudio & clamore, & uocauerũt eum Cham  
 primum imperatorem, solennem reuerentiam cum genuflexionibus eidem  
 tanquam imperatori & domino facientes. De tali uero solennitate quã Tar-  
 tari fecerunt, qui eorum primum imperatorem & dominũ posuerunt, & de  
 filstro nemo debeat admirari, quoniam forte pulchriorẽ pannum super quo  
 ipsum ponerent non habebant: aut erant forsitan ita rudes, quod melius uel  
 pulchrius facere ignorabant. Sed de hoc an nõ posset aliquis admirari, quod  
 quum prædicti Tartari acquisuerunt multa regna, & diuitias infinitas (quo-  
 niam dominium Asia tenent & opes, & usq̄ ad confines Hungariæ domi-  
 nantur) nec propter hoc uoluerunt antiquam consuetudinem relinquere, si-  
 ue modum: imò oportet quod confirmatione imperatoris Tartarorũ ille mo-  
 dus totaliter teneatur, quem eorum ueteres ab initio teneuerunt. Et ego in cõ-  
 firmatione imperatoris Tartarorũ bis personaliter fui præsens. Sed ad pro-  
 positum redeamus. Changius Cham, qui factus fuit imperator de communi  
 uoluntate & consensu omnium Tartarorũ, antequam procederet ad alia, ten-  
 tare uoluit an Tartari omnes sibi fideliter obediret: unde præcepta fecit quæ  
 iussit ab omnibus obseruari. Primum præceptum fuit, quod Tartari omnes  
 crederent & obedirent deo immortalĩ, cuius nutu adeptus fuerat imperato-  
 riam dignitatem: & hoc mandatum Tartari tenuerunt, & ex tunc cõeperunt  
 nomen dei immortalis inuocare: & usq̄ hodie in omnibus eorum operibus  
 Tartari inuocant nomen domini. Secundo præcepti, quod computarentur  
 omnes uiri, qui poterant arma ferre: & facta computatione præcepit, quod  
 sub quolibet denariorum præponeretur unus, & super decem millia præpo-  
 neretur unus, & super mille præponeretur unus: & uocauit aciem decẽ mil-  
 lia armatorum, turmam. Præcepit etiam septem ducibus, qui præerant septẽ  
 nationibus Tartarorum, quod priores omnes dimitterent dignitates: & con-  
 tinuo hoc fecerũt. Aliud uero præceptum quod fecit fuit ualde stupendum:

Tartari olim  
Mogli

Cham imperã  
toris cognomẽ  
apud Tar-  
tarios

præcepit enim septem maioribus ducibus prælibatis, quod utiniquisq; priu-  
mogenitum suum adduceret, & sibi caput manu propria amputaret. Et licet  
ale tale mandatum uideretur esse crudelissimum & iniquum, nullus tamen fuit  
ausus in aliquo contraire, eo quod sciebant eum esse dominum prouisionem di-  
uina, imò sicut præceperat Imperator, continuo adimplerent. Postquã uero  
Changius † Can uota suorum nouit, & uidit quod usq; ad mortem erant obe-  
dire parati, certum diem omnibus assignauit, in quo essent parati ad pugna-  
Equitauerunt itaq; Tartari contra illos, qui magis erant uicini, & subiugau-  
erunt eosdem, & redacti fuerunt, qui prius erant eorum domini, in maximam  
seruitutẽ. Et inde processit Changius Can contra plures alias nationes, quas  
suo subdidit imperio absq; nimia tarditate. Nam omnia Changius Can facie-  
bat cum modica quantitate, & prospere succedebat ei. Quadam uero die ac-  
cidit, quòd Changius Can equitabat cum modica quantitate suorum, & ob-  
uiauit inimicis, qui erant numero satis plures. Inito quoq; bello, dum impe-  
rator Changius Can se uiriliter tueretur, accidit quod equus super quo sedebat  
cecidit, interfectus in pugna. Tartari uero quum uiderent eorum domi-  
num prostratũ inter acies bellatorũ, nulla fuit spes ulterius salutis, unde ter-  
ga uertentes, inimicos per fugæ remediũ euaserũt. Quumq; omnes simul in-  
tenderẽt ad persequendum celeriter fugitiuos, & de rege prostrato notitiam  
non haberent, Changius Can cucurrit, & se intra quædam arbutula occul-  
tauit, ut mortis periculum euitaret. Quumq; de pugna redeuntes campũ ex-  
poliarent, & quærenter occultatos, accidit quod quædam auis, quæ hubo à  
pluribus nominatur, ueniens super arbutula illa sedit, quibus maiestas im-  
peratoria tegebatur. Quærentes uero uiderunt autem illam sedentem super  
illis arbutulis, & propterea crediderunt neminem ibi esse, & absq; eo quòd  
quærenter recesserũt, dicentes intra se: Si esset hic aliquis occultatus, auis illa  
nullatenus hic sederet. In silentio uero noctis Changius Can propter metum  
inimicorũ per deuiã incedendo peruenit ad suos, & narrauit eis omnia quæ  
sibi acciderant seriatim. Tartari quidem immortalis dei gratias reddiderunt,  
& auis illa, per quam post deum Changius Can creditur euasisse, in tantam  
uerentiam postmodum fuit habita inter eos, quòd quicumq; potest habere de  
pluma illius auis, reputat se felicem, & portant illam plumam Tartari in ma-  
iorem reuerentiam super capitibus reuerenter. Ego uero feci mentionem de  
ista materia in hoc libro, ut sciatur causa, quare Tartari super capitibus plu-  
mas portant. Changius Can imperator Tartarorum de eo quod à tanto di-  
scrimine euaserat, gratias egit deo, & post hæc suos exercitus cõgregauit, &  
præfatos inimicos strenue inuadendo omnes sub iugo suo posuit seruitutis,  
& sic fuit Changius Can Imperator omnium regionũ, quæ erant citra mon-  
tem Belgian, & illas possedit absq; inquietatione cuiusquam, quousq; aliam  
uidit iterum uisionẽ, sicut in sequentibus describetur: & non est mirandum,  
si in istis historijs non posui tempus certũ, quoniam licet à multis scire quæ-  
suerim ueritatẽ, non tamen potui inuenire qui super talibus plenariẽ me do-  
ceret: & credo quòd talis sit ratio, quare tempus certum istarum historiarum  
penitus ignoratur, quia ab initio Tartari literas nõ habebant, & sic tempora  
& rerum gesta transibant absq; eo, quod ab aliquo notaretur, & per hũc mo-  
dum obliuioni postea tradebantur.

De Changio Can primo Imperatore Tartarorum. CAP. XVII.

Postquam uero Changius Can omnia regna & terras quæ citra montem  
Belgian erant, suo dominio subiugauit, quadam nocte uidit aliam uisio-  
nem. Vidit enim iterum militem album, qui ait, Changi Chan, uoluntas im-  
mortalis dei est, quod tu transeas montem Belgian, & uersus occidentem di-  
rigas gressus tuos, & occupabis regna, regiones & terras, & imperio tuo sub-  
ijcies multas gentes: & ut certus sis, quoniam ea quæ tibi dico, sunt ex parte im-  
mortalis dei, surge & uade cum gente tua ad montem de Belgian, ad locum  
ubi mare iungitur cum eodem, ibiq; descendens, & uersus orientem cum no-  
uem



uem genuflexionibus noues immortalē deū adorabis, & ipse qui est omnipotens, tibi uiam ostendet, per quē montē poteris cōmode pertransire. *Visa itaq; uisione Changius Can, gaudens surrexit, nec in aliquo hæsitauit. Nam prima uisio uelut uera, de alijs certitudinem sibi dabat: unde festinanter suos undiq; cōgregauit, & præcepit, quod sequerētur eum cum uxoribus & filijs & omnibus quæ habebant. Perrexerunt itaq; quousq; peruenirent ad locū, ubi mare magnum & profundum montibus adhærebat, nec ibi uia siue transitus aliquis apparebat. St atim uero Changius Can, sicut præceptū sibi fuerat ab immortalī deo, de equo descendit: illud idem omnes sui uniuersaliter facientes, uersus orientem flexis genibus noues adorabant, ab omnipotētī & immortalī deo misericordiam & gratiam implorantes, ut transitum & uiam eis ostenderet abundi. Steterunt quidem in orationibus nocte illa. Mane uero surgentes, uiderunt quod mare per nouem pedes retrocesserat à montibus, & dimiserat uiam latam. Stupesciti fuerunt omnes Tartari, hoc uidentis, & deo immortalī gratias deuotissime reddentes, per uiam quam patentē uiderant transferunt, & uersus occidentem eorum uestigia direxerunt. Sed sicut inuenitur in historijs Tartarorum, postquam Changius Can & Tartari montes transierunt prædictos, passi fuerunt famis & situs penuriam aliquibus diebus, quoniam terram inuenerūt desertam, & aquas amaras & salias, quæ gustari nō poterant quoquo modo, quousq; peruenirent eis omnia necessaria affluerent. Per plures uero dies traxit moram Changius Can in illa fertili regione. Sed accidit nutu dei, quod quædā uehementis infirmitas inuasit eundem, de cuius conualescentia medici desperabant. Vnde Changius Can Imperator Tartarorum conuocauit ante se duodecim filios suos quos habebat, & monuit eos ut semper essent unanimes & concordēs, & dedit eis tale exemplum. Præcipit enim, quod unusquisque filiorum portaret unam sagittam, & quum simul adessent omnes, præcepit maiorī, ut omnes simul frangeret si ualeret. Ipse uero accipiens sagittas duodecim, conatus est illas frangere, sed non potuit ullo modo: deinde tradidit sagittas secundo filio & tertio, & sic de singulis, sed nullus fuit qui frangere posset illas. Hoc factō, præcepit quod diuiderentur sagittæ, & iussit minori filio, quod diuisim sagittas acciperet & frangeret unamquamq;, & ille faciliter omnes fregit. Tunc Changius Can uertit se ad filios suos, & ait: Quare filij mei non potuistis frangere sagittas, quas uobis dedi frangendas? At illi dixerūt: Domine, quia erāt plures simul. Et quare fregit illas iste minimus frater uester? Domine, quia singulariter & diuisim. Ita erit de uobis, ait Changius Can, quamdiu eritis unanimes & cōcordēs, durabit imperium uestrum semper. Sed quā cito eritis diuisi, dominia uestra ad nihilum reducentur. Multa alia bona exempla dedit Changius Can, quæ fuerunt à Tartaris obseruata: & dicuntur in lingua eorum lasack Changij Can, id est, constitutiones Changij Can. Post hæc antequam decederet, sapientiorē & meliorē filium quem habebat, fecit recipi in dominum & imperij successorem, & uocabatur ille filius suus Hococta Can. His finitis, Changius Can requieuit in pace, & filius suus Hococta Can fuit positus in sede imperatoria patris sui. Sed antequam finem huic historiae imponamus, dicemus qualiter nonus numerus inter Tartaros plurimum ueneratur. In memoriam enim nouem genuflexionum, quas fecerunt in monte Belgian immortalī deo, sicut eis præceperat miles albus, & latitudinis uite nouem pedum, per quam transferunt, numerum reputāt esse felicem. Vnde, quicumq; uult domino Tartarorum aliqua præsentare, oportet quod offerat nouem res, si uult quod donum suum recipiatur gratiose: & dummodo sint nouem res que præsentantur, sic donū illud reputatur pro felici & bono, & talis consuetudo usq; hodie inter Tartaros obseruatur.*

De Hococta Can secundo imperatore Tartarorum. CAPVT XVIII.

**H**ococta Can, qui in imperio patri suo successit, fuit homo strenuus atq; prudens, dilexerunt eum Tartari, & fidem & obedientiam erga ipsum

D 2 fidelis

Nonarius numerus Tartarorum sacre.

fideliter seruaerunt. Cogitauit itaq; Hoccota Can, qualiter posset totam Asiam subiugare, & primo uoluit experiri potentiam regis Asiae, quam perso, naliter se moueret, & uoluit cognoscere principem fortiozem. Decem itaq; millia equitum bellatorum transmisit, & dedit eis capitaneum strenuum & sagacem, qui uocabatur \* Iste uero procedens cum Turcis ad pugnam, debellatus fuit ab eisdem, unde Tartari per fugam subsidium se defendebant. His itaq; peractis, Hoccota Can elegit quendam ducem strenuum & prudentem, qui uocabatur Baydo, & dedit sibi triginta millia militum Tartarorum, qui dicebantur Tamachi, uel conquisitores, & praecipit eis, quod per illam uiam recte incederent, quam iuerant decem millia Tartarorum, superius nominatorum, nec deberent in loco aliquo diutius commorari, quousq; peruenissent ad regnum Turquiae, & tentarent si possent Soldano Turquiae resistere, qui inter omnes principes Asiae potentior dicebatur: & si forte tanta esset potentia, quod eidem resistere non ualere, non properarent ad pugnam, sed in aliqua terra bona darent se quieti, & significarent alicui ex filijs suis, qui propinquior esset eis, ut ipsis subsidium delegaret, & postmodum bellis possent securius inchoare. Baydo igitur cum comitibus triginta millium Tartarorum per dietas suas incedens, peruenit ad regnum Turquiae, ibiq; audiuit, quod Soldanus ille, qui priores fugauerat Tartaros, decesserat, & sibi successerat quidam eius filius, nomine Guiatadin. Iste uero de aduentu Tartarorum rumoribus intellectus, timuit ualde sibi, unde ad sua stipendia conuocauit quoscunq; habere potuit, tam Barbaros quam Latinos, & inter alios habuit ad sua seruitia duo millia Latinorum, qui duos duces siue capitaneos habuerunt, alter quoq; habebat nomen Iohannes de Liminata, qui fuit in insula Cyprici: alius uero uocabatur Bonifacius de Castro, qui fuit de lanua oriundus. Militi etiam ad uicinos Soldanus, promittens uenientibus gratias atque dona: unde congregata magna multitudo bellatorum, gressus suos direxit ad locum, in quo Tartari morabantur. Tartari uero non fuerunt ullatenus stupescatis, imo praelium uiriliter susceperunt, in quodam loco uocato Confedrack. Demum uero obtinuerunt Tartari, & Turci uerunt uiriliter debellati, & sic occupauerunt Tartari regnum Turquiae, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.

De Gino Can tercio imperatore Tartarorum. CAPVT XIX.

POST modicum uero temporis spatium, Hoccota Can diem clausit extremum: successit autem sibi in imperio quidam eius filius, qui uocatus fuit Gino Can, cuius uita breuis fuit, & sibi successit quidam consanguineus suus, qui uocabatur Mango Can, qui fuit ualensissimus, atque multas prouincias suo imperio subiugauit. Demum uero tanquam magnanimus, per mare Cathay se transfudit ad quandam insulam capiendam: & dum in obliuione illius insulae permaneret, homines illarum partium qui sunt ualde sagaces & ingeniosi, miserunt homines qui se occulte immerferunt in aquam, & sub nauis, in qua erat Mango, constiterunt tam diu, quoad nauem illam in locis pluribus perforarunt. Aqua quidem diu noctuq; paulatim per foramina ingrediebatur in nauem, nec aliquis perpendebat, quousque lignum funditus est demersum, & Mango Can fuit continuo suffocatus. Tartari uero qui cum eo uenerant, redeuntes fratrem suum Cobila Can in dominium elegerunt: & iste Cobila Can XLII. annis tenuit imperium Tartarorum. Christianus fuit, & fundauit quandam ciuitatem quae uocatur Ions, in regno Cathay, quae maior est Roma, ut dicitur. Et in illa ciuitate moram traxit Cobila Can Imperator Tartarorum, usq; ad ultimum diem uitae suae. Sed dimisso Imperatore Tartarorum, de tribus filijs Hoccota Can, & de Haolono, & suis heredibus sumus aliqua narraturi.

De Iochi primogenito Hoccota Can. CAP. XX.

Iochi primogenitus Hoccota Can, equitauit uersus occidentem cum tota gente illa, quam sibi dederat pater suus: inuenit quaedam regiones illas, & terras

Cubilai sup<sup>2</sup>  
in Al. Paulo

terra  
sua  
ad  
sem  
usq;  
rene  
& cil

B  
t  
gnu  
opp  
fuer  
ti C  
nia  
subi  
uiam  
iuer  
flum  
tran  
mun  
furo  
suis,  
ripa  
forti  
quant  
tes, m  
cupa  
runt  
post  
& ui

G  
C  
Mul  
quod  
maxi  
multe  
enarr  
genti  
habite  
tame  
ris, &  
loch

A  
q  
ad reg  
Tarta  
lentia  
minu  
pta ab  
frater  
mittit  
rat, o



terras fertiles & amoenas, & in omnibus diuitijs opulentas, unde ibi tentoria sua fixit. Acquisiuit igitur regnum Turquestan, & minorem Persiam, usque ad flumen Phison suum dominium se extendit: cum gente sua traxit ibi moram semper, quae multiplicatae sunt in diuitijs & personis, & haeredes ipsius lochi usque nunc successiue illarum partium dominium tenuerunt. Et illi qui nunc tenent terras illas, sunt duo fratres, quorum unus uocatur Capar, alter Doax, & illi inter se diuiserunt terras & gentes, & illas possident pacifice & quiete.

De Baydo secundo filio Hoccota Can. CAPVT XXI.

Baydo secundus filius Hoccota Can, cum Tartaris quos sibi dederat pater suus, equitauit uersus partes Septentrionales, quousque peruenit ad regnum Cumania. Cumani uero, qui magnam habebant copiam armorum, opposuerunt se Tartaris, credentes posse defendere terram suam. Sed demum fuerunt debellati, & fugerunt usque ad regnum Vngariae, & adhuc sunt multi Cumanii ibidem habitantes. Postquam uero Baydo extra regnum Cumaniae omnes fugauit Cumanos, ad regnum Cassiae se transfulit, & illud etiam subiugauit, & occupauit terram Gazariae, & regnum Bulgariae, & per uiam qua Cumanii fugerant, peruenit usque ad regnum Vngariae. Post haec fuerunt Tartari uersus partes Alamaniae, quousque peruenierunt ad quoddam flumen quod labitur per ducatum Austriaicum, Tartari uero cogitauerunt transire per quendam pontem ibi factum, sed dux Austriae, & alij conueniunt munierunt pontem, unde Tartaris fuit transitus denegatus. Baydo quidem furore accensus, praecipit quod omnes transirent, & ipse fuit primus ingressus, exponens mortis periculo se & suos. Nam antequam possent ad aliam ripam fluminis peruenire, equi fuerant fessi propter latitudinem fluminis & fortitudinem aquae, unde Baydo submersus & suffocatus fuit cum magna quantitate suorum. Illi uero qui nondum ingressi fuerant aquas, hoc uidentes, magno dolore confusi, redierunt ad regnum Cassiae & Cumaniae, quae occupauerant, ut est dictum. Deinde uero Tartari Alemaniam minime petierunt. Haeredes quidam praedicti Baydo successiue terras quas acquisierat, postmodum tenuerunt. Et ille qui dominium nunc tenet, uocatur Tochay, & uiuit pacifice & quiete.

De Gohagaday, tertio filio Hoccota. CAP. XXII.

Gohagaday tertius filius Hoccota Can, cum Tartaris quos sibi pater suus concesserat, equitauit uersus meridiem usque ad partes Indiae minoris. Multa quidem inuenit deserta, montes & terras aridas, & totaliter derelictas, quod illas regiones non potuit pertransire, imò amisit gentium & animalium maximam quantitatem. Tunc uero uertit se ad partes occidentis, & post multos labores peruenit ad fratrem suum lochi, & quae sibi in uia acciderat, enarrauit. lochi uero compatiens fratri suo, de terris quas acquisierat, sibi & genti suae partem benigne concessit, & illi duo fratres semper simul postea habitauerunt, & usque nunc eorum haeredes in illis partibus commorantur: ita tamen, quod haeredes minoris fratris reuerentiam portant haeredibus maioris, & contenti portionibus suis, simul uiuunt pacifice & quiete: & successor lochi qui nunc uiuit, uocatur Barachi.

De Mango Can quarto imperatore Tartarorum. CAPVT XXIII.

Anno Domini M. C. C. LIII. rex Armeniae dominus Aytonus, uidentis quod Tartari ferè subiugauerant omnia regna, regiones & terras usque ad regnum Turquiae, accepto consilio sapientum, cogitauit ad Imperatorem Tartarorum personaliter se transferre, ut facilius captare posset eius beneuolentiam & amorem, & secum inire pacis foedus. Sed primo transiit dominum Sinibaldum Constabulum regni Armeniae fidelem suum, ut accepta ab Imperatore Tartarorum licentia, securius posset ire. Unde praedictus frater regis dominus Sinibaldus cum xenijs multis, & pulchra gentium comitibus, iuit ad dominum Tartarorum, & negotia pro quibus transmissus fuerat, optime adimpleuit. Veruntamen per spatium annorum quatuor traxit

D MORAM

moram, antequam Armeniam remearet. Postquam uero redijt, regi ea quae uiderat & fecerat feriosius enarrauit. Absq; igitur tarditate rex Armeniae recessit occulte, dubitabat enim cognosci in terra Turquia, per quam ipsum transire modis omnibus oportebat: & sicut deo placuit, Soldanus Turquiae tunc suu uiriliter debellatus per quendam ducem Tartarorum, quem rex Armeniae inuenit, & sui notitiam sibi dedit. Quumq; capitaneus ille intellexit de rege Armeniae, quod ad Imperatorem iret, suscepit illum honorifice & benigne, & fecit illum secure conduci usq; ad regnum Cumanig, & ultra etiam Portam ferri. Postea uero inuenit rex alios duces Tartarorum, qui fecerunt illum conduci per omnes terras & loca, quousq; peruenit ad Almalech, ubi Mango Can Tartarorum Imperator & dominus relidebat. Gauisus fuit Mango Can de aduentu regis Armeniae, eo praecipue, quod postquam Chanus Can montem Belgiam transiit, nullus magnus princeps ei uenerat in occursum, & ideo cum magna beneuolentia & honore suscepit eundem, dediq; sibi de maioribus domus suae, qui cum associarent, & in omnibus honorarent. Et ipse imperator multas gratias fecit regi Armeniae. Rex autem Armeniae postquam per dies aliquos requieuit, supplicauit Imperatori, quatenus super expeditione negotiorum pro quibus ad eum uenerat, intendere dignaretur, & daret sibi licentiam redeundi. Imperator uero benigne respondit, quod omnia uota sua libentissime adimpleret, & quod ualde gratum erat sibi, quod ad imperium suum uenerat sua spontanea uoluntate. Rex itaq; septem petitiones cum deliberatione formauit. Primo enim rogauit, ut Imperator cum gente sua conuerteretur ad fidem Christi, secus alijs omnibus derelictis, & se faceret baptizari. Secundo petijt, quod pax & amicitia perpetua inter Christianos & Tartaros firmaretur. Tertio requisiiuit, quod in omnibus terris quas Tartari acquisierant, & quae acquirerent, omnes ecclesiae Christianorum & clerici illarum, siue laici, siue religiosi, ab omni seruitute & datia essent liberi & exempti. Quarto requisiiuit, ut terram sanctam & sancti sepulchrum domini de manibus Saracenorum auferret, & restitueret Christianis. Quinto uero intenderent ad destructionem Caliphi de Baldack, qui erat caput & doctor sectae perfidi Mahumeti. Sexto requisiiuit, ut sibi concederetur priuilegium speciale, quod a quibuscunq; Tartaris, praecipue regni Armeniae propinquioribus auxilium imploraret, sibi dare omni mora postposita teneretur. Septimo requisiiuit, quod omnes terrae iurisdictionis regni Armeniae, quas Saraceni occupauerant, & in manus Tartarorum postmodum redierant, regi Armeniae restituerentur: illas omnes quas rex acquirere posset contra Saracenos illos, haberet & teneret pacifice & quiete. Mango Can ergo petitionibus regis Armeniae intellectis, suos fecit proceres & consiliarios conuocari, & regi Armeniae in sua praesentia constituto, coram omnibus adstantibus sic respondit: Quoniam rex Armeniae de longinquis partibus ad imperium nostrum uenit non compulsus, sed sua propria uoluntate, decet imperatoriam maiestatem suis supplicationibus annuere, in his praecipue, quae sunt licita & honesta. Vobis itaq; regi Armeniae taliter responsurus sum, quod preces uestras acceptamus, & omnes faciemus cum dei beneplacito adimpleri. Primo quidem ego Imperator & dominus Tartarorum me faciam baptizari, tenebo fidem quam tenet hodie Christiani, & omnibus alijs sub meo imperio constitutis consulam quod faciant illud idem, non tamen intendo uiolentiam facere alicui. Ad secundam requisitionem uestram taliter respondemus: Quia uolumus quod pax perpetua uigeat inter Tartaros & Christianos, ita tamen, quod uos principalem fidei uisorem constituere debeatis, quod Christiani pacem & concordiam erga nos, sicut nos erga ipsos inuolabiliter obseruent. Volumus etiam, quod omnes Christianorum ecclesiae, & clerici Christiani, cuiuscunq; conditionis existant, seculares siue religiosi, gaudeant in omnibus terris nostri imperij priuilegio libertatis, nec libeat alicui ex eis inferre molestiam quoquo modo. Super factio terrae sanctae dicimus, quoniam si possemus



commodè, personaliter ueniremus, ob reuerentiam domini nostri Iesu Christi. Sed quia multum habemus in istis partibus expedire, fratri nostro Haolono dabimus in mandatis, quod negocium istud sicut decet, ducat per omnia ad effectum. Eruet enim ciuitatem Hierusalem, & totam terram sanctam de manibus paganorum, & illam restituet Christianis. Super factio Caliph de Baldak nos dabimus in mandatis Baydo capitaneo Tartarorum, qui sunt in regno Turquia, & alij, quæ circa illas regiones inueniuntur, quod omnes obedire debeant fratri nostro, & uolumus quod ipse destruat Caliphum tanquam nostrum capitalem & pessimum inimicum. De priuilegio uero illo, quod quaerit habere rex Armeniæ super habendo subsidio Tartarorum, uolumus quod illud dicatur iuxta suam plenariam uoluntatem, & illud faciemus libentissime confirmari. Ultimo uero de eo, quod rex Armeniæ requirit, quatenus terras regni sui per Saracenos ablatas, & postmodum per Tartaros occupatas, sibi restitui faciamus, hoc etiam concedimus liberaliter & libenter, & uolumus quod frater noster Haolonus omnes dichas terras restituat sine mora: & ulterius uolumus & mandamus, quod de terris quas acquisiuimus, plana castra dicto regi in augmentum & tutelam regni sui de specialia gratia concedantur.

*De Mango Chan, qualiter baptizatur in Christo.* CAPVT XXIIII.

Postquam igitur Mango Can petitiones regis Armeniæ liberaliter adimpleuit, & confirmauit per priuilegia mihi facta, continuo uoluit baptismatis recipere sacramentum, unde baptizatus fuit per manus cuiusdam episcopi, qui erat cancellarius regni Armeniæ, & omnes illi de domo sua fuerunt etiam baptizati, & multi alij utriusque sexus nobiles & magnates, & ordinarij de illis qui sequi debebant Haolonum fratrem suum, pro subsidio terræ sanctæ. Equitauerunt ergo Haolonus & rex Armeniæ ambo simul, quouisque transuerunt magnū flumen Phison. Haolonus quidem cum suo exercitu copioso inuasit regiones & terras undique, & antequam sex mensium spatium haberet, totū regnum Persarum, quia carebat domino & rectore, fuit facilliter subiugatum, cepitque Haolonus abique resistantia omnes terras, usque ad terram Assassinorum. Isti uero Assassini, sunt homines infideles, nullam habentes legem, uel fidem, nisi sicut eorum princeps & dominus instruebat, qui sex montium uulgariter dicebatur, ad cuius beneplacitū & mandatū, morti se sponte & facilliter offerebant. Habebant enim præfati Assassini, quoddam inepugnabile castrum, quod Tigado dicebatur. Erat autem illud castrum omnibus necessarijs præmunitum, & ita forte, quod à nulla parte timebat insultum. Precepit itaque Haolonus cuidam duci, ut assumeret decem millia Tartarorum, quæ dimisit in custodia regni Persarum, quod subiugauerat, ut est dictum, quibus castrum illud obsideret, & quouisque illud caperet, non discederet ullo modo. Vnde prædicti Tartari in obsidione illius castrum steterunt per uiginti septem annorum spatium tam hyeme quam æstate: finaliter uero Assassini dederunt castrum propter defectum uestium, & non propter penuriam uisualium, uel in alia ratione. Eo uero tempore, quo Haolonus uacabat circa custodiam regni Persarum, & obsidionem castrum Assasinorum, rex Armeniæ ab eo accepit licentiam redeundi, quia longo tempore steterat extra regnum. Haolonus itaque licentiam dedit regi, & eidem contulit magna dona, & insuper mandauit præcipiendo Baydo, qui in regno Turquia, quod occupauerat residebat, ut regem Armeniæ conduci faceret secure usque ad introitum regni sui. Cuius mandatum fuit per omnia adimpletum, & sic post spatium trium annorum & dimidium reuersus fuit rex Armeniæ sospes & hilaris per gratiam Iesu Christi.

*De Haolono fratre Mango, qui destruxit Assyrios, et introiuit in regnum Persarum pro fide Christi.* CAPVT XXV.

Postquam uero Haolonus de custodia regni Persarum, sicut erat decens & rectum, ordinauit, transiit se ad quandam Armeniæ prouinciam,

quæ uocabatur Sorloch: ibi tota æstate dedit se solatio & quieti: & ipse quoque hyeme ueniente obsedit ciuitatē Baldach, in qua erat Caliphus, qui magister erat & doctor sectæ perfidi Mahumeti, fecitq; Haolonus ad exercitum conuocari triginta milia Tartarorum, qui erant in regno Turquæ: postq; congregauit undiq; gentem suam, insultari fecit ante litus ciuitatis, quæ uelociter absq; nimio moræ dispendio fuit capta, Caliphus quidem captus uisus adductus fuit ante præsentiam Haoloni: & inuenta fuerunt in Baldach tanta diuitiæ, quod uix credendum esset, esse totidem in residuo huius mundi. Capta autem fuit ciuitas Baldach anno domini M.CCLVIII.

*De Haolono, qualiter cepit ciuitatem Baldach, & destruxit Caliphum summum Pontificem Saracenorum.* CAPVT XXVI.

Postquam uero Haolonus de ciuitate Baldach fecit omnia quæ uolebat, iussitq; Caliphum antese adduci, & præcepit quod ante se totum eius thesaurum poneret. Tunc uero Haolonus interrogauit Caliphum, dicens: Cognoscis ne totum fuisse tuum quod uides? Vtique ait ille. Haolonus dixit: Quare tu tanto thesauro à potentia Tartarorum? At ille respondit: Quot niam credebam satis sufficere gentē meam. Tunc dixit Haolonus Caliphos: Tu diceris doctor omnium credentium in falsa secta Mahumeti, & à tuis munera baris: talis ergo magister & tantus alijs cibis cibari non debet, unde tibi damus in cibum ista omnia pretiosa, quæ tantum dilexisti & cum magna auiditate custodisti: & præcepit ponere Caliphum in una camera, & ante ipsum projici margaritas & aurum, ut de illis comederet quantum uellet: & præcepit, ne aliquis cibus daretur, aut potus alius propinaretur eidem: & sic mortis pessima miser ille & avarus miserabilem uitam finiuit: nec unquam Caliphus postea exiit in Baldach.

*De morte Caliphi.* CAPVT XXVII.

Postquam uero Haolonus subiugauit Baldach, & terras alias circumcirca: prouincias diuisit per duces & rectores, sicut suæ placuit uoluntati, & præcepit, quod ubiq; Christiani tractarētur benigne, & quod eis castrorum et ciuitatū custodiæ traderētur. Saracenos quidē iussit ponere in maxima feruitute. Haolono quidē erat uxor Christiana, nomine Doucosaron, & fuit de progenie illorum regum qui uenerūt ab oriente uisa stella natiuitatis domini, & ista domina deuotissima Christiana in perpetuum licentiam diuinitus diuina templi Saracenorum petiebat, & inhibendū, ne solennitas fieret in nomine Mahumeti, & fecit Saracenorum templa funditus deuastari, & in tantam feruitutem posuit Saracenos, quod non erant ausi ulterius apparere.

*De persecutione sacerdotum in lege Mahumeti.* CAPVT XXVIII.

Postquam uero Haolonus requieuit per spatium unius anni, tunc misit ad regem Armeniæ, quod ueniret cum gente sua ad ciuitatem Rohais in regno Mesopotamiæ: quoniam intendebat ire ad terram sanctam, ut illam redederet Christianis. Vnde rex Haithonus bonæ memoriæ, iter suum arripuit cum magna proborum a: matorum uirorum, equitum & peditum comitatu: quia tunc temporis regnum Armeniæ in tam prospero statu erat, quod facere poterat duodecim milia equitum, & quadraginta milia peditum armatorum, & ego qui hoc tempore meo uidi, possum perhibere testimonium ueritatis. Quumq; rex Armeniæ uenisset, sicut mandauerat Haolonus, & super negotio terræ sanctæ simul colloquium habuisset, ait rex Armeniæ Haolono: Domine, Soldanus Halappi tenet totius regni Syriæ principatū, in quo quidem regno sancta Hierosolymitana ciuitas inuenitur: & postquam intenditis terram sanctam acquirere, sicut mihi uidetur, primitus est Halappi ciuitas obfidentia, quæ totius regni Syriæ est caput & magistra, nam si ciuitas Halappi uestro subditur dominio, alias terras omnes poteritis facilliter obtinere. Consilium itaq; regis Armeniæ placuit Haolono: unde fecit obfidentem ciuitatem Halappi, quæ erat fortissima ciuitas, muris circummunita, habitata,

Halappi Sy-  
rie metro-  
polis

plena



plena populis, & diuitijs opulenta. Haolonus quoq; cum meatibus subterraneis, cum onagris, arcubus & balistis, & alijs generibus armorū uarijs & diuersis, inuadi fecit undiq; sic uiriliter ciuitatē, quod licet inexpugnabilis uideretur, ipsam tamen uolenter nouem dieū termino occupauit. In ipsa quidem ciuitate, Halappi tantam diuitiarum incredibilē multitudinem inuenierunt, quod uix esset credendum. Erat autem quoddam castrum in medio ciuitatis, quod se tenuit per undecim dies postquā ciuitas iam extiterat occupata, demū uero per meatus subterraneos fuit captū: & capta fuit ciuitas Halappi, & deinde regnum Syriæ per Haolonum anno domini M C C L X.

De Haolono qualiter cepit ciuitatem Halappi & Damascum & acquisiuit terram

sanctam ipsi ad desertum Aegypti. CAP. XXXIX.

Quando uero Soldanus Halappi, qui uocabatur Melecnafer, qui tunc erat in ciuitate Damasci, intellexit quod ciuitas Damasci capta fuerat cum filijs & uxore, qui erant ibidē, nesciuit ad consiliū ponere seipsum, nisi quod ad pedes Haoloni uenit, misericordiā implorando: sperabat enim per hoc, quod sibi uxor & filij redderentur, & pars aliqua ad suū dominium tenendum: sed Soldanus fuit in sua opinione deceptus, quoniā Haolonus ad regnum Persarum destinauit ipsum cum filijs & uxore, ut absq; inquietatione dominium Syriæ obtineret. His itaq; sic peractis, de spolijs acquisitis in captione ciuitatis Halappi, regi Armeniae, Haolonus contulit magnam partē, & de terris etiam quas occupauerat, regi quamplures concessit. Unde rex Armeniae accepit plura castra regno suo uicina, & illa fecit muniti ad suam liberam uoluntatem. Post hæc Haolonus misit per principem Antiochiæ, qui regis Armeniae gener erat, dona, & ipsum principem plurimum honorauit, & dedit sibi priuilegia gratiosa, & omnes terras suę iurisdictionis, quas occupauerant Saraceni, & quæ ad suum dominium redierant, iussit quod principi redderentur libere & quiete. Et postquam Haolonus ordinauit ea quæ fuerant ordinanda, circa negocia ciuitatum & terrarum quas occupauerat, dum intenderet se transferre ad regnum Hierosolymitanum, ut terram sanctam liberaret de manibus Saracenorū, & illam restitueret Christianis. Et ecce nuncius uenit tertia die, noua ferens de obitu fratris sui, & narrauit qualiter post obitum Mango Can uacauerat imperium Tartarorum, quod eius quotidie praefolabatur aduentus, ut ipsum in sede ponerent fratris sui. Haolonus quidem intellectus rumoribus de obitu fratris sui, fuit ineffabili tristitia circumuentus, unde ulterius non processit, sed ordinauit quendam suum ducem, nomine Guiboga, & dimisit ipsum cum decem milibus Tartarorum in custodiam regni Syriæ, & præcepit quod terram sanctam acquireret & restitueret Christianis. Quo facto, Haolonus festinanter recessit, uersus partes orientis dirigens suos gressus, & dimittens in Thaurisio natum suū, per diuitas suas processit.

De Cobila Can quinto imperatore Tartarorum. CAPVT XXXX.

Sed antequam ad regnum Persarum peruenisset, ecce sibi nunciū quidam occurrerunt, qui narrauerunt qualiter omnes proceres & maiores fratrem suum Cobila Can posuerant in sede imperatoria Tartarorum: quo audito Haolonus dum in Thaurisio moraretur, ecce nunciū uenerunt ad eum, qui retulerunt sibi, quod Barcat cum maximo apparatu incedens, intenderet hæc reditare si posset. His quoq; rumoribus intellectus Haolonus, continuo gentem suam congregauit, & obuiauit inimicis suis super quodam flumine congelato, ibiq; fuit ingens prælium inchoatum. Propter multitudinem gentium & equorum glacies rupta est, & submersi fuerunt tam ab una parte quam ab alia triginta millia Tartarorum. Exercitus uero utriusq; partis absq; alio processu redierunt tristes propter amissionem suorum. Guiboga uero, quæ Haolonus dimiserat in regno Syriæ, & in prouincia Palaestinae, terras illas tenuit pacifice, & diligebat multum Christianos. Nam ipse fuerat de progenie trisregum, quod iuenerunt natiuitatem domini adorare. Quumq; dictus Guiboga

solicite

solicite laboraret, ut terram sanctam reduceret in potentiam Christianorum, ecce diabolus inter ipsum & Christianos illarum partium semen scandali & discordiæ seminavit, & hoc accidit tali modo: in terra enim de Belfortis, quæ est de dominio ciuitatis Sidonenſis, erant plures uillæ, in quibus Saraceni certum censum Tartaris exhibebant, unde accidit, quod certi homines Sidonis & de Belfortis congregati, in unum iuerunt ad uillas Saracenorū & caſalia, & deprædauerunt eos, plures interfecerunt Saracenos, alios uero cum magna multitudine bestiarum ducebant cum præda. Quidam uero nepos Guiboga, qui ibi propè morabatur, cum parua equitum comitua sequutus fuit celeriter Christianos, qui talia fuerant operati, ut diceret, ex parte autem sui, quod dimitterent prædam. Quidam ex ipsis Christianis irruerunt in eum & occiderunt eum, & quosdam alios Tartaros cum eodem, & noluerunt restituere prædā. Quando Guiboga intellexit, quod Christiani interfecerat nepotem suum tali modo, confestim equitauit & cepit ciuitatem Sidonenſem, & destruxit magnam partem murorum, paucos perdidit Christianos, qui ad insulam fugerant, nunquam tamen postea de Christianis Syriæ Tartari fiduciam habuerunt, neque Christiani Tartaris sunt confisi: postea uero Tartari pulsi fuerunt de regno Syriæ per potentiam Saracenorū, sicut uerſus serius exprimitur.

De morte Haolonis, & qualiter Soldanus recuperauit terram Syriæ Aegypti.

## CAPVT XXXI.

Interea quoque dum Haolonus haberet guerram cum Bartas, sicut superius est expressum, Soldanus Aegypti suo exercitu congregato, egressus est de Aegypto, & uenit ad prouincia Palæstina, & in quodam loco uocato Henyaleck, prælium cum Guiboga capitaneo Tartarorum commisit, & idem Guiboga fuit debellatus & occisus in bello. Tartari uero, qui de prælio illo eundem dere potuerunt, iuerunt in Armeniam, & ex tunc regnū Syriæ sub potestate Saracenorū fuit totum redactum, præter aliquas ciuitates Christianorum politas prope mare. Quādo uero Haolonus intellexit de Soldano Aegypti, qui regnum Syriæ inuaserat, & fugauerat gentem suam, continuo suum exercitum congregauit, & misit ad regem Armeniæ, & ad regem Georgiæ, & ad alios Christianos partiū orientis, ut uenirent parati contra Soldanum Aegypti & alios Saracenos: Quumque Haolonus iam suum exercitū congregasset, inuast eum quædam infirmitas, quæ eum detinuit per spatium quindecim dierū, & ex illa infirmitate obiit Haolonus: cuius rei causa terræ sanctæ negotium iam inceptū, fuit totaliter perturbatum post obitum Haolonis. Abaga filius eius tenuit dominium patris sui, & rogauit Cobila Can Imperatorem auunculum suum, ut ipsum in dominio suo confirmaret, & hoc fecit libenter: unde uocatus fuit Abaga, & cepit dominari anno domini M. C. C. LXIII.

De Abaga filio Haolonis, qui patri in imperio successit. CAP. XXXII.

Abaga fuit prudens, & dominium suum prospere gubernauit, & fuit in omnibus fortunatus, præter in duobus, unum uidelicet, quia noluit effici Christianus, sicut extiterat pater suus, imò colebat idola, & fidē dabat presbyteris idololatriæ. Aliud, quia semper guerrā habuit cum uicinis: & propter hoc Soldanus fuit longo tempore in quiete, & ex hoc Saracenorū potētia multum creuit. Tartari uero qui euadere poterant, de terris Tartarorum fugiebant ad Soldanū, ut euitarent grauiā onera quæ eis Tartari imponebant: propterea Soldanus fecit quandam magnam sagacitatē, quia misit nuncios suos per mare ad Tartaros, in regno Cumanie, & regno Russiæ, & fecit cum illis Tartaris compositionē & pactum, uidelicet quod quandocumque Abaga moueret guerram contra terram Aegypti, quod ipsi inuaderent terram suam, & promisit dare magna dona eis: & hoc modo Abaga non poterat inuadere terram Aegypti: & Soldanus sine contradictione cuiusquam potuit inuadere Christianos, & terras Syriæ facilliter occupare: unde Christiani amiserunt ciuitatem Anuochiæ, & alia plura castra quæ in regno Syriæ possidebant.

De Sol,



De Soldano Aegypti, qualiter debellauit regem Armeniæ, & unum de filijs eius cepit, alterum occidit. CAPVT XXXIII.

PRæterea Benedeclar Soldanus Aegypti ita exitit fortunatus, quod postea regnū Armeniæ conuulsit. Nam accidit, quod rex Armeniæ cum magna gente ierat ad Tartaros, & Soldanus hoc sciens, cogitauit inuadere regnum Armeniæ, unde misit quendam capitaneum suum loco sui cui tradidit gentem suam. Filij autem regis Armeniæ scientes Saracenorū aduentum, congregatis omnibus qui poterant arma ferre in confinibus regni, obuiauerunt Aegyptijs, cum quibus uiriliter pugnam interunt: finaliter tamen fuit Armentorū exercitus debellatus: ex duobus filijs regis, alter fuit captus, alter uero occisus in bello. Saraceni itaq; per regnum Armeniæ discurrēt, ferro totam planitiē deuastarunt, & bona infinita inde asportarunt in Christianorū maximum detrimentum. Exinde uero inimicorū potentia multum creuit, & regis Armeniæ posse fuit mirabiliter diminutum. Rex uero Armeniæ, qui semper sollicitē conabatur ad destructionem infidelium toto posse, intellectis infelicissimis rumoribus regni sui, fuit animo mirabiliter perturbatus, & die noctuq; cogitabat qualiter Saracenis posset in ferre grauiam, unde multoties inducebat Abagan & Tartaros ad destructionē sectæ perfdi Mahumeti, & Christianorū subsidium & iuuamen: sed Abaga propter guerram quam habebat quotidie cum uicinis, se sapiens excusabat. Rex Armeniæ uero perpendens, quod non poterat ad presens habere subsidium Tartarorū, misit suos nuncios ad Soldanum Aegypti, & treugas cum ipso iniuit & firmauit, hoc faciens, ut de Saracenorū carceribus posset redimere natum suum. Vnde Soldanus promisit regi, quod si sibi redderet quandam suum socium nomine Sangolascar, qui captiuus penes Tartaros tenebatur, & sibi restitueret castra ciuitatis Halappi, quæ occupauerat tempore Haoloni, ipse silium restitueret pristinae libertati, Soldanus itaq; restituit silium regis, & recepit socium suum, & rex restituit Soldano castrū de Tempesack, & alia duo castra fecit dūri, ad requisitionē Soldani, & hoc modo silius Armeniæ regis fuit de carceribus liberatus. Post hæc uero rex Haisthonus, bonæ memoriæ, qui XLV. annis regnum tenuerat, & multa bona fecerat Christianis, regnum & dominium suum contulit, & concessit siliō suo Dn. Tiuous, de Aegypti carceribus liberato: & ipse renunciāns pompis huius seculi, est religionem ingressus, & uocatus fuit Macarius, mutato proprio nomine, secundum consuetudinem Armeniorum, qui quando ingrediuntur religionem, mutari faciūt sibi nomen. Et post modicum temporis spatium rex Haisthonus requieuit in pace, anno domini M. CCLXX.

De Abaga, qualiter introiuit Aegyptum, & destruxit Turquiam.

CAPVT XXXIIII.

Ille autē rex Armeniæ supernominatus fuit sapiens atq; prudens, & suum regnum prouide gubernauit, dilectus fuit ualde tam a sua gente quàm a Tartaris, & ex toto animo studuit destruere Saracenos, unde suo tempore accidit, quod Abaga pacem composuit cum uicinis suis, qui longo tempore sibi fuerāt inimici. Tunc uero temporis Soldanus Aegypti ingressus fuit regnum Turquiæ, & ibi multos Tartaros interfecit, & de pluribus uillis fugauit eosdem. Nam quidam Saracenus, qui Paruana uocabatur, erat in regno Turquiæ capitaneus Tartarorum, & iste rebellis effectus contra Abagan, conabatur Tartaros omnes perdere & fugare. Abaga uero hoc audiēs, equitauit ita propere, quod quadraginta diætas in quindecim diebus spatio peregerit. Soldanus Aegypti audiens aduentum Tartarorum, subito de regno Turquiæ recessit, nec fuit ausus ulterius expectare, non tamen potuit ita celesiter arripere iter suum, quin Tartari qui uelociter sequebantur, attingerēt exercitus sui finem, in introitu regni Aegypti in quodam loco, uocato Pasblank. Irruentes itaq; Tartari in posteriori custodia exercitus, ceperunt duo nullia equitum Saracenorū, & diuitias multas acquisuerunt, & ceperunt etiam

etiam quinque millia domos Cordinorum, qui in illa regione debebant. Perueniente uero Abaga usque ad confines terre Aegypti, consultum erat sibi, ne ultra progrediretur propter aestum: terra enim illa est calida ultra modum, & Tartari, & eorum animalia, quae à longe uenerant festinantes, non potuissent pondus ferre laboris & aestus: unde Abaga rediit in Turquiam, & fecit dissipari & destrui omnes terras, quae rebelles extiterant & reddiderant se Soldano, Paruanam uero proditorem cum suis sequacibus iuxta morem Tartarorum per medium fecit scindi, & iussit quod in omnibus cibis quos erat comesturus, poneretur de carne illa Paruanæ proditoris, de qua comedit Abaga, & dedit suis proceribus comedendum, & talem ultionem sumpsit de Paruana proditore rex Abaga.

De Soldano Aegypti mortuo per uenerum. CAPVT XXXV.

POSTquam ergo Abaga de regno Turquiae sua uota compleuit, & Tartari fuerunt repleti praedis & diuitiis, quas acquisierant contra rebelles Saracenos, uocauit ad se regem Armeniae, & sibi obtulit regnum Turquiae, eo quod pater suus & ipse semper se gesserant fideliter erga dominum Tartarorum. Rex uero Armeniae tanquam sapiens & discretus, de tanto dono obtulit Abaga multas grates, & à retentione regni Turquiae se curialiter excusauit, asserens se non posse sufficere ad duo regna commode gubernanda. Nam Soldanus Aegypti erat in integro posse suo, & ad grauamen regni Armeniae toto conamine intendebat: quare satis sibi facere uidebatur, si ad defensionem regni Armeniae poterat consilium adhibere. Consuluit tamen rex Armeniae, ut Abaga de regno Turquiae taliter ordinaret antequam recederet, quod de rebellione nullatenus dubitaret, & nulli Saraceno daret dominum in Turquia. Abaga quidem acceptauit regis consilium, & nunquam postea uoluit quod Saraceni in illis terris dominum obtinerent. His itaque completis, rex Armeniae requisit & rogauit, quod Abaga uellet intendere ad liberationem terrae sanctae, & ipsam eruendam de manibus paganorum. Hoc Abaga promisit facere toto posse, & consuluit, quod rex nuncios suos mitteret ad Papam, & ad alios dominos & principes Christianorum, pro subsidio terrae sanctae: Abaga uero in regno Turquiae ordinatis quae fuerant ordinanda ad regnum Corosten, ubi familiam suam dimiserat, est reuersus. Benedeclar uero Soldanus Aegypti, quum Tartari damnum sibi intulerunt, fuit ueneno potatus, & subito obiit in Damasco: de quo Christiani partium orientis fuerunt ualde gauisi, & Saraceni ceperunt multipliciter contristari. Nam post mortem Soldani non habuerunt tam bonum Soldanum, ut Saraceni communiter asserbant. Quidam uero filius suus Meleck fait nomine successit in dominio: sed post modicum temporis spatium de dominio fuit expulsus per quemdam qui uocatus fuit Erh, qui uiolenter dominum usurpauit, & constituit se Soldanum.

De Mangodanior duce Tartarorum, qualiter aufugit de pugna propter timorem.

CAPVT XXXVI.

TERmino itaque ueniente, in quo Abaga debuit & potuit guerram mouere contra Soldanum Aegypti, ordinauit quod Mangodanior frater suus ad regnum Syriae, cum triginta millibus Tartarorum se transferret, & si forte Soldanus ueniret belliger contra eum, ipsum uiolenter debellaret, & si Soldanus uitaret praedium, occuparet terras & castra, & custodiendas traderet Christianis. Quando Mangodanior itaque per diuitas suas processisset, quousque Armeniae appropinquauit, tunc misit pro rege Armeniae, qui continuo uenit cum pulchra equitum comitatu, & ingressi fuerunt regnum Syriae, & fuerunt totam provinciam deuasando usque ad ciuitatem Hames, quae Camella hodie appellatur à pluribus, & est sita in medio regni Syriae, ut fertur. In facie uero illius ciuitatis est quaedam planicies ualde pulchra, ibique Soldanus Aegypti congregabat posse suum, intendens cum Tartaris praefari. Saraceni itaque ex una parte, & Christiani cum Tartaris ex aduerso ingens praedium inuenerunt.

Rex



Rex itaq; Armeniæ cum Christianis ducebat & regebat exercitus dextrum cornu, unde ipse inualit sinistrum cornu exercitus Soldani, & fugauit inimicos usq; ad ciuitatē Flames per tres dietas longas & ultra uisiliter. Almach etiam quidam Tartarorum, aliam partem exercitus Soldani uisiliter debellauit, & per tres dietas Saracenos fugauit, quousq; peruenit ad quandam ciuitatem quæ uocatur Tara. Quomq; crederent Soldani potētiam fuisse contritam, & ecce Mangodanior, qui nunquam uiderat discrimina præliorū, de quibusdam Saracenis, Bedinnis lingua Arabica nominatis, absq; rationali causa timens retrocessit, campum uictoriæ derelinquens, dimisitq; regem Armeniæ, & alium ducem suum qui inimicos fuerant persequuti. Quando uero Soldanus, qui omnia crediderat amisisse, uidit campum belli uacuum & totaliter derelictum, ascendit quandam monticulū cum quatuor armatis firmiter ibi stando. Rex uero Armeniæ rediens de conflictu, quum non inuenisset in campo Mangodanior, fuit plurimū stupefactus, cogitans uiam quā gradiebatur, post ipsum tenuit gressus suos. Almach uero prædictus, qui persequutus fuerat Saracenos quos fugauerat, per biduum expectauit, sperans dominū suum Mangodanior post ipsum, sicut debuit, equitasse, ut inimicos & prouinciam subitugaret, de quibus fuerant uictoriae consequuti. Cognita uero ueritate, de recessu Mangodanior, post ipsum ire festinauit, uictoriā derelinquens, & inuenerunt Mangodanior super litore fluminis Euphratis expectantem. Post hæc Tartari ad eorum prouinciam sunt reuersi. Rex uero Armeniæ cum gente sua in illo itinere passus fuit multa incommoda & labores. Nam propter uiarum longitudinem, & penuriam pabulorum equi Christianorum regni Armeniæ fuerunt totaliter fatigati, quod incedere non uolebant: & sic separati Christiani per deuia incedentes, à Saracenis qui debebant in illis partibus, sæpius inueniebantur, & absq; misericordia cædebantur, unde maior pars totius exercitus regni Armeniæ amissa fuerat, & proceres quasi omnes. Et hoc infortunium Mangodanior accidit anno M. CCLXXXII. Postquam uero Abaga Can hæc omnia intellexit, congregauit undiq; gentem suam, & quum iam esset paratus contra Saracenos procedere toto posse: & ecce quidam filius diaboli Saracenus uenit ad regem Persarum, & quibusdam qui Abaga familiariter seruebant, contulit multa dona, & cum eis taliter ordinauit, quod una die Abaga & fratri suo Mangodanior uenenum mortiferum propinaretur, ex quo ambo, proh dolor, excesserunt è uita in octo dierum spatio: per illos eosdem, qui scelus istud perpetrauerant, fuit primo comperta ueritas huius rei, & sic obiit Abaga Can anno domini M. CCLXXXII.

De Tangodor secundo filio Haoloni, qui successit Abaga in regno.

## CAPVT XXXVII.

Post obitum Abaga Can congregauerunt se Tartari, & constituerunt dominum super eos, quandam fratrem Abaga, qui Tangodor uocatur, & alios fratres suos præcellerat. In diebus quidem iuuentutis suæ datū fuit sibi baptismatis sacramentū, & uocatus fuit in baptismo Nicolaus. Sed postq; fuit ætate perfectus, propter societatem Saracenorum quam dilexerat, effectus fuit pessimus Saracenus, & renūcians fidei Christianæ Mahumet Can uoluit se appellari, & toto conamine studuit facere quod omnes Tartari conuerterentur ad sectam iniquitatis filij Mahumeti, & quibus uolentiam inferre forsitan non audebat, dona, gratias, honores conferebat. Tempore istius igitur Mahumeti Can, conuensi fuerunt ad fidem Saracenorū Tartari infiniti, sicut hodie euidenter apparet. Præcepit itaq; iste filius diaboli Mahumeti, omnes ecclesias Christianorū dirui, & ne Christiani auderent amplius celebrare legem & dogmata Christi, faciebat publice prædicari Mahumeten, & Christianos exules fecit. Iterū in ciuitate Taurisij fecit Christianorum ecclesias totaliter deuari. Misit etiam suos nuncios ad Soldanū Aegypti, & firmavit pacis & concordie secum fœdus, & promisit quod omnes Christiani

nos qui in terris dominij sui erāt, compellerētur ad Saracenos, aut capiti bus priuarentur: unde Saraceni fuerūt magna exultatione repleti: Christiani uero tristes & timidi incedebant, nec eis aliud residebat, nisi dei misericordiam inuocare: uidebant enim persequutionem Christianorum maiore quam unquam fuerat temporibus retroactis. Transmisit etiam prædictus diabolus Mahumetes ad regem Armeniæ, & ad regem Georgiæ, & ad alios Christianos, ut ad ipsum accederent sine mora: sed Christiani cogitauerunt potius mori in prælio, quā suis placere mandatis, quia nesciebant aliud remediū inuenire. Quomōdo fideles Christiani in tāta essent cordis amaritudine positi, quod mori potius quā uiuere affectabant: ecce deus, qui sperantes in se nullatenus derelinquit, cōsolamen transmisit Christianis omnibus. Nam quidā frater istius Mahumeti, & quidam eius nepos, nomine Argonus, fuerunt isti Mahumeto propter mala opera sua contrarij & rebelles, & significauerūt Cobila Can maiori imperatori Tartarorū, qualiter iste Mahumetes antecessorū suorum uestigijs derelictis, effectus fuerat pessimus Saracenus Tartaros omnes quos poterat inducendo, ut efficerentur etiam Saraceni. Quo audito Cobila Can imperator, fuit plurimū perturbatus, unde Mahumeto præcipiendo mandauit, quatenus corrigere se deberet, & à malis operibus abstinere, alioquin procederet cōtra ipsum. Ipse quidem Mahumetes mandato imperatoris intellecto, ira & indignatione fuit repletus: & quia nullus erat qui auderet suis uoluntatibus contraire, præter fratrem suum & prædictū nepotem suū Argonum, laborauit tantū diabolicus ille Mahumetus, quod fecit interficere fratrem suum, & de nepote suo Argono intendens facere illud idem, iuit cum exercitu copioso, ut ipsum caperet & teneret. Argonus uero qui contra potentiam inimici nō poterat belliger apparere, montes petiit, & in quoddam castrum fortissimū introiuit. Idem uero iniquitatis filius Mahumetus dicitur castrum obsedit, stans circumcirca cum suo exercitu infelici. Finaliter uero Argonus se reddidit Mahumeto cum pacis interiectis conditionibus, uidelicet, quod sibi & suum dominium seruaret. Postquā Mahumetus Can tenuit Argonū, tradidit eum conestabulo suo, & pluribus alijs magnatibus sub custodia cōclauendū. Et dum reuenteretur ad ciuitatē Taurisij, ubi dimiserat filios & uxores, dedit omnibus in mandatis, quod post ipsum incederēt paulatim: conestabulo uero & quibusdā alijs, in quibus præcipue confidebat, iussit quatenus nepotes suū occiderent, & occulte sibi caput affererēt. His itaq; taliter ordinatis, festinanter præcepit eis Mahumetus. Inter illos uero qui mandatū suscepserant tantū sceleris adimplendi, inuentus fuit quidam potens uir, quem Abaga nutruerat, pater ipsius Argoni, qui pietate motus, armis susceptis, conestabulū Mahumeti, & omnes suos sequaces nocte gladio iugulauit, & Argonū à mortis periculo liberauit, & constituit Argonum rectorem & dominum super omnes. Unde alij timore, alij uero amore obediētes fuerunt suis beneplacitis & mandatis. His itaq; sic peractis, Argonus cum comitiua suorum fidelium, fuit persequutus celeriter Mahumetū, & antequam Taurisij perueniret, personaliter cepit illum, quem captū iussit per medium detruncari, & sic fuit interfecit canis ille pessimus Mahumetus, inimicus fidei Christianæ, antequam duorum annorum spatium in suo folio completeret.

*De Argono filio Abaga, qualiter fuit dominus Tartarorum post mortem Tangodor pessimi Saraceni.* CAPVT XXXVIII.

**A**Nno domini M. CCLXXXV, post necem pessimi Mahumeti, Argonus filius Abaga Can, primi imperatoris, noluit se uocari Can, quousque haberet à maiori domino in mandatis: & super eo misit Argonus ad magnū Can nuncios speciales, quos magnus Can Tartarorum benigne suscepit, & honorifice tractauit, & de morte pessimi Mahumeti fuit plurimum consolatus, & transmisit de maioribus domus suæ, & Argonum in dominio constituit. Et ex tunc Argonus fuit ab omnibus Can uocatus, & fuit ab omnibus honoratus. Iste uero Argonus fuit aspectu pulcherrimus, & dominium suum



sum tenuit uiriliter & prudenter. Christianos dilexit, & ipsos plurimum honorauit. Ecclesias quas Mahometus dirui fecerat reparauit, unde accesserunt ad eum rex Armenia, & rex Georgia, & alij Christiani partium orientis, & supplicauerunt ei, quod consilium apponeret, & iuuamen, ut terra sancta liberaretur de manibus paganorum. Argonus quoque benigne respondit, quod Christiani faceret quicquid posset ad honorem dei & fidei Christiane, unde intendebat se dux pacis componere cum uicinis, ut securius posset ire ad subditum terrae sanctae. Quumque Argonus in hoc bono proposito perseveraret, pacem quaerens cum uicinis, ecce quarto anno sui dominij transmigravit. Quidam uero frater eius nomine Regayto, sibi successit, sed fuit homo uulgius ualoris, sicut inferius exprimitur.

De Regayto successore Argoni. CAPVT XXXIX.

ANNO domini M. CCLXXXVIII. post obitum Argoni Can, frater eius Regayto nullam habebat legem uel fidem, ad arma erat penitus nihil ualens, totus erat deditus luxuriae & peccato, & in omnibus ducebat tanquam brutum animal uitam suam, uentris ingluuiem satiendo superfluis potibus atque cibis, per spatium sex annorum uixit in dominio: nihil aliud faciebat, unde per suam miseriam suis fuit exosus, & ab extraneis extitit uilipensus: finaliter fuit à suis proceribus suffocatus. Et post obitum suum, factus fuit dominus quidam eius consanguineus, nomine Baydo: iste Baydo fuit in fide Christiani fidelis, rectus, & multas fecit gratias Christianis: sed dies uitae suae subito defecerunt, sicut inferius exprimitur.

De Baydo domino Tartarorum, & qualiter obierit. CAPVT XL.

ANNO domini M. CCXC. post mortem Regayto, Baydo tenuit dominium Tartarorum. Iste Baydo tanquam bonus Christianus reuoluit ecclesias Christianorum, & praecipit, quod nullus auderet dogmata Mahumeti inter Tartaros praedicare. Et quia multiplicati erant ualde illi, qui sectam tenebant perfidi Mahumeti, moleste tulerunt mandatum Baydo, & eide occulte miserunt nuncios ad Casanum, qui fuit filius Argoni, & promiserunt sibi dare dominium, quod Baydo tenebat, & ipsum constituere dominum super eos, si uellet renunciare fidei Christianae. Casanus uero, qui parum curabat de fide, & qui dominium plurimum affectabat, promisit facere quicquid uellent, & propter hoc Casanus fuit rebellis effectus. Baydo uero congregauit gentem suam, intendens Casanum capere & tenere: prodicionem enim quam gens sua sibi fecerat, ignorabat. Quumque ad campum belli uenissent, ecce omnes illi qui sectae adhererant Mahumeti, relinquentes Baydo, fugerunt ad Casanum. Baydo quoque uidens se ab omnibus derelictum, fugam arripuit, credens euadere, sed persequentibus inimicis fugiendo interiit.

De Casano filio Argoni, qualiter dominium usurpauerit, & gestis eius.

CAPVT XLI.

POST mortem Baydo Casanus fuit factus dominus Tartarorum, initio sui dominij non audebat contraire his quae promiserat illis, qui eum in domino posterunt, qui Mahumeti sequebantur legem & sectam, & ideo austerius se ostendit nimium Christianis. Sed postquam in sede dominij firmus fuit, cepit honorare & diligere Christianos, multa fecit in uita sua ad commodum Christianorum, sicut in sequentibus audietis. Et primo destruxit quamplures magnates, qui suadebant ei, ut Saracenorū fidei adhereret, & persequeretur undique Christianos. Post praecipit omnibus Tartaris, qui in dominio suo erant, quod essent armis & omnibus necessarijs praemuniti, quoniam intendebant ingredi regnum Aegypti, & Soldanum destruere si ualeret, & hoc mandauit regi Armenia, & regi Georgia, & alijs Christianis partium orientis. Verum uerno tempore adueniente, Casanus suum exercitum congregauit, & direxit gressus suos per uiam de Baldach cum exercitu copioso. Quando uero Casanus peruenit ad terras Aegypti, congregauit in simul gentem suam. Soldanus qui uocabatur Melecnafer, iam dudum de aduentu Tartarorum

E a tartarorum

tarorum rumoribus intellectis, cōgregauit posse suum, & uenit ante ciuitatē Mames cum maximo apparatu, quæ ciuitas est sita in medio regni Syriæ, ut refertur. Quumq; Casanus intellexisset, quod Soldanus contra ipsum intenderet præliari, ad oblidionem ciuitatis uel castri noluit perdere tempus suū, sed recto tramite celeriter uenit ad locum ubi erat Soldanus, & se posuit ex aduersa parte per unam digram in quibusdam pratis, in quibus erat abundantia pabulorum. Vnde præcepit Casanus omnibus suis, quod in illo campo essent, quousq; equi requiescerent à labore quem passi fuerant in uia celeriter ueniendo. In societate uero Casani erat quidam Saracenus nomine Calphack, qui fuerat seruus Soldani, & fugerat ad Casanum propter metū Soldani, qui propter excessus intendeat illum carceribus mancipare. Iste Calphack à Casano receperat gratias & honores, & Casanus de eo plurimum cōfidebat, sed tanquam proditor maledictus per literas notificauit Soldano & Saracenis consilium & intentionem Casani, & misit qualiter Casanus morari intendeat in pratis illis, ut daretur requies equis suis, qui erant mirabiliter fatigati, & consuluit Soldano quod properaret ad pugnam quādū aduer, satorū equi erant fessi, quia faciliter posset de Tartaris uictoriam reportare. Soldanus Aegypti, qui apud ciuitatem Hames Tartaros proposuerat expectare, acquieuit tamen cōsilio proditoris, & cū electa multitudine suorū equitauit festinanter, ut ex improuiso insultū faceret in Casanum. Speculatores quidem exercitus Casani notū fecerunt aduentū Soldani. Casanus uero fecit edictū, ut omnes sui equitarent per acies ordinati, ut uiriliter reciperēt inimicos. Casanus ergo leone audacior, cū illis quos circa se inuenit, equitauit obuiam Saracenis, qui iam tantū appropinquauerant, quod præliū nō poterat euitari. Et cæteri qui per campum erant dilatati, ut requiem darent equis, nō poterant ad ipsum accedere festināter, unde Casanus præcepit militibus qui secum erant de equis descendere, & de illis in circuitum facere uelut murū, & cum arcubus & sagittis impeterent inimicos, qui laxatis habenis ad prælium properabant. Tartari uero descenderūt, & in circuitu ipsorū posuerunt equos suos, & acceptis in manibus arcubus & sagittis, expectauerūt quous, que sagittæ possent ad inimicos cōmode peruenire. Et sic omnes simul Tartari sagittates, qui in arte sagittandi mirabiliter sunt periti, equos inimicorū præcedentes taliter percusserunt, quod ante alios ceciderūt: unde illi qui sequebantur, qui cursu uelocissimo properabāt, inuenientes præcedentes prostratos, præcipitabantur super illos: unde de multis Saracenis euaserunt pauci, qui nō erant prostrati, aut sagittis Tartarorū letaliter uulnerati. Soldanus Aegypti: qui in acie illa erat, quam ocuis potuit retro cessit. Casanus hoc uidens, statim præcepit equos ascendere gentem suam, & inuadere uiriliter inimicos, & ipse fuit primus, qui Soldani acie est ingressus, & tamdiu Soldanus cum modica societate suorū bellum sustinuit, prostrando & occidendo strenue inimicos, quoad Tartari muniti, & per acies ordinati uenerūt ad pugnam: tunc inaceperunt omnes acies undiq; præliari, & durauit altercatio inter eos ab ortu solis usq; ad nonam. Finaliter uero Soldanus non potuit resistere audacie Casani, qui manu sua mirabilia fecit, & sic uertit in fugam Soldanus cum omnibus Saracenis. Casanus itaq; cum gente sua persequutus fuit usq; ad noctis caliginem inimicos diuersimode occidendo, unde tanta fuit ibi Saracenorū strages, quod tota terra dispersa extitit corporibus mortuorum. Post conflictum nocte illa requieuit Casanus in quodam loco qui uocatur Cametum, gaudens & exultans ineffabiliter de triumpho quem contra Saracenos obrinuerat nutu dei. Actum hoc anno domini M. CCCX. die mercurij ante festum natiuitatis domini.

*De uictoria quam habuit Casanus contra Soldanum Aegypti, & qualiter spolia diuisit inter socios.* CAP. XLII.

**H**is itaq; sic peractis, Casanus præcepit regi Armeniæ, & cuiusdā duci Tartarorum, qui uocabatur Molay, quod cum XL. millibus equitum Tartarorum



A rorum persequerentur Soldanum usque ad desertum Aegypti, quod distabat à campo belli per duodecim diætas & ultra. Et præcepit quod apud ciuitatem Gaccerae ipsum expectarent aut eius mandatis. Rex igitur Armeniæ & Molay prædictus cum XL. millibus Tartarorum ante solis ortum recedentes, Soldanum fuerunt celeriter persequuti. Post triduum uero Casanus milit. ad regem Armeniæ quod rediret, eo quod intendebat obsidere ciuitatem Damasci, & præcepit quod Molay procederet, sicut habuerat in mandatis, Saracenos omnes quos capere poterat perimendo. Soldanus uero quoque fugit uelociter diu noctuque dromedarios equitando, & in societate quorundam Beduinorum, qui cum conducebāt. Babyloniam mirabiliter est ingressus. Atque uero Saraceni diuersimode fugerunt, quod quilibet opinabatur se posse melius receptare: quorum magna quantitas perrexit per uiam Tripolis, qui per Christianos habitantes in monte Libani fuerunt interfecti crudeliter. Redeunte ergo rege Armeniæ ad Casanum, inuenit quod ciuitas Casana dederat se Casano, & totum ærarium Soldani & exercitus sui quod sibi erat, fuit ante Casani præsentiam deportatū, cuius multitudo extitit infinita: mirati fuerunt omnes super eo, quod Soldanus tantas diuitias secum tulerat, dum intenderet præliari. Casanus ergo congregatis omnibus illis diuitijs, & omnibus spolijs quas lucrati fuerant Tartari, post triumphum diuisit omnia liberaliter inter suos, ex quibus omnes locupletes sunt effecti. Ego uero Frithonius, qui hanc historiam cõpilaui, interfui omnibus negocijs & prælijs quæ Tartari habuerunt cum Soldano à tempore Haoloni, sed nunquam uidi uel audiuì dici de aliquo domino Tartarorum, qui plura fecerat in duobus diebus, quam fecit Casanus. Nam prima die belli cum parua societate suorum contra Soldanum & magnam copiam inimicorū prælium sustinuit, & de persona sua taliter se probauit, quod inter omnes alios bellatores famā & laudem merito est adeptus. Et de sua probitate inter Tartaros narrabitur in secula seculorum. Secunda uero die tanta erat libertas & liberalitas cordis sui, quod de omnibus diuitijs & infinitis thesauris quos acquisierat, sic inter suos distribuit & diuisit, quod in sua sorte non retinuit nisi unum ensē, & quoddam marsupium, in quo erant scripturæ terræ Aegypti, & innumerus exercitus Soldani, & similia. Et omnia alia distribuit liberaliter, ut est dictū, Et hoc præcipue erat admirandum, qualiter in tantillo corpusculo tanta uirtutum copia inueniri poterat. Nam inter XX. mille milites, uix potuisset statura minoris aliquis reperiri, neque turpioris aspectus, omnes tamen alios in probitate & uirtutibus excedebat. Et quia iste Casanus tempore nostro fuit, dignum est quod de suis gestis plenius enarremus: & ille Soldanus, qui per Casanum extitit debellatus, adhuc uiuit. Præterea illi qui ad Saracenos intendunt præcipitium, & grauamen inferre uolunt, multa poterunt sumere documenta, his historijs plenius intellectis.

Postquam uero Casanus per quinque dierum spatium requieuit, & inter suos diuisit spolia innumerabilia, ut superius est expressum, per diætas suas iter suum direxit recta ad ciuitatē Damasci. Quamquam ciues Damasci cognouerunt aduentum, timuerunt ualde, ne si Casanus eos caperet uiolenter, absque misericordia perderentur. Unde de consilio sapientum, & concordiam omnium uoluntate, suos ad Casanum nuncios transtulerunt, qui dederunt sibi multa dona, & ei clauis ciuitatis etiam obtulerunt, ab eo misericordiam implorantes. Receptis ergo xenijs & clauibus ciuitatis Damasci, præcepit Casanus nuncios quod redirent, & uictualia sufficientia exercitui præpararent, & nullatenus dubitarent, quia uolebat destruere ciuitatem, sed eam intendebat pro camera sua referuare. Recedentibus itaque nuncijs cum exultatione ingenti, Casanus post modicum equitauit ad flumen Damasci, in cuius litore tentoria sua fixit, & inhiuit, ne inferrentur damna aliqua ciuitati. Ciues uero Damasci miserunt plurima dona Casano, & de uictualibus dederunt exercitui affluenter, manibusque ibi Casanus per XLV. dies cum omnibus suis,

præter XL. milia Tartarorum, quos miserat cum Molay, qui apud ciuitate Gaccara morabantur, Casani expectantes aduentum uel mandatum.

*De Capchick qualiter fuerit proditor erga Casanum, & resituerit terras Soldano.*

## CAPVT XLIIII.

**C**VMq; Casanus taliter moraretur, & daret se solatio & quieti, ecce rumor res uenerunt de quodam suo consanguineo, nomine Baydo, qui ingressus fuerat regnum Persarum, damna Casano plurima inferendo: & quia dubitabatur ne deterius faceret, consultum fuit Casano, quod ad propria remearet His itaq; rumoribus intellectis, Casanus præcepit maiori duci sui exercitus, qui uocabatur Cotulossa, quod cum parte exercitus ad custodiam regni Syriæ remaneret, & Molay ac alij Tartaris, qui erant in terra Gaccara mandauit, quod obedirent Cotulossæ, quæ dimiserat loco sui. Post hæc ordinauit Casanus Balsuos, & rectores super qualibet ciuitate, & tradidit ciuitatem Damasci Capchick proditori superius nominato, nondum enim Casanus cognouerat uelle suum. Postea uocari fecit ad se regem Armeniæ, & suum sibi referauit recessum, dicens: Libenter tradidissimus terras, quas acquisiuimus, custodiendas Christianis, si uenissent: & si uenerint, Cotulossæ dabimus in mandatis, quod eis resituar omnes terras, quas hæcenus tenuerunt, & ad reparationem castrorum det eis subsidium opportunum. His omnibus sic completis, Casanus arripuit iter suum, tendens uersus Mesopotamiam: quumq; ad flumē Eufraten peruenisset, mandauit Cotulossæ, ut dimissis Molay xxx. millibus Tartaris, ad eum cum residuo exercitu accedere festinaret. Cotulossa quidem fecit, sicut receperat in mādatis, unde Molay stetit in custodia regni Syriæ pro Casano, & suadente Capchick proditore, Molay se transfudit uersus partes Hierosolymitana, in quodam loco nominato Gaur, ut ibi pabula pro equis, & alia necessaria inueniret. Aestiuo uero tempore ueniente, Capchick prædictus, qui erga Casanum iam dudū cōceperat falsitatem, occulte milit ad Soldanum, quod redderet sibi Damascum & alias terras, quas Casanus & Tartari occupauerant in regno Syriæ. Et Soldanus promisit Capchick, quod si ea quæ promiserat adimpleret, sibi daret perpetuo dominium ciuitatis Damasci, & de thesauro suo etiam magnam partem, & sororem suam sibi traderet in uxorem: & ita post modicum temporis spacium, Capchick rebellis effectus, fecit omnia castra Tartaris rebellare: spes enim illorum erat æstus æstiu temporis, in quo Tartari non poterant equitare, neq; suis subsidium impertire. Quando Molay uidit, quod omnes terræ rebelles factæ fuerunt, non fuit ausus stare cum tam modica gentium quantitate, unde per uiam breuiorem se transfudit ad regnum Mesopotamiæ, & notificauit Casano omnia quæ in regno Syriæ euenerant seriatim. Casanus uero tunc nō potuit aliud facere per æstum temporis. Sed ueniente tempore hyemali, super litora fluminis Eufratis suum fecit maximum apparatus, & transfudit Cotulossam cū xxx. millibus equitibus Tartaris, & præcepit quod quando ad partes Antiochiæ perueniret, regē Armeniæ conuocaret, & alios Christianos partium orientis & Cyprī, & adiungeret eos sibi. Et dum Casanus cum robore sui exercitus sequebatur, in regnum Syriæ introiret. Prædictus itaq; Cotulossa fecit sicut habuit in mandatis. Acceptis itaq; xxx. millibus Tartarorū, per diætas suas perrexit, quousq; Antiochiam applicuit, & deinde milit ad regem Armeniæ quod ueniret, unde rex Armeniæ cum suo exercitu equitauit. Christiani etiam qui erant in regno Cyprī, de aduētu Cotulossæ rumoribus intellectis, absq; moræ dispendio cum galeis & alijs lignis peruenerunt ad insulam Anteradensem, & ibi fuerunt dominus Tyrenensis frater regis Cyprī, qui erat militiæ dux & rector, & magistri domorum hospitales & templi, cum conuentibus fratrum suorum: & dum parati essent uoluntaria Christi seruitia adimplere, ecce rumor uenit de quadam infirmitate Casani, à qua taliter uexabatur, quod de conualecentia medici desperabatur, unde Cotulossa cum suis Tartaris rediit ad Casanum: rex etiam reuersus fuit Arme



Armeniam & alij Christiani, qui uenerant ad insulam Anteradensem, redierunt in Cyprum. Et ob hanc causam inceptum terræ sanctæ negocium fuit totaliter derelictum: hoc accidit anno domini M. C. C. C. L.

De maximo damno quod habuerunt Tartari in planicie Damasci propter aquarum abundantiam.

CAPVT XLIIII.

ANNO domini M. C. C. C. L. Casanus congregato iterum exercitu copioso cum magno apparatu, peruenit usque ad flumen Eufratem, intendens regnum Syriæ introire, & sectam Mahumeti totaliter destruendo, terram sanctam libere restituere Christianis. Saraceni uero Casani timentes aduentum, & quum in bello non considerent se esse pares, totam terram eorum combussissent ante faciem Tartarorum, ita quod collectis frugibus, & alijs in terra crescentibus, ac animalibus in castris & in munitionibus congregatis, residui totius ignibus deuastarunt, ut quum Tartari uenirent, non inuenirent uisualia, neque pabula pro iumentis. Quando Casanus intellexit ea quæ fecerat Agarenis, & qualiter dissipauerat totam terram, cogitans quod equi illis in terris taliter deuastatis non possent sustentari, accepit consiliū remanendi super litora fluminis Eufratis illa hyeme, & ueris tempore ueniēte, dum herba inciperent pullulare, perficere iter suum. Maiorem enim curam habebant Tartari de equis suis quam de seipsis, quia dum modico & uili cibo sciant esse contenti, de seipsis quodammodo non curabant. Tunc Casanus misit pro rege Armeniæ, qui sine tarditate ueniens, super flumine se locauit. Et tanta fuit ibi gentis multitudo, quod exercitus Casani per tres diuitas extendebatur in longum, à quodam uidelicet castro quod uocatur Caccabe, usque ad aliud castrum nominatū Labire: quæ quidem castra erant Saracenorum, sed absque insulso aliquo reddiderunt se Casano. Quumque Casanus taliter moraretur tempus congruum expectando, ut posset de Saracenis perficere uota sua, & terram sanctam de ipsorum manibus liberare. Et ecce, diabolus obstaculum interiecit. Nam Baydo superius nominatus, terras Casani iterum introiuit, & inulit damna multa, sicut Casano extitit enarratum. Unde consultū fuit Casano quod ad propria remearet. Casanus quidem plurimum perturbatus, pro eo quod tamdiu differebatur negocium terræ sanctæ, iussit Cotulossæ duci suo, quod cum XL. millibus Tartaris regnum Syriæ introiret, & ciuitatē Damasci caperet, & omnes perderet Saracenos. Rex quoque Armeniæ cum gente sua præfato duci Cotulossæ est associatus. Casano itaque ad propria redeunte, Cotulossa cum XL. millibus Tartaris, & rex Armeniæ cū suo posse regnum Syriæ introuerunt, & omnia deuastantes, quousque peruenerunt ad ciuitatem Hames, ibique crediderunt, sicut alias fecerant Aegyptij, exercitum inuenire, sed certos intelligentes rumores de Soldano, quod esset in ciuitate Gaccaræ, inde nullatenus egressurus. Obsederunt ergo uiriliter ciuitatem Hames, quam post paucos dies uolenter ceperunt, & indifferenter omnes Saracenos gladio peremerunt, ibique inuenerunt diuitiarum copiam, & magnam multitudinem armatorum. Deinde uero se transferunt ad ciuitatem Damasci, ut eandem quoque obsiderent, & ecce ciues suos miserunt nuncios, supplicando quod eis concederetur induciæ triduanæ, quas inducias habuerunt. Præcursores uero Tartarorum, qui fere per unam diuitam transierant iam Damascum, ceperunt quosdam Saracenos, quos transferunt ad Cotulossam, ut per eos inquireret certa noua. Cotulossa ergo per illos Saracenos rumoribus intellectis, quod ibi prope circa duas diuitas erant mille ducenti equites Saracenorum, qui aduentū Soldani quotidie expectabant: cum festinatione equitauit, ut ex improviso illos caperet & teneret. Et quādo Cotulossa & rex Armeniæ peruenerunt ad locū, ubi erant mille ducenti equites Saracenorum, erat quali hora uespertina. & paulo ante applicuerat in Soldanus. Cotulossa ergo & rex Armeniæ, qui credebant occupare solos illos mille ducentos Saracenos, uidentes se in sua opinione deceptos, steterunt ut consiliū caperent. Consiliū itaque fuit Cotulossæ, quod requiesceret nocte

E 4 illa

illa, & inimicos in crastinum impugnaret, quum dies iam ad uesperam decessisset. Cotulossa uero qui uispenebat Soldanum, & etiam gentē suam, noluit in hoc casu uelociter consilio alicuius, imò præcepit festinanter acies ordinari. Saraceni uero hoc uidentes, steterunt, quia à quodam lacu & quodam monte erant à duabus partibus præmuniti. Et sciens quòd Tartari absque eorū discrimine ad eos accedere non ualebant, noluerunt exire ad pugnam, sed ibi firmiter expectauerunt. Quumq; Tartari crederent absq; obstaculo inuadendos Saracenos, & ecce quendam ante se riuulum inuenerunt, qui in certis locis transitum non habebat, unde tardauerunt Tartari multum, antequam possent transire riuulum supradictum. Sed postquam Cotulossa & rex Armenia cū maiori parte suorū riuulū transuerūt, in inimicos uiriliter insulserunt. Soldanus stetit, nec de loco quidem ubi erat inter lacum & montem, uoluit se mouere. Noctis uero caligine appropinquante, dum uideret Cotulossa Soldanum stantem, & nolentē ad pugnam egredi, ut sperabat, congregatis suis iuxta montē, nocte illa quiescit: ueruntamen circa mille Tartarorū, qui non potuerūt eo die riuulum pertransire, nō fuerunt cum alijs nocte illa. Veniente uero die, ad pugnandū se Tartari parauerūt, & in Soldanum uiriliter insulserūt: sed Soldanus noluit in campū uenire more bellatorū, sed stetit in illo tutiori loco, cū gente se quantum poterat defendēdo, Tartari uero conabatur extrahere Saracenos, sed nullo modo potuerūt. Durate uero insulsa à mane usq; ad nonam, propter defectū aquæ, quam nō inuenerant nocte illa nec die, tardio & siti nimīū fatigati retrocesserūt, & dimisso Soldano recesserūt unus post alīū paulatim per turmas & acies ordinati, quousq; peruenerūt ad planitiē Damasci, ibiq; inuenerūt abundantiam magnā aquæ, & pasca ualde bona, & ordinatū fuit ibi stare, quousq; hominibus & equis daretur quietes opportuna, ut postmodum melius possent redire ad præliū cum Soldano. Habitatores uero Damasci sciens quod exercitus Tartarorum erat in illa planicie collocatus, quadam nocte aquas fluminis per quosdam meatus & riuulos discurrere permiserūt, & antequā octo horæ noctis illius pertransissent, aquæ in tantum creuerūt ubiq; quod Tartari coacti sunt surgere & recedere festināter. Quumq; nox illa esset multum tenebrosa, & fossata forent omnia plena aquis, & nulli tramites apparerēt, omnes fuerūt quasi confusi, & multa animalia, arma, & Carnesia amissa fuerunt in illa planicie propter aquas, & etiam plures homines suffocati, & inter cæteros rex Armenia plura dicitur amisisse. Veniente uero die, per gratiam dei aquarū pericula euaserunt. Sed quā arcus & pharetræ Tartarorum: cum quibus præcipue præstantur, ac alia ipsorū essent totaliter madefacta, quod illa nō poterant exercere, unde fuerūt totaliter stupefacti: quod si inimici eos persecuti fuissent, nullus penitus euasisset, imò illos uelut aues capere potuissent. Post hæc uero paulatim Tartari propter illos qui equos suos amiserant, incedentes ad litora fluminis Eufratis sunt reuersi, nec aliquis inimicorum ausus fuit illos sequi, siue inuadere quoquo modo, quandoquidē peruenerūt ad flumen, quod transire oportuit natando, & sicut melius fieri poterat super equis, dum flumen illud esset turbidum & inflatum propter abundantiam pluuiarū, multi Armeni perierunt in illo, etiam Tartari & Georgiani, & multi equi fuerūt in flumine suffocati: & sic accidit, quod nō per potētiam inimicorū, sed casu & malo consilio tanquam confusi ad propria redierunt. Hoc quidē dicitur euenisse, eo quod Cotulossa uolebat acquiescere cōsilio alicuius. Nam si sapientibus credidisset, illa potuisset pericula facilliter euitasse. Ego enim Fr. Haithonis huius historię cōpilator, præmissis omnibus præsens fui, & si forte sit per hæc materia loquor prolixius quàm decet, mihi quæso uenia tribuatur. Nam hoc facio, ut in calu simili similia discrimina ualeam reminisci. Rebus enim consilite actis, consueuerunt fines laudabiles obrineri, & econtra, quæ improuide sunt, optatis successibus sepius carent. Postquam itaq; rex Armenia flumen Eufraitem pertransiuit nō sine damno suorum, decreuit ire ad Ca-

sanum



sanum antequam ad regnum Armeniæ remearet, unde recto tramite perrexit ad ciuitatem Niniue, in qua Casanus tunc residebat. & Casanus regem suscepit honorifice & benigne, & super amissionibus atq; damnis regi plurimum est compassus, unde eidem fecit gratiam specialem. Nam sibi concessit mille Tartaros, qui suis expensis semper essent stantes in custodia regni sui. Et de regno Turquiæ præcepit Casanus certam quantitatem pecuniæ regis dare, de qua posset alios mille equites stipendiarios ad suum placitum retinere. Rex igitur accepta licentiâ, ad regnum Armeniæ est reuersus, & Casanus ei iniunxit, quod prudenter uigilaret circa custodiam regni sui, quousque ad subsidium terræ sanctæ personaliter, dante domino, posset ire.

*Qualiter Casanus ante mortem suam Carbagandan suum fratrem successorem in regno constituerit.* CAP. XLV.

Rex itaq; Armeniæ ad terram suam rediit, sed postquã sibi applicuit, partem habuit de quiete. Post hæc uero, sicut deo placuit, Casanus fuit quadam graui infirmitate detentus. Et quia sapienter in uita sua egerat, uoluit etiam ultimo commendari, unde suum sapienter condidit testamentum, & sibi instituit heredem & successorem Carbagandan fratrem suum. Postquam ordinauit prudenter ea quæ erant ordinanda circa negotium regni sui & domus suæ, fecit pulchras constitutiones & leges, quas suis dimisit in memoriâ, quæ quidem à Tartaris firmiter obseruantur. Post hæc Casanus diem clausit extremum, & successit sibi in regno Carbaganda frater suus. Iste Carbaganda, fuit huius cuiusdam bonæ memoriæ domini, quæ fuit uocata Eroccaton, quæ fuit in fide Christi deuotissima & fidelis, & quamdiu uixit, faciebat sibi diuina officia quotidie celebrari, & tenebat Christianum presbyterum, & sacellum, unde iste Carbaganda fuit baptisatus, & nominatus in suo baptisma Nicolai, & quamdiu mater eius uixit, in fide Christianorum permanit. Sed post obitum domini matris suæ, dilexit societatem Saracenorum, unde in fide Christianorum relicta, adhæsit sectæ perfidi Mahumeti. Rex uero Armeniæ de obitu Casani fuit plurimum perturbatus. Nam per hoc inimici fuerunt in magna superbia cleuati. Vnde accidit, quod Soldanus regem habebat ualde exosum, & etiam gentem suam. Nam per totum illum annum sepe mensis quolibet, Soldanus Babylonici misit magnam copiam armatorum, qui totum regnum Armeniæ deprædabantur, & præcipue planicie circumdabant, damna multa sæpius inferendo, & sic nunquam scitur regnum Armeniæ tantam habuisse molestiam temporibus retroactis: sed deus omnipotens & misericors, qui sperantes in se nullatenus derelinquit, compassus est miserabilibus Christianis. Vnde accidit mense Iulij, ut septem millia Saracenorum de mellioribus domibus Soldani, regnum Armeniæ fuerint ingressi & iuerint omnia deuastando usq; ad ciuitatem Tarsensem, in qua B. Paulus apostolus natus fuit. Et quum multa damna intulissent prouinciæ, & redierent, ecce rex Armeniæ suis undiq; congregatis, Saracenis deprædatoribus obuiauit, & prope ciuitatem Ayatij bellum inquit cum eis: sed nutu Dei potius quam bonitate nostra, prædicti Saraceni fuerunt totaliter debellati, quod de illis septem millibus Saracenorum non euaserunt trecenti qui non essent capti, aut diro gladio interempti, licet ferocitate sua crederent inuadere totum regnum, & Christianos regni Armeniæ in uno hiatu gutturis absorbere posset. & hoc actum fuit quadam die dominica xviii. mensis Iulij. Post illum conuictum Saraceni non fuerunt auli regnum Armeniæ introire, & misit Soldanus Aegypti, & treugas cum rege Armeniæ iniit & firmauit.

*De distinctionibus huius operis, & qualiter habuit originem.*

## CAPVT XLVI.

Go uero Fr. Haithonus interfuit omnibus prælibatis, qui dudum prope ueram habitum sumere regularem, sed propter inconuenientiam discrimina & ardua negotia regni Armeniæ, cum honore meo non poteram in tantis necessitatibus derelinquere consanguineos & amicos. Vnde postquã deus sua

pie

pietate mihi cōcessit gratiam dimittendi regnū Armeniæ, & populum Chri-  
 stianum, post multos labores meos in statu pacifico & quieto, cōfestim uocā  
 quod diu uouerā, uolui adimplere. Accepta itaq; licentiā à domino meo re-  
 ge, & ab alijs cōsanguineis & amicis in campo illo, ubi deus de inimicis tris-  
 tum concesserat Christianis, arripui iter meum, & perueniens in Cyprā,  
 in monasterio episcopæ Præmonstratensis ordinis suscepti habitū regulārē,  
 ut qui in iuuentute mea militauerā mundo, in seruitijs dei residuū uitæ mez  
 pompis huius seculi relictis, consumerem. Anno domini M. CCCV. Gratia  
 igitur ago deo, quoniā regnū Armeniæ hodie est in statu æquo, bono & pa-  
 cifico reformatum: præcipue per modernū regem dominū Liouonum, filium  
 quondā domini Theodori, qui tanq; indolis gloriosæ uirtutibus illustratus,  
 omnibus regētib; est speculum gratiosum. Et firmiter creditur & speratur,  
 quod in diebus istius regis iuuenis, qui bonitate suos antecessores præcellit,  
 cum auxilio dei regnū Armeniæ ad statū pristinū reducetur. Præterea huius  
 operis compilator, ea quæ narrat & scribit in isto libro, tribus modis asserit  
 se sciuisse. Nam ab initio Changij Can, qui fuit primus Imperator Tartaror-  
 rum; usq; ad Mango Can, qui fuit quartus imperator, narrat ea fideliter, quæ  
 in Tartarorum historijs cōtinentur. A Mango Can uero usq; ad mortē Hæo-  
 Ioni, ea quæ narrat & scribit, sciuit & audiuit per dominū auunculum suum,  
 quod dominū Haithonum regē Armeniæ rescribere fecit, qui præsens fuit,  
 illis tēporibus, omnibus prænotatis, & cum magna diligentia narrabat hæc  
 filijs & nepotibus, & faciebat redigi in scriptis, ut melius memoriter teneret.  
 Ab initio quidem Abaga Can usq; ad finem tertiæ partis huius libri, ubi si-  
 nem capiunt historie Tartarorum, sciuit ipse tanquam ille qui præsens fuit,  
 unde de his quæ suo tempore euenerunt, perhibet testimonium ueritati. Et  
 licet hucusq; narrauerimus de historijs & gestis Tartarorum, adhuc restat de  
 ipsorum dominio & potentia, præcipue qui nunc uiuunt aliquid referendū,  
 ut melius cognoscantur.

De Tamor Can sexto imperatore Tartarorum, & de potentia sua, & subiectorum  
 suorum. CAP. XLVII.

**M**agnus itaq; imperator Tartarorum, qui nunc tenet imperium, uocatur  
 Tamor Can, & est sextus Tartarorum imperator: sedem imperij sui te-  
 net in regno Cathay, in quadam maxima ciuitate, quæ uocatur Ions, quam  
 ædificari fecit pater suus, sicut superius est expressum. Potentia quidem eius  
 est ualde magna, plus enim posset Imperator solus ille, quam omnes simul  
 alij principes Tartarorum. Gentes istius imperatoris reputantur nobiliores  
 & ditiores, & sunt melius munitæ necessarijs: quoniam in regno Cathay, in  
 quo nunc degunt, diuitiarū multarū abundantia maxima inuenitur. Præter  
 magnum imperatorem, sunt alij tres magni reges & principes Tartarorum,  
 quorum unusquisq; dominium magnum tenet, obediunt tamen imperatori  
 tanq; eorū domino naturali. Et quæstiones quas inter se habent, ad impera-  
 toris curiam deferunt, & per eius iudiciū decidunt. Primus quidem istorū  
 regum uocatur Chapar, alter uocatur Hochtay, & alius Carbanda appella-  
 tur. Iste Chapar dominium suum tenet in regno Turquestan, & magis appro-  
 pinquat genti imperatoris, quam alij. Potest etiam, ut dicitur, ad pugnam cō-  
 gregare quatuor centum millia equitum armorum. Homines illi sunt auda-  
 ces & strenui bellatores, non tamen habent equorum siue armorum abun-  
 dantiam, sicut necessarium esset eis. Multoties gens imperatoris mouet istius  
 guerram, & isti quandoq; mouent guerram cōtra Carbanda & gentē suam.  
 Dominium istius Chapar antiquitus fuit unius domini per magnam par-  
 tem, qui Doay nomine appellabatur. Hochtay rex Tartarorum, dominium  
 suum tenet in regno Cumania in quadam ciuitate quæ uocatur Sara. Pos-  
 test etiam, sicut dicitur, congregare ad pugnam sexcentum millia equitū bel-  
 latorum: isti nō tantum commendantur in facto armorum, sicut gentes Chaz-  
 par, licet equos habeant meliores. Quandoq; mouet guerram cōtra gentem  
 Carbanda.



Carbanda, quandoq; contra Vngaros, quandoq; inter se rixantur. Præfens uero Hochtay dominū suum tenet pacifice & quiete. Carbanda suū habet dominium in regno Asia maioris, & moratur in ciuitate Taurisij; ducere potest ad pugnam tercentū millia equitum bellatorum. Isti sunt à diuersis partibus congregati, diuites sunt, & omnibus necessarijs bene muniti. Chapar & Hochtay quandoq; mouent guerram contra prædictū Carbanda. Carbanda uero nulli guerram mouet, nisi Soldano Aegypti cōtra quē sui antecessores sæpius pugnauerunt. Chapar & Hochtay libet̄er auferrent terram & dominium Carbandæ, si ualere, sed nō possunt, licet potentiores sint eo terris & gentibus, ut dictū est. Et hæc est ratio, qualiter Carbanda potest resistere tantæ potentia inimicorum, & defendere terram suam. Asia enim tota in duas partes est diuisa, una enim pars dicitur Asia profunda, & in illa parte habitat Imperator, & duo reges superius nominati, Chapar uidelicet & Hochtay. Asia uero pars uocatur Asia maior, & in illa moratur Carbanda sæpe dictus. Tres uiāe sunt solummodo, per quas itur de profunda Asia ad Asiā maiorem: una uidelicet uia, per quam itur de regno Turquestan ad regnū Persarū. Alia uia est quæ dicitur Ledorbent, quæ uia est prope mare, ubi Alexander construxit ciuitatē uocatam Portam ferri, sicut in historijs regni Cumaniāe plenius continetur. Alia uia est per mare maius, quæ transit per regnum Abcas; per primam uiam non possunt habere ingressum gentes Chapar ad terram Carbanda absq; magno discrimine & labore, quia nulla pabula inueniuntur pro equis usq; ad plures dietas, quia terra illa est arida & deserta, & antequam possent peruenire ad terras cultas & habitatas, equi totaliter deficerent propter famē; aut ita fessī, & uiribus uacuatī, quod à parua quantitate inimicorum possent faciliter debellari, & sic nolūt capere illud iter. Ex parte uero de Ledorbent possent gētes Hochtay habere ingressum ad terras Carbandæ sex mensibus anni solummodo: uidelicet tēpore hyemali. Sed Abaga fecit fieri magna fossata, & alia munimenta in quodam loco uocato Ciba, & ibi stat semper præcipue tempore hyemali, custodia armorum, qui defendunt transitum ab inimicis. Gentes uero Hochtay toties tentauerūt occulte transire per uiā, sed non potuerunt, uel possent aliqua ratione. Nam in quadā planicie, quæ uocatur Monga, stant in hyeme quadam aues magnitudinis fasanorum, quæ pulcherrimas habent plumas, & uocantur Seyserach, unde quando aliqua gentes ingrediuntur illam planiciē, statim fugiunt illæ aues, & transeunt per illas custodias & fossata, & illi qui sunt deputati ad custodiā illius loci, per illas aues manifeste cognoscunt inimicorum aduentum, & ad defensionem continuo sunt parati. Per uiam uero maioris maris nunquam attentauerunt ire, quia ibi est regnum Abcas, quod est gentibus & terris bene munitum, & nullam possunt habere fiducia in eisdem, & hoc modo Carbanda, & sui antecessores usq; modo defenderunt se à tanta potentia uicinorum. Insuper aliqua dicemus breuiter de modis & moribus Tartarorum.

De fide, uita, moribus, conditionibus Tartarorum. CAP. XLVIII.

Tartari sunt ab alijs nationibus gentium, modis & moribus sic diuersi, quod uix possit absq; tædio ipsorum diuersitas explicari. Consentit enim unum deum esse immortalem, & inuocant nomen dei, aliter uero parū faciūt, quia nō ieiunant, uel orationes siue afflictiones faciūt ob dei reuerentiā; siue alia bona opera. Nec dei timore mala perpetrare pretermittunt Tartari. Homines interficere non reputant esse peccatum: & si dimitterent frenū in equorum suorum ore, quando pascere se deberent, deum crederent mortali ter offensisse. Fornicationem & luxuriā non reputant esse peccatū. Plures uxores ducūt: & oportet secundum consuetudinē, quod filius nouerant suam ducat post obitum patris sui, & frater relictam fratris, & thorum faciūt cum eisdem. Tartari in factio armorum sunt strenui bellatores, & sunt obediētes eorum superiori plus quam aliæ nationes: & in pugna omnes cito cognoscunt per signa & documenta uoluntatem ducis eorum, unde absq; magno

Asia profunda  
da & maior.

Seyserach  
aues

pulum Christi  
osefium uos  
nino meore  
inimicis mī  
in Cyprū  
itū regularē  
uī uitæ me  
c. v. Gratia  
bono & pa  
onum, filium  
s illustratus  
& speratur  
res præcellit  
æterea huius  
modis asserit  
tor Tartaro  
deliter, quæ  
mortē huius  
culum suum,  
præfens fuit  
narrabat hæc  
riter teneret.  
libri, ubi s  
præfens fuit,  
ueritati. Et  
uoc restat de  
d referandū.

scorum

im, uocatur  
perij sui to  
lons, quam  
quidem eius  
imnes simul  
r nobiliores  
Cathay, in  
itur. Præter  
artarorum,  
imperatorū  
ad impera  
uidem illorū  
da appellat  
magis appro  
pugnam cō  
li sunt auda  
orum abun  
mouet ista  
gentē suam  
ignam par  
dominium  
r Sara. Por  
a equitū bel  
entes Char  
tra gentem  
Carbanda.

gno labore Tartarorum exercitus ab illis qui præfident gubernantur. Dominus Tartarorum nulla stipendia dat eis, imò oportet quod uiuant de prædiis & uenationibus quas acquirunt: & si uellet dominus, posset ab eis auferre quicquid haberent. Quando Tartari equitant, seci ducunt magnam copiam armatorum, & de lacte equorum pocula sumunt, & carnisbus uescuntur, & illas reputat ualde bonas. Tartari in equis sunt agiles, & sagittarij ualde boni pedites nesciunt incedere nisi pigre. Tartari sunt sagaces & ingenijs ad expugnandas ciuitates & castra, & semper uolunt habere prærogatiuam contra suos inimicos, in pugna nec uerentur fugere, si fuga prosit. Hanc habent Tartari prærogatiuam in campo belli existentes, quia si eis placuerit, prælia buntur: & si uoluerint prælium euitare, aduersarij cum eis nõ poterunt dimicare. Pugna Tartarorum est ualde periculosa, quia in uno conflictu Tartarorum moriuntur plures & uulnerantur, quam in uno magno prælio alterius nationis, & hoc accidit propter sagittas, quas faciunt cum arcibus fortiter & directe: & sunt in arte sagittandi ita periti, quod sagittæ eorum ferè armorum penetrant omne genus. Quando debellantur, fugiunt omnes simul turmas & acies ordinati, & ualde periculosum est illos sequi, quoniam retrogra de sagittas faciunt fugiendo, & homines & equos uulnerant & occidunt. Exercitus Tartarorum non est magnæ apparentiæ, quia omnes simul congregati incedunt, ita quod acies mille Tartarorum, quingentorum apparentiam uix habeat. Tartari curialiter hospites suscipiunt, & cibum libenter diuidunt cum eisdem, & uolunt sibi per uiam similem responderi, alioquin accipiunt uolenter. Tartari sciunt occupare alienas terras, sed ipsas nesciunt custodire. Tartari quãdo sunt debiliores, efficiuntur humiles & benigni: & quãdo sunt fortiores, sunt pessimi & superbi. Tartari nolunt quod coram eis aliquis mentiatur, & ipsi libentissime mentiuntur: in duobus tamen mentiri nesciunt, in factio armorum uidelicet, quia nullus erit ausus de probitate quam non fecerit, se iactare, aut negare si fecerit utilitatem. Aliud est, quod qui seculi aliquod fecerit, de quo etiam debeat condemnari ad mortem, interrogatus à domino, ueritatem continuo confitetur. Et hæc de Tartaris dicta fuisse ciant, quia longa esset moris ipsorum per omnia enarrare.

*De conditione quam habere debet bellum incepturus.*

CAPVT. XLIX.

**R**atio postulat & requirit, quod quicumque contra suos inimicos guerram mouere intendit, debeat quatuor præuidere. Primo, quod iustam causam habeat guerram cum suis aduersarijs inchoandi. Secundo, considerare debet posse suum, utrum sufficiat in expensis & alijs necessarijs ad guerram manu tenendam, & ipsam sine debito terminandam. Tertio, inuestigare debet sapienter, inimicos, intentionem & statum. Quarto, guerram debet inchoare tempore cõpetenti. Ego uero Fr. Haithonus, qui ex mandato summi pontificis sum de hac materia loquuturus, dicere possum, quod Christiani iustam habent causam guerram mouendi cum filijs Ismaëlis, quoniam hæc reditatem eorum obtinent occupatam, uidelicet terram sanctam, & sanctum sepulchrum domini nostri Iesu Christi, in quo fuit origo fidei Christianæ, & alia sancta loca Christianis plurimum reuerenda. Insuper propter atroces iniurias, & nimium horrenda opprobria, quæ cum multa nostri sanguinis effusione Agarenii intulerunt Christianis, temporibus retroactis, & etiam propter alias rationes & causas uarias & diuersas. De potentia uero dico, quoniam nemo debet penitus ignorare, quin sacrosancta Romana ecclesia, quæ totius orbis est domina & magistra, potentiam habet cum congregatione regum & principum Christianorum, & fidelium crucisignatorum, terram sanctam erudiendi de seruitute inimicorum fidei Christianæ, qui peccatis nostris exigentibus illam detinent occupatam. De cognoscendo uero statu inimicorum, hoc cõpetenti tempore, in quo guerra debeat inchoari, oportet prolixius aliqua enarrare, Nam sicut bonus medicus, ut ad conualecentiam ægrum



regnum perducatur, causam debet aegritudinis perscrutari: ita decet prouidum bellatorem, inimicorum inuestigare conditionem & statum, ut guerram possit incipere prouide & audacter, & illi finem laudabilem imponere. Sapientiam enim & strenuo duci, nihil debet esse occultatum de potentia inimici, quoniam nam praeuisa non laedunt, & improuisa consueuerunt sapienter animos perturbare, praecipue in discrimine, ubi loci uel temporis spatium non habetur periculum occurrere tam paratis. In omni enim opere potest correctionis medela facilius adhiberi, quam in pugna, in qua poena errorem continuo sequitur. Ut igitur de his quae dicturi sumus, super passagio terrae sanctae clarior intelligentia adhibeatur, aliqua narrabimus de statu & conditione terrae Aegypti, de exercitu Babyloniae, & potentia inimici.

De conditione regni Aegypti, & Soldani potentia. CAPVT L.

Soldanus ille, qui regnorum Aegypti & Syriae hodie obtinet principatum, uocatur Melomaser, & de natione Cumanorum extitit oriundus. Milites sui exercitus sunt de diuersis partibus & nationibus congregati, quia habitatores illarum partium in facto armorum nihil penitus sunt ualentes, unde oportet, quod de alienis gentibus eius potentia roboretur. Potentia quidem Soldani perditur armatorum est modica: equitum uero est plurimum copiosa. Maior pars exercitus Aegypti, sunt serui emptio pretio, quos mali Christiani saepe portant cupiditate lucrandi, aut in praелиis acquisiti, quos compellunt eorum seculae & fidei adherere. Et illi qui empti pretio pecuniae extiterunt, chariores sunt & habentur, & plus alijs honorantur. Soldani Aegypti semper est timidus & suspectus, ne gens sua in eius praecipitium aliqua machinetur. Sunt enim illi serui talis naturae, quod semper aspirant ad dominium occupandum, & ob hanc causam plures Soldani gladio perierunt. Potentia exercitus Babyloniae circa uiginti millia potest esse equitum, ex quibus sunt aliqui in arte armorum periti & strenui bellatores, maior tamen pars illorum magni pretij non habetur. Quando Soldanus equitat, & gens sua magna & multa armenta secum trahunt, & onera camelorum, equos pro armis habent satis bonos, & equas satis agiles ad currendum, non tamen possent ad magnos sufficere labores, & mularum & rominorum copiam non habent. Exercitus Soldani est promptus ad seruitia & paratus, quia milites habitant omnes simul in ciuitate Chayri. Conditio uero ipsorum est talis, quia unusquisque habet stipendia sua de quibus uiuit, quae summa centum & uiginti florenos annuatim uix excedunt, & oportet tenere tres equos, & unum camelum. Et si forte Soldanus Aegypti extra regnum duceret gentem suam, aliquid daret sibi si uellet de gratia speciali. Milites uero istos dat Soldanus regendos proceribus suis, quos nominat Amurates, & dat alteri centum, alij ducentos, plus uel minus, sicut ei placebit, & quantum ascendunt in summa stipendia militum, quos concesserit Amurato, tantundem dabit Soldanus Amurato pro sua persona, & soluit sibi etiam stipendia militum quos tenebit: unde illi, quem Soldanus uoluerit ad magna promouere & honorare, dat plures milites ad tenendum. Secundum uero ordinem praetaxatum, magna fit Soldano derogatio seruitiorum & defectus, quia Amurates emunt seruos pretio pecuniae, & ponunt illos ad stipendia, & in numero militum armatorum, aut ponunt ad seruitia gentem parui pretij quibus concedunt equos & arma, & pro suis stipendijs dant eis aliquid, & residuum totum conservant, unde in multis talibus pauci inueniuntur qui sint ad arma ualentes.

De potentia Soldani in regno Syriae. CAPVT LI.

Potentia uero Soldani in regno Syriae circa quintum millia militum potest esse qui de terris & redditibus uiuunt. Habet etiam Soldanus magnam copiam Beduinorum & Turcorum, qui sunt aduenae & forenses, de quibus magnum habet iuuamen, praecipue ad obsidendum ciuitates & castra, quia secum uadunt sola intentione aliquid acquirendi. Ad alia uero seruitia non possent Soldanus illos trahere absque stipendijs, & si forte uellet illis uiolenti

tiam inferre, ipsi recederent sine mora, Turquiniani uſdelicet aſcenderunt ma-  
gnos montes, & deſertum Arabiæ peterent Beduini. Aliquos etiam habet  
Soldanus pedites ſagittarios in terra de Malbeck & circa montē Libani, &  
in terra Aſſinori, qui etiam ad caſtra & ciuitates obſidendas, ſeruitia ma-  
gna præſtant, ſunt enim Chriſtianæ fidei inimici, ualde ingeniōſi ad ciuita-  
tes capiendas & caſtra, quas capere ſciſit per machinas, arcus, baliflas, ignes  
inextinguibiles, meatus ſubterraneos, & alia diuerſa genera inſultandi.

De regno Aegyptiorum, qualiter de gente in gentem tranſlatum eſt.

## CAPVT LII.

Imperator Græcorum coſueuit terræ Aegypti dominium obtinere, & per  
duces & rectores terram illam gerebat, qui reditus colligebant, & Impera-  
tori Conſtaſtinopolim tranſmittebant, & durauit dominium Græcorum  
uſq; ad annos domini D. C. CIII. Aegyptij uero nequeuntes pati dominium  
Græcorum, à quibus mirabiliter grauebantur, reddiderunt ſe Saracenis, &  
elegerunt dominum ſuper eos, quendam de progente Mahumeti, quē uoca-  
uerunt Caliph, & tenuerūt iſti dominū Aegypti, annis C. C. XLVII. Poſtea  
uero amiſerunt dominū, & Medi, qui Cordinis uulgariter appellantur, do-  
minū occupauerūt, ſicut clarius inferius exprimitur. Anno domini M. LIII  
bonæ memoriæ Amanricus rex Hieroſolymitanus cum omnibus Chriſtia-  
nis quos potuit congregare, ingreſſus fuit terram Aegypti, & plures acqui-  
ſiuit ciuitates & uillas. Caliphus uero uidens, quod nō poterat reſiſtere Chri-  
ſtianiſ, miſit nuncios ad Soldanum Halappi, implorans ſubſidiū ab eodem,  
unde Soldanus Halappi, qui ſectam ſequēbatur Caliphi, miſit ad ſubſidium  
Caliphi quendam ſuum ducem, qui uocabatur Xaracon cum magna copia  
armatorum, qui tantum fecerunt, quod de regno Aegypti fugauerunt Chri-  
ſtianos, & recuperauerūt terras quas occupauerant Chriſtiani. Poſt hæc qui-  
dam accidit, ut uideret terram Aegypti diuitijs opulentam, & Caliphi poten-  
tiam quaſi nullam, ad illius terræ dominium aſpirauit, unde cepit Caliphum  
perſonaliter, & illum carceri mancipauit, & regnū Aegypti inualit uiriliter,  
& ipſum dominio ſuo ſubdidit, & conſtituit ſe dominū & Soldanū. Iſte Xa-  
racon fuit de regno Medori, de natione Coraſminorum, & fuit de natione  
ſua primus dominus in Aegypto. Poſt obitum uero Xaracon, ſucceſſit ſibi  
in dominio quidam filius ſuus nomine Soladinus, & tantum creuit poten-  
tia iſtius Soladini, ut ipſe regem Hieroſolymitarum & Chriſtianorum poten-  
tiam debellarit, & cepit uiolenter ſanctam ciuitatē Hieroſolymitanam, &  
alias plures terras. Et poſt obitum iſtius Soladini fratres ſui & nepotes ſuc-  
ceſſiue Aegypti dominium tenuerūt uſq; ad tempus cuiuſdam Soldani, qui  
uocatus fuit Melecaſala. Iſte Melecaſala dominabatur in Aegypto tempore iſ-  
to, quo Tartari ſubiugauerunt regnum Cumanorum. Et audiens qualiter  
Tartari pro modico pretio uendebant Cumanos quos ceperant, miſit cum  
magna ſumma pecuniæ per mare mercatores, & fecit emi de iunioribus Cu-  
manis in maxima quantitate, qui fuerūt deportati in Aegyptum. Melecaſala  
multum dilexit Cumanos quos emerat, & ipſos fecit cum magna diligentia  
nutriri, & in arte equitandi, ſagittandi, & arma tractandi illos inſtruxit, &  
magnam gerēs fiduciam penes ſeipſos detinuit, quodammodo omnes alios  
elongando. Et eo tempore quo B. Ludouicus Rex Francorum bonæ memo-  
riæ tranſiret auit, & Chriſtiani nominis amore fuit carceribus mancipatus, præ-  
nominati ſerui empti Cumanis interfece-  
runt Melecaſala eorum dominū &  
Soldanum, & conſtituerunt eorū dominum quendam ex ipſis nomine Tur-  
quinianum. Et ob hanc cauſam rex Franciæ & frater ſuus qui Saracenorū  
carceribus tradebantur, fuerunt redempti & facilius liberati, & hoc modo  
ceperunt prædicāti Cumanis in Aegypto primus dominari, & uocatur iſta  
progentes Cumanorū in partibus orientis Caphac. Poſt paucos uero dies qui-  
dam alius ex prædicātis Cumanis nomine Cathos, prædicātum Turquinianū  
gladio iugulauit, & fecit ſe dominū & Soldanū, & uocatus fuit Melecmes  
& iſte

Rex Franco-  
rum in carce-  
rem coniectus



**A** & iste Melecmees debellauit Guiboga capitaneum Tartarorum, quos in custodia regni Syria dimiserat Haolonus. Quumq; Melecmees ad Aegyptum rediret quidam alius Cumanus nomine Bendecar, & ipsum interfecit in uia, & se constituit dominū & Soldanum, & fecit se uocare Melecdaer. Iste fuit sagacissimus, & in facto armorum strenuus atq; audax, suo tempore multum creuit Saracenorum potentia in Aegypto, & in regno Syria, & multas occupauit ciuitates & castra, quas Christiani tenebant, & iste cepit nobilissimam ciuitatem Antiochia, anno domini M. C. CLXVIII. Et postmodum regno Armenia intulit multa damna. Tempore uero istius Soldani Melecdaer, transtulit se ad partes Siria rex Angliae bonae memoriae, dominus quem Soldanus interficere cogitauit, per quendam assassinum, qui ipsum regem uulnerauit gladio ueneno, sed per dei misericordiam, & per multos labores ad conualescenciam est deductus. Post haec fuit idem Soldanus Melecdaer ueneno potatus, obiitq; in Damasco. Post obitum uero Melecdaer factus fuit Soldanus filius suus Melecday, sed confestim quidam alius Cumanus nomine Elsi, detecit ipsum de sede, & constituit seipsum dominum & Soldanum, illum fugauit extra regnum Aegypti. Praedictus Soldanus Elsi ciuitatem Tripolitanam obsedit, anno domini M. C. CLXXXIX. & uiolenter occupauit eandem.

*De ciuitate Acon, qualiter à Christianis sit amissa.* CAPVT LIIII.

**A**nno uero sequenti praedictus Soldanus Elsi congregauit undique possum, & egressus fuit de Aegypto, intendens obsidere ciuitatem Acon, & dum in quodam ameno loco requiesceret quadam die, per quendam seruū suum, quem totius exercitus sui constituerat ducem & rectorem, fuit ueneno potatus: qui dum crederet dominium usurpare, fuit continuo per altos frustatus caesus, & factus fuit Soldanus filius Elsi, qui uocatus fuit Melatasseraff, & ille fuit qui cepit nobilem ciuitatem Acon. Anno domini M. C. CXCII.

**P**ostquam uero praedictus Soldanus Melatasseraff rediit in Aegyptū, & quadam die iuisset uenatū, per quendam seruū suum fuit in nemore interfecus, qui dum crederet se futurū Soldanū, fuit statim ab alijs detrunceus. Postea uero fecerūt dominū ac Soldanū illum, qui hodie est Soldanus, qui uocatur Melecnafer, qui fuit frater Melatasseraff superius nominati. Et quia iste Melecnafer erat ualde iuuenis, datus fuit sibi baiulus & tutor quidē nomine Guiboga, qui fuit Tartarus natione, & fuerat seruus emptitius patris sui. Iste Guiboga usurpauit dominū, & Soldanum iuuenē posuit in quodā castro Crac de Monreal, eidem faciens necessaria ministrari. Iste Guiboga fecit se appellari Melecchadel. Tempore uero istius Guiboga, fuit in regno Aegypti tanta rerū uictualium caritudo, quod omnes Saraceni fame defecissent & penuria, sicut canes, nisi forte aliqui fuissent Christiani, qui eis dē multa uictualia deuulerant cupiditate lucrandi. Post haec autē Guiboga praedictus, qui fecerat se Soldanū, intellectis rumoribus de aduentu Tartarorū, congregauit exercitum suum, & uenit ad regnum Syria, ut terras à Tartaris tueretur. Iste Guiboga honorabat & diligebat multum homines suae nationis, unde Cumani per inuidiam sibi dominū abstulerūt, & fecerunt Soldanū quendam ex ipsius nomine Lachim, & iste fecit se nominare Melecnafer. Iste Lachim noluit destruere Guiboga, qui eius extiterat socius & amicus, imō dedit sibi dominū cuiusdam terrae, quae uocatur Sarfac, & ciuitatē Hamac: inhiabit tamen sibi, ne staret in regno Aegypti. Praefatus uero Soldanus Lachim stetit in castro Cayri per triennium, nec fuit ausus inde exire praeter timorem suorum, nisi forte quadam die quo descendit ad planiciem causa ludendi, & tunc equus cecidit sub eo, & fractū fuit crus eius. Finaliter cum luderet ad ludum Scachorū, quidam ex seruīs illius arripuit ensē Soldani, & percussit eū in capite & occidit, sed interfectus fuit ab alijs continuo detrunceus. Post haec fuerūt magna discordia Saraceni de Soldano & domino eligendo. Demū uero posuerunt in sede dominū Melecnafer iuuenem superius nominatum, quem Guiboga

*Mons regalis  
uulgo Crac*

boga posuerat in castris Montis regalis, ut superius est expressum. Et iste Me-  
 lecnaser est ille Soldanus, quem Casanus debellauit in campo, & qui regnat  
 hodie in Aegypto. Parcatur mihi, si prolixius quam deceret, uerbum tenui de  
 Cumanis, qui sunt serui empti & uenditi, & de Soldanorum eorum natione,  
 qui saepius inter se occiduntur. Nam hoc feci, ut clarius demonstrarē, quali-  
 ter non possunt stare longo tempore, qui talem aduersitatem incurrant, quod  
 non possent egredi de Aegypto, nec ad partes alias cum exercitu se transferre.

De situ & conditione regni Aegypti. CAP. LIIII.

**R**egnū Aegypti est ualde locuples & amēnū, longitudo eius per quin-  
 cim diētas extenditur, & per tres solummodo latitudo. Istud regnum est  
 quasi insula à tribus partibus deserto & sabulo circumdatum, & ex alia parte  
 habet mare Græciæ. Ex parte orientis uicinum est regno Syriæ magis quam  
 alteri terræ: ueruntamen inter unum regnū & aliud est iter octo dierum, sem-  
 per per sabulum incedendo. Ex parte occidentis habet quandam provinciam  
 Barbariam, quæ uocatur Bartat, sed inter unam terram & aliam, est desertum  
 quindecim diētarum. Ex parte uero meridiei est regnum Nubianorum, qui  
 sunt Christiani, & sunt nigri sicut pix propter solis æstum, & inter unam ter-  
 ram & aliam est desertum Aranzæ duodecim diētarum. In regno Aegypti  
 sunt quinque provincie, prima & maior nominatur Sayt, alia Demesor, ter-  
 tia Alexandria, quarta Resint, & ista quidem est insula, & fluminibus circun-  
 data. Quinta uero dicitur Damiatā. Maior ciuitas regni Aegypti uocatur  
 Chayre, & est ualde magna ciuitas & diuitijs repleta, & ibi prope est quadā  
 alia antiqua ciuitas, quæ uocatur Meser, & illæ duæ ciuitates suū habent su-  
 pra litora fluminis, quod labitur per medium Aegypti, quod uocatur Nilus,  
 & in Bibliā Geon nominatur. Istud flumen est uilius flumen quod ualeat res-  
 periri: irrigat enim omnes terras per quas labitur, & illas facit fertiles & a-  
 mœnas: per istud flumē potest uenire nauigiū, quod ualde est profundū, ab-  
 undantiam habet honorum piscium, & possit per omnia commendari, nisi  
 esset quod quadam animalia resident in eodem, quæ ad similitudinem sunt  
 draconis, & deuorant equos & homines, & alia quæcumque animalia in flumi-  
 ne si illa inueniant, & etiam super ripam, & ista animalia Cocatrix uulgariter  
 appellatur. Istud flumen semel crescit in anno, & incipit crescere à me-  
 dietate mensis Augusti, usque ad festum B. Michaelis, quotidie augmentan-  
 do: & quando est in perfecto augmento, tunc homines primo dimittunt a-  
 quas discurrere per meatus & riuiolos ordinatos, & omnes terræ fructifera se  
 rigantur, & XL. diebus stat aqua supra faciem terræ: deinde incipit decre-  
 scere & sicari, postea semina seminantur, & crescunt solummodo per irrigationē  
 fluminis, quia in partibus illis non pluit, ita quod uix hyems cognoscitur ab  
 æstate. Insuper habitatores terræ Aegypti posuerunt quandam columnam  
 marmoream in medio fluminis ante ciuitatem Meser, & in illa columna fece-  
 runt signa, & quando flumen crescit usque ad perfectum augmentum, respi-  
 ciunt illa signa columnæ, & si aqua creuerit usque ad summū lignū, tunc sciunt  
 se habere fructuum ubertatē, si uero minus creuerit, sciūt per illa signa, quod  
 contrarium debeat euenire, & secundum hoc pretia rerum imponunt. Aqua  
 ipsius fluminis est sanissima ad bibendum. In regno Aegypti sunt duo por-  
 tus maris, uidelicet Alexandria & Damiatā: ciuitas Alexandria est bene mu-  
 nita, & circumdata muris fortissimis. Aquam uero quā bibunt ciues Alexan-  
 driæ, uenire faciunt de flumine Nili, per quendam meatum subterraneum &  
 occultum, & implent multas cisternas quas habent in ciuitate ordinatas. A-  
 liam uero aquam non habent, de qua possent bibere præter illam, unde si au-  
 ferretur ciuibus illa aqua fluminis, non possent diutius permanere. Altera ue-  
 ro ciuitas Alexandriae esset difficilis ad expugnandum utolenter: ciuitas Da-  
 miatæ sita est super flumine Nili, & antiquitus fuit circumuallata ambitu mu-  
 rorum, sed capta fuit bis per Christianos, semel uidelicet per regem Hierosoli-  
 lymitanum, & alios Christianos partium orientis, & alia uice per B. Ludouicū  
 cum

Nubiani

צפון

Nili deseri-  
 ptio Hebraice

Crocodilli



cum regem Franciæ, pro cuius redẽptione Saracenis fuit postmodum restituta, unde diruerunt illam Saraceni, & transposuerunt illã longe à flumine & à mari, nec ibi fecerunt muros, siue alia munimenta: & uocant terram illã nouam Damiatam: uetus uero Damiatã, est sine habitatione totaliter derelicta. De portibus uero Alexandriæ et Damiatæ, Soldanus recipit magnos redditus à mercatoribus, & alijs multis modis. Terra Aegypti dat omniũ frugũ & fructuum ubertatẽ, & optimam chacharam in maxima quantitate: uinum modicum, tamen bonum, & odoriferum ualde. Saraceni non audent uinum bibere, quia eis inhihitum est lege. Carnes crastinas, hœdinas, gallinaceas, et uolatilia satis habent, modicum de bouinis, tamen camelos comedunt loco bouum. In regno Aegypti degunt simul cum Saracenis quidam Christiani, qui uocantur Rapti. Ritum tenent laeobitarum, & multas habent in illis partibus Abbatis, quas libere tenent, & sine censu, & illi sunt antiquiores habitatores terræ Aegypti. Nam Saraceni ibi habitare cœperunt postquam illius terræ dominium occupauerunt. Res uero quæ deficiunt in Aegypto, quibus maxime indigent Saraceni, nec alias habere possunt, nisi ab extraneis partibus deferantur, sunt ligna, pax, ferrum, selau, & serui empti, de quibus corũ exercitus roboratur, & oportet quod prædictæ res deportentur per mare, & sine ipsis stare non possunt. In toto regno Aegypti non est ciuitas siue castrũ, seu alia terra munita murorum ambitu, præter ciuitatẽ Alexandriæ, quæ fortis est, & præter castrum Chayre, quod posset absq; difficultate maxima expugnari, & in illo castrò Chayre cõmoratur Soldanus. Tota terra Aegypti per exercitum militum defenditur & tuetur. Prima igitur die qua exercitus Aegypti debellatur, & equitum potentia conuulsata, tota illa terra subiugatur absq; resistentia alicuius.

*De tempore competentis, mouendi bellum contra filios Ismael.*

## CAPVT LV.

POSTquam rationabiliter ostendimus iustam causam quam Christiani habent mouendi guerram contra perfidos Saracenos, & sufficenter diximus de potentia sacre Romanæ ecclesiæ, tractauimus etiam de conditione & statu regnorum Aegypti & Syriæ, ac de posse Soldani & gentis suæ: ultimo restat aliquid dicere de tempore competentis: breuiter dico ergo, quoniam meritis possimum dicere uerbũ istud: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc tempus salutis: nam nunc est uere acceptabile tempus impertiendi subsidium terræ sanctæ, quæ diutius iacuit à perfidis canibus laerata. Nunc est acceptabile tempus, quo corda fidelium debent succendi ad passagium terræ sanctæ, ut de manibus inimicorum eruatur sanctum sepulchrũ domini, origo & fundamenta spei nostræ: nec recolimus habuisse tempus tam acceptabile, tamq; salubre, temporibus retroactis, sicut deus omnipotens nunc per suam misericordiam multis indicijs demonstrauit. Primo enim concessit nobis omnipotens & misericors deus pastores, & patrem sanctissimum, qui postquam sedidit in sede pontificatus, prouisione diuina, toto mentis affectu, diu noctũq; anxie cogitauit, qualiter terræ sanctæ subsidium ualeat impertiri, qualiter sepulchrum domini debeat liberari à seruitute inimicorum blasphemantium nomen Christi: unde firmiter est credendum, quod deus suos misericordes oculos conuertendo, sibi in terris constituit summum uidelicet pontificem sanctissimũ patrem nostrum, cuius tempore acceptabili, diuina fauente clementia, sancta ciuitas Hierusalem sub iugo seruitutis Mahumeti diutius iam detenta, proculdubio erepta, reducetur ad pristinam libertatem. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, quo adeo firmiter demonstratur, quod terra sancta debeat liberari de potentia inimicorum. Nam per gratiam Iesu Christi omnes reges & principes Christiani, & respublicæ inter se sunt in statu pacifico & quieto, nec aliqua procella odij uel scandali perturbantur, sicut olim fieri consueuit. Vnde deus omnipotens hoc nobis demonstrat, uolens terræ sanctæ misericorditer opitulari. Præterea omnes Christiani

ni diuersarum partium & regnorum, fide ac deuotione accens, parati sunt, tam humeris quam cordibus figere crucis signum, & ad terrę sanctę subsidium transfretare, non parcendo laboribus, nec expensis, & pro nomine Iesu Christi exponere se & sua uiriliter & feruenter. Ecce nũc tempus acceptabile, quod Christianis à domino demonstratur. Nam potentia inimicorum fidei Christianę, est ad præsens mirabiliter diminuta: tũ propter guerras Tartarorum, cum quibus nuper bellando passi fuerunt conflictum, in quo Saracenorum innumerabilis cecidit multitudo, quę nondum potuit reitaurari. Tum propterea, quod ille Soldanus, qui regnat hodie in Aegypto, est homo nullius ualoris, & nullius penitus bonitatis. Est etiam alius, quia omnes principes & Soldani Saracenorum, qui consueuerunt impertiri subsidia & iuuamen Soldano Aegypti tempore opportuno, totaliter deseruerunt per potentiam Tartarorum, quod non remanuit nisi unus, qui dicebatur Soldanus Meredini, cuius etiam posse & dominia redacta sunt sub seruiture & potentia Tartarorum, & ipse personaliter est detentus: unde his temporibus absque magno discrimine & labore poterit recuperari terra sancta, & acquiri regnum Syria & Aegypti, ac totaliter destrui ac confundi potentia inimicorum impiorum, facilius per gratiam Iesu Christi, quam fieri potuisset multis temporibus iam elapsis. Ecce nunc tempus acceptabile Christianis à domino demonstratum. Nam Tartari offerrent se exponere libentissime posse suum ad subuersionem, & totalem destructionem inimicorum nominis Iesu Christi. Et tempore quidem isto, præcipue cum auxilio Tartarorũ terra sancta recuperari posset, & regnum Aegypti absq; magno discrimine faciliter subiugari. Deceret igitur Christianos dare subsidium terrę sanctę, & absq; tarditate. Nam mora ad se trahit magnum periculum & discrimen, uidelicet, ne forte, quod absit, Carbanda Christianorum amicus deficiat, & loco eius resurgat pessimus inimicus, & qui forte adhereret sectę & fidei Mahumeti, & per consequens cũ Saracenis unanimis deueniret, & hoc posset Christianis ad maximum grauiamen & periculum redundare.

*De prosperitatibus & aduersitatibus inimicorum fidei Christianę.*

CAPVT LVI.

**A**D honorem igitur dei & domini nostri Iesu Christi, de cuius misericordia meum spero supplere defectum: Dico quod ad acquirendam terram sanctam cum minore periculo & labore, oportet quod Christiani terram sanctam ingrediantur, & posse inimicorum inuadant, eo tempore, quo inimici uexari aduersitate aliqua dinoscantur. Nam si prosperitatis inimicorum tempore Christiani hoc facere attentarent, non sine labore maximo & periculis possent perficere uota sua. Quę uero sit inimicorũ fidei Christianę aduersitas, quę uero sit prosperitas, breuiter enarrabo. In his quidem consistit prosperitas eorundem, quando uidelicet inimici habent dominum & Soldanum strenuum & sagacem, talem qui cauere sciat & possit à fraudibus suę gentis, & absq; pauore rebellionis & perditionis suum possit dominium regere & tenere. Item quando inimici in requie, absq; guerrarũ uexatione Tartarorum, uel aliorum longo tempore persisterunt. Item, quando in regnis Syria & Aegypti frugum fertilitas est abundans. Item, quando per mare, & per terram uite secure patent, & in eis absq; contradictione cuiusquã res necessaria abundanter ab extraneis partibus deferuntur. Item, quando treugas habent cum Nubianis & Beduinis deserti Aegypti, nec ab eis modo aliquo infestantur. Insuper quando Turquiniani & Beduini, qui degunt in regnis Syria & Aegypti, fideliter obediunt Saracenis. Ex his enim prosperitatibus in tantum inimicorum potentia roboratur, quod non possent de facili subiugari. Sed e conuerso, aduersitates possent inimicis accedere multis modis, quando



quando uidelicet infideles suum perimunt dominum & Soldanum, & hoc saepe & sepius faciunt & fecerunt. Nam postquam illa Cumanorum progenies cepit dominari in Aegypto, sicut superius enarratur, nouem fuerunt Soldani, & domini ordinati: & de nouem eorum dominis & Soldanis, qui fuerunt in Aegypto, usque ad praesens tempus, quatuor fuerunt diro gladio intercepti Turquiniani, Cothos, Melec, Aflerat & Lachinus, & duo potati ueneno mortifero, Benedeclar uidelicet & Ellinus. Alij, Melektayt & Guiboga, uiriliter exultauerunt: & iste Soldanus Melecnaser, qui regnat hodie in Aegypto, extitit semel pulsus, & adhuc stat in suspendio uita sua, finem sui pessimum expectando. Itē, alia inimicis potest aduersitas euenire, uidelicet quando flumen Nili non crescit, ita quod terras Aegypti possit, ut conuenit, irrigare, quoniam tunc famem & penuriam patiuntur: & hoc eis quod accidit, non est diu: fame enim & inopia tunc perissent Christianae fidei inimici, & regnum Aegypti totaliter dereliquissent, nisi forent cupidi Christiani, qui eis portauerūt uicualia abundanter. Tunc etiam propter defectum uicualium milites Aegypti efficiuntur pauperes & mendici, & ipsos oporteret equos & arma uendere, & familias minuere propter famem, & sic non possent per consequens recedere de Aegypto. Milites enim Aegypti talis conditionis existunt, quod quando uolunt egredi de regno Aegypti, & ad partes alias se transferre, oportet quod pro octo diebus omnia necessaria secum ferant, quia in itinere octo dierum nihil penitus inueniunt, quum sit totum sabulum, quod incedunt: unde si militi deficiat unus equus uel camelus, non possit se à provincia elogare, & ob hanc causam Soldanus Aegypti taliter impeditur, quod non possit ad regnum Syriae se transferre. Item, quando inimici diutius guerra aliqua uexarentur. Item, magna aduersitas esset inimicis, & multipliciter caediosa, si per mare eis uis taliter artarentur, quod res quibus carent, & quibus magis indigent ad sustentationem, eorum exercitus non haberet, sicut ligna, pax, ferrum, seruos emptos, de quibus reficiunt eorum exercitum & augmentant, & alias res quamplures, quas habere non possent, nisi ab extraneis partibus portarentur, & sine illis stare diutius non ualerent. Item, quando Nubiani mouerent inimicis guerram, uel etiam Beduini: per hanc enim guerram potentia inimicorum possit taliter impediti, quod ad defendendum regnum Syriae de Aegypto egredi non ualerent. Item, quando terra Syriae deficeret in redditibus per temperiem temporis, uel propter guerras Tartarorum, uel alio quoquo modo. Nam si in regno Syriae deficeret uicualia, ita quod exercitus Soldani copiam non haberet, non possit in regno Syriae commorari. Nam ab Aegypto siue alia regione nullum potest ad regnum Syriae deportari, unde inimici non possent recedere de Aegypto. Quandoquocumque ergo inimici ab una quauis aduersitatum praedictarum uexantur, sine dubio essent taliter impediti, quod ad defendendum regnum Syriae, de Aegypto recedere non ualerent: unde Christiani regnum Hierosolymitanum faciliter occuparent, & possent ciuitates & castra diruta reaedificare absque contradictione cuiuspiam, & interea se taliter praemunitis, quod potentiam inimicorum postmodum non timerent.

## De primo passagio terre sancte. CAPVT LVII.

Prosperitatibus & aduersitatibus inimicorum non sine causa rationali superius enarratis, de initio passagij effudi, iuxta meae paruitatis notitia deuote & fideliter aliqua explicabo, ad correctionem tamē uestrae sanctis. sanctitatis. Mihi ergo uideretur pro maiori securitate & comodo passagij generalis, quod prius praemitterentur aliqua copia militum & pedum armatorum, ad praetendendam & cognoscendam potentiam inimici, cuius copiae quantitate sufficerem esse iudicio in praesenti mille equitum, decem galearum, & trium millium militum pedum armatorum: super his etiam legatus à se de passagio mitteretur, & capitaneus strenuus & fidelis, qui ipsos omnes regerent & foueret, & feliciter cum eis, dante domino, transfretaret iuxta eorum discretio

nem & providentiam, in insulam Cypri, aut ad regnū Armeniæ applicaret, deinde absq; morā dispendio ex parte legati, & capitanei ipsius armamenti, per consilium & iuvamen regis Armeniæ, nunciū mitterentur ad Carbanda dominum Tartarorum: duo inter cetera requirendo, unum videlicet quod per totam terram sui domini faceret inhiberi, ne mercationes seu vicissalia siue animalia ad inimicos portarentur. Aliud, quod mittere vellet suorum militum quantitatem in confines Meleti, qui prope terras inimicorum figeret castra sua, & terras Halappi sapius prædarentur, circumcirca quotidie devaliando. Nostri quoq; peregrini cum fidelibus regis Armeniæ atq; Cypri, Saracenis guerram mouerent, & tam per terram quàm per mare, impugnantur ut iliter inimicos, & præcipue conarentur taliter maritimam custodire, quod inimicis nihil penitus portaretur. Possent insuper nostri Christiani à nostra insula præmuniri, quæ quidem insula in loco competenti & utili noscitur esse sita, pro cōmodo galearum. Exinde possent Christiani inimicis inferre non modica detrimenta. Veruntamen modum incipiendi guerram, & terras inimicorū inuadendi, ad præsens dicere prætermitto, quoniam iuxta inimicorū conditionem & statum oportet consilium mutari, & operari con silio sapientum, qui præsentibus his negocijs intererunt. Comoda uero, quæ de isto primo scilicet paruo passagio consequi poterūt, dante domino, Christiani, inferius breuiter describentur.

*De commodis primi passagij.*

CAP. LVIII.

PRIMUM igitur cōmodum esset istud, primū passagium poterit taliter ordinarī, cum auxilio aliorū fidelium partium orientis, uel etiam Tartarorū, quod nulla dabitur requies inimicis, & incurrere poterunt damna plurima, & etiā detrimēta. Nam si per Christianos & Tartaros guerra moueatur Soldano Aegypti, per terram & per mare, ut superius est expressum, ad defensio nem terrarū suarum, Soldanus compelleretur transmittere gentem suam, ut t̄a terras illas quæ mari sunt propinquæ, quàm alias quæ possent inuadi, faciat custodiri. Si ergo moueatur guerra per Tartaros & Christianos in prædictis partibus Meleti, inde Babyloniam usq; ad ciuitatem Halappi, quæ distat per XXV. dietas, oportebit inimicos uenire ut terras tueantur, & Christianis & Tartaris se opponāt. Et illi qui pro isto seruitio transmittentur post modicū temporis spatium erunt taliter fatigati, affecti tædio, equis & expensis etiam denudati, quod nullatenus ibidem poterūt diutius commorari, multis rationibus atq; causis, quas exprimere seriatim esset forsitan tædiosum: unde rede uentibus primis ad propria, alij ad terræ custodiam mitterentur: & in tribus uel quatuor mutationibus sic peractis, inimici prædarentur, uacuantur expensis, & damna incurrerēt infinita. Per primū passagiū inimici possunt plurimum infestari, uidelicet quod si cum armamento decem galearum passagij, & alias quæ armari poterunt in regnis Armeniæ atq; Cypri, terræ Saracenorum posita, prope mare uiriliter inuadantur, de facili poterunt deuastari, & bonis omnibus spoliari, & Christiani cum galeis ad insulam Anteraden sem possent sospites remeare. Vnde oportet Soldanū de Babylonia cum toto suo posse ad regnum Syriæ se transferte, ut sufficientem habere possent copiam armatorum, per quos daret subsidium omnibus terris, quæ prope maris litora situm habent. Egressio quidem Soldani de Aegypto, causa ueniendi ad regnum Syriæ, eidem esset periculosa, & plurimum damno sa. Periculosa, propter dolum & prodicionem suæ gentis. Tædiosa, quia sapius posset à fidelibus Christianis infestari. Damno sa, quia suum ararium consumeret & vastaret. Vix enim crederetur, si dicerem summam thesauri quam Soldanum & gentem suam oportet expendere, quotiescunq; egreditur de Aegypto. Ite per prædictas galeas portus inimicorum & omnes uix maris poterunt taliter coartari, quod inimici non poterunt habere quiete quā de rebus illis, præcipue quibus magis indigent, & sine quibus diutius stare non possent, sicut ferrum, ligna, pax, & ferui empti & alia, sine quibus non possent eorum exercitū sustinere.



sentare, nec ista habere possunt, nisi per mare ab extraneis partibus deserantur. Præterea inimici amitterent redditus portuum maris, qui excedūt pecunie magnam summam. Item, si inimici aduersitate aliqua turbarentur, per quam impedirentur taliter, quod de regno Aegypti egredi non ualere, nec terris Syriae præstare iuuam, tunc enim Christianis primi passagij cum auxilio aliarum partium orientis sufficientes essent ad reedificandam ciuitatem Tripolis. Sunt enim in monte Libani Christiani degentes sagittarij, pedites ualde boni circa XL. millia uirorū, qui libenter subsidium & iuam impenderent peregrinis, qui multoties fuerunt Soldano rebelles, & Saracenis damna plurima intulerunt. Et postq̄ ciuitas Tripolis esset reedificata, Christiani possent illam defendere & tenere usq̄ ad aduentum passagij generalis, & per consequens possent totum comitatum Tripolis occupare, & hoc cederet ad magnum commodum Christianorum generalis passagij, quia inuenirēt ibi portum paratum, ubi possent commodè applicare. Item, si Tartari acquirerent regnum Syriae, & per consequens terram sanctam, Christiani primi passagij inuenirent parati recipere ciuitates & castra, ut Tartari eas munirent & tenerent. Nam ego qui satis bene noui Tartarorum modum, credo firmiter quod Tartari libenter terras quas acquirere, custodiendas, & tenendas traderent Christianis libere & quiete, & absq̄ censu, seu aliqua seruitute. Nam propter æstum in illis regionibus Tartari nullatenus habitaret, unde gratū esset eis plurimum & acceptū, quod Christiani illas terras caperent & tenerent: non enim præliantur Tartari cum Soldano Aegypti, ut terras occupent & acquirant, quum tota Asia eorum dominio sit subiecta: sed ideo quod Soldanus semper eorum extitit inimicus, & plura eis intulit grauamina, præcipue quando habuerunt guerram cum Tartari conuicinis, unde ad omnia prædicta negocia inchoanda satis credo sufficere quantitatem superiorum nominatam, uidelicet millia militum, decem galearum, & trium militū pedum bellatorum. Et uidetur mihi quod in his principijs plura non operarentur plures, etiam si totidem adderentur, & expensas plurimum augmentarent. Præterea de isto primo passagio, alia duo commoda sequi possunt. Nam postquam peregrini primi passagij per spatium temporis stetit in partibus Syriacis, & uidissent conditionē prouinciæ, & nouissent potentiam inimici, & modū etiam præliandi, instruere possent consocios, ueniētes passagio generali. Itē, posito quod Tartari propter guerras, quas forsitan haberent cum Tartari conuicinis, non possent aut uellent Christianis subsidium impertiri, & quod Soldanus in sua prosperitate persisteret, & ita quod laboriosum esset nimis eruerē terram sanctā de manibus paganorū. Reuerenda S. V. cōditione terræ sanctæ plenius intellecta, uisa etiam & cognita potentia passagij generalis, possent melius discernere quid super his fieri expediret, ut uidelicet transiret debere passagiū generale, an deceret tēpus magis congruū expectare, & sic possent multa incumbentia discrimina euitari. Insuper si mihi uenia tribuatur, audeo dicere duo uerba, unum uidelicet, quod S. P. V. scribere dignaretur regi Georgianorum qui sunt Christiani, & terre sanctæ peregrinationibus deuotiores quā alie nationes, mandantes quod peregrinis darent subsidium & iuam, credo firmiter, quod ob reuerentiam domini nostri Iesu Christi, & uestre etiā sanctitatis, libenter & deuote uestrū studerēt adimplere mandatū. Sunt enim, ut diximus, deuotissimi Christiani, & sunt potentes, & multi atque strenui bellatores, & regno Armeniæ quodammodo sunt uicini. Aliud, quod S. P. V. dignaretur etiā scribere regi Nubianorū, qui per B. Thomam apostolum ad fidem Christi in Aethiopia sunt conuersi, mandantes quod Soldano Aegyptij guerram mouere debeant, & posse suum impediant & infestent. Credo etiam firmiter quod illi Nubiani ob amorem domini nostri Iesu Christi, & ob reuerentiam V. S. terram Aegypti Soldani inuadere conabuntur, Soldano & genti suæ damna & impedimenta plurima inferendo. Et istæ literæ de mandato V. S. procedentes,

mandatæ

mandari poterunt regi Armeniæ, qui ipsas faceret transferri eorū idiomate, & per bonos nūcios destinabit. Hucusq; deuotissime & fideliter reseraui ea, quæ parua mea notitia sentiebat, super initio passagij & subsidij terre sancte. Nunc uero S. V. obediendo mandatis, ad generale passagium me conuerto, de his quæ expediunt aliqua loquuturus ad correctionem semper S. P. V.

## De passagio generali. CAP. LIX.

Generale passagium per tres uias potest arripere iter suum, per uiam uidelicet Barbariæ. Sed de ista uia consulendum relinquo illis, qui statum & conditionem nouerunt illius regionis. Item per uiam Constantinopolitanam, per illam uidelicet, quæ tenuit dux Godefredus de Boliono, & alij illius terræ peregrint. Et per hanc uiam passagium generale usq; ad ciuitatē Constantinopolitanam secure, ut credimus, possent ire. Vltierus uero iter per Turquiam usq; ad regnū Armeniæ procedendo: uia illa non est libera, nec absq; discrimine peregrinis, propter Turquos qui in partibus illis degunt: possent tamē per Tartaros uia illa securari, & totaliter expediri. Possent insuper Tartari ordinare, ut peregrini de terra Turquiæ haberent uictualium copiam & equorū, etiā pretij cōpetentis. Alia uero uia est per mare, quæ est omnibus manifesta: unde si per mare uoluerint incedere peregrini, oportebit quod in omnibus portibus eis mariniæ naues parentur, & alia bona ligna sufficientia ad passagium transportandum: & oportet quod in termino prætaxato, & tempore cōpetenti omnes peregrini congregentur ad litora maris, parati naues incendere, & cum dei adiutorio faciliter transfretare: in Cyprū enim poterūt applicare peregrini, ut tam ipsis quā eorum equis in itinere plurimū fatigatis, requies tribuatur. Postquam uero in Cyprum passagium incolume applicasset per dei gratiam, & per dies aliquos quieuisset, si primi passagij peregrini ciuitatē aliquam firmauissent in partibus Syriarum per breuem uiam, ad illam possent passagiū se transferre. Et si forte primi passagij peregrini non firmassent ibi aliquod munimentū, oportebit passagiū per regnū Armeniæ arripere iter suū, hoc modo uidelicet, quod peregrini in regno Cyprum cum equis suis pacifice requiem sibi darent usq; ad festum B. Michaëlis, ut infirmitas planiciei regni Armeniæ æstiuo tempore euitetur. Post uero festum prædictum ad regnū Armeniæ secure poterunt se transferre, & ibi inuenirent omnia necessaria affluent. Veruntamen in ciuitate Tarsensi poterunt cōmodius permanere, quia ibi est abundantia aquarū & pabulorum, & tamen de regno Turquiæ, cui uicina est, quā de regno Armeniæ, equos, uictualia, & omnia necessaria habere poterunt abundanter. Post hæc autē ueris tempore ueniente, passagium poterit per terram dirigere gressus suos, ad nobilem ciuitatem Antiochiæ, quæ distat à regno Armeniæ solummodo per diētam, & nauigium poterit per mare ad portum Antiochiæ applicare, ita quod exitus terrestris maris nauigio appropinquabit. Oblessa igitur ciuitate Antiochiæ, quæ captiua bitur facilitate, deo dante, peregrini poterunt diebus pluribus requiescere in eadē, & inimicorū terras undiq; deprædare, ac in terea scire & cognoscere in eadē. Sunt præterea in illa regione Christiani sagittarij ualde boni, qui sine dubio ad exercitū Christianorū uenirent, & multa possent passagio impertiri. Post hæc uero de Antiochiā recedentes, peregrini poterūt incedere per litora maris uersus ciuitatē Lyciæ, & illa uia esset breuior & melior, & semper nauigiū exercitui appropinquaret. Veruntamen prope castrū Margati in maris litore, est quidā transitus magnæ genti plurimū taxodiosus, quæ quidem transitū si nō haberent, possent absq; discrimine Antiochiā remeare, & incedere per uiam Fenich uersus Casareā, per litora cuiusdā fluminis ascendendo, quod flumē Kenel uulgariter appellatur, & per illā uiam inuenirent aquas & pascua, & terras inimicorū abundantes frugibus, uictualibus, & alijs bonis, ex quibus Christiani prædas caperēt, & exercitui necessaria ministrarēt, & sic possent per uiam illam ire de Antiochiā usq; ad ciuitatē Hamam, quæ est ciuitas opulenta, & per potentiam passagij cum auxilio dei

facili



faciliter caperetur. Et si forte Soldanus se opponeret Christianis resistendo ne caperent ciuitatem, tunc Christiani in illo loco magnam haberet prerogatiuam si prelium iniretur. Et si per dei gratiam peregrini possent debellare Soldanum, nullam postmodum resistenciam inuenirent, unde recto tramite possent ire ad ciuitatem Damasci, quae in ceteris conditionibus libenter se redderet Christianis. Nam postquam ciues Damasci sciret debellationem Soldani, resistendi audaciam non haberent, imò fauerent in omnibus Christianis, sicut fecerunt Haolono & Casano, qui Damasci dominium habuerunt absque labore aliquo post debellationem Soldani. Et postquam Christiani occupassent Damascum, residuum regni faciliter obtineret. Et si forte Soldanus praesidium uitando non ausus contra Christianorum potentiam belliger apparere, Christiani recedentes inde ad Tripolim possint ire, & ibidem in quatuor dierum spatio peruenirent, ibique etiam posset nauigiū applicare, unde posset Tripolitana ciuitas reparari, & magnū possent peregrini habere subsidium & iuuamē, per Christianos qui in mote Libano sunt degentes, & per hunc modum ciuitatem Tripolitana acquirere & tenerent, deinde possent regnum Hierosolymitanum occupare, cum auxilio domini nostri Iesu Christi.

De societate Christianorum & Tartarorum. CAP. LX.

DE societate uero Christianorum & Tartarorum, uidetur mihi, quod aliqua quantitas Tartarorum, uidelicet circa decē millia, possent multa commode Christianis per uias & itinera incedendo. Nam propter timorem Tartarorum Beduini, neque Turquiniani essent ausi Christianorum exercitui appropinquare. Praeterea uictualia & alia necessaria exercitui procurarent, & uenienda de longinquis partibus deferrent, & inde aliquid lucrarentur. Itē per Tartaros posset inuestigari intentio & conditio inimicorum, quia Tartari sunt agiles ad currēdum itinera, bene sciunt unde possunt ingredi & egredi ad eorum liberam uoluntatem: insuper ad inuadendum inimicos in campo, et ad insultandum ciuitates, castra, seu alia munimenta Tartari necessarii & utiles esse possent, quia ad talia sunt ualde ingentosi. Si uero Carbāda uel alius loco sui, ingrederetur Aegyptum cum magna multitudine Tartarorum, tunc eorum effectus uitanda. Nam dominus Tartarorum non dignaretur se qui uoluntatem Christianorum, imò uellet quod Christiani suis parerent mandatis. Praeterea Tartari sunt omnes equites, & ualde festināter incedūt, unde Christianus exercitus eos sequi non posset propter peditem comitua. Insuper Tartari habent talem modum, quia quando sunt debiliores, mirabiliter se reddunt obsequiosos, humiles, & deuotos. Quando uero sunt fortiores, ualde sunt austeri, tumidi & superbi, & non possent stare, quoniam debilibus iniuriis irrogaret, quod quidem Christiani nullatenus paterentur, unde posset per hoc materia scandali pullulare. Sed super his posset tale remedium adhiberi, uidelicet quod Tartari per uiam Damasci, sicut consueuerunt, incederent, & per partes illas occuparet, & Christiani ad regnum Hierosolymitanum dirigerent gressus suos. Et hoc modo inter Christianos & Tartaros conuersa amicitia per utrorumque distantiam seruarietur, & facilius per duos quam per unum totaliter destrueretur potentia inimicorum fidei Christianae. Vnum insuper reducere audeo ad memoriam. P. V. reuerendissima, uidelicet quod omnibus modis sagaciter occultetur intentio & consiliū Christianorum, ita quod inimici ignoret Christianorum propositū atque uelle. Nam quod Christiani noluerūt sua consilia praeteritis temporibus occultare, multa diuocantur incommoda incurrisse: & contra inimici propterea multa sibi incumbentia pericula euitarent, auferēdo Christianis materiam adimplendi eorum uota diuini affectata. Et licet non ualeat occultari fama passagii generalis, quae longe lateque diffundetur per orbem, ad nullū tamen potest cedere commodū inimicis, quia eis ab aliquo domino Saracenorum non potest praestari subsidium quoquo modo. Et multis modis poterit euitari, ne Christianorum uoluntas uel propositum ad inimicorum noticiam deferatur.

feratur, aliqua uidelicet uelle facere simulando. Illud uero quod Tartari nequeunt sua consilia occultare, ad magnum incommodum eius cessit. Nam Tartari talem modum obseruant, prima quidem luna Ianuarij consiliū capiti super his quae intendunt facere anno futuro: unde si intendat mouere guerras Soldano Aegypti, scitur ab omnibus Saracenis, qui continuo Soldano significat ea quae Tartari ordinant, & ipse circa hoc conatur apponere remedia opportuna. Saraceni uero ualde benefaciunt, suum propositum occultando & hoc sapius confert eis. Et haec dicta sufficiant de passagio terrae sanctae.

FINIS.

MATHIAE AMICHOV MEDICINAE DOCTORIS,  
& canonici Cracouiensis Praefatio.

**L**ICET multi fuerint qui orbem & partes eius descriperint, tamen utramque Sarmatiam transilientes, nihil ferè de ea scripserunt, nisi quod quidam in genere de hac & illa mentionem fecerunt, sed adeò obscure, ut nihil certi hinc colligere possis, quibus signis multa & meras nugas immiscuerunt, dum ultra Sarmatiam ad oceanum Septentrionalem campos ponunt Elysios, ubi, scilicet, aura sit temperatissima, uita placidissima & perpetua, omni referta succiditate: homines uero multorum seculorum confecti aetate & taedio grauatimolesitas. Scripserunt quoque illic reperiri terranaescentia ambrosia, succo praedulci & odore suauis, quibus homines quasi paradisi fructibus diu in uita conferuntur: itemque terram producere aurum in magna copia, & nutrice griphones, aues horribiles tapru uiuentes, quae equum cum fessore in altum leuare queant, atque aurum effodi & exportari prohibeant. Aiunt praeterea illic solem & lunam, ceterasque stellas perpetuo gyranes & lucentes, dies temperatissimas & succundissimas constituere. Verum haec omnia conficta sunt, carentque ueritate. Ponunt etiam moderni scriptores Tartarorum terribilem gentem indigenam esse Asiae Sarmatiae, & a seculo Scythiam inhabitantem, quum tamen constet eam esse gentem nouam & aduenticiam, à partibus orientis mutatis sedibus, paulo plus ab hinc trecentis annis Asiae Sarmatiam ingressam, antehac uero incognitam, quemadmodum ab initio huius libri indicabo. Sed & montes, Alanos, Hyperboreos & Riphaeos in orbe terrarum uulgatissimos in illis Septentrionalibus regionibus affirmauerunt, ex quibus nominatissima flumina originem trahere dixerunt, nempe Tanaim, Boristhenem maiorem & minorem, atque Volham in gentem fluuium: sed quum id à uero alienum sit, hodierna docente experientia, non sine causa reijcimus quidquid ueteres somniarunt de his montibus & fluminum originibus. Nam scimus & experientia didicimus praedicta tria flumina Volham, Tanaim & Boristhenem maiorem ex Moschouia originem ducere: minorem uero Boristhenem, quae Aristoteles Diaboristhenidem uocat, ex Russia superiorum erumpere, & in maiorem Boristhenem transire. Montes autem Hyperboreos, Riphaeos & Alanos scimus & uidimus illic non esse, nec dicta flumina ex eis, sed ex planicie terrae scaturire, id quod sequenti libro clarissime indicabimus, nihil nisi quod uerum scimus & experti sumus scripturi. Immutata quidem sunt praesca regionum illarum uocabula, id quod alijs quoque accidit terris & habitationibus: sed nos ea intacta non praeteribimus, indicaturi quid ueteres senserint, quibusque usi sint uocabulis, & in quae hodie migrarint. Aperuit nobis rex Portugalliae nauigationibus suis regiones Indicas & Africas ad meridiem expollitas, & rex Poloniae, qui Tartaris & Moscuitis confinis est, indies patefacit nobis per militiam suam plagam Septentrionalem cum gentibus quae ad oceanum Aquilonis sunt expollitae, & extenduntur in orientem.

MATHIAE



od Tartari ne  
 elli. Nā Tar  
 ū capſit ſuper  
 e guerras Solo  
 oldano ſignifi  
 re remedia op  
 ocultando &  
 e ſanctia.

TORIS,

ſcripſerint, ta  
 ea ſcripſerūt,  
 nem fecerūt,  
 ſis, quibus ſi  
 um ultra Sar  
 ubi, ſcilicet,  
 erta ſucundi,  
 diſo grauat  
 utis euadant  
 broſſa, ſūco  
 ous diu in ui  
 ſa, & nutrire  
 ſore in altum  
 t pretereā il  
 ſes, dies tem  
 onſictia ſunt,  
 m terribilem  
 in habitan  
 ſam, à parti  
 Alſia Sarma  
 initio huius  
 azos in orbe  
 ſſimauerūt,  
 empe Tanar  
 ſtuitum: ſed  
 ſine cauſa re  
 num originē  
 a Volham,  
 ere: minor  
 Ruſſia ſuper  
 ſperborcos,  
 mina ex eis  
 dicabimus,  
 ata quidem  
 cecidit terris  
 ri quid uete  
 nt. Aperuit  
 Africanaſ  
 tis confinē  
 nalem cum  
 &

ATHIAE

# MATHIAE A MICHOV DE SARMA

TIA ASIANA ATQVE EUROPEA, LIBRI DVO.

De duabus Sarmatijs in genere. CAP. I.



NTI QVI ORES duas Sarmatias poſuerunt, unam  
 in Europa, alteram in Aſia, ſibiſiuecē cohārentes &  
 contiguas. In Europiana ſunt regiones Ruſſorum ſeu  
 Rutenorum, Lithuanorum, Moſcorum & eis adiacen  
 tes, ab occidente flumine Viſſæ, & ab oriente Tanai in  
 cluſæ: harum regionum gentes olim Getæ nuncupa  
 bantur. In Aſiatica uero Sarmatia, nunc commorantur  
 & degūt plura genera Tartarorum, à flumine Don ſeu  
 Tanai ab occidente uſq; ad mare Caſpium ab oriente contenta. Horum im  
 peria, genealogiæ, ritus & mores, latitudoq; terrarum, flumina & circūcū  
 ca adiacentia in ſubſcribendis explanabuntur.

De ortu & aduentu Tartarorum. CAP. II.

ANNO domini M. C. CXI. apparuit grandis cometes in diebus mēſis Maij,  
 octodecim diebus durās, & ſupra Poloucos, Tanaim ac Ruſſiā gyrans,  
 caudamq; in occaſum porrigens, & aduentum Tartarorum ſignificans: un  
 de ſequenti anno gens Tartarorum in illam diē ignota, occiſo ut fertur pro  
 prio rege David, & ſubmontibus Indiæ, confluiſq; pluribus nationibus Se  
 pentrionis ad Poloucos uenit. Polouci ſiquidem fuerunt gentes ſecundum  
 latus Septentrionale Euxini maris commanentes, ultra paludes Mæotidis,  
 quos alij Gothos appellant. Polouci autem lingua Rutenorum ſonant & in  
 terpretantur uenatici ſeu rapāces, quia ſepenumero inuadentes eos ſpolia  
 bant, & bona ipſorum rapiebant atq; abducebant, quemadmodum & Tarta  
 ri hiſce temporibus faciunt. Itaq; Tartariſ ingredientibus, terras Polouco  
 rum, poſtularunt per ambafiatam, ipſos principes Rutenorum, ut uniuerſi  
 copijs & potentijs ſe adiuuarent, quoniam iam exitium & diſcrimen eos ſi  
 cur & Poloucos expectaret. Superuenerunt autem & Tartarorum nuntij  
 denuntiantes ducibus Ruſſiæ, ne immiſcerent ſeſe bello & adſutorio Po  
 loucorum, ſed potiùs externium eorum tanquam aduerſariorum procu  
 rant Ruſſiæ uero immaturo uſi conſilio, nuntijs Tartarorum comprehen  
 ſis & occiſis, perrexerunt exercituāter Poloucis in adiutorium, terra ma  
 riq; uidelicet Mſciſlaus Romanouie cū militiā Kiouien. Mſciſlaus Mſciſla  
 uic cū militiā Halicien. Itē cæteri duces Ruſſiæ Vladimir, Rurikouicz: du  
 ces Cirneouien. & duces Smolnenſes. Iunctiq; exercitui omnium Polouco  
 rum peruenerunt in Protolce, & abinde ſinguli aſcendiſ equis, uenerunt duo  
 decim ſtatiuis ad fluiuium Kaleza, ubi iam Tartari caſtra metati fuerunt,  
 & illico reſpirandi ſpatio non dato, Tartari in eos irruerunt, & contritis ac  
 diſſugientibus Poloucis acies Rutenorum diſſiciuntur, plurimaq; cade  
 peracta hinc duces Mſciſlaus Kiouien. & Cirneouien. captiuantur. Reliqui  
 fugientes (abominabile dictū) à Poloucis ſocijs, per quorum terram fugam  
 maturabant trucidabantur. Equites quoq; propter equos, pedites propter ue  
 ſtes occidebantur, & in aquis ſuſſocabantur. In illa ergo die Ruteni in peſſi  
 mum horrendumq; inciderunt periculum, quale in terris Ruſſiæ nunquam  
 auditum eſt. Eaq; prima clades extitit quam Ruteni à Tartariſ perulerunt.  
 Mſciſlaus autem Mſciſlaue Halicien. dux dum ad naues fugiendo perueniſ  
 ſet, ſuperatis fluiijs perſequutionem Tartarorū ueritus naues abrumpi præ  
 cepit, abindeq; fugax in Halic pauore & trepidatione plenus peruenit. Vla  
 dimirus autem Rurikouicz fuga & ipſe ſaluatus in Kiou perueniens, ſedem  
 accepit Kiouien. Alia uero omnis multitudo Rutenorū dum ad naues fugi  
 endo perueniſſet, & eas abruptas offendiſſet, in mororem uerſa, dum undas  
 tranare non poſſet, fame contabescens illic conſumpta eſt præter paucos du  
 ces & aliquos eorum milites, qui in lembis fluiuiſ traiecerunt. Prætereā an

G no do

no domini millesimo ducentesimo uigesimo octauo, in maxima multitudine Tartari Russiam ingredientes, in uniuersam terram Rencanica uastauerunt, ducentem occiderunt, senes & impuberes necauerunt, reliquam multitudine in captiuitatem abduxerunt, castra incenderunt. Iterum hyem e eiusdem anni uenerunt Tartari in terram Susdalarum & ea uniuersa uastata, ducentem Georgium & filios eius, pluresq; alios Susdalarum principes interfeerunt, castrum Rostou incenderunt, captiuos & praedam pro libito abduxerunt. Sequenti quoq; anno in Smolnensem & Cirnyeouien. regiones uenientes, eas crudelissima caede, nulli aetati parentes peruastauerunt, castra & fortalitia ex quibus duces & milites pre timore fugerant, incenderunt, & omni nulli captiuorum multitudine in terras suas redierunt.

De crudeli uastatione Poloniae & Hungariae per Tartaros.

CAP. III.

Kiou metropolis  
Russiae.

Post praedicta, Tartarorum horrenda uastatio ex ordine narrationis subiicienda est. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, Tartari in Russiam uenerunt, & Kiou amplissimam urbem & metropolim Rutenorum magnifice constructam funditus deleuerunt. Habuit siquidem praefata urbs portas & turres firmiter aedificatas, & aliquarum portarum testea deaurata & splendentia, habuit & usq; nunc habet Metropolitanam de ritu Rutenorum seu Graecorum, plurimis uicis & episcopis a Danubio per Moldauiam, Valachiam, Russiam, & Molkouiam praesidentem, in Kiovia iam post destructionem non residentem. Habuit insuper ecclesias supra trecentas ornatissimas, quarum aliquae in campis inter uepres & arbuta in haec diem permanent, & stant desolatae pro latibulis ferarum: ex quibus binae ecclesiae, uidelicet sanctae Mariae & sancti Michaelis aliquas laminas tecti adhuc tenent deauratas, quas Tartari praedatum uenientes, & inspicientes alium bassina uocant: alium bassina, id est, aureum caput habentes, quia partem tecti deaurati habent. Hac uero tempestate in monte ubi olim castrum Kiouien. stabat, Lithuani domini illius loci, fortalitiu amplum de roborebus & lignis extruxerunt & tenent. Itaque tota Russiam cum sua metropoli & Podolia omniuaque pessundata, Bathus Tartarorum Imperator uolens Hungariam ingredi, misit ducem Petam nomine cum magno exercitu uastatum Poloniae. Aiunt Poloni Bathum regem Tartarorum Poloniae, Slesiam, Morauiam uastasse: uerior tamen historia eorum, sicut & chronica Hungarorum referunt, Bathum non fuisse in Polonia, sed duces ipsius, qui tuicidatis tyrannis & principibus Rutenorum, receptaq; praeda, in oppidum Lublin & Zauichost, uicinisq; eorum, reduxerunt eam in Russiam, festinanterq; redeunt, expugnauerunt Sandomiriam cum castro. Illicq; occiderunt abbatem Pokrzyuicem cum fratribus eius, & magnum numerum utriusque sexus nobilium & ignobilium uiuorum ac matronarum ad conseruandum uitam Sandomiriae collectorum. Inde exeunt per Wiscam, in Skarbimiriam uenerunt, & reuertebantur praedam deducuri in Russiam. Dumq; statua tenerent ad fluuium Zarna, apud uillam quae maior Thurisko uocatur, irruit in eos Vlodymirus Cracouien. palatinus cum militibus Cracouiensibus. Vbi inter pugnandum omnis captiuorum multitudo diluigiens, in propinquas syluas se recepit: superati tamen sunt pauci a multis, Vlodymirus palatinus Cracouien. cum suis a Tartaris. Verum strage suorum perculli, Tartari, per syluam Stremech in Russiam recesserunt, & in supplementum accersitis plurimis Tartaris cum fremitu & ira in Poloniae redierunt, & quia maximum exercitum habuerunt, ad Sandomiriam peruenientes, bifariam diuiserunt eum, minoremq; exercitum in Lancetiam, Sirdiam & Kuauiam destinauerunt cum principe Cadano, quem Poloni Caydanum nuncupant, qui nullo obice apparente uastauerunt crudelissime illos tractus caedibus atq; igne. Maior autem exercitus Tartarorum, cuius ductor fuit Peta Tartarorum princeps uersus Cracouiam iuit, omnem oram transiit propin-



A propinqua, eade & incēdio peruastans. Occurrunt ergo ei in uilla Chmelik  
 prope oppidum Sidlou, Vlodimirus palatinus, Clemens Castellanus Cra-  
 couiē. Pacoslaus palatinus, Iacobus Racibrouic Castellanus, Sandomiti-  
 eū, cum nobilibus & militibus Cracouiē. & Sandomitiē. Et factō consi-  
 ſiū cum una turma Tartarorum, ipsaq; attrita pedem referente, & ad alterā  
 præstantiorem turmam se diuertente, Poloni certamine priori fessi, pauciā  
 plurimīs aduerso pectore confossi ceciderunt: reliqui uero in fugam con-  
 uersi, per itinera nota euaserunt. Ceciderunt in eo consiſsiū desiderati Chri-  
 stinus Sulkouic de Nyedued, Nicolaus Vitouic, Albertus Stanpotie, Ze-  
 menta, Grampina, Sulislaus, milites strenui, & alij plures ualidi. Ex quorum  
 strage tantus pauor irrepsit, ut alij in alias regiones fugerent: agrestes uero  
 cum pignoribus & pecoribus in paludes & syluas, & in uia se conderēt. Sed  
 & Boleslaus Pudicus dux Cracouiæ & Sandomitiæ cum Grzimislaua ma-  
 tre, & Kinga cōiuge sua primum uersus Hungariam in castrum Pieninide  
 prope oppidum Sandecz, postea uero in Morauiam ad monasterium Ci-  
 ſterciē. effugit. Tartari autem post cladem apud Chmelik peractam, Cra-  
 couiam in die cinerū peruenerunt, & eam uacuum hominibus inuenientes  
 (omnes siquidem in abdita diffugerant) in ecclesias & domus incēdō sa-  
 uerunt. Ecclesiam uero sancti Andreæ tunc extra muros Cracouiē. extan-  
 tē, uallātes oppugnabant, expugnare tamē nō ualuerūt, quoniā pluribus Po-  
 lonis magna ut & fortitudine se & sua illic defendentibus, irritō cœpto re-  
 cesserunt, & in Vratislauiam perrexerunt, eam similiter ut Cracouiam deser-  
 tam habitatoribus, sed & conflagrātā habitacionibus reperientes. Cites e-  
 enim Vratislauiē. pauore consternati, ferē omnibus relictis, pretiosioribus  
 duntaxat festine raptis, fugam inierunt: quod gentes ducis Henrici de arce  
 uidentes descendunt, & opes cum uicualibus in arcem inducentes, urbē  
 cum relictis suis flammis exusserunt. Et Tartari in urbe nil reperientes, castrū  
 uallarunt, & post aliquot dies obsidionē soluentes (ut aiunt) orationibus &  
 lachrymis Cessai prioris ordinis Prædicatorum & fratrum eius in castrum  
 admissorum depulsi, recesserunt. Interimq; feria secunda paschæ Tartaris qui  
 Kujauiam uastauerunt, superuenientibus simul iuncti in Leguiczam profes-  
 ſi sunt. Dux etenim Henricus secundus sanctæ Heduujs filius per illud tem-  
 pus ibi collegerat gentes & armigeros, tam nobiles quā agrestes maioris  
 Poloniæ & Slesię. Aduenerant & principes cum suis militibus Myecz-  
 laus Kazimirides dux Opoliensis, Boleslaus filius Depoldi marchionis  
 Morauię expulsi, qui Syepiolka cognominatus est, & Pompo de Hosterno  
 magister cruciferorum de Prussia cum fratribus sui ordinis, insuper & crucei  
 signati plures. Quūq; ex oppido Legnicē, duceret agmina, & ea obequita-  
 ret, lapis de summitate ecclesię beate Marię decidit, parumq; abfuit, quin ca-  
 put ducis Henrici diriperet, quod reuera infaustum omen fuit. Suburbana  
 itaque oppidi Legnicēnsis prætergressus, quatuor acies instruxit & ordina-  
 uit. Primam de cruce signatis uoluntarijs, & de auri fossoribus oppidi Golt-  
 berck, alijsq; peregrinis militibus: hanc Boleslaus Syepiolka filius marchio-  
 nis Morauię ducebat. Altera acies fuit militum Cracouiēnsium & maioris  
 Poloniæ, hanc Sulislaus frater Vlodimiri olim palatini Cracouiēnsis circa  
 Chmyelik occisi ductitauit. Tertiam aciem gubernauit Myeczlaus dux Opo-  
 liensis, in qua erant milites Opoliensis, & Pompo magister Prussię, cum fra-  
 tribus & militia sua. Quartā acie ipsemet dux Henricus ex præstantioribus  
 militibus Slesię, & maioris Poloniæ, ac pretio conductis militibus rexit.  
 Totidem erant Tartarorum agmina, sed robore & frequentia pugnatorum  
 præstantiora, ita ut unum agmen eorum omnia Polonorum agmina excede-  
 ret. In campo igitur qui Bonus cāpus dicitur, porrecto, & in omnes partes  
 lato uterque exercitus quinto idus Aprilis, alias feria secunda post octauas  
 paschæ conuenit. Primumq; cruce signatorum & aurifossorum exercitus  
 cum Tartaris magno impetu congressus, uelut teneræ ariste à grandine per-  
 cussus,

Polonorum  
clades

G a cussus,

cussæ, à sagittis Tartaricis obrutus est. Deinde duo agmina sub gubernatio-  
 ne Sulislai militis, & Myeczslai ducis Opoliensis consentientia, pugnare cum  
 tribus Tartarorum agminibus ingressi, ualidam in Tartaris stragem edide-  
 runt, ita ut pedem referrent, & fugam inirent. Quidam autem celerrimo cur-  
 su circa utrūq; exercitum discurrentes, terribili uoce clamauit. Bygayce bye-  
 gayce, quod sonat, fugite fugite, Polonis terrorem incutiens. Quam uocem  
 Myeczslaus dux Opoliensis audiens, deserto prælio fugit, & secum magnā  
 partem militum traxit. Quod uidens dux Henricus, ingemiscens dixit, Gor-  
 ze se nam stalo, id est, peius & moleste nobis accidit: inducensq; suam quar-  
 tam aciem fortissimorum militum, tres acies Tartarorum à duabus aciebus  
 Polonorum disiectas prostrauit, & in fugam conuertit. Quarta autem acies  
 Tartarorum, & maior omnium cum suo duce Peta superueniens, horribili  
 impetu bellum intulit, & bellum acerrimum inter utrosq; durauit, magnach  
 ex parte Tartaris casis, & in fugam spectantibus, quidam Tartarorum uexil-  
 lifer ualde magnam ferens uexillum, in quo chi litera Græca depicta erat, ta-  
 lis X, & in summitate hastilis imago teterrimini & nigerrimi coloris cū bar-  
 ba proluxa, cœpit incantando fortiter caput imaginis quater, ex quo illico  
 fumus & nebula horrendi & intolerabilis foetoris in Polonos diffusa est, ut  
 penè exanimati, & inuadit ad bellum redderentur. Clamore itaq; horrido  
 eleuato, in Polonos Tartaricus exercitus conuersus, acies eorum quæ in-  
 terim integræ erant, dirupit, & eas magna strage affectit. In qua dux Bole-  
 slaus filius marchionis Morauicæ dicitur Syepiolka, & Pompo magister cru-  
 cisignatorum de Prussia cum multis insignibus militibus necati sunt. Dux  
 uero Henricus corona à Tartaris circumfusus est, ut à tergo & fronte cæde-  
 retur, iamq; suis omnibus unâ pugnantibus prostratis, ad extremum circa  
 eū nō nisi quatuor milites uersabātur. Sulislauis frater olim Vlodimiri palati-  
 ni Cracouiensis, Clemens palatinus Glogouiensis, Conradus konrathouicz,  
 & Ioannes Iuanouicz, qui quanta potuerunt ui & conatu principem Hen-  
 ricum ex prælio educentes, ad fugiendum disponebant: sed ducis equus sau-  
 ciatus subsistebat. Tartari igitur ne Henricus euaderet, ueloci cursu conles-  
 quutum cum tribus præfatis militibus, quarto Ioanne Iuanouicz ab eis se-  
 gregato uallauerunt, cum quibus aliquāto tempore decerabat. Ioannes ue-  
 ro Iuanouicz equū recentem à Rocislao aulico ducali receptum, penetra-  
 tis hostium cuneis duci administrauit. Quo ascenso dux sequebatur Ioan-  
 nem Iuanouicz, uiam per medios hostes ei parantem. Ipsosq; in cursu uul-  
 nerato, & euadente, dux Henricus intercipitur, & tertio circumuallatur:  
 dumq; audacissime contra Tartaros dimicaret, & manu sinistra eleuata,  
 Tartarum sibi obuium feriret, ab altero Tartaro lancea sub ascella transsi-  
 xus, ex quo demisso brachio moribundus defluxit: quem Tartari ingenti  
 strepitu inconditā uocem factio capiunt, & extra locum certaminis quan-  
 tum esset geminus Balista iactus pertractum, framea caput absciderunt, cor-  
 pusq; insignibus omnibus despoliatum nudum reliquerunt. Occisa est in eo  
 prælio multitudo nobilium Poloniæ, inter quos clari & insignes fuerunt  
 Sulislauis frater Vlodimiri palatini Cracouiensis, Clemens palatinus Glo-  
 gouiensis, Conradus Konrathouic, Stephanus de Wirbna, & Andreas filius  
 eius, Clemens filius Andreæ de Peltznica, Thomas Pyorkouic, Petrus  
 Kussa & ceteri. Corpus ducis Henrici post cladem in sexto digito sinistri pe-  
 dis uix cognitum, & repletum per Annam cōiugem eius in medio chori ec-  
 clesie sancti Iacobi apud fratres minores Vratislauicæ sepultum est. Pompo-  
 nis uero magistri Prussicæ, & militum insigniorum supra expressorum, in eo-  
 dem monasterio sancti Iacobi Vratislauicæ corpora tumulata sunt. Boleslā  
 autem filij Marchionis Morauicæ sumus in Lubens in choro conuersorum  
 humatum est, super cætera corpora fidelium in loco prælij sepulta, Ecclesia  
 in hanc diem durans constructa est. Maxima uictoria de duce Henrico &  
 Polonis Tartari potiti, lectis spolijs unicuique interemptorum unam auris-  
 culam

Nobilium  
 Polonorum  
 strages



A culam abseiderunt, & nouem saccos grandes ad sciendum numerum occisorum repleuerunt. Ducis autem Henrici capite in longiori hasta erecto ad castrum Legnicz ( oppidum enim metu Tartarorum exultum fuerat ) applicuerunt, mandantes ut duce eorum occiso, castrorum eis aperirent. Castris libus conuenienter respondentibus, quod pro uno duce occiso plures duces filios occisi haberent. Illi uero circa Legnicz uastatis & incensis uillis in Othmouchou se receperunt, ubi quindecim diebus statua continuando, omnem regionem per circuitum uallauerunt. Exinde Ratiborie. oram aduenientes, in Bolefisko octo diebus comorati, in Morauiam secesserunt, & Veneslao rege Bohemiae in castris se continente, eam plus quam uno mense in cendijs & cedibus uastauerunt: ab Olomunc septimis castris in Hungariam peruenerunt, & maiori hordae ipsius Bathi quae Hungariam intrauerat sese confociauerunt.

De euentu uastatione Hungariae per Bathi Imperatorem Tartarorum.

CAP. IIII.

B Athi uastata & ad nihilum redacta Russia, Hungariam cum quinquecentum millibus ingredi contendebar. Resistent ergo inter montes Sarmaticos, & in clausa dicta Russia introitum prohibentem, comitem palatinum Hungariae a Bela quarto rege Hungariae cum gentibus missum praefatus Bathi obruit & expugnauit, festinanterque exurendo oppida & uillas ad Titiam fluuium qui uulgariter Cisa appellatur, ex montibus Sarmaticis uersus meridiem in Danubium fluentem peruenit. Et exinde gentes Tartarorum excurrentes, Vatiam cum sua cathedrali ecclesia uastauerunt & incenderunt. Ad Pest quoque ubi rex Bela quartus exercitum contra Tartaros colligebat, ibant & redibant, aliquando appropinquando, nonnunquam uero fugiendo, prout est mos pugnandi Tartaris. Quumque copiosum exercitum, tam ex nobilibus quam spiritualibus rex Bela coadunauerat, aduersus Tartaros procedens ad fluuium Titiam applicuit, & castra metatus est, adhibitaque custodia mille armatorum ad pontem, putabat Tartaros non transire fluuium, quoniam altus est, limosus multum, & impermeabilis. Tartari autem qui multo maiores fluuios transierant, inuento uado Titiam noctu transitarunt, & in aurora exercitum Hungarorum cum Bela rege eorum undique circundederunt, missisque densis, & quasi infinitis sagittis, uelut quum grandae nebulosus ac densus cum fragore descendit, Hungaros perturbauerunt, multos occidendo, plurimos uero uulnerando. Hungari ergo ueluti imparaerati, & absque ordine contrahentes cadebant. Quod alij uidentes, metuculosi clam discedebant & fugiebant. Tartari uero tanquam astuti, sinebant eos per medium sui transire. Unde Colomannus frater regis sic, & rex Bela quartus tanquam ignoti euaserunt. Reliquos uero coelufos Tartari crudelissime ad unum necauerunt. Inter quos spirituales maiores ceciderunt, Mathias Strigoniensis archiepiscopus, Vgolinus Colocen. archiepiscopus, Georgius episcopus laurien. Reynaldus episcopus Transsylvanien. & ecclesiae Nitriensis episcopus, Nicolaus Scibiniens. praepositus uicecellarius regis, Erardus archidiaconus Bachiensis, magister Albertus Strigoniens. archidiaconus. De alijs autem secularibus nobilibus & ignobilibus fere infiniti occisi sunt: & qui fugerant consequuti in uis necati iacuerunt. In Pest etiam multi plebanj collecti in ore gladij superuenientibus Tartaris perierunt. Rex autem Bela quartus prope fugit ad metas Austriae, ubi captus & detentus fuit per duces Austriae: tandem dimissus ad reginam coniugem suam perueniens, secessit in Sclauoniam, illic usque ad persecutionem Cadan comoratus. Vastata itaque Hungaria ex una parte Danubij, in hyeme proxima gelato Danubio in partem alteram penetrauerunt, & sedes inter laurinum & Strigoniun fixerunt, ubi in hanc diem fossae & tumuli habitationis eorum cernuntur.

G ; tur.

tur. Ex quo loco præfatam trans Danubium regionem spolijs, incendijs & cruciationibus crudelissimè afflixerūt. Quumq; in Tartariam secedere proponerent, diuulo exercitu, princeps Cadan aduersus regem Belam in Sclauoniam diuertit. A cuius facie territus rex, ad mare, tandem ad Polam ciuitatem fugit. Cadan autem quemadmodum cum Bathi constituerat, pertransiit & uastatis Bosna, Seruia & Bulgaria substitit circa Danubium, donec horða Imperatoris Bathi superueniret. At Bathi post discessum Cadan ualauit & expugnauit Strigonium urbem, illa tempestate nobilem, cuius incolæ erant uarij mercatores, Almanj, Gallici & Italici: & quia thesauros quos Tartari expetebant in terra suffoderant & occuluerant, idcirco omnes necauerunt, nulli sexui, nulliq; ætati parentes: destructaq; Strigonio, se cum Danubium transeuntes ad exercitum principis Cadan operientem & expectantem peruenerūt. Tandem iuxta paludes Maotidis uia priori in Tartariam abierunt. Tempus autem quo Tartari Hungariam afflixerunt, & multi mode ualuerunt, erat fere biennium.

*Quomodo Innocentius papa quartus misit ad Cham Tartarorum, ne Christianos persequeretur: & quomodo fidem Mahumeti susceperit.*

CAP. V.

Discedentibus Tartaris tota Europa contremuit, & principes Christianorum timore perculsi, ne redirent consulebant inuicem. Innocentius quoq; papa quartus ex consilio Lugdunensium, fratrem Ascelinum ordinis prædicatorum cum pluribus fratribus eiusdem & aliorum ordinum ad eos misit, anno domini M. C. C. X. L. V. qui per Almaniam & Bohemiam in Vratislaviam uenit, exceptusq; & ueneratus est à Boleslao Slesie & Vratislaviae duce. Exinde transiens ad Lancitiam peruenit, à Conrado duce Mazouie cum suis recollectus & hospitatus. Dehinc ad Crocuiam deductus, à Boleslao pudico, genitricis eius Grimislaua, & à Prædopha ordinario loci benigne suscepti & habitus sunt, pluribus pellibus subtilibus prouisi, supra id quod proprio esse potuerunt emere, quoniã principes Tartarorum sine munere adire ne phas est. Tulit autem fortuna, ut esset apud Boleslao pudicum principem Crocuiæ atq; Sandomiriæ, Valilko princeps Russiæ, nepos matris suæ: huius itaq; commendati, in Russiam per ipsum deducti sunt: ad Kiouiam uero uenientes, equos acquisierunt pro conditione terrarum Tartarorum ualentes, qui pedibus aquam & pabulum sub niuibus sibi quærerent. Tandem ex Kiou procedentes, plures duces Tartarorum pertransierunt donec ad Cham seu Imperatorem Tartarorum applicuerunt. Cui legatione domini Papæ Innocentij quarti exposita, postulauerunt ut deum uniuersorum agnosceret atq; coleret, & eum quem misit Iesum Christum: utq; gentem Christianam crudeli nece, quemadmodum fecit in Polonia, Hungaria & Morauia non perderet. Et accepto responso, quod Cham per quinquennium gentem Christianam non inuaderet, per eandem uiam ad dominum apostolicum cum literis Imperatoris Tartarorum redierunt. Habes in speculo historiali Vincentij libro XXXI. hanc historiam, quam caute legas necesse est, quoniã in aliquibus superstitiosa est. Post discessum legatorum Christianorum superuenierunt legati Saracenorum, persuadentes Tartaris, ut sectam & fidem Mahumeti acceptarent, tanquã faciliore & tolerabiliore, uoluptatibus plenam, uirisq; belligeris competentiore, Christianorum autem religionem confutando dicebant esse otiosorum, imbecillium, & idololatrarum imaginum colentium: Saracenorum uero legem multis utilitatibus atq; uoluptatibus refertam, & cæterarum religionum uis & armis expugnatricem, ut superbos debellaret, humiliatis uero tributum constitueret. Placuit barbaris & ipsi primum Imperatori Bathi & omnibus Tartaris, tanquam uiris cordatis audacibus & sensualibus persuasio Saracenorum, ideo illam & non alteram susceperunt.

Vincentij  
historia  
libro  
XLI



seperint. Et quum dicant Eissa Rocholla, id est, Iesus est spiritus dominus; Mahumet uero Rossola, id est, Mahumet est iustitia dei, noluerunt spiritualitatem dei Iesum benedictum spiritualiter uiuere docentem acceptare: sed iustitiam dei, hoc est Mahumet carnaliter & tanquam bestiam sensualem in spurcitijs uolutantem, ab omnipotenti deo iuste in lacu pœnaram die ac nocte cruciandam amplexati sunt. Itaq; ex tunc uelut & nunc Mahumetum uenerantes sequuntur. Pentateucho Moysi obediunt, circumciduntur, & legis obseruant, campanis carent: se quotidie lahi illo illoloh, quod in Latino sonat: Non est deus nisi unus deus, clamant. Ingenuæ se profitentur Ismaelitas, quia de Ismael ortos: Christianos uero dzintis, id est, paganos, & gaur, id est infideles, & sine religione appellant. Celebrant uelut alij Saraceni, tria in anno festa, primū kuiram, id est oblationis pasca in memoriam oblationis Isaac, quando Abraham multarum gentium pater præcepto dei ipsum necare & offerre proposuerat. In isto festo offerunt arietes, aues, alites & c. Aliud festum colunt pro animabus, tunc uisitant sepulchra suorum maiorum, operibus misericordiae insistant, & alunt pauperes. Tertium festum agunt pro se suaq; salute. Pro primo festo rite paragendo triginta diebus ieiunant, pro altero uno mense, pro tertio duodecim diebus.

## De moribus Tartarorum, &amp; de contentis in terra eorum

## CAP. VI.

Tartari sunt homines ut frequenter staturæ mediæ, pectore, & scapulis amplis, facie lati, naso limi, colore tetti & deformes, robusti uiribus & fortes, famem, frigus & æstum facile patientes: equitatu ab ineunte ætate & arte sagittandi gaudentes. Omnia sua secum ducunt, uagis & instabiles loco, cum uxoribus, pueris atq; pecoribus in campis degunt. Ciuitates, uillas & domos non habent. Pro hyeme ad releuandum à frigore, ad mare Caspiū diuertunt, quoniam illic ratione maris temperiæ aeris inueniunt. Ad æstatem in suam regionē redeunt. Aliqui eorū unam porcā, duas, tres uel in longū per iugera tria, quatuor & ultra sulcant, arā, & milio seminant, inde cibos & bairā, id est pastas faciunt. Non habent frumentum, nec aliquod aliud legumen, pecora & pecudes plurimas tenent, præcipue caballos & caballas pro equitatu & uictu ualentes. Incidunt & uulnerant equos, & ueremq; & per se & cum milio uorant: carnes pecudum, pecorum & equorum comedunt etiam semitridas. Caballos pridie tum sponte tum morbo mortuos exciso loco appositum peribenter comedunt. Bibunt aquam, lac, & ceruisiam ex milio coctam. Aquam Turchi & Tartari uocant Su: interdum Tartari dicunt Suha, id est aqua. Ceruisiam autē miliarem seu ex milio factam, buzant nominant, eandem Ruteni Bracha uocant. Laudant lac, præsertim komiz, id est acetosum, eo quod stomachum eorum confortet, & medicinam purgatiuā faciat. In conuiuijs & cum hospitibus aduenisq; bibunt Araka, quod est lac subtilissimum, quod mirabiliter & cito inebriat. Nō furantur, neq; fures inter se patiuntur, rapto tamen uiuere uicinos spoliando periucundum & deificum est apud eos. Nō sunt artificia inter eos, nec pecunia, sed res pro rebus commutata. Verum in horda Zauolhens, inceperunt a psonis, id est, argenteos obolos Turcorū accipere & tenere. In horda uero Prekopen. ducatos acceptant. In horda Nohaiska res pro rebus dant, uasri & peridi sunt exteris, sibi uicem uero & suis omnibus fidelissimi. Indumenta sepe numero ex filto & lana alba grosse & plane facta gerunt. Oponce plurimum diligunt, in expressione huius nominis præponunt literam t, i, oponce, & nō oponce nuncupantes, & est pallium album spissum inconfutile pro imbribus & stuijs bene utile. Terra eorum terra plana & absq; montibus, absq; lignis & arboribus, graminiibus duntaxat abundans. Vias non habent, neq; nauigia, sed per ditas iter suum computant, ut terra Zauolhensium Tartarorū cūstissimæ equitatio

nis, à flumine Volha ad mare Caspium est quasi triginta dierū: equitant una die uiginti milliaria magna Germanica, pedibus nō gradiuntur nec itinerāt. Ferre apud eos reperitur, cerui, damę, dorca, & snak, quod est animal quāti tatis ouis, in terris alijs non uisum, lana griseum, duo parua cornua habens, cursu uelocissimum, & elus carniū eius suauissimum. Et dum grex snak in aliquo campo inter gramina conspicitur, Cham seu Imperator Tartarorum cum suorum multitudine equestres uadunt, & omni quaq; circundāt in altis, simis graminibus delitescentes. Dumq; tympanis incipiunt sonare, tunc snak tanquam metu percussa, rapidissime hinc atq; illinc ab una parte circū, stantium ad alteram procurrunt, & iterum atque iterum decursando uadunt, usquequo fatigati deficiant, tunc intruentibus Tartaris cum clamore occiduntur.

De finibus & metis Tartarorum Zauolhensium,

CAPVT VII.

**C**lauditur terra Cham & Tartarorum Zauolhensium ab ortu solis mari Caspio seu Hircano. A Septentrione campis longissime latissimęq; protensis. Ab occasu fluminibus Tanai & Volha. A meridie partim mari Euxi, no seu Ponto, partim altissimis montibus Iberiæ & Albanie. Mare Caspium uocant Ruteni Chualens ke more: & est mare non ab oceano, sed à fluminibus illis defluentibus congestum. Fluunt multa ac magna flumina in alueari, um illius maris, de ripis altis impetuose & quasi per saltum ex alto in mediū decidentibus, & iuxta ripas sub ipsas transeuntibus iter præbentibus. Vnde fit ut ibi in æstate à Persis & Medis refrigerium queratur: & in hyeme ratione euaporationum temperies constatur. Iuxta illud mare & post ad orientem, ut

*Tartari cri,*  
*nii* Ruteni proferūt, sunt Tartari criniti, quos Tartari Calmuchi & paganos nū cupant, quoniam ritum Mahumeticum non colunt, nec crinis capitis abra dunt, quemadmodum Tartari omnes radunt, præter adulescentes, qui rafa coma binos radios crinium ab aure dextra, & alium à sinistra usq; in brachia prominentes, in signum innubilitatis aut uirginitatis relinquunt. Ab occasu

*Don flu.* sunt flumina Tanais & Volha. Tannaïm Tartari Don appellāt, qui secundū fontes suos ex ducatu Resensco à duce Moscouiæ occupato, uersus septentrionem fluit. Post flexitur in meridiem, & tribus ostijs paludes Meotidas ingreditur: imò ipse paludes Meotidas causat. Sunt iam circa Tannaïm arbores pro maxq; & alij fructus: sunt & mellificia quercina nonnulla, & pauçiora depi no. Inde est quod Tartari sanctum Don dicunt: quia iuxta illum, uisum ex fructibus, melle & piscibus reperiunt. Volha fluiuis Tartarice Edel nuncupatus, ex Moscouia profluit, ex fontibus septentrionalibus & occidentalioribus quàm Tanais: qui quum ad septentrionem flueret, longo Tannaïm circuiens interuallo, deflexitur in orientem & meridiem, & uiginti quinq; ostijs seu fluminibus in mare Euxinum delabitur. Distat Tanais à Volha quinq; hebdomadarum itinere, ad minus ueloci cursu trium hebdomadarum equitatione, uel plus. Est est Volha triplo maior quàm Don. Viginti quinq; autē partitiones, seu particularia flumina ipsius Volhe sunt magna: minora autē ex eis sunt tanta, quantus Tyberis Romæ, aut Vissa post Cracouiam. Sunt multum pisciosi præfati fluij, ita quod framea Tartari cateriq; transcentes in ripa stādo pisces cum aqua decurrentes fecent & tollant. Est iuxta hos fluuios Tannaïm & Volha air, id est, calamus aromaticus, qui & brostuoise dicitur, in maxima copia. Ibidem reuonticum, quod Tartari nominant cinire uent, crescit: & cinireuent nomē est Persicum. Item cucilabuca, uel ut alij ex primūt hileabuca: & in Latino sonat oculus cornicis: & est multe calefaciōnis. De ortu horum fluminum Don & Edel, quum de Moscouia tractauero clarius dicam. Quoties autem Tartari Zauolhenses in terras nostras spoliātū ire uadunt, & per hæc & alia flumina abscq; nauigio, alligatis sarcinis desu



per conjugibus; & pueris in dorſis equorum ſedentibus, ipſimet caudas caſſallorum tenentes tranſnataut; & rapinas crudelitateſq; plurimas inferunt. Ad meridiem verſus mare Caſpium ſunt mōtes Iberiæ & Albanicæ, quos Ruſſi tenia gēte Piaſihorſet Circaci, quaſi quinque montani Circaci uocant. Inter illos liquidem montes ſunt Gazarorum gentes, quas ut Morauiæ Legenda depromit, ſanctus Cirullus & Metudius fratres, per Michaëlem imperatorum Conſtantinopolitanum miſſi, ad fidem Chriſti conuerterunt, & uſque nunc fidem & ritum Græcorum profitentur: ſunt homines bellicoſi, in tota Aſia & Aegypto acceptabiles. Apud hoſ Tartari Zauolhenſes tela compant. Verum hac ætate Græci illas gentes Abgazari & Abgazeli nominant, et uicing iuxta illos ſunt gētes Circalli et Mēgrelli, omnes de ritu Græco per beatum Cirullum in fidem Chriſti reducti. Inde ſanctus Cirullus rediens ex mari Euxino ſeu Pōtico (in quo omnipotens deus mirabilis & glorioſus in ſanctis ſuis, dederat habſaculum & eccleſiam marmoream per manus angelorum ſancti Clementi ſtructam, quam lingulis annis in feſto ſancti Clementis & ſeptē diebus, mari recedente & ſiccato, ſecure circumſiti incole aggrediebantur, ſanctū dei uenerando, collendo & extollendo) ſuſtulit corpus ſancti Clementis, & in Morauiam prædicaturus Chriſtum dominum ſecum tulit & aſportauit. Deinde Romam euocatus, & per papam Nicolaum citatus, prædictum corpus ſancti Clementis Romam detulit, & in eccleſia ſancti Clementis honorifice depoſuit. Ipſe Cirullus cum Metudio fratre in eadem baſilica beati Clementis Romæ ſepulti: ſed non reperta oſſa illorum, quantum libet ſumme deſiderata in eadem baſilica quaerita. Ex montibus Circalloſum piacihoſki, ſeu quinque montium fluit magnus fluuius Tirk in Tartarico nūcupatus, rapidiſſimo curſu lapides ſecum uoluens, & multos piſces, in mare Caſpium deſluit. Poſt hunc ex eiſdem montibus flubius Cohan, minor quam Tirk, in prænomiatum mare Caſpium deſcendit.

De genealogia imperatorum trans Vlbham incolentium,

## CAPVT VIII.

Quattuor ſunt hordæ Tartarorum; totidem imperatores eorundem, ſcilicet horda Zauolhenſium; horda Pæcopenſium, horda Coſanenſium, & quarta horda Nohaceniſium, quintaq; addunt quæ imperatorem non tenet, & nuncupant eam Cazaeca: de his inferius dicitur. Horda in Tartarico multitudinem ſignificat. Principaliſ ergo horda eſt Czahadaiorum ſiue Zauolhenſium, quæ Tak Xi, id eſt, capitalem hordam, uel homines principales & liberos ſeſe nominat, tum quia nulli ſubiicitur, tum quia ab ipſa cætere hordæ propagatæ ſunt. Ob hoc & Moſcouite magnam hordam Zauolhenſium hordam appellant. Inde etiā imperator eorum Ir Tli Xi lingua ipſorum, hoc eſt, liber homo dicitur. Dicitur & Vlu cham, quod ſonat magnus dominus, ſiue magnus imperator: ulu enim magnus, cham uero dominus & imperator eſt. Eundem aliqui magnum canem dixerunt, & male interpretati ſunt: quia Vlu cham non ſignificat magnum canem: cham etenim cum aſpiratione dominum & imperatorem; & eam ſine aſpiratione cruorem & nunquam canem ſermone Tartarorum designat. Prodit itaq; & referunt Tartari, quod quædam uidua concepit & peperit filium nomine Cinkis, & quum filij ipſus tanquam adulteram necare uoluerunt, ſinxit & excuſauit ſe non ab homine, ſed à radijs ſolis conſepiſſe. Cui ſigmento filij credentes matrem liberam dimiſerunt. Natus ergo eius Cingos uel Cinkis, homo fortis humilis, creuit in uirum magnum & fortem: & is fuit primus propagator & ſator imperatorum Czahadaiorum ſeu Zauolhenſium. Fluius filius fuit Iocucham gentiliſ & paganus. Iocucham genuit Zaincham tertium imperatorem, qui in orbe terrarum, & maxime in Polonia, Hungaria & Ruſſia dicitur Baſhi. Iſte deſtruxit Gothiam & Ruſſiam, & uſtauit Poloniam, Sclauiam, Morauiam & Hungariam, prout à principio dictum eſt. Idem Baſhi filij gentiliſ primum; tandem ſectam Mahumeti perſuaſus cum Tartariſ ſuce-

Hordæ

Vlu cham

Tartarorum  
Catalogus im-  
peratorum

pit,

pit, quam in hanc diem tenent & sequuntur. Quartus imperator ex Bathi genitus fuit Temir Cutlu, & interpretatur ex Tartarico felix ferrum: temir felix, & cutlu ferrum: erat siquidem felix & bellicosus. Ille est ille Tamerlanus in historijs celebratus, qui totam Asiam uastauit, & usque ad Aegyptum pertransiit. Ille imperatorem Turcorum Pefatem primum conflixit, & captiuatum catenis aureis alligauit, & post in breui dimisit. Ille habuit exercitum duodecies centena millia. Fuit & alius princeps Tartarorum eo tēpore Afsac Cutlu, quod in Latino sonat claudus, uel claudum ferrum: quoniam claudus erat, sed ferrox. Is multa bella feliciter gessit, & ciuitatem magnam in terra Czahaidi, id est, Tartarorum Zauolhensium, nomine Cumumedezar expugnando deseruauit, & in solitudinem redegit. Stant domus illius ciuitatis murata uacue, & ecclesie olim Gothorum trecentę in ritum Mahumeticum & Mesquitas absq; habitatoribus redactę. In castro illius ciuitatis sit sepultura imperatorum Zauolhensium. Quintus imperator ex Temir Cutlu progenitus fuit Temir Czar. Ille dicitur, per Vitoldum ducem Lithuanie & Vladislaum regem Polonie in auxilium contra cruciferos Prusie euocatus fortiter pugnās ferro occubuisse. Sextus imperator ex Temir Czar genitus fuit Macmetczar. Ex isto genitus est Achmetczar septimus imperator: & achmet sermone Tartarorū exponit cōponibilis. Achmet genuit Sziaichmet octauum imperatorem. Sziaichmet sonat quali religiosus achmet: & Tartari cognominant ipsum Siachmet, quod est martyrizatus Achmet: quia per Lithuanos captus detinetur, in Couno incarceratus, iste euocatus per Albertum regem Polonie, & per Alexandrum magnum ducem Lithuanie in solatiū contra Mendligeri imperatorem Procopensium Tartarorum anno domini millesimo qingentesimo uenit sub hyemem cum sexaginta millibus pugnatorum: mulieres uero & pueri fuerunt supra cētum millia: & quia hyems fuit horrida intensiq; frigoris, coniunx eius per imperatorem Procopensem clam uocata, frigus & inedia non ferens, in Precopa Siachmet marito suo cum magna parte exercitus fugit. Itaq; Siachmet multibus diminutus, & intensissimo frigore pressus, per Mendligeri Precopensem oppugnatus, disiecto eius exercitu cōfictus est, & cum trecentis equis uersus Baizerem Turchorum imperatorem fugit. Quumq; in Bialigrod, quod sonat album castrum iuxta mare ponticum peruenisset, intellexit se captiuandum mandato imperatoris Baizeri: idcirco præpeti cursu retro cum quinquaginta equis fugit, & in campos prope Kiou eualit. Capitaneus uero Kiouielis per exploratores de ipso certior redditus, circumdedit eum cum suis & captiuauit, in Vilnamq; Lithuanis misit, unde aliquoties fugerat, & consequutus, comprehensus & reductus est. Alexandro autem rege Polonie & magno duce Lithuanie conuentionem generalem in Bresce Rutenorū agente, aduenit mandato eius Sziaichmet ex Vilna, & magnifice per regem Alexandrum ad unū militare obuam sibi eunti susceptus est: deinceps in Radom per Polonos, ut reduceretur in Tartariam trans Volham, conductus aliquot millibus armorum leuis armaturę, decretum est: & ut cōpetentior reductio, & à suis labdabilior susceptio fieret, premiserūt Cazac Soltan fratrem germanū Sziaichmet: qui trans Volham peruenit, & cum Albugerim czar patruo Sziaichmet in Czahadai terra eorum cognata moratur. Siachmet uero pro expeditione armorum in Lithuaniam transiens, ad suggestionem Mendligeri Precopensis imperatoris captiuatus est denuo per Lithuanos, & in Couno, quod est castrum iuxta mare Balteum, detrusus ac incarceratus est, uere Siachmet, id est martyrizatus, à suis nuncupatus.

Quod gentes Scythie in quiete sunt & semper rapaces, CAP. XI.

**N**on possunt Tartari in quiete uiuere, quin semper uicinos impetant ac inuadant, prædam que ex spolijs hominum ac pecorum abigant & repossent, & hoc commune est omnibus hordis Tartarorum, ab exordio & ingressu eorum in hanc diem: unde pauca pro multis exemplificando, Anno domini



domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto ingens Tartarorum exercitus ex multis legionibus cōfatus, & per gentes Rutenorū atq; Lithuanorum adactus, cum ducibus Tartarorum Nogay & Thelebuga post festum sancti Andreae in terram Sandomiriensem aduenit, transiensq; per glacies induratas fluuiā Vislā, tam ciuitatem quā ecclesiās eius incendit, castrūq; in quod uniuersa Sandomiriensis regio cū uxoribus, pignoribus, ac fortunis cōfugerat cinxit, & illud nocte ac interdiu expugnauit: sed quum non præualuisset, duces Russiæ Vasilco & Leo filij Danielis regis Russiæ dolose iuaserunt omagium & subiectionem præstituros propter securitatem, quod Sandomiriensi fecerunt. Tartari autem fide uiolara clamore ualido & concursu inuecti in castrum, omnes crudelibus suppliis truculentissime cnecauerunt, fluxitq; sanguis occisorum de colle arcis tanquam quidam riuus in Vislam. Alios uero homines occidere fastidientes, tanquam gregem cumulatōs in Vislam impulerunt & submerserunt, effusiq; e Sandomiria Tartari ducatum præbentibus Rutenis, in Cracouiam uenientes, & eam uacuum habitatoribus reperiētes, in tecla & ualudinarios seuierunt, tribusq; mensibus grassati, nullam resistentiā passi, onusti præda in Tartariam reuersi sunt. Præerea apud Cracouiam puer natus uix semestris (mirabile dictū) articulatā uoce Tartaros uenturos & Polonorum capita præcisuros prædixit. Cuiusmodi tremētibz interrogatus, an ipse etiā Tartarorum aduentum timeret, respondit plurimum sese timere, quum inter alios suum caput essent præcisuri. Et ecce sub intensissimis frigoribus & densissimis niuibz permissa grēs Tartarorum famem sedatura, ducibus Nogay & Thelebuga primum in Lublenses & Mazouiae, & post in Sandomiriensem, Siradiensium & Cracouensium oras in numero locustarum uenit. A castro & ciuitate Sandomiriensium, cum ignominia & strage, militibus qui in præsidio erant, strenui tutantibus repulsi plurās ecclesiās, monasteria & munitiones obtinuerūt & incendunt. Ad Cracouiam autem in uigilia natiuitatis Christi applicantes, & eam expugnari adorsī, aliquot insignes eorum amiserunt, ululatuq; edio ab ea discesserunt, & depopulationem cum spolijs longius exēderunt. Dux Lelco niger de uiribus suorum militum diffidens, in Hungariam cum Griffina sua cōtuge secessit. Et Tartari grassantes ad alpes Pannonias & ad Slesiam peruenerunt. Terris itaq; prædictis spoliatis, sacerdotibus, laicisq; & senibus trucidatis, cum ingenti præda hominum ac pecorum abcesserunt, quum apud Vladimiriā Russiæ parentes uiginti unum milliā de uirginibus duntaxat nondum nuptis computauerunt: ex quo multitudo cæterorum uirorum & faminarum poterit æstimari. Eodem serē tempore Tartari per Cumanos in ducti, Hungariam cædibus & spolijs usq; ad Pest uastauerunt, & in ea ab oclaua epiphaniarum usque ad festum paschæ commorati sunt. Item eodem anno Tartari imperium Constantinopolitanum inuaserunt, & pluribus horuminiibus trucidatis, multa loca desertauerunt. Vnde ex his liquet, quod Tartari nunquam sine spolijs uiuunt, & quod uicinas gentes turbāt & inuadunt, ueluti istis annis Tartari Precopenses septennero Valachiam, Russiam, Lithuaniam & Moscouiam affligunt. Tartari uero Nohatenes & Cofanenſes Moscouiam inuadunt, & spolijs atq; cædibus implent.

*Que gens, que natio habitat in Scythia,*

CAP. X.

Quum sint trecenti & sex anni, quod Tartari ingressi occupauerunt Sarmatiam Asiaticam seu Scythiam, pulsaret forsā quempiam dubitatio, quenam gentes inhabitant præfatam Sarmatiā Asiaticā & nunc & pristis temporibus Scythiam appellatam. Ad hoc ex præcedentibus facile est secundum historias respondere, quoniam Gothi illas terras tempore aduentus & ingressus Tartarorū incoluerunt, uicinis Polouicis occupati, quod sermone Belauorum, Rutenorum & Moscouiarum rapaces & spoliatores sonat: quia tunc Gothi quemadmodum nunc Tartari tanquam canes uenatici

Tartarorum  
perſida ſenſu  
ua

Prodigium

tici vicinas inuadentes nationes molestabant ac spoliabant. Sed altius exor-  
diendo dicamus quod secundum Ptolomæum Pheludianum in secundo Qua-  
drupartiti, angulus Aquilonis septentrionalis, ubi nunc resident Tartari, est  
de partitione trianguli signorum septentrionalium aureorum: dominaturque  
in eo Saturnus cum signo aquarii, qui reddidit præfatum angulum ferocem &  
horrendum secundum incolas eius: sic enim inquit idem Ptolomæus: Qui in  
confinibus terrarum Sarmatiæ & terræ Ascariæ conuersantur, Aquario &  
Saturno assimilatur: unde maioris sunt crudelitatis, qualitatesque animarum  
suarum ferocissimæ. Hæc ille. Maligna siquidem est influentiæ ille falsificæ  
Saturnus, & humano generi infestissimus, suis contrarijs qualitatibus fri-  
giditatis & siccitatis semper contrarius. Ex illo ergo angulo confurxerunt  
& usque in hanc diem inlurgunt nationes rigida & crudeles, humanum ge-  
nus perturbantes, secundum quod Hieremias primo capitulo dixit: Ab Aquilone  
pandetur omne malum, super omnes habitatores terre. Quod si cui pla-  
ceret examinare, manifestissimum & uerum, quia diuinum oraculum, appa-  
rebit. Ibi enim historia, & Ptolomæus in loco præallegato tradunt mulieres  
que Amazones dicuntur, habitasse, illis temporibus terror mundi: nam fra-  
gilitate sexus abiecta, pluras terras uexauerunt, Asiamque minore occupauerunt,  
& Ephesum famosam urbem construxerunt. His deletis & exterminatis  
successerunt aliæ nationes Scythiæ communiter nuncupate, orbi terra-  
rum ut plurimum molesti. Tandem superuenerunt Gothi, qui & Gethæ uo-  
cantur, quorum captiui à Grecis & comicis eorū Geta, & à Dacia Dauus &  
Dacus, tanquam sclauus & serui terti & nuncupati fuerunt. Hi longo tempo-  
re possederunt illas terras, ciuitatesque & castra mutauerunt: præda ut semper  
uixerunt, donec ex Iuhra à finibus septentrionalis Scythiæ superuenerunt Iuhri,  
qui postea Hungui, deinde Hungari sunt dicti. Hi Gothos sui multitudine  
prefferunt & expulerunt. Ciuitates tamen & quædam castra non obtinuerunt.  
Gothi pulsi alienas sedes intrauerunt: primumque Alanos, Roxolanos, Rutenos  
& Vandalos eiecerunt: tandem iuxta mare Ponti commorati, Bulgariam, Thraciam  
& imperium Constantinopolitanum inuaserunt, quos Zeno imperator perhorrescens  
& suspectos habens, ad Italiam liberandam de manibus Odoacri Eruli misit,  
prout infra dicitur. Vandalis uero & Alanis uagi à Constantino magno sedem  
petierunt, & pro mansione Pannonias acceperunt. De his specialiter inferius  
tangetur. Iuhri autem multiplicati per flumina magna transeunt, ut fertur,  
per uenatores cetuum sequentes ducti & animati, terras Russorum intrauerunt,  
& Pannoniam propere aggressi sunt: præficientesque eis Attilam in ducem, ferè toti Europæ molesti fuerunt.  
Deinceps Gothi qui super remanserant, pace oblata multiplicati sunt,  
& Tartaros inuadores, inò & exterminatores, prout in principio huius operis  
diximus, acceperunt. Hæc summarie de habitatoribus Sarmatiæ Asiaticæ  
dicta sunt. In sequentibus autem amplius & particularius dicitur.

## De Golbis, CAP. XI.

Gothi de Scythia pulsi partim in Taurica insula, & iuxta eam, iuxtaque  
mare Ponti commorati sunt: partim uero cum Ragaso rege eorum plus  
quam ducenta millia Italiam inuaserunt: & quum Roma tremere, & tantam  
potentiam expauesceret, multitudo eorum in aspero montis Fesulani iugo  
inedia consumpta est: captusque & in uincula coniectus est Ragasus rex:  
exercitus uero eius tanquam pecudes disiectus, trucidatus, & uenundatus  
est. Hi autem qui circa Tauricam & Pontum federunt, bifariam diuisi sunt,  
& qui cum duce Alarico ad occasum in Italiam & Galliam profecti sunt. Vi-  
sigothi, id est occidentales Gothi uocati sunt. Qui uero cum principe Frigidino  
in locis suis ad mare ponti permanserunt, Ostrogothi, hoc est orientales  
Gothi sunt appellati. Exinde apertum & manifestum est, unde Ostrogothi  
& Visigothi dicti sunt. Patet, etiam, quod Gothi sub rege Dacia in  
Gothia degentes, frivole & inepte eis nomina Ostrogotorum & Visigotorum  
thorum



Athorum appropriant, quum non de ipsis, sed de his quos diximus circa Pontum & Myliam commorantibus, & illis ad Gallias transeuntibus, orientales & occidentales Gothi primum & vere dictum sit. Illi autem in Gothia, in septentrione ad oceanum in terra algidissima, haud in oriente degunt: maleq; & absurde aliena nomina eis usurpant. De hoc uide Pauli Diaconum libro decimo sexto, capite secundo. Orientales quoq; Gothi Myliam & Thraciam, ceterasq; Constantinopolitani imperij prouincias ingressi sunt, quos imperator expauescens, & ab Imperio Constantinopolitano semouere cupiens, cum Theoderico rege eorum ad liberandam Italiam contra Odoacrum misit. Hi per Seremium & Pannoniam gradientes, quum prope Aquileiam circa fluiuium Sontium se suaq; iumenta refecerent & pabularent, Odoacrum cum grandi exercitu uenientem, & eis oppugnationem inferentem fuderunt. Qui fugiens Romam peruenit: & quia clausas ei portas reperit, retro cedendo ad Rauennam euehit: quem Theodericus obsidione cinxit, & post triennium cum eo compositione facta, dolo occidit, totiq; Italiae dominatus est. Qui autem reges Gothorum in Italia, Gallia, & Hispania fuerunt, de facili ex historicis colliges: quoniam de his non est mihi intentio principis scribendi. Iuhris autem, siue Hungaris, de Sarmatia Asiana in Pannoniam abeuntibus, reliquiae Gothorum aucte & multiplicatae sunt, quas Tartari ab oriente superuenientes in toto deleuerunt: sed & ciuitates castraq; demolitae sunt, ut solum in Taurica insula residui reperirentur. Verum Ianuenses ex Italia Theodosiam seu Cassam urbem famosam in Taurica in insula sub ipsis obtinuerunt, & coloniam fecerunt. Tandem Tartari de familia Vlanorum, de quibus infra dicitur, per portum septentrionalem insulam ingressi, totam cum oppidis, pagis & campis occupauerunt, ductibus de Mancup, qui generis & linguae Gothorum fuerunt, duntaxat castrum Mancup retinentibus. Postremo Mahumet octauus imperator Turcorum, auus moderni Selambeci imperatoris, Tauricam insulam comprehendit, Cassam expugnauit, Tartaros Precepeses seu Vlanos cum toto Cheroneso homagiales sibi fecit, & ultra insulam ad septentrionem, castrum Azau in ripa Tanais in castris lauit, & in huc diem Turci tenent. Binos quoq; duces & fratres de Mancupunicos Gothici generis linguagij superstites, ad spem gregis Gothorum prolificandorum, gladio percussit & castrum Mancup possedit, Sicq; Gothi penitus tunc circa Sarmatias, quam in Italia, Hispania, & Gallia extincti sunt, nec eorum genealogia amplius comparet.

De Alanis, Vandalis &amp; Sueuis.

CAP. XII.

Alanis fuere gentes in Alania regione Sarmatiae Europianae, fluminis Tanais contiguae & conterminae: & est regio plana, sine montibus, paucas si montes & colles habens: caret colonis & habitatoribus, quonia ab inuasionibus electi & dispersi, in alienis prouincijs consumpti & extincti sunt. Sicut campi Alaniae late profusi, tam Alanis quam aduenis possessoribus orbati ac deserti: duntaxat interdum Cazaci eam pertranseunt, quarentes, ut moris eorum est, quem deuorent. Cazac Tartaricum nomen est, Cozac uero Rutenicum, ualens in lingua Latina seruilem stipendiarium, grassatorem seu reysteronem: spolijs enim uiuunt, nulli subiecti, gregatim latissimos & uacuos capos tres, sex decem, uiginti, sexaginta, &c. numero percurreres. Cre-scit in illa terra calamus aromaticus uberrime, tartarskiezele à Polonis nomine à Tartaris mutuo nuncupatus: quonia non longe à Tartarorum regione crescit & multiplicatur. Ast Vandalis sunt & fuerunt populi Germaniae, ut suis traditionibus celebrat Plinius, Suetonius, Trauquillus, & Cornelius Tacitus, secus flumen Vandalum à regina eorum in libamen & sacrificium dijs suis pro uictoria ex inimicis adepta, sponte in ipso submeria appellatum. Hoc flumen Istula & Wisla uocatur. Ut autem de Vandalis completior historia referatur, accipiendum est quod Selau ex Iauan filio Iaphet per Helisam procreati sunt. Noë siquidem genuit Sem, Cham, & Iaphet. Iaphet uero Iauan

H

uani quartogenitum & fratres eius: Iauan iuxta mare Ionium & Aegeum  
 Graecos edidit & multiplicauit, simul & Helladicos & Aeolos Sclauos que  
 per filium suum Helisam propagauit: à Iauan enim Ionium mare dictum  
 est: Hebraei quoque Ionios & Graecos lingua eorum Iauan uocitant. Hæc  
 est sententia Iosephi de filiis Noë. Sclaui itaq; mox post Graecos ad occiden-  
 tem terras possederunt, Seruiam, Rusciam, Dalmatiam, Mysiam, Bulgari-  
 am, Bosniam, Croaciam, Pannoniam & Sclauoniam. Fuerunt autem princi-  
 pes Lech & Czech bini fratres, Iauan nepotes, de femore Helisæ descenden-  
 tes, Croaciam ac Sclauoniam per Crupam fluitum rapidum & uelocem di-  
 sterminatæ, forte cum cognatione & familijs eorum inhabitantes, regiam  
 locumq; principalem suæ residentie in Psari castro ac uillagio eius nominis  
 tenentes: uilla usq; in hodiernum diem cum suo nomine Psari permanet ad  
 fluenta Crupæ, plures inhabitatores & colonos, nostro æuo etiam linguagij  
 Sclauonici habens. Castrum uero demolitum solas ruinas & fundamenta ar-  
 cis demonstrat. Quum autem ex multiplicatione hominum & genealogia,  
 rum Dalmatia, Croacia & Sclauonia eas non comprehenderet, sepenum-  
 ro iurgia & cædes inter fratres, principes & cognatos pullabant. Quapro-  
 pter præfati duces Lech & Czech uitando pessima facinora, parricidia &  
 mortes hominum animo concordæ & consilio salubri, collectis rebus & gen-  
 tibus eorum, per familias & colonias cum tota suppellectile, quantula cunq;  
 tunc habebatur, relicti sedibus natiuis, ad occidentales diuerterunt regio-  
 nes exploratum ire & percontari nouas sedes. Sciebant nanque orientales  
 meridionalesq; regiones colonis & habitatoribus occupatas atq; refertas: et  
 idcirco frustra eas aggressi edas & querèdas. Profecti itaq; peruenere in Mo-  
 rauiam & Bohemiam, & lustrata uniuersa illa regione, uasta quidè & non  
 dum culta perspecta & aura eius salubri, & gleba fertili, fixerant tentoria in  
 môte qui Rzip dicitur: cœpitq; Czech frater minor, loci amœnitate delecta-  
 tus, à maiori natu germano suo Lech plurimis instatijjs petere terras Morauie  
 & Bohemæ in hæreditatem suam posterorumq; suorum perpetuandas &  
 populandas, Lech autem ad obeundam & nutriendam beneuolentiam fra-  
 ternam, consensit uotis petitionibusq; Czech, & ualedicēs processit cum su-  
 is uersus orientem & septentrionem, deueniensq; in terras incultas, à nemi-  
 ne unquam habitatas, Slesæ & maioris Poloniæ, suos suaq; omnia exposuit  
 & firmavit: multiplicatiq; Lechitzæ, qui & Poloni, in his locis maioris Polo-  
 niæ & Slesæ, creuerūt deo uolente in maximo numero, & impleuerūt Van-  
 daliam, id est Poloniam, iuxta flumen Vandalum, qui nunc Wisla nominat-  
 tur. Impleuerunt Pomeraniam, Cassubiam, & totam regionem secus mare  
 Germanicum, ubi nunc est Marchia, Lubec & Rostoc usq; ad Westualiam,  
 fortitq; sunt uarias nominationes secundum uarietatem locorum, quæ in  
 habitantur: & hi qui penes fluuium Sueuum, nunc in Teutonico Spre seu  
 Spreua dictum commorati sunt, Sueui nuncupati: & alij iuxta eos Burgun-  
 di, à castis & aceruis, quos lingua sua Polonica brogi uocant, appellati sunt  
 sicq; de reliquis, Dreuiansq; & Trauians à copia lignorum & gramini no-  
 mina perceperunt. Tempore autem imperatoris Augusti, ut refert Bergo-  
 uenientes, ripas Rheni infederunt, quos Drusus & Tiberius nepotes Ocia,  
 uiani, ut refert Paulus Orosius, expulerūt, & repedare in cognatas sedes cō-  
 pulerunt. Tandem Drusus Rhenum & Albim fluuios transeundo pugna-  
 uit. Albis fluuius est per Bohemiam & Misniam usq; in mare Germanicum  
 decurrens, Labya in Bohemico nuncupatus, & in Sueuos & Burgundos in-  
 cidit, quibus cum cruentissimam pugnam egit cum uictoria. Sed uictor Dru-  
 sus in eodem prælio per ferocissimam Sueuorum gentem necatus occubuit,  
 & in Manguntiam relatus sepultus quieuit. Exinde Cæsar Octavianus, ut  
 miscerent sub mitiori cælo, Sueuos, ut inquit Suetonius Tranquillus  
 duxit in Galliam, atq; in proximis Rheno agris collocauit: ubi urbs Augu-  
 gula

Bohemi &  
 Poloni ex  
 Sclauis



honorum imperatoris Augusti structa est: qui translatus in hanc diem Sueui à priori patria, & Vindelici à linguagio Vindelicorum atque Sclavorum, nominantur, ipsaq; urbs Augusta, Vindelicorum Augusta dicitur. Hæc refert secunda, sub descriptione Caesaris Augusti: tamen Sueui de provincia eorum eis mare Germanicum sita educti fuerunt: alij tamen Poloni, Vindelici & Sclavi subintraverunt, & illam regionem repleverunt. Vnde tempore Valentianiani imperatoris, ut dicit Orolius & Bergomensis in Supplemento, Burgundi iterum ex septentrione de terra Vindelicorum surgentes, ad Rhodanum fluvium pertranserunt, & quia pacifice illas terras coluerunt, à vicinis eorum intacti, Burgundiam ex suo nomine uocatam constituerunt, Sed Vindelicos circa Lubec, Rostoc, Mekelsburg, & fluvium Succum imperatores Henrici, tanquam gentiles Christum colere nolentes expugnaverunt, sicq; ad extremum Henricus tertius deuisit prædictis genibus Teutonicos in eorum loca induxit & locauit. Refert quoq; historia Henrici tertij, quod quatuor reges Vindelicorū capti, diebus festis & diebus coronationis suæ, lebetes & caldaria in ignominiam eorum ad coquinam eius ferebant. Et eorum quidem est, quod usque in hodiernam diem perdurant Vindelici seu Sclavi in illis locis circa Lubec, Rostoc, Misnam & Marchiam, non in urbibus, sed in pagis & uillagijs, præcipue hi qui Sarbi & Vindæ uocantur, permanent & nomina Polonorum atque Vindelicorum prisca in nominatione locorum, castrorum & ciuitatum. Nam Lubec, Rostoc, Mekelsburg, &c. nomina sunt Polonica.

*Continua narratio de Vandalis, Alanis & Sueuis.*

## CAP. XIII.

Expulsi Alani à suis sedibus ad Vandalos declinauerunt, & simul Pannoniam intraverunt, ipsaq; quasi sexaginta annis inhabitauerunt: post ea republicam Romanorum inuadentes Gallias afflixerunt: & exinde, ut refert historici, ad Vandaliam seu Poloniam redierunt, & usque ad tempora Silicionis commorati sunt: intuleruntq; ut ex quibusdam signis coniectio, immensam multitudinem argenteorum, cum figura & effigie Adriani imperatoris, prout titulus & superscriptio ostendit. Quam monetam in hanc diem est reperire apud Polonos secus decursus aquarum, & illuua pluuiarum, & in campis in cultura agrorum, uocantq; eam rutilicolas denarios sancti Iohannis Baptistæ, propter expressam imaginem capitis & colli ad similitudinem capitis sancti Iohannis in disco. Tempore autem Honorij imperatoris Stillicon comes Romanus cupiens filio suo Eucherio apicem & culmen imperij cõquirere, Vandalos, Sueuos, Alanos & Quados concitauit ad arma, & ad perturbandum dominium Romanorum. Qui in Gallijs debacchantes, diuina & humana pessundarunt atq; destruxerunt. Deinde Gothi cedentes Hispanias penetraverunt, & nunc has, nunc illas terribili mente afflixerunt. Deinceps ad Aphricam occupandam per Bonifacium principem Romanorum transierunt, & illam ferro & igni uastantes conquisiuerunt. Primo itaq; anno Gratiani, puta anno domini tricesimo octauagesimo primo, & deinceps super Vandalos de regno Poloniæ exeuntes regnauit Modigisilus annis triginta. Post hunc filius eius Gundericus in Hispanijs annis sedecim: hic capta Hispali quum manus in ecclesiam ipsius ciuitatis extendisset, à demone correptus interijt: cui Gensericus frater successit, ut refert Paulus Diaconus, ab Hispanijs ad Aphricam transiens, cunctam penè Aphricam ferro, flamma, rapinis crudelissime deuastauit, fidem catholicam impietate Ariana infectus subuertit, episcopos prosligauit. Sub hoc turbine, teste eodem Paulo diacono & Possidonio beatus Augustinus episcopus Hipponensis, ne suæ ciuitatis ruina cerneret, expletis annis uitæ suæ septuaginta sex, migravit ad Christum. Deinde Gensericus Carthaginem inuadit, atque caput

H. cum

cum ualidissimo exercitu: ex Aphrica aduectus Romam spoliata, multa milia captiuorum cum regina Eudoxia & duabus filiabus in Carthaginem duxit, quam Trasamundo filio suo in matrimonium copulauit, Campaniam & Apuliam flammis consumpsit, Capuam & Nolam pari ruina strauit. Inter has procellas uir piissimus Paulinus Nolanæ urbis episcopus, pro cuiusdam uiduæ filio sese in seruitutē tradidit. Regnauit Gensericus annis quadraginta octo. Eo mortuo successit Honoricus filius eius, qui effugatis amplius quam CCCXXXIIII catholicis episcopis, & ecclesijs eorum clausis, plebem uarijs supplicijs affectit, & quidē innumeris manus & linguas abscidit: illis tamen expeditissimè loquentibus, ut refert beatus Gregorius in tertio libro Dialogorum, & Paulus Diaconus in gestis Romanorum. Tandem iudicio dei percussus, scatenus uermibus miserabiliter expirauit. Post hunc Guntamudus nouē annis regnauit. Post quem Trasamundus, qui ducentos & uiginti episcopos in Sardinia exilio relegauit. Deinde anno domini quingentesimo uigesimo regnauit Hildericus filius eius ex Eudoxia filia Valentiniæ imperatoris à Genserico captiuata genitus. Hic pater Trasamundus ad mortem ueniens, sacramenti nodis altrinxit, ne unquam in regno suo catholicis consulere. Qui mox patre mortuo antequam regnum suscipere, omnes catholicos ab exilijs iussit reuocare, & episcopis ecclesias reformare. Regnauit annis octo: Hunc Gilimer perimens, annis quinq; post eum regnauit, qui tantæ crudelitatis fuit, ut nec parētib; parceret. Tandem Bellisarius patritius à Iustiniano imperatore missus est ad Aphricā, qui magnas copias Vandalorum fudit, regemq; eorum Gilimerum uiuum captiens catena argentea uinctum Iustiniano Constantinopolim misit. Sic Vandalorum regnum in Aphrica destructum est. Habes ex prædictis, quod Vandali, Suedi & Burgundi fuerunt de regno Poloniæ, à locis Poloniæ, quæ inhabitantur, appellatiōnem & nomina sortiti, linguam & sermonem Polonicum profiterentes & loquentes. Habes secundo, quod præfati populi Vandali, Suedi & Burgundi, Germani & non Sarmatæ neq; Scythæ fuerunt. Ideo Sigisbertus, Vincētius in speculo historial, et ceteri antiquiores, inconcinne & iniuste Scythas fuisse scripserunt. Collige tertio, quod prædictæ gentes non de Scandia insula, sed de Poloniâ oriundi, partem Europæ occidentalem & Aphricam pertrabauerunt. Vnde non recte antiquiores dixerunt eos Scythas ex Scandia nauia insula, quum Scythia proprie sit post Tanaim in Asia ad orientem Scandia uero, siue Scandinauia fuit & est ad occasum solis post mare Germanicū in septentrione, Dactæ coherent; quam rex Dactæ possidet multis millibus passuum à Scythia distans. Valde ergo indistincte ac impertinenter iam dictæ gentes Alanicq; Gothi & Huni ab Inexpertis de Scandia dicuntur exisse, quum in ea nunquam fuerint, nec eam penetrauerunt aut contigerunt. Collige quarto, quod Poloni & Bohemi, Suedi, & omnia genera Sclauorum post diluuium in hanc ætatem in suis sedibus & cognatis regnis permanerēt, & nō aliunde superuenerunt. Nec est uerum quod falsus est Blondus (salua uenia tanti historici, in alijs doctissime scribentis, & modernorū sequaciumq; eorum) quod Sclauī à Tanai & Bosphoro ascenderunt in Illyricum, Dalmatiam & Croaciam. Lech quoque & Czech principes Polonorū & Bohemorum ad occidentem diuerterunt, & terras Vandalorum post egressum ipsorum in Gallias intrauerunt, quum Sclauī in ipsorum prouincijs, & in principes Lech & Czech in Poloniâ & Bohemiâ à diluuiō in nostram ætatem permanerunt, permanent & deo fauente permanebunt. Veruntamen Ruteni cum suis principibus ascenderunt eo tempore & alijs de Russia & Bosphoro in Illyricum & Croaciam, & spolia reserebāt pinguis, nec illuc permanerunt. Etiam exeunt de Vandalia seu Poloniâ armigeri sexaginta milia, nonnuntq; centum milia ad oppugnandū hostes: nec per hoc defertatur regnum Polonorū, quū ceteri, mercatores & coloni agrorum in oppidis & uillagijs intacti permanent absq; desolatione, & sic quod non sint



A loca ingrediendi & occupandi exteris: sicut fuit & tempore Honorij Cæsaris, quando Vandali pugnatores duntaxat exiuerunt in Gallias. Et adhuc iniquiunt historici, quod regressi Vandali, qui primum Gallias affligebant, sedes eorum in Vandalia inhabitauerunt: ergo alij ipsas non occupauerunt. Collige quinto, quod linguagium Sclauorum amplissimum est & diffusum, plurimas terras & prouincias possidens, ueluti sunt Seruij, Mysij, Rasci seu Bulgari, Bosnenses, Turco hac tempestate subiugati, ueluti sunt Dalmatae, Croate, Pannonij, Sclauj, Carni, Bohemi, Morauj, Slesitæ, Poloni maiores et minores, Mazouitæ, Pomerani, Cassubita, Sarbi, Ruteni, Moscouita: hi omnes Sclauj & Vindelici sunt, per ampla regna inhabitantes. Sed et Lithuaniam Sclauonizant: Nugardi quoq; Plescouienses, Smolnenses & Ohulici. Vide chronicas eorum & cosmographias. Collige sexto, quod eis mare Germanicum Poloni, Sueui, & Burgundi, consumpti & exterminati sunt per Henricos imperatores, duntaxat Sarbis, & Vindis seu Vindelicis adhuc manentibus, ut expressum est supra.

De Iburis.

CAP. XIII.

Ihuri de Iuhra terra Scythiæ septentrionalissima & frigidissima, iuxta oceanum septentrionis, à Moscouia ciuitate Moscorum ad orientem & septentrionem quingentis miliaribus magnis germanicis distant, ascenderunt & uenerunt per terram planam ad meridiem in regionem Gothorū in Scythia, ubi nunc Tartari Zahadatenfes seu Zauolhenfes degunt, presseruntq; sui multitudinem, & eiecerunt Gothos de Gothia in Sarmatiam. Quomodo coaluissent, & penè in infinitum multiplicati fuissent, audientes à uenatoribus, qui ceruam sequentes transferant flumina Volhæ & Tanais, quod esset terra Sarmatarū Europæ fertilior & auræ mitioris, coaceruati præfata flumina transnantes, Sarmatas & Rutenos cõslexerunt, Gothosq; insequentes cum eis in Mysia & Thracia bellarunt; & eos superarunt: intrantesq; Pannoniam solo uino & regionis ubertate delectati, mansionem in ea fixerunt: Maternum & Tetricum capitaneos Romanorum cum eorum gentibus aggressi consixerunt, & Materno occiso Tetricum in fugam uerterunt: præterea regem e, legerunt, & supra se constituerunt uirum uasrum, animosum & strenuum, Attilam nuncupatum, quem Hungari suo idiomate Ethele uocant. Is aduocatis & recessit multis regibus & gētibus, Gallias ingressus, eas tyrāniter & crudeliter uastauit. Et quum ad campos Cathalaunicos longe lateq; patentes deuenisset, Aetius patritius cū Romanorū cohortibus, cum Theodorico rege Gothorum, multisq; alijs gentibus aduersus eum accelerabat. Quo cõperto Attila aruspices de uictoria cõsultuit, qui inspectis ætis superatum iri inferiorēq; ipsum in illo bello fore dixerunt, adijcientes quod maior de inimicis occideretur: putabatq; Attila quod Aetius supremus dux partis aduerse caderet, aliquo modo de morte ipsius gaudens (terribilis enim uisa est ei potentia Aetij) acies ordinauit & instruxit, cauteq; ad uesperum, non in meridie tubas canere iussit & congregi. Vbi numerosissimus populus cecidit, & Theodoricus rex Gothorum, nō Aetius, quod Attila optabat, cecidit & occubuit. Attila uidēs se uictum, se & suos inter currus in mediū castrorū recepit: nox enim aderat: præcepitq; e sellis equitum in struem congestis focum accendere, ut si impeteretur præcipitaret sese in ignē, & arderet potius quàm in manus hostium deueniret. Altera autem die Thorismundus filius Theodorici regis Gothorum, ultimum iri cupiens necem genitoris cõtra Attilam acies instruebat. Aetius uero suspēctam habens potentiam Gothorum tanquā & Hunorū, persuasit Thorismundo, ut omnia pugna ad possidendum solum paternū properaret, ne frater eius regnum præoccuparet: quo permotus discessit, Aetiusq; & omnis exercitus ipsius solutus recessit. Tunc Attila exhilaratus, spes iniquas ultionis coquebat, & loco secedens urbem Remensem obsedit & expugnauit, sanctūq; Nicalū eiusdē urbis præsulem cum sore eius Eutropia & omnibus ciuibus trucidauit. Ad Treas autem

H 3 quum

Lingua Sclauorum latiff.

quum accessisset, occurrit ei pōtīfex sanctus Lupus, & per cōtando dicit: Tu quis es? Cui ille: Attila sum, inquit, flagellum irę dei. Et Lupus arrepto freno equi eius intro duxit eū cum suo exercitu in ciuitatem dicens: Bene ueneris flagellum irę dei. Ille autē cum suis cęcitate percussus, ut aiunt, pertransiit uiam in partem alteram pacificus. Mulier autē pauperima habēs decem filias, timore percussa de suburbio fugiebat, filiam postremo editam, & in bima tu natam, in sindone ad collum ligatā gestabat, duasq; minores puellulas in iumēto, quod ante se pellebat, portabat reliquę filię circūcirca matrē gradiebantur, & ambulabant. Hanc quum bellatores Attilę consequuti sunt, filię eius terrę ad matrem concurrerunt. Mater autem stupida & sui incompos, uiso fluuio properanter curtebat, uolens se precipitare, & in fluuio submergere. Sed milites eam insequuti in ripa fluuij rapuerunt, & cum filiabus ad Attilam perduxerunt. Quę supplex ad terram procidens gratiam precabatur. Cui Attila misertus, datis pluribus nummis & uestibus, liberam cum prole sua dimisit. Sed & alijs qui cum ea adducti fuerunt propter ipsam percipit. Deinceps Attila in Germaniam descendit, castraq; oppida & uillas eius uastabat, donec audiret quod Aetius & Gothi denuo nouum militem contra eum pararent: quo permotus ad Pannoniā abcessit, & renouato exercitu uir ultimus in Italiam per Steirā & Carinthiam properabat. Ab exploratoribus autem certior redditus, quod Aetius & innumerę gentes in radicibus alpium opperirēt eum, declinauit & diuertit ad Dalmatiam & Histriam, euerisq; notabilibus urbibus, iuxta mare Adriaticum ad Aquileiam uenit, & eam per triennium obsedit. Et quum uictualia obsessoribus etiam in longinquo defecissent, militesq; p̄ inedia contra eum murmurarent, cepit iterum obsequitare urbem, prospiciens qua parte impeteret eam & dirumperet: uiditq; aem quę ciconia uocatur, pullū suum ē summitate arcis rostrō in propinuum arūdinem portare, sic consequenter & alium: & exclamans dixit, aem præsciam futurorum, nosse urbem perditam iri, ideo fugere: & inualefcens contra ciuitatem cepit eam, & more tyrannico omnes quos in ea reperit, in ore gladij trucidauit. Eo tempore urbs magnifica & præpotens Venetiarum ob metū Attilę extructa est. Progrediens autem ad Lombardiā Attila, crudeliter afflixit et uastauit eam. Quumq; ad Rauennam uenisset, ad uolauit Leo papa, obnixę & humiliter supplicans, ut ā uastatione urbis Romę & totius Italię supersederet & cessaret, quod fecit. Et dum pugnatōres eius admirantes ad inuicem replicarent, quod Attilia neminem timeret, nisi bina animalia, lupum & leonem, de pontificibus propter quos genti eorum pepercit, parabolam sumentes. Respondit Attila, Maturum uirum clericali habitu indutum iuxta Leonē cum gladio bifacuto stetit, & uibrato gladio mortem ei comminasse, nisi pacem redderet, petitorē exaudire. Abcessit itaq; & in Pannoniam redijt. Celebransq; nuptias cum una pulcherrima uirgine, multum uini hausit, & in nocte inter cubandum apoplexia suffocatus, centum & uiginti quatuor annis ætatis expletis interijt, & sanguis per nares & os ipsius fluxit. Illa nocte Marcianus Imperator in Constantinopoli per somnium uidit Attilę arcum fractum, arcubus enim gens Iuhrorum potissime utebatur. Desundo autem Attila, insurrexerunt inter Hungaros dissensiones, digladiationes & strages, ita ut plures eorum occisi perirent, reliquos cum Chaba filio Attilę rex Gepedarum, & alij olim Attilę subiecti de Pannonia expulerunt, qui Gothiam per paludes Mæotidas transierunt, tria uero milia ex eis inter eundem de Pannonia sepegauerunt se ab eis, & in Transyluania manserunt, & ne ā uicinis impeterentur, Siculos in uulgariorum Czakle se nominauerunt. Qui autem trans Mæotidas & mare Euxinum penetrauerunt, sæpenumero reminiscētes fertilitatis abundantiaq; panis & uini ipsius Pannoniæ, suis posteris disterebāt & narrabant, utq; in Pannoniam redire hortabantur. Factumq; est, ut post mortem Attilę anno tricentesimo primo, recensius pugnatoribus ducentis & sedecim milibus,

uiam

Attilę mors



nam patrum eorum ingressi, iuxta paludes Mæotidis per Sarmatiam, in Pannoniam peruenerunt, temporibus Constantini Imperatoris quinti, & Zachariæ papæ, uidelicet anno domini septingentesimo quadragesimo quarto. Primumque in Iazyges ascenderunt, & illic septem capitaneos elegerunt unicuique eorum propter insulsum inimicorum triginta milia pugnatorum consignantes: & ut melius ab hostibus tuerentur, septem castra, cuique capitaneo unum assignando, rude & grosse de terra fecerunt & erexerunt, à quibus septem castris in hanc diem Septem castrensis dicitur. Præterea miserunt exploratum ire Pannoniam quendam è suis militibus Cusid appellatum. Is offensus & reperto rege Pannoniæ Suyatoplug nomine: Sclauus hic erat, nam & tota Pannonia terra Sclauorum fuit, licet Romani eis capitaneos & armigeros extraneos præficiabant, ipsum nomine Iuhrorum aduenarum præsalutando, equum album cum sella & freno deauratis obtulit, & parum terræ, aquæ & herbæ ab eo postulat: quod rex Suyatoplug cõcessit, æstimabat enim agricolas fore tanquam hospites aliquodnam terræ pro cultura expolceret: ideo subridens ait, Habeant, quantum uolunt. Cusid ergo lagenam terræ, alteram aquæ Danubij, tertiam graminis reportauit, & quæ egit suis exposuit. Iuhri cognoscetes Pannoniam terram feracem & optimam esse, nomine primi præfecti Arpad nuncupati, Suyatoplug intimarunt, ut amplius in terra eorum, pro equo albo, sella & freno deauratis empto non maneret. Is se ro intelligens bellum ei imminere, exercitum coadunabat. Iuhri autem festine accelerantes ad regem prope Danubium uenerunt, & facta pugna Pannonios cum rege eorum profligauerunt. Rex quoque Suyatoplug à facie eorum fugiens in Danubium incidit, & aquis uehementibus absorptus periit. At Iuhri Sclauos incolas Pannoniæ trucidarunt, terramque eorum in hanc horam possiderunt, Sclauis undique in finibus Pannoniæ remanentibus et inhabitantibus.

Accipe primo, quod Iuhri à Iuhra regione Scythiæ, de qua oriundi exiuerunt: uocati sunt, & usque in nostra tempora à Bohemis, Polonis & Sclauis Hungari appellantur, ab alijs autem Hugui, tandem & Hungari dicti sunt. Accipe secundum quod idem linguagium & loquela pronuntiationis acuta sunt Iuhrorum in Hungaria, & illorum qui in Scythia in Iuhra degunt. Verum Hungari in Pannonia Christianicolæ sunt & politiores abundantioresque in omnibus. Iuhri autem in Scythia usque adhuc idololatæ sunt & agrestes. Accipe tertium, quod Iuhra Septentrionalissima est absque altissimis & inaccessibleibus montibus, nec tantis ut sunt alpes iuxta Italiam, nec sicut montes Sarmatici. Non recte ergo quidam historici tradiderunt, dicentes Hugos exisse de prouincia eorum de montibus maximis & inaccessibleibus. Enim uero sunt montes in Iuhra cum densis syluis patentes & bene permeabiles, quantitas mediæ & altitudinis, petrosi & saxosi quales sunt per totum Septentrionem in fine terræ iuxta oceanum septentrionis. Et scias quod ex oceano Septentrionis quidam pisces idiomate Moscouitarum moris nuncupati, in summitate montis mari adiacentis scandunt, & dentes fricando se in ascendendo appendunt, de culmine montis deorsum in partem alteram prolabantur & cadunt, quos Iuhri & ceteri incolæ Septentrionis capiunt, dentes eorum qui ponderosissimi sunt grauitatis, in Moscouiam mittunt, & post ad Turcos & Tartaros. De quibus manubria & tenacula ensium, framearum & cultellorum faciunt, ut impetuosiores scelus grauitate adiuuante impellat. Accipe quartum, quod montes Riphæi & Hyperborei non sunt in rerum natura, non in Scythia, non in Moscouia, nec usquam locorum: & quæ ferè omnes cosmographi asserant. Tamen, Edel seu Volham, Dzuina, & magnos fluuios ex prædictis montibus effluere, conficta conficti, & potius fabulosa in experti scripsere. Fluit Tanaïs, Volha & maxima flumina ex Moscouia, de terra plana, cœnosa & nemo rosa, nullis montibus obstita, prout de Moscouia, quum peruentus fuerit dicat, si deus annuerit. Bone lector hic est barathrum profundissimum propter clarissimos scriptores montes Riphæos & Hyperboreos ponentes. A quorum con-

Huius alio.

Moris piscis

traditione ueritas ipsa me tueatur & defendat, pro omnibus argutis rationibus, experientia rerū opponēdo, ut qui nō credit, uideat & experiatur quod ita est quemadmodū dixi. Accipe quintō, quod Iuhri in Iuhra Scythiæ non colunt agros, nō semināt, non habēt panē, uinū aut ceruisiā, degunt miserrime in syluis & foueis subteratis, piscibus uescendo & carnibus ferarum, quarum copiam habent, & aquam bibunt, pellibus induuntur ex diuersis animalibus in unū cōsueudo, pellē lupi, cerui, uulpis, marduris &c. Misera ergo regio est sub polo arctico, ut dixit Hippocrates in lib. de Regionib., aere & aqua. Subiecti sunt duci Moscouiæ, & pendunt pro tributo pelles fabellorum, schismorum, & similium, quoniam alijs donatiuis carent. Accipe sextō, quod aliqui famosi cosmographi & historici in illo angulo ad mare Septentrionis temperatissimas regiones confinxerūt, in quibus propter temperiem & auram placidissimam beate & diutissime uiuant, donec tædio affecti, de montibus sese in oceanum precipitent. Hoc torum fabulosum est, quælis etenim beatitudo sit non habere panem, merū, & cetera delectabilia, quælis temperies est, cōtinuum frigus quod illic est patitur. In solstitio hyemali perpetuam & continuam noctem sentiret. In solstitio uero æstiuo permanentes, & parum tepentes soles uideret sed hæc omitto. Accipe septimo, quod in Iuhra et locis Septentrionis nō effoditur aurum, argentum, nec aliæ mineræ. Nec correspondent fabula, quod illic essent griffi & magnæ aues prohibentes fodere & efferre aurum. Vnde secundum hoc dico, cōtrarum autoribus antiquis, quod griffi non sunt in rei ueritate in illa parte Septentrionis, nec in alijs partibus orbis. Affertur autem ad nos auis quædam rapina uiuens, quantitatis aquilæ, sed alis & cauda prolixioribus quàm aquila, in similitudinem accipitris, & uocant eam Moscouitæ Kiczoth, nostri uero homines uocant ipsam Byalozor, quasi albicans splendor, quia subalba est secundum uentrem. Hæc omnes rapaces aues, accipitres, falcones, & ceteræ rapto uiuentes in tantum metuunt, quod in specia ea tremunt & cadit, & extinguuntur. Accipe octauo, quod in septentrione post Gothiam, Sueciam, Finlandiam, Iuhram, & post mare Caspium non sunt monstri homines, scilicet monoculi, bicipites, canina capita habentes &c. sunt nobis similes, rare sparsim, et ab inuicem distantes, pauci numero habitantes, colore ut frequenter liuidi, propter frigus liuiditatem corporis eorum imprimens. Hæc uera sunt, & qui scripsit uerum scripsit, & scimus quia uerum est testimonium eius.

## De Turcis. CAP. XV.

Hæcenus diximus de quibusdam nationibus ante aduentum Tartarorum, Sarmatiam Asianam seu Scythiam per tempora & tempora in habitantibus, si de Amazonibus, de Scythiis, de Gothiis & Iuhris seu Huguis. Consequenter dicemus de ualidis gentibus ex Tartariis Czahadæis. originatiter disseminatis, quales sunt Turci, Vlani seu Tartari Prezecopenses, & Tartari Cosanenses: item Tartari Nohatei. Et primo de Turcis pauca dicamus. Post aduentum Tartarorum ex oriente, in terram Gothorum quam ipsi Czahadæi uocant, anno quasi nonagesimo. Quidam miles magni Cham nomine Otumanna, fortis humilis & fortuna tunc obscurus, uiribus tamen corporis robustus & audax, propter certas ut ei uidebatur in iuriis, e Tartariis in quadraginta equis secedens, cepit occulte in Cappadocia montes, & aditus opportunos occupare, & ex oportunitate loci & temporis prædas agere: ad quem plurimi grassatores, ut fit in huiusmodi genere hominum, confluerunt, & coaluerunt uehementer, ita ut quod prius occultis insidijs egit, palam & pari marte tunc cœperit oppida, ciuitates & gentes inuadere & occupare. Et quia non reperit resistentes, ipse celer, magnus audax, & dexteritate fortunatus per terrores, comminationes, & per aliarum ciuitatum direptiones, occupauit & possedit Cappadociam, Pontum, Bithyniam, Asiam minorem, Pamphiliam & Ciliciam. Itaq; ex ipsa familia Otumanorum siue Turcorum originem duxit, quia ab Aquilone pandetur.

Error cosmo  
graphorum

Otumanna  
quo Turc. im  
perat. Otum  
ni



pandetur omne malum super uniuersam terram. Quod autem Turci prop-  
 go soboles sit Tartarorum, identitas morum, & quædam & pugnantis demon-  
 strat. Nam habitum modumq; equitandi & curte infidendi, sagittis quoq;  
 & arcibus pugnandi eundem habuerunt, & nunc ut plures habent est Tar-  
 taris. Sermonem etiam & linguagium Tartarorum conuatum habent: non  
 differit loquela Tartarus & Turcus, nisi modice, uelut exemplariter dicere-  
 tur, sicut Italus & Hispanus, uel Polonus & Bohemus. Otumano ex huma-  
 nis rapto, filius eius Archanes secundus rex Turcorum successit; audacia &  
 ambitione patri haud abssimilis, sed disciplina rei familiaris longe peritior;  
 quo factum est ut dominium & imperium à patre ceptum, suapte industria  
 auxerit & conseruauerit. Deinde tertius rex subsecutus est filius Archanis  
 nomine Ammurates, hic Græcis dissidentibus & Imperatore Trapefun-  
 tino & Constantino de imperio certantibus, in adiutorium per Trapefun-  
 tinum Imperatorem pretio euocatus, & in Thraciam per Hellepontum tra-  
 iectus, uaser & astutus euentum belli prorogauit atq; protraxit, donec Græ-  
 cis uiribus & diuitijs fractis & eneruatis, occasione habita, in eos arma uer-  
 tit, & Thraciam occupauit. Eo defuncto Pefates quartus rex filius surrexit,  
 qui rerū maximarū cupidus, Macedoniam, Thessaliam, Phocidē, Bœotia,  
 Atticam sui iuris effecit. Bulgarosq; & Illyricos assiduis excursionibus de-  
 hilitauit, & suburbia egregiæ urbis Constantinopolitanæ spoliari, & ciui-  
 tatem obsidione atq; fame intantum excruciauit, ut Imperator Constantino  
 politanus ad Italiā & Galliam auxilia medicaturus profectus sit. Sed deo di-  
 sponte, Temir eulus magnus Cham Tartarorū, quē historici Tamerlanem  
 dixerunt, oblidendo & tanquam fulgur Asiam pertransendo, incidit in Pe-  
 fates præparatū & occurrentē ei, quem prostrigauit, & captiuatum catenis  
 aureis alligauit & abduxit, breuicq; dimisit, qui paulo post obiit. Post hunc  
 quintus rex Alpinus appellatus regnauit. Aduersus istum Sigismundus Hun-  
 garie & Bohemæ rex ac Romanorū Imperator copiosum duxit exercitum.  
 Collatisq; signis, tumultuose fufus castra reliquit, et parū nauigio uix per  
 Danubium turpem sibi inuenit salutem. Amplius sextus in ordine rex Tur-  
 corū Mahumetes tributa grauiā imposuit, excursionibusq; fines sui impe-  
 rij distulauit: præterea sublato Mahumete morte, filius eius Ammurates se-  
 cundus regnauit; hic Thessalonica urbē illustrē euerit, Cyprū & Aethiopiā  
 subegit, Tribulos, Illyricos & Hagaros, uastauit: Vladislau Polonice & Hun-  
 garie regē in primis feliciter pugnantē, ultimo cōgressu ad lacū Varnensem,  
 Ioanne Hunyadi cū Hungaris è prælio secedentibus superauit, & misere cū  
 suis occidit, elatusq; uictoria, Peloponnesum uicēpit, & muros Isthmi Co-  
 rinthiaci funditus deiecit: uita deniq; functus, Mahumetē filiu octauū regē  
 reliquit, qui Cōstantinopolim anno Christi M. CCCC. LIII. die ultimo Maij,  
 post obsidionis quartū & quinquagesimū diē, summa ui & extrema oppu-  
 gnatione cepit: Perā subinde opulentissimū oppidū per deditiōē de molitis  
 muris accepit, Bulgariacq; et Rascia potitus, Smyderou magnificū castrū Ra-  
 sciæ supra Danubiū sitū adeptus est, & ex eo Dalmatiā & Croaciā in solitu-  
 dinem redegit, Stirriā quoq; & Austriā penetrauit. Deinde Nigropontū sub  
 Venetis expugnauit, Theodosiā, nunc Cassiam nuncupatā in Taurica insu-  
 la, lanuensis coloniam unā cū præfata insula expugnauit & comprehendit, bi-  
 nosq; principes de castro, Man cup, ut fertur postremas Gothorum reliqui-  
 as gladio percussit, & Mendigeri Imperatorem Tartarorum in prædicta  
 Chersonneso Taurica, uis iuris fecit: Moldauiam & Valachiam uastauit, &  
 cum Venetis sedecim annis continuis pugnauit, cum Hussacafan rege Per-  
 sarum similiter continuum bellum gessit, saepe uictus, nonnunquam & ipse  
 uictor fuit. Obiit prima die Maij, anno domini millesimo quadringentesimo  
 octuagesimo primo, in Constantinopoli sepultus: pro ipso Turci † Baifse-  
 tum filium eius ad imperium assumpserunt. Zefabuz uero minor natu fili-  
 us Mahumeti indignatus ad Soldanum Aegypti recurrēs, & exercitiū com-  
 parans

alii Balacē.

parans, cum Baſſeto infeliciter pugnavit: & ad Rhodiē fugit, quē magister ordinis Rhodiensis captivū in Franciam miſit & poſtea Alexandro papa ſexto obtulit. Ludovicus autem rex Galliarum ad Apuliam conſequendam per Romam traſiens Zelabum à domino papa per contractum accepit, & inter eundem ueneno, an fatigatione itineris, incertum eſt, extinxit. Expugnauit autem Baſſetus nonus rex Turcorum Ciliam & Album caſtrum in Moldouia. Modon quoque inſulam & urbem eiufdem nominis, ſub Venetis ut & obſidione conquiſiuit. Cum Sophi rege Perſarū ſæpe pugnavit, & quaſi ſemper ſuccubuit. Dum autem ſenuiſſet filius ipſius Selim zabeg, quē noſtri homines Selēbeg, uocant, imperiū ſub eo arripuit, & Baſſetus ad inſulam in qua nutritus erat, deductus breui occubuit. Decimus rex Turcorum Zelembeg modernus ſurrepto imperio, fratres ſuos necauit & extinxit, deinde minax Chriſtianis, præcipue Pannoniæ bellum inferre propoſuit. Deus autem omnipotens excelſo ſuo iudicio aduerſus eum Sophi regem Perſarū concauit, & aliquot præliis conſiſtum ſuperare conceſſit. Tribus autem Imperatoribus poſtremo dictis Conſtantinopolis ſedes imperij, quondam ſecunda Roma dicta, domicilium aſſiduum factum eſt, ita ut à circumciſiſis incolis, præſertim à Sclauis, non Byſantium nec Conſtantinopolis, ſed Czaroū dom, id eſt, domus Cæſaris diceretur, & eſt Conſtantinopolis triquetra figura, duobus angulis mari adiacens, tertio campos proſpectans, eius ambitus decem & octo milliaria Italica continet, non habet grādia palatia, niſi thermas & ſcolas philoſophantiū magnifice nouiter ſtructas: templū uero ſancæ Sophiæ, hoc eſt, ſapientiæ dei, qui eſt Chriſtus uera ſophia patris, egregie oliu ædificatum, per Mahumetem imperatorem ſecūdum Turcorū deiectum eſt, & ſtabulum ferarum factum. Roma uero Italiæ rotunde figura, ambitu murorum triginta duo milliaria continet, ſerē duplo ambitu Conſtantinopolis excedens, & habet ſeptem colles & palatia preioſa.

De familia Tartarorum Vlanorum ſiue Precopenſium,

CAP. XVI.

**A**ltera ſoboles & genealogia ex Tartariſ Zauolhēſibus deriuata eſt Tartarorum Vlanorum, ab Vlano inuaſore inſulæ Taurice cognominata. Vlana puella eſt & uirgo, & quia Vlanus de uirgine & puella genitus eſt, ne legitimo thoro, Vlanus nuncupatus eſt, ſuiſque poſteris in Cherſoneſo Tauricano nomen indidit. Etiam uirgines impregnari & concipere abſque uiro apud Mahumetiſtas nullum miraculum eſt, quum apud ipſos hoc ſæpius contingat & prædicetur. Eſt autem Tauricana inſula inter paludes Mæotidas, longitudinis uiginti quatuor milliarium, latitudinis uero quindecim milliarū, habet tres ciuitates, Solat, Kirkel, Caſſam: & duo caſtra, Man kup & Azau. Solat Tartari appellant Chrim, & Cæſarem Precopenſem, exinde Chrimenſem Imperatorem uocant: & ciuitas illa domus exiles habet, & eſt deſerta pro maiori parte. Alia ciuitas minor eſt Kirkel, & ſupra eam in rupe alta eſt caſtrum ex lignis & argilla factum. In hac rupe ut fertur draco commorabatur, & trucidabat homines & iumenta, propter quem incolæ fugientes, habitations propinquas uacuas reliquerunt, & quia Greci & Italici inſulam inhabitantes glorioſam dei genitricem Mariam præcati ſunt, ut eos à dracone liberaret, uiderunt ſucceſſu temporis candelam ad dentem intra rupem: inciderunt ergo & ſecuerunt gradus aſcendendi in rupem: & peruenientes ad candelam ardentem, imaginem ſanctiſſimæ genitricis Mariæ conſpexerunt, coram quam lumen arſit, draconemque deſubtus per medium ruptum ſacientem. Egerunt itaque gratias de tam miranda liberatione, & draconem in fruſta ſectum, proiecerunt extra rupem, & quia incolæ gloriſicantes beatam uirginem ad imaginem eius aſcendebant uenerunt, Acigeri Cæſar Precopenſis contra fratres ſuos pugnans, exemplo corum motus, ſupplicauit beatæ uirgini Mariæ, ut eum adiuaſet, uotum uouens quod uirginem benedicam remuneraret. Nam Mahumetici uenerantur beatam Mariam, profitentes eam uirginem abſque thoro uirili, magnum prophetam



prophetam Iesum benedictum concepisse & peperisse. Quumq; adiutus su-  
peraret suos aemulos, binos equos quos habuit meliores uendidit & exinde  
cera empta, maxima duo lumina siue candelas fecit, & ante imaginem co-  
ram ardere quotannis iussit, quod in hanc usq; diem per subsequentes impe-  
ratores continuatur. Tertia ciuitas est urbs Theodosia, nunc Cassa dicta,  
quam expugnauit sub Ianuensibus Mahumetes secundus Imperator Turco-  
rum; castrum uero Mankup, quod est uersus occasum à Cassa, praefatus Tur-  
cus Mahumetes uic accipiēs, binos fratres principes & dominos castrum Man-  
kup, ut dicitur, reliquias ultimas Gothorum gladio occidit. Azou quoq; ca-  
strum circa ostia fluij Tanais situm incastellauit, & Turci usq; nunc tenent.  
Tartari uero Vlani ab ingressu insulae in campestribus eius, ut est innata  
consuetudo Tartarorum, degunt, & extra insulam iidem campestris Sarmatiae  
Europianae iuxta plaudes Mæotidas ad mare Ponti usq; ad Album ca-  
strum occupando possident. Ingressumq; in insulam seu introitum ad occa-  
sum solis fecerunt aggerem de terra longitudinis unius miliaris, in modum  
pontis sternentes, rude tamen & semiplene, ita ut aquae maris in aliquibus  
lois aggerem pertranseant. Insula ergo antiquitus Taurica dicebatur: nūc  
eram Protekop, quod sonat fossatum, quoniam aquae circumdederunt &  
eam protegunt, tanquam fossata aquis plena ciuitates: sed haec haecenus.  
Videantur deinceps genealogiam. Post Vlani in Taurica regnauit Tach-  
tanis Czar, qui unā cum Vitoldo duce Lithuaniae contra fratrem suum Te-  
mir Cutlu Czar Imperatorē Zauolhen, pugnauit, & superatus est. Ex Tach-  
tanis Czar filius eius Szidachmet Czar regnare uoluit: sed Acikerei Czar  
expulit eum, & ipsemet pro eo regnauit. Szidachmet autem pro auxilio  
in Lithuaniam perrexit, & captiuatus per Lithuanos cum uxore & filijs in  
castro Couno incarceratus est, sibi cum coniuge & filijs mortuus in diebus  
Cazimiri tertij regis Poloniae & magni ducis Lithuaniae, defuncto Adzige-  
ri Czar quia septem filios reliquerat, & unum filium Haider nominatum ob-  
tinet imperium. Mendligeri uero unius ex praefatis filijs ad Imperatorem  
Turcorum fugiit, & accepto subsidio & uxore à Turco, discessit et eiecit  
Haider & lamurei cum alijs fratribus. Hi ad uiam Vasilouez Moscouiae du-  
cem fugerunt, qui suscepit eos, & ducatum Cofanensem eis donauit. Ex Men-  
dligeri Czar nouē filij nati sunt, primus Mahumet Cerei, alter Achmet Ce-  
rei, tertius Machmut Cerei, quartus Berhi Cerei & est subreptus dum praes-  
dam ageret per fluuium in Valachia, anno domini M. D. X. Quintus Burnas  
Cerei, sextus Mubarec Cerei, septimus Sadech Cerei, octauus & noni nomi-  
na nō teneo. Nūc pro patre suo regnat Mahumet Cerei Czar. Et factis quod  
licet Tartari Prezecopenfes magis ciuiles mitioresq; ratione aurā sexti cli-  
matis quod inhabitant deberent esse, tamen non deseruerunt priscam suam  
lupinā rapacitatē & ferinā crudelitatem, sicut bestiales qui cāpos & syluas in-  
habitāt, & nō ciuitates nec uillas. Inuadūt enim singulis annis, uasāt & de-  
praedantur Ruffiam, Lithuaniam, Valachiam, Poloniam, & quādoq; Moscouiam.

De Tartaris Kofanensibus, & Tartaris Nahaensibus CAP. XVII.

Tertia horda Tartarorum Kofanensium nuncupata est sic à castro Kofan  
supra flumen Volha circa metas Moscouie sito, penes quod commoran-  
tur. Et exiuerunt de principali horda omnium Tartarorum uidelicet de Tar-  
taris Czahadaten siue Zauolhen siue & ceteri Tartari omnes. Habet autem  
tem praedicta Cofanensis horda quasi duodecim millia pugnatorum, in ne-  
cessitate autem, quando aduocant alios Tartaros, ad triginta millia bellato-  
rum constituunt. Istorum principes, & facta eorum genealogias non scriban-  
tur, quoniam homagiales sunt ducis Moscouiae, & pendent ex arbitrio eius  
in uiuendo, in bellando, & duces sibi eligendo: idcirco quod de Moscorum  
principe dicitur, de ipsis poterit accipi & adaptari. Quarta horda recens &  
noua, ultimo ex Tartaris Zauolhenensibus orta est Occasorum siue Tartarorum  
Nahaen. Nam postquam Occasi insignis seruus & miles magni  
Cham,

Cham, habens triginta filios, occisus est; filij secesserunt à capitali horda Za uolhen. & iuxta castrum Sarai degere ceperunt ante hunc annum Christi millesimum quingentesimum decimum septimum, circiter septuaginta annos, uel paulo minus, subitotiq; in immensum creuerunt, intantum, ut hac tempestate numerosissima & maxima surrexerit horda ipsorum. Isti sunt septentrionales & frigidiores omnium Tartarorū, Moscouiā à parte orientali adiacentes, & sepe numero eā inuadentes atq; spoliantes. Dominantur inter eos filij & nepotes Occass. Non habent pecuniam nec monetam, sed res pro rebus uendunt, puta pro seruis, pro filijs, pro pecoribus & iumentis.

## MATHIAE A MICHOV DE SAR

MATIA EUROPEA LIBER SECVNDVS.

De Russis, de tractibus eius, & abundantia, & contentis

in ea. CAP. I.



**P**OSTquam diximus de Sarmatia Asiae, quae Scythia uocatur, restat dicere de Sarmatia Europea, & in ea primò occurrit Russia, olim Roxolania dicta. Latuseius orientale adiacet flumini Tanai, et paludib. Meotidis, seccenatibus Asiam & Europam. Priscis autem seculis Alani habitantur ad flumen Tanais: deinde iuxta illos ad meridie Roxolani. Hae autem gentes in toto deletae perierunt, campiq; latissime patentes spectantur deserti, solis feris & cosacis seu praedonibus peruij, prout supra dictum est. Post hos supersunt reliquae Caucasorum uersus meridiem, & sunt gentes ferocissimae & bellicosissimae, genere & lingua Ruteni. Deinde est castrum Oczarcou nuncupatum, quod Imperator Tartarorum Prezecopensium extruxit, in domino Lithuanorum, & post quasi duobus milliarijs ab Oczarcou in meridiem sequitur Dzassou, & fuit castrum quod ante tempora nostra demolitum est: à Dzassou, in Byaligrod quod Turci occuparunt, sunt sex miliaria. Sequitur Podolia ad occidentum, Moldauiā & Valachiaē contermina ad meridiem, ad orientem uero campis Tartarorum & Tauricae insulae: haec est terrarum fertillissima, ceterisq; mellis feracissima. Nam agrorude cultio & parum inuerso atq; exarato, frumentotq; superfeminato, tribus annis sponte frumentum germinat, ita tamē, quod colligendo tempore mellis segetem, aliquid piam granorum permitta tur in terram decidere, ad surgendum ex eis frumentum in anno sequenti, sine cultura & sine agri aratura. Gramen quoq; & pascua tam cito ac uberrime fundit & prodit, ut perticam in tribus diebus supererescendo contegat, & aratrum in locis graminois derelictum in paulo pluribus diebus, gramnibus sepiat & cooperiat. Examina uero apum nō solum in mellificijs & arboribus cauatis mellificant, uerum in ripis & terra sponte mella reponunt. Contingitq; sepe numero, ut examina apum superuententia, & priores apes exterminantia, ruricolae aduolantia agmina apum trucidat aut in aquis mergant, ut quae praefuerunt, haereditarie mellificarent & manerent. Postea ad montes Sarmaticos habitat genus Rutenorum, quibus praesident nobiles Polonorum. In Kolomya, in Zidazou, in Sniatin, in Aoaſin, in Busco &c. Sub eisdem montibus sunt tractus Halicenses, olim Gallicia dictus, & Prezemilſien, & inter montes Sarmaticos tractus Sanocensis. In medium Russiae tenendo est Leopoldensis terra, & urbs in ea bene munita eodem nomine nuncupata: habens duo castra, superum & inferum, & est metropolis Russiae. In Septentrionem sunt tractus Chelmenſis & Belzenſis, terraq; in medio iacens. Clauditur autem Russia à meridie Sarmaticis montibus, & flumine Tyras, quem incolae Nieslr appellant. Ab oriente finitur Tanai, & Meotidibus Tauricae insula. A Septentrione Lithuania, ab occasu uero Polonia. Ex Moscouia autem aduenit Borystheneſ, ab incolis Dienpr nuncupatus famulos



famosus fluvius, per Lithuaniam & Russiam currens, & sub Smolensco & sub Kiou labens, in hunc ab occasu circa Chmyelnick oppidum confluens, Boh non exiguus fluvius illabitur: & quum mensis esset Borysthene, quae si recenta miliaria Germanica, in mare Ponti cadit. Amplius terra Russiae quum sit fertilis, abundat melle & medone, potu ex melle factio, adducitur & vinum ex Pannonia, & vinum ex Moldavia atq; Valachia, quibus adiacet sed & vinum Graecum ex Graecia, & est forte: etiam cerussiam ad nutum habet. Abundat equis, bobus, & ovium gregibus, abundat cera in maxima copia, abundat pellibus mardarum, scismorum, vulpium & boum. Abundat fluminibus quibus irrigatur, & aquis pisculentis, ita ut ubi aqua invenitur, & pisces in ipsa reperiantur: non impiscantur stagna & piscinae Russorum, sed ubicunq; aqua reperitur, illic & pisces de rore caeli, ut aiunt, demittuntur, absq; hominum cura & impiscatione: suntq; in tractu Leopoliensi lucci magni & laudabiles, & in partes tanquam in laminas ditissibiles. Abundat Russiam calamo aromatico in terris uersus Tanaim & paludes Maotidas. Ite reu pontico in eisdem terris & in Lithuania, sic & pluribus herbis ac radicibus alibi non usis. Abundat tota terra Russiae granis tinctorum quae copiosissime ex cresunt: & quum praesens temporibus ad Ianuam & Florentiam urbes Italicas importarentur, nunc uix aliquid ex eisdem colligitur, fereq; in toto frustrata & non collecta pereunt. In tractu Chelmenis rami pini arboris defecit, & in terra iacetes, in anno aut in duobus in saxa & silices uertuntur: estq; ibi creta seu terra alba in copia, quae ad nos ducitur. Est & sal quod in lacu Kaczibeio temporibus siccis colligitur, & quia prope est Oczarkou castrum Tartarorum, interceptuntur & capiuntur interdum per Tartaros ductores salis una cum plaustris ducentis quandoq; & trecentis. In terra quoq; Praemilnensis & in Drohobiz sal coctum & in bolos ac portiones collectum reponitur. Praeterea in Russiam sunt plures sectae, est enim religio Christiana Romano pontifici subiecta, & illa regit, & praeualet, quanquam sit exigua numero. Est altera secta Rutenorum amplior, quae ritum Graecorum insicciatur, totam Russiam adimplens. Est tertia secta Iudaeorum non usurariorum uelut sit in terris Christianorum, sed laboratorum agrorum & mercatorum magnorum, praesidentq; ut saepe teloneis & exactionibus publicis. Est quarta secta Armenorum, praecipue in ciuitate Kamyenyecensi & Leopoliensi. Hi sunt mercatores peritissimi, ad Cassam, Constantinopolim, ad Alexandriam Aegypti, ad Alcastrum & partes Indiae penetrantes, & merces afferentes. Ruteni habitu & ecclesiasticis officijs Graecos insequuntur, habentq; proprias literas, & ab ecedarium instar & proximum Graecis. Hebraei similiter Hebraeorum literis utuntur & disciplinis, uerum etiam artes liberales, astronomiam & medicinam persequuntur, Armeni suo ritu gaudent & literis. Inter sanctos colunt plus Taddaeum apostolum, asserentes quod eos conuerterit, & fidem Christi docuerit. Deinde & Bartholomaeum sanctum Dei apostolum uenerantur, per quem multos articulos, ut asserunt de fide acceperunt: habentq; magnifica & plurimum decora ecclesiastica apparamenta, planetas & ornatus non scissos, sed omnia quae rotundos, libros, calices, & cetera Christianorum ueteranorum splendidam supellectilem. Quo autem ad spirituales praesides & pastores, Christianorum archiepiscopus est Leopoliensis. Metropolitanus Russorum & Lithuanorum, habens sub sua ditione Kioiensem, Kamyenyecensem, Praemilnensem, Chelmenensem, Luceriensem, & Medniensem episcopos. Rutenorum uero metropolitanus est Kioiensem, quae olim metropolis Russiae fuerat habet subiectos Vladicas, & episcopos de ritu Graeco in Moldauia & Valachia usq; ad flumen Histri seu Danubij, unum in Russiam Chelmensem, alterum in dominio Lithuanorum Vladimiriensem siue Brestensem, tertium Pinsci seu Murooufesi, quartum Polocensem, quintum Lucensem, sextum Smolensensem, & passim omnes alios Vladicas ac episcopos in terris Moscorum, & in Septentrionem de iurisdictione Moscorum protentorum. Isidorus metropo-

Russiarum  
religio

litanus olim Kioiuen. lingua & doctrina Græcus peritissimus, tempore Eugenij papæ quarti ad conciliū Florentinū in centū equis fuerat, & unione ecclesie Romanæ percepta in Russiam redierat: hūc Moscouitæ obedientiam Romanā eis prædicantē ipsolauerunt, & in necē extremam impulerunt. Sequuntur Ruteni doctores & theologos Græcotū, præcipue Basilii magni, Gregorij Nazanzeni, & Ioannē Chrylostomū. Gregorij Nazanzeni eorum sermone Bogoslou nuncupant, quod in latino sonat, laudans deum. Accceptant & nostrum sanctum Gregorium papam Romanū, præcipue in libris Moralium, quem translātū legūt, & lingua eorum Byessednic, quod uel let concionantē, persuadentem uel prædicantē, uocant. In ecclesijs Rutenum lingua Seruitorū quæ est Sclauonica, diuina celebrant, legūt & cantāt, in ecclesijs Armenorum sermone Armeno, in synagogis Iudæorum lingua Hebræa orant. Christiani autē ritu Romano latino sermone cantant, orant & legūt. Et scias quod in fluminibus Russiæ & Lithuanie, præcipue in Boristhene & Boh, tempore æstatis multiplicantur ephimera, & sunt uentris & uolatilia alata, quaternis, interdum senis alis oriuntur & generantur, mane currunt super aquas, & uolant super ripas circa meridiem: in occasu autē solis extinguuntur. De his loquitur Aristoteles primo de Historijs animalū & in Problematibus, & medici de febre ephimera.

De Lithuanis & Samagithis. CAPVT II.

Magnus ducatus Lithuanie est regio latissima, in ea sunt plures duces Lithuanie & Russiæ: unus autem præses & monarcha, cui cæteri omnes subsunt, magnus dux Lithuanie uulgo nuncupatus. Aiunt autē uetustiores & antiquitarum relatores, quod quidam Italici propter Romanorum dissensiones deserentes Italiam ingressi sunt terras Lithuanie, & nomen patriæ Italia, genti uero Itali indiderunt: quæ per pastores terra Litalia & gens Litali, litera præposita cœpit nuncupari. Ruteni autem & Poloni eorum uicini maiorem immutationē facientes, usq; in hodiernam diem terram Lithuaniam, gentes uero Lithuanos appellant. Hi primum condiderūt oppidum Vilno, eleuationis poli quinquaginta septem graduū, & ex nomine ducis Vilij, quo cum illas regiones ingressi sunt, Vilno uocauerunt, fluminibus quoq; circa ipsum fluentibus Vilia & Vilna ex eiusdem ducis nomine indiderūt nomina. Samagithiam autē de suo sermone sic nominarunt, quod lingua eorum, terra inferior sonat. Aliqui autē ignari historie, à lituo quod est cornu, & tuba uenatorū, eo quod regio illa plures uenationes exercent, Lithuaniam appellari uoluerunt, quod ad effectū, non ad historie originem spectat. Hæc gens Lithuanorū annis superioribus adeo obscura, contempta, & uilis apud Rutenos fuit, ut principes Ciouien. ab ea sola perizomata & subera ob egestatem & soli natui sterilitatē in signum tantummodo subiectionis exigere donec Vithenen dux Lithuanorum rebellionem primum contra Rutenos inducens, & seipsum ducem inter populares constituēs, astu principes Russiæ aggressus cōsiliit, sensimq; adeo creuit uiribus, ut iugo principibus Russiæ iniecto, etiam in tributa eos redigeret sibi pendenda, quæ per plures Rutenos Rutenis ipse penderat. Posteriq; duci Vithenen succedentes furtiuus lupi nis & subitis incursionibus finitimas gētes Russiæ, Prussiæ, & Poloniæ inuadebant & diripiebant: donec fratres cruciferi Theutonici ordinis beatæ Mariæ per Conradū ducem Mazouie aduocati, & in auxiliū assumpti, Prussia uel cōtinuis armis cōquisita, Samagitha & Lithuanos aggressi, debellare, captiuare, & opprimere pluribus oppugnationibus cœperūt, tam diu donec ad Olgerdū & Ceystutū duces Lithuanie successiue peruenerūt. Fuit autem Olgerdus magnus dux Lithuanie, cuius filius erat Iagello, postea baptizatus, & Vladislaus nominatus, in regē Poloniæ coronatus. Fratrem autem ipsius Olgerdi fuit Ceysthut, maximus expugnator & perfectuator Christianorū, qui inter pugnandū cum cruciferis Theutonicis in Prussia ter captus, terq; astu & mira euatione contra uoluntatem cruciferorum liberatus

Litalia

Vilno

Lithuanie etymologia



beratus è tuniculis fugerat. Huius Ceystuth filius fuerat Vitaudus seu Vitoldus  
 macte uirtutis princeps, Iagello autè qui postea & Vladislaus, sub treu-  
 gis pacis captiuo Ceystuth, & filiu eius Vitaudum, Ceystuth in carcere  
 occidit, Vitaudu uero in uincula contexit. Tandem à cruciferis & Christia-  
 norum exercitijs saepenumero Iagello pressus, deo miserante ad Polonos  
 declinauit, fideq; Christiana cū fratribus suis, quos octo in numero habuit,  
 unda baptismatis ablutus, & in regē Poloniae coronatus, Heduigim filiam  
 Ludouici Hungariae & Poloniae regis illustrissimam ac speciosissimā in con-  
 sortem accepit, anno Christi millesimo tricentesimo octuagesimo sexto, die  
 Iouis, quarto decima mensis Februarij, quae fuit sancti Valentini. Cœpitq;  
 præfatus rex Vladislaus secundum promissa uigilare & instare, ut gentem  
 Lithuanicam à tenebris erroris ac idololatria expurgaret, assumptis quoque  
 secū Bodzanta archiepiscopo Gnezensi, & pluribus uiris ecclesiasticis atq;  
 religiosis. Item regina Heduigi, Semouito & Ioanna Mazouia, Conra-  
 do Olesniensi ducibus, & complurimis baronibus, anno domini millesimo  
 tricentesimo octuagesimo septimo, in Lithuaniam intrauit, & baptisma susce-  
 pere Lithuanos procurauit. Colebant autem ab origine Lithuanii numina,  
 igne, syluas, aspides & serpentes: igne qui per sacerdotē lingua eorū zinc  
 nuncupatum, subiectis lignis adolebatur: syluas autē & lucos sacrosanctos &  
 habitacula deorum putabant: aspides uero atq; serpentes in singulis domi-  
 bus uelut deos penates nutriebant & uenerabantur. Rex itaq; Vladislaus  
 ignem sacrū puratū in ciuitate Vilnensi, barbaris inspectantibus, extinguit,  
 templum & aram in quibus fiebat hostiarū immolatio dirumpit, syluas uero  
 succidit & confringit, serpētes quoq; necari præcepit, barbaris flentibus deorū  
 fuorum salforū exterminium, contra regem autē nec nullitate audientibus,  
 mirantibus quoq; quod Poloni sacrorum uiolatores ignis syluarū & serpen-  
 tum intacti illæsiq; à dijs eorum, secus quam ipsimet quoties uiolabant, fue-  
 rant. Exterminatis itaq; idolis, gens Lithuanorum per aliquot dies de articu-  
 lis fidei & oratione dominica per sacerdotes Polonos, magis tamen per regē  
 Vladislaum, qui linguam gentis nouerat edocebatur, & sacra baptismatis  
 unda renascebatur: largiente pio rege Vladislao singulis ex popularium nu-  
 mero post susceptum baptisma, ex panno de Polonia adducto nouas uestes:  
 qua prouida liberalitate effecit, ut natio illa rudis & pannosa, lincis in eā diē  
 contenta, fama huiusmodi liberalitatis uulgata, pro consequendis laneis ca-  
 teruatim ad suscipiendum baptisma ex omni regione accurreret: & quonia  
 labor erat immensus unumquemq; credentium baptizare singillatim, man-  
 dante rege multitudo sequestrabat in turmas & cuneos, & uniuersis de qua-  
 libet turmarum benedicta aqua sufficienter confersis, cuilibet turmæ & uni-  
 uersis qui in ea constiterant, nomen usitatum Petrus, secundæ Paulus, tertiæ  
 Ioannes, &c. foeminis per turmas diuisis, Catherina, Margareta, &c. iuxta  
 numerum turmarum imponebatur. Militaribus tamen spiritualis impende-  
 batur baptismus. Fundauit insuper rex Vladislaus in Vilna ecclesiam catho-  
 dralem sub titulo sancti Stanislai patroni Polonorum, principalemq; aram  
 in loco ubi ignis, qui falso perpetuus credebatur, constituit, ut error gentilis  
 fieret cunctis patentior. Constituit etiam in eadē ecclesia Vilnensi episcopū  
 uirum spectatae uirtutis Andream Vazilo, natione Polonū, genere nobilē,  
 de domo accipitrum, professione fratrum ordinis minorū, olim Elizabet re-  
 ginae Hungariae confessorum & prædicatorem insignem episcopum Creten-  
 sium. Eodem quoq; Vladislao rege instante, Samagithia fidem Christi & bap-  
 tisma suscepit. Ad cognoscendam autē naturam prouinciae & gentis illius, ani-  
 maduerte quod regio Samagithia est Septentrionalis & gelida, Lithuaniae,  
 Lituoniae & Prussiae contermina, syluis, collibus & fluminibus circumsepta,  
 in hos tractus distincta, scilicet, Iragola, Myedniet, Chrossae, Rosena, Vidu-  
 kt, Vyelunya, Celthini, Czethra, gentes regionis proceræ & altae statura, a-  
 grestes & inculte, paucos & castigatos uiculis uiuentes, sitim aqua sedare solite,  
 I 2 raro

raro certissima aut Medone: auri, argenti, aris, ferri, vini illa tempestate expertes & ignarae: apud quos licitum erat uni viro plures habere uxores, & patre mortuo nouercam, fratresq; glotem in uxore accipere: nullus illic stibarum, nullus ædificiorum nobilium, sed tantummodo tugurij unius usus, uentrem distentū & porrectum, extrema uero habens coarta, ex ligno & culmo stru- ctura largius ab imo sensim operis incremento ædificium in arcibus cogitur, in carinæ seu galeæ maximæ similitudinem elaborata, in cacumine fenestra una superne lumen reddens, subter quam focus & cibos parabiles coquens, & frigus quo regio pro maiori anni parte constricta est repellens, in ea do- mo se, uxores, pignora, seruos, ancillas, pecus, armentum, frumentum, & om- nem supellestem condunt, gens ad diuinationes & auguria procliuus. Præ- cipuum numen Samagiticum erat ignis, quem sacrosanctum & perpetuū putabant, qui in montis altissimi iugo super fluuium Neuyasza sito assidua lignorum appositione à sacerdotum sacerdote alebatur. Accedens itaque Vla- dislaus rex turrim in qua consistebat incendit, & ignem distulcit & extinxit. Succidit deinde per milites suos Polonicos syluas, quas non secus quàm san- ctas & deorum habitacula Samagittæ, iuxta illud poeticum: *Habitarent dii quos syluas, uenerabatur, in eam caliginem mentis prolapsi, quod & syluæ præfatae & aues, feræq; in illis cõsistentes sanctæ forent, & quicquid in illas ingrederetur, ut sanctum deberet censeris, uiolanti quoq; nemus, feras uel alie- tes, manus aut pedes dæmonum arte curuabantur. Maxima itaque Barba- ros tenebat admiratio, quod Polonorum milites nemus ritu eorum exciden- tes, nulla læsio qualem ipsi in se frequentius experti erant sequeretur. Habe- bant præterea in syluis præfatis focos, in familiis & domos distinctos, in qui- bus omnibus charorum & familiarium cadauera cum equis, sellis & uesti- mentis potioribus incendebant: locabant etiam ad focos huiusmodi ex su- bere facta sedilia, in quibus escas ex pasta in casei modum præparatas depo- nebant, medonemq; focis infundebant, ea credulitate illius, quod mortuorū suorum animæ, quorum illic combusta fuerant corpora nocte uenirent, e- scaq; se exsatiarent. Insuper prima Octobris die, maxima per Samagittas in syluis præfatis celebritas agebatur, & ex omni regione uniuersus utriusque sexus conueniens illuc populus, cibos & potus quilibet iuxta suæ conditio- nis qualificationem deferbat, quibus aliquot diebus epulati dijs suis falsis præcipue deo lingua eorum appellato Perkuno, id est tonitru, ad focos quis- que suos offerebat libamina. Rex itaque Vladislaus primum eos pater nos- ter, deinde symbolum docuit, quoniam nullus sacerdotum linguam Samagitticam nouerat, & unda baptismatis ablui iussit. Vnus autē ex maioribus Samagittarum pro omnibus respondit: Ex quo, inquit, serenissime rex, dii nostri ueluti inertes & languidi à deo Polonorum deleti sunt, deos nostros & sacra eorum deserimus, & deo tuo atq; Polonorum fortiori adhaeremus, sicq; baptizati sunt. Rex autem in Myedniki cathedralem ecclesiam sub ho- nore & titulo sanctorum martyrum Alexandri Theodori & Euançij, in alijs autem locis ecclesias parochiales fundauit, & illis dotem sufficientem consi- gnauit & inscripsit. Medicensis ecclesiæ primus episcopus Mathias origine Almanus, in Vilna tamen natus, eo quod linguam Lithuanicam & Samagitticam norat præfatus est & consecratus. Contigit autem in prima planta- tione, dum Samagittæ per magistrum Nicolaum Vazic, fratrem ordinis præ- dicatorum regium predicatorem per interpretem instruerentur de fide, crea- tione mundi, & lapsu primi hominis Adæ, unus Samagittarum sustinere ser- monē prædicantis nõ ualens in hæc uerba prorupit: Mentitur, inquit, illu- strissime rex iste sacerdos, asserit mundum creatū esse, quū sit homo non lon- gæ ætatis, sunt etenim inter nos plures annorum numero seniores eo, cen- tenarium numerum supergressi, qui creationē nullam recordantur: sed solem & lunam, ceteraq; sydera semper eisdem motibus luxisse referunt. Rex autē Vladislaus iubens eū silere, declarauit magistrū Vazic creationē mundi nõ asseruisse*

Mortuorū præ-  
sentationes



Afferuisse in diebus suis incepisse, sed löge ante, puta ante sex millia annorū,  
 & paulo plus, ordinatione diuina prouenisse. Contulit autē rex Vladislauus  
 magnū ducatum Lithuanie & Samagithie Alexandro Vitoldo fratri suo  
 patruelli sui quia acer & animosus erat pugnando, adiecit Lithuanie ducatu  
 Pskou, quem Plescouiam appellant. Deinde alterū ducatum Nouogrodienē,  
 qui Nugardia agnominatur. Tertium ducatum Smolnensem suo dominio  
 apposuit. Factaq; in circuitu pace, in orientē penetrauit, & incidens in Flor-  
 dam Tartarorū multitudinem eorū, in Lithuaniam appulit, ac in certo terri-  
 torio Lithuanie locauit, usq; in hanc diem permanentem. Congestioq; fortio-  
 ri exercitu, iterum in Tartariam perrexit, & superatis fluminibus, in plani-  
 clem diffuse porrectam circa flumen Vorzela, quattadecima die Augusti  
 peruenit. Ibi occurrente ei Imperatore Zauolheni Temir kutlu, quem scri-  
 ptores Tamerlanem nuncupant, cum infinita ac innumerabili Tartarorum  
 multitudine, de treugis & pace utrinq; tractabant, concordia tamen, nequa-  
 quam à Tartaris acceptabatur. Vitoldus igitur à suis persuasus cum custodi-  
 bus corporis sui retrorsum abiit, & in Lithuaniam fugitiue rediit: exercitus  
 uero ipsius ab infinita multitudine Tartarorum obrutus, in toto deletus est.  
 Præterea Sigismundus rex Romanorū faciendū inter Vitoldum & Vladis-  
 laum fratrem eius regem Polonie fomitem discordiarū, coronam Vitoldo  
 promisit, & in regem Lithuanorū sublimari persuasit: uerū quum afferretur  
 corona per loca tutiora Marchie & Prussie, nobiles maioris Polonie sese  
 opposuerunt, & cum exploratoribus in custodia permanendo, in loco qui  
 Turzagora uocatur, legatos Imperatoris Romanorū opperiebātur & expe-  
 ctarunt. Illi uero rem inieciam cognoscentes, terrore percussu retrocesserunt,  
 Vitoldus autem de hoc certior factus præ tristitia ab anthrace inter scapulas  
 orto, uitā cum principatu finiuit, anno domini millesimo quadringentesimo  
 trigesimo. Post mortē Vitoldi Vladislauus Jagello rex Polonie Suintregellum  
 fratrem suum in ducem Lithuanie anulo suo inuestiuit & substituit: qui im-  
 memor beneficij, cōtra Vladislaum Jagellonem tumultuauit & bella gessit,  
 propter quod rex Vladislauus principi Sigismundo de Starodup suggestit,  
 cōmilitq; ut ducatum Lithuanie sub Suintregello surripere. Apparuit igitur  
 comete exili supra illum ducatu, dux Sigismundus de Starodup Suintregellū  
 expulit, & ducatum magnum Lithuanie possedit. Hunc Sigismundus luati  
 dux Czarthorienfis, genere & secta Rutenus post aliquot dies occidit. Ingre-  
 diebatur siquidem ex consuetudine urse ad tabernaculum ducis Sigismūdi.  
 Ruteni itaq; more urse ostium tabernaculi fricabant & mouebant: quo au-  
 dito dux Sigismundus urfam aduenisse putando, ostia aperuit, & à Rutenis  
 uulneribus concessus occubuit. Aeneas de Picolominibus scripsit, non hunc  
 Sigismundū, sed Vitoldum sicut præmissum est, per suos in forma urse de-  
 lusum interfecit. Sed in scijs relatoribus creditur, & erronee scripsit, quem  
 admodū simili errore ductus, plurima de Lithuanis, plurima & de Polonis  
 conficta literis tradidit. Posteriq; historiographi errantem erroris sequen-  
 tes, ipsius Aeneas absurditates & loca atq; mores illarum nationū nunquam  
 uisa, aliter quā fuerunt, & quā sunt, tanq; uera literis demandare nō eru-  
 buerunt: quum experientia præteritorum atque presentium ipsū & ipsos  
 in expertos & aliter quā res habeat scribentes redarguat. Successit duci Si-  
 gismundo de Starodup, Kazimirus Vladislai Jagellonis tertius natus in ma-  
 gno ducatu Lithuanie, quē ferē quinquaginta annis gubernauit, sub cuius  
 extremis & ultimis annis Iuan dux Moscorum auulsi, & sibi appropriauit  
 ducatum Nouogrodensem, alijs Nugardiam seu Nouogrodiam nuncupa-  
 tum. Post Kazimirū in Lithuania dominatus est Alexander filius eius quar-  
 togenitus, cuius temporibus præfatus Iuan dux Moscorum principatū Mo-  
 zaisensem, longitudinis septuaginta, latitudinis totidem milliarū, & castra  
 quadraginta subripuit. Alexandro uita functo, Sigismundus modernus in  
 magno ducatu Lithuanie successit, sub cuius dominio Vassilo Mosco-

uix dux & principatum Pleskou, quem Pleskouiam appellānt, & ducatum Smolnensē expugnauit & possedit.

*De amplitudine & contente magni ducatus Lithuaniae.*

## CAPVT III.

**A**mplitudo magni ducatus Lithuaniae est talis. A mari Balteo seu Prute, nico ad Vilnam capitalem ciuitatem Lithuaniae sexaginta miliaria, à Riga uero ad Vilnam recto itinere septuaginta miliaria: eundo uero super Poloczko ut cōmuniter uadunt, erunt à Riga in Vilnam centum miliaria. Deinde à Vilna in Kiou sunt centum miliaria. A Kiou usq; ad confluentia, ubi iunguntur fluiui Dinepr & Boh, quos Graeci Borythenem, maiorem & minorem appellānt, sunt decem diata, quae faciunt septuaginta miliaria, ibi steterat castrum Dzassou, quod destructum est, & ibi est finis dominijs Lithuaniae, quum prius protendebatur ad Byaligrod, quod Latini Album castrum nuncupant, & ipsum Turci expugnarunt & possident: circumiecta uero Tartari in campis degunt: Ista est cōputatio uerius meridiem, quinimo uerius dicam inter orientē & meridiem. Iterum ex transuerso computando, à Patzou & metis Lithuaniae in Vilnam sunt octuaginta miliaria: sed à Cracouia per eandē uiam usq; in Vilnā sunt centū & uiginti miliaria. A Vilna in Smolensco centū miliaria, à Smolensco in Moscouam ciuitatē Moscorū centū miliaria, & sunt miliaria Germanica magna. Prima autē & capitalis ciuitas in Lithuania est Vilna, est tanta quanta Cracouia cum Kazimiria Clepardia, & omnibus suburbij: uerū domus non sunt cohaerentes sicut in nostris ciuitatibus, sed ut saepe mediant hori & pomaria: habet Vilna binā castra murata, superū in monte & inferum in basso. Nouigrod uero, quum Latini Nugardiā uel Nouogardiam uocant, fuit de possessione magni ducatus Lithuaniae, per ducem Vitoldum armis conquisita, & est Nouigrod in amplitudine paulo maior quā Roma, quia Roma in ambitu continet triginta duo miliaria Italica, quae faciunt sex miliaria Germanica, & duo miliaria Italica super sunt Nouigrod autē cōtinet integra septem miliaria, alia trigintaquinq; miliaria Italica. Itē Nouigrod lignea habet adificia, Roma uero murata. Distat Nouigrod à mari Balteo duobus uel quasi tribus miliarijs. Et fuerunt, adhucq; sunt in ea ditissimi mercatores: intantū quod apud quemlibet mercatorem iuxta refectorium est Crancz, id est referuaculum loco testudinis, in quod argentum, aurum & res pretiosae conquisitae projiciantur absq; numero. Vnde Iuan, quod sonat Ioannes princeps Moscorum anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimonono, surripiendo Nouigrod de manibus Kazimiri magni ducis Lithuaniae, huiuscemodi thesauros Nouogrodien. exhaustit, & trecentos currus ad summum implendo, duntaxat de auro, argēto & unionibus pretiosis, in Moscouiam abduxit. Et quia in eadem Nouigrod perniciofa consuetudo inoleuerat sicariorum & raptorū, saepeq; aliquo reo inuento uel designato pulsabatur campana praetorij, ubi centum senatores tanquam iudices sedebant, omnes more illius patriae barbam protensam nutriendes: uulgus autem audito sono campanae, cōcurrebat de tota ciuitate, ita quod quislibet hospes duos acciperet lapides in brachio, & filij hospitem similiter. Quumq; reus per senatores condemnaretur, lapidibus adstantes obruebant & interficiebant eum, tumultuosq; ad domum condemnati curretes diripiebant omnia bona occisi, & area domus postea ueniebatur, & pecunia exinde pro Republica confiscabatur. Idcirco Iuan dux Moscorum praefatus apprehensa & possessa Nouigrod in quinque famosioribus plateis quinq; capitaneos cum armigeris constituit ad sedandum & prohibendum solitos tumultus, inuasiones & spolia. Est in Nouigrod castrum Deczen nuncupatum, in eo principalis ecclesia est sancti Sophiae, id est saluatoris, & est tecta aureis laminis splendentibus, suntq; in eadem Nouigrod septem monasteria Zinkorū, id est, nigrorū monachorū de regula sancti Basilij, & distant à seiniuem fere uel prope per medium miliarē.





plurimi alij in Tanaim decurrūt. Item ex dominio Lithuanorū post castrum Vefnya, quod dux Moscouiæ Modernus Vassilo occupauit, ortus est Dinepr, seu Borysthenes ex terra plana lutosa, ex stagnis in densis syluis, & fluit sub Smolensco & sub Kiou, tandē emensis quasi trecentis milliarijs Germanicis, in mare Ponti incidit. Item Vilita alius fluitus triginta milliarijs ad orientē Vilnæ ciuitatis ortū cepit, & sub castro Vilnenli cum alio fluuio minori Vilna dicto, & initium eius duobus milliarijs à præfata ciuitate Vilna computatur, comiscetur, unag ad magnū fluuium Niemen influunt. Niemen autem fluitus ualde flexuose decurrit, naues defert & merces: & post castrum Couno in mare Prutenicū cadit. Item Dzuina magnus fluitus fontes habet in Moscouia, & in dominio Lithuanorum, fluit sub castro Vitepsk, deinde sub Poloczko: hostia eius circa Rigam ciuitatē Liuania, ubi in mare cadit. & scias quod quædamodū in superioribus premisit tria magna flumina prope se iniucē oriūtur, scilicet, Dinepr, Dzuina, & Volha: oriūtur, in quæ, in locis planis, nemorosis, palustribus, non ex montibus Hyperboreis, nō Riphæis, nec alijs quibus montibus qui in natura minime sunt, duntaxat figmēto olim Græcorū tanquam in rei ueritate existerent gloriose & ampullose prædicati sunt, & quod præfata flumina ex ipsis erūperent ac orientur per sequaces historicos cosmographos & poetas in experte descripti decantatiq; sunt, quoniam nusquam compareant: plana liquidē est terra per totum, undē illa ortum ducunt. Et Dinepr qui est Borysthenes ad meridē fluit usq; in mare Ponti incidens. Dzuina grande flumen ex Moscouia erumpens, ad occasum solis per dominia Lithuanorū, & per Liuaniam labens iuxta ciuitatē Rigam, in mare Balteū descendit. Volha maximus fluminū etiam ex Moscouia oriens, in Septentrionē tendit, reuersusq; in orientē, longinque circuit Tanaim: tandē conuersus in meridē per Scythiam seu Sarmatiā Asianā & campos planissimos Tartarorum peruagatus, in uiginti quinque flumina magna partitus, mare Euxinū ingreditur. Distat Tanais à Volha in Tartaria itinere sex hebdomadarum, ad minus trium aut quatuor uelocissime currentibus. Sunt & alia in Lithuania & Moscouia multa flumina & stagna magna: parua uero flumina & riuulini numero in matora desuunt. Omnia piscosa abundanter, ita quod in illis terris ubi aqua, ibi & pisces: & sunt pisces sapidiore & delictabilioris gustus quàm in regionibus nostris, piscinæ & fodinæ pro aquis & impiscationibus tanquam inutiles illic non sunt. Amplius in ducatu Lithuania panis rusticorum nigerrimus est nō cribratus, ex siligine aut ordeo unā cum hursuribus: dominorū uero & potentum panis delectabilis de pura similagine tritici albilissimus pinlitur & habetur: uino carent, nisi quod aliunde ducitur, præcipue uinum Rhenense, & ex occidentalibus regionibus per mare Germanicū & Balteum, adductū alicubi reperitur, medone & spisso, et tenui & uario modo cocto abundans, & illo reficiuntur & inebriantur. Ceruicias coquunt diuersimode & ex uarijs granis, puta frumēto, siligine, ordeo, auena, milio, & c. & nō sunt sapide: uulguis autem ut semper aquam bibiti oliuæ & fructus dulces ac delicati illic non crescunt, algida etenim & frigida est provincia. Armenta habent omnis generis & feras syluarum, plus quàm in orbe Christianorum reperiantur: saltus, deserta, & syluæ sunt magna, decem, aliquando quindecim milliariorum, nōnunquam & uiginti quinque milliariorum: ad latera desertorum & syluarū uillæ & habitatores inueniuntur, & idcirco quia magna nemora sunt, magna seræ & multæ abundantissimæ uisuntur & capiuntur, urī & boues syluestres, quos lingua ipsorum thuri & zumbrones uocant, onagri, & equi syluestres, cerui, damæ, doræ, capræ, apri, urī, mardures, scilini, & cætera genera ferarum. Insuper aues abundant & ficedulæ, quæ illic uinæ non sunt, aduolant & impinguntur, atq; cum suauitate eduntur. Estq; in Lithuania & Moscouia animal uocacissimum & inutile, quod alibi non comparat, rossomaka nominatū. quantitatis canis, facie catti, corporis & caudæ ut uulpis, colore nigri, cadaueribus uelicitur, inueni



inuentosq; cadatere, intantum uorat, ut extendatur & infletur tanquam tympanum, reptatq; angustia, stricta inter arbores intrat & intrudit se cum uolentia premedo, ut uiolenter comesta uiolentius egerat, sicq; extenuatū de nouo cadaueri accurrit, & ad summū impletur, cū uicissitudine expressionis, & ad morticinū reuersionis, donec totū absumat & deuoret. Et forsan natura tam insatiabile animal in illis regionibus producit, ut homines simili uacitate laborātes redarguat. Quoniam potentes quū conuiuari cœperint, sedent à meridie, in medium noctis continuo cibo & potu sese opplendo, & à mensa quoties natura propellit assurgendo & egerendo iterum & iterum uolunt usq; ad uomitū & amissionem discretionis & sensus, tuncq; inguinis & capitis quæ sunt discrimina nesciunt: estq; illa consuetudo perniciosa in Lithuania & Moscouia, magis uero & absq; rubore in Tartaria. Est etiam in illis terris Lithuania, Moscouia & Tartaria ab origine consuetudo uenditionis hominum: serui natura uenduntur à dominis suis tanquam pecora, pueri eorū & uxores: quinimo pauperes homines, libero uentre nati, uicū carentes, uendūt filios & filias suas, interdum & semetipsos, ut apud patronos siliquis & grossis cibis saturentur.

## De Moscouia. CAPVT IIII.

Moscouia est regio longissima latissimaq; nam à Smolensco usq; ad Moscouiam ciuitatem sunt centum milliaria, à Moscoua ad Volochda centum milliaria. Et Volochda est prouincia, & fluius per ipsam labens eodē nomine uocatur: à Volochda ad Vsczuga centum milliaria, ab Vsczuga ad Viathka centum milliaria: & ista quadringenta milliaria sunt de regione Moscouiæ, & sermo per totum est Rutenicus seu Sclauonicus. Ultra prædicta à Viathka ad regionem Permsca centum milliaria, inde ad terram Vahuczka triginta milliaria, & hæc Scythiæ confinis est. Et ista prouinciæ subiectæ sunt duci Moscouiæ, additisq; terris ad Septentrionem & orientem ab eodem duce Moscouiæ possessis, Iuhra & Corela quæ sunt in Scythia, erunt quingenta milliaria Germanica magna. Verum Moscouiæ non per milliaria nostra computant, sed per uersū: & uersū est quinta pars milliari Germanici. Numerant itaque à ciuitate Moscoua ad Wlodomiriam ciuitatem decem & septem milliaria Germanica: abinde ad Vsczuch quingenta uersū: iterum ab Vsczuch ad Iuhram quingenta uersū. Intra Moscouiam autem sunt multi ducatus. Est ducatus seu terra Moscouiæ, de qua triginta millia pugnatorum nobilium ad bellum egrediuntur, agrestiu uero sexaginta millia. Est & ducatus seu terra Tuczka, de qua quadraginta millia armatorum nobilium duntaxat ad bellum prodeunt. In hoc ducatu capitalis ciuitas Tuerd nūcupatur, & est ciuitas gradis lignea de lignis ædificata: in ea sunt ecclesiæ lignæ centum & sexaginta: castrum etiam ligneum est, & sunt in ipso nouè oracula seu ecclesiæ: principalis est sancti saluatoris, & illa duntaxat est murata: sub hac ciuitate & castro amplissimus fluius Volha habitur. Ducatus Chelmcki, de quo septem millia pugnatorū exeunt. Ducatus Zubsczouski, de quo quatuor millia armatorū. Ducatus Klincki, de quo duo millia bellatorum prodeunt, ad terram Tuerden. annumerantur. Item ducatus Kubensis triginta milliaria in longum continens. Ducatus Iacoslauiæ. quadraginta milliaria de terra habens. Ducatus Szuhersien. uiginti milliaria terræ habens. Ducatus Szachouensis triginta milliaria in longum continens: omnes sunt in milliariis Moscouiæ in longum computatis. Insuper ducatus Rzezenis, de quo quindecim millia baronum seu nobilium armatorum euadunt, & fluius nominatissimus Tanais de ipso oritur. Item ducatus Sufdalarum, & plures ei adiacentes desolati & destructi sunt per Tartaros. Est & terra Tartarorum Cozanska, Florida nominata, triginta millia pugnatorum producens, principi Moscorum subiecta, in campis iuxta castrum Cozan, quod dux Moscouiæ possidet: & alluitur magno flumini Volha, degens. Moscoua est ciuitas principalis satis magna, bis maior quam Florentia Thufica.

aut

aut bis maior quam Praga Bohemiae urbs. Praga dico quae extat & quam tu uidisti: non Praga, quam quidam nouus historicus fide astruit longissimum trium dierum itinere ciuitatem, quod fabula est: uerum Moscuua lignea est, non murata, plurimas habens plateas, & ubi una platea finitur, altera non statim incipit, sed campus mediat. Inter domos quoque sepes mediant, ita ut domus sibijnuicem non cohæreant. Nobilium domus sunt maiores, plebei foru uero humiles. Fluit per medium ciuitatis, & sub castro ipsius fluius eiusdem nominis cum ciuitate, Moscuua appellatus, & est tantus, quantum Multaui in Praga, aut Arnus in Florentia. Castrum autem quod est in medio ciuitatis in plano, est castrum bonum muratum tantae amplitudinis, ut Buda in Hungaria, habet tria propugnacula: & cum his turres magne simul computatae sunt decem & septem, tegulis latericijis tectae, sed unus murus: in eo castro ecclesiae sunt sedecim, tres muratae, scilicet, sanctae Mariae, sancti Michaelis, & sancti Nicolai, reliquae sunt de ligno. Palatium ducis in praefato castro est muratum ad instar Italicum nouum, non amplum, nec magnum: tres curiae nobilium sunt muratae, aliae domus ligno constructae, stuba omnes nigrae. Aliae ciuitates Moscorum sunt minores, & castra minora omnia de lignis fabricata. Praeterea terra Moscouiae plena est boscis ac syluis, aquis quoque, fluminibus, piscibus & feris, quemadmodum Lithuania referta, sed frigidior & Septentrior, maior, unde pecudes & pecora parua sunt & mutila absque cornibus, quasi semper propter frigus: homines uero proceri, altae, & robustae staturae sunt, bibunt aquam, medonem, & quassetz, id est, fermentatos liquores. Arant & sulcant ligno sine ferramento, & arpicant frondibus arborum supra seminata ab equis tractis, raroque propter intensa & longa gelua segetes maturefcunt, ideo menses scitis frugibus in stubis desiccant, maturant & triturant. Saepenumero autem utuntur calefactibus aromatibus, saepe & sublimatis, de aromatibus, de melle, uel alio calefactorio, ita ut & de aena aquam ardentem suae sublimatum faciant & bibant ad effugandum & repellendum algorem & frigus, alioquin ex frigore congelarent. Carent uino & oleo, & ne inebriantur, princeps terrae prohibet ne medo aut liquor inebrians in aliqua domo reperiat sub priuatione uitae, nisi bis aut ter in anno ex admisione principis. Monetam habent argenteam puri argenti, dzingis nominatam, maiorem & minorem, formae oblongae, quadrangularem, non orbicularem, non politam, nec bene planatam. Estque terra diues argento, & custodia undique clausa, ut ne dum serui & captiui, sed & liberi, indigenae & aduenae exire absque literis ducis nequeant, & haec haecenus. Flumina in Moscouia sunt plurima, aliqua autem maiora scitu digna enumerabo. Tanais nominatissimus fluius a Tartaris & Moscouitis Don nuncupatus, fontes & originem habet in Moscouia prope in ducatu Rezenli. Confurgit de terra plana, sterili, limosa, paludinosae & nemorosa. Quumque ad orientem solis processisset usque ad metas Scythiae & Tartariae, declinat ad meridiem, & perueniens ad paludes Maotidas, illic ostia tenet & ingreditur. Est tantus Tanais, quantum dicerem triplatum Tyberim post Romam in mare Tyrrhenum decurrentem, aut quantum Danubium in duplo circa Budam. Et doctrina astrologorum tenet, quod Tanais sit eius longitudinis cuius & Nilus fluius Aegypti, puta circa sexaginta gradus longitudinis. Et sicut Nilus a meridie ad mare Alexandriae descendit, sic Tanais a septentrione in Maotidas & mare Ponti defluit. Nec piget repetere quod supra dixi, alia magna flumina ex Moscouia esse orta, uidelicet Ezui na, Volha, & Dinepr seu Borythenem. Et quum Moscouia sit regio plana, non montosa, praedicta flumina in distantia non ualde longinqua a se inuicem ex terra plana, nemorosa & paludinosae oriuntur, maximisque fluminum ille Volha, in Tartarico dictus Edel, tendens in septentrionem, proceedit ducentis miliarijs usque ad Nisni nouigrod, quod sonat inferius nouum castrum, & est in terra Moscouiae: & illic acurrit & ei coniungitur magnus fluius ex media Moscouia procedens, Occa cognominatus. Deinde octuaginta millia



Germanicis Volha sub castrū Cosan, quod dux Moscouæ possidet, tandem sub castrum Sardi, quod Tartari tenent, flux deinceps versus meridiem viginti quinq; fluminibus tantis ut est Tyberis Romæ, & alijs multo maioribus influit in mare Euxinum. Accipiat itaq; lector tua humanitas, & contra omnes aduersantes tueatur, & dicat quod prælibata flumina non de montibus, nec de radicibus montium, quoniam ibi montes sunt nulli, oriuntur & fluunt. Accipiat secundo, quod montes Hyperboræi & Ryphei, de quibus emanasse illa flumina ab aliquibus fabulose scriptum est, nec in Moscouia, neq; in alijs partibus septentrionis sunt recteq; dicitur confictos esse, & nullamquam existere, nisi forte in libro scripti aut picti, & non in terra reperiri asserantur. Accipiat tertio, quod in dominio Moscorum, quemadmodum & in terris Turcorum, homines de loco in locum, & de territorio in territorium ad incolendum transferuntur, & alij pro his commutati mittuntur & locantur. Accipiat quarto, in Moscouia unam linguam & unum sermonem esse, scilicet Rutenicum seu Slaouonicum in omnibus satrapijs & principatibus, sic quod etiam Ohulici, & qui in Viathca degunt Ruteni sunt, & Rutenicum loquuntur, unamq; sectam & religionem instar Græcorum tenent, omnesq; Vladicæ, id est episcopi, qui plurimi sunt, patriarchæ Constantinopolitano subfunt, & confirmationē ab ipso postulantes obedientiam promittunt, præter Tartaros Cosanenses, qui ducem Moscorum recognoscentes, Mahumetum unā cum Saracenis uenerant, & linguaq; Tartarorum loquuntur, etiam præter alienigenas ad septentrionem in Scythia cōmorantes, qui sermone & linguis proprijs loquuntur, & idola colunt, prout in sequenti capitulo dicitur. Accipiat quarto, quod post terram Viathca nuncupatam in Scythiam penetrando, facit magnum idolum Zlotababa, quod interpretatum sonat, aurea anus seu uetula, quod gentes uicine colunt & uenerant, nec alius quis in proximo gradens aut feras agitando & in uenatione sectando uacuus & sine oblatione pertransit: quinimo si munus nobile deest, pellem aut saltem de ueste extractum pilum in offertorium idolo proijcit, & inclinando se cum reuerentia pertransit.

De regionibus Scythiæ Perm, Baskird, Iuhra & Corela, per ducem Moscouiæ subiugatis. CAPVT V.

POST Moscouiam sunt gentes & regiones inter septentrionem & orientem in fine Asiæ septentrionalis, quæ proprie Scythia dicitur, principi Moscouiæ subiectæ, per Iuan ducem Moscouiæ principaliter subiugata, scilicet Perm, Baskird, Cziremissa, Iuhra, Corela. Perm monosyllabum est, inde terra Permice, bisyllabæ Permca pronunciano: & fuit regio idola colens, quam Iuan dux Moscorū citra annos uiginti baptisma percipere cœgit, more Rutenorum seu Græcorum: & posuit eis Vladicam, id est episcopum, nomine Stephanum, quem barbari post discessum ducis uiuum excorauerunt & necauerunt, reuersusq; dux affixit eos, & alium denuo præsulem constituit, sub quo tanquam noui Christicolæ, Rutenorum schisma & ritum profiterentur permānent. Asiæ uero regiones præexpressæ in infidelitate & idolatriâ persistunt. Colunt solem, lunam, stellas, bestias syluarum, & quod eis occurrunt habent propria lingua & idiomata. In terra Permca propriū idiomus, in terra Paskirdorum proprium, in Iuhra proprium, & in Corela etiam proprium. In his regionibus non arant, non seminant, panes nō habent nec pecunias: feris syluarum, quæ apud eos abundant, uescuntur, & nō nisi aqua bibunt morantur in densis syluis, in tugurijs ex uirgulis factis. Et quia syluæ illas terras contexerunt, homines syluestres & ferinos effecerunt. Sunt uelut bestia ratione non utentes, uestimenta de lana non habent: pellibus teguntur rude & grosse, consuentes uarias pelles in simul, ex lupo, ceruo, urso, sabellis & scismis & cæteris, prout fors obtulerit. Et quia ipsorū terræ mineras non nouerunt, pro omaggio duci Moscouiæ mineras non pendunt, sed pelles animalium syluestrium quibus abundant. Proximiōres oceano septentrionis,

Homines sine pane uiuunt

trionis, ut Iuhri & Coreli, piscatur & capiunt balenas seu utulos & canes marinos, quos ipsi uol appellat, & ex cute eorum parat redas, burfas & caletas, axungiam autem pro imaginatione seruant & uendunt. In Iuhra & Corela: sunt aliqui montes medio cricis tumoris, non altissimæ elationis, pro ut quidam putauerunt & scripserunt. Supra montes autem oceanus qui medio cres sunt, per totum septentrionem oceano adiacetes, scandunt ex mari pisces mors nuncupati, dente se supra montem continendo, fricando, & ascensum promouendo: dumq; ad summitatem montis peruenerint, ad ulteriora gressum promouendo, ad alteram partem montium uolitando decidunt. Hos illic gentes colligendo dentes eorum satis magnos, latos & albos pondere grauissimos capiunt & Moscouitis pendunt atq; uendunt: Moscouitæ uero his utuntur ad Tartariam quoq; & Turciam mittunt, ad parandum manubria gladiorum, framearum & cultrorum, quoniam grauitate sui maioræ ac fortioræ impressionem impingunt, & præbent impellentibus, laborantibus, præstantibus, & occidentibus. Et memineris quod supra dixi, hanc esse illam Iuhram regionem Scythiæ, de qua egressi sunt Iuhri, à posterioribus Huni & Hungari dicti, qui ad Gothiam ascendentes uehementer multiplicati transferunt maxima flumina circa paludes Maotidas, intraueruntq; Pannoniam, & secundo regressu eam occupauerunt, possederunt, & in hanc diem tenuerunt, suntq; eiusdem sermonis & loquelæ præcisæ, nisi quod addiderunt nostri Hungari aliqua uocabula ex Sclauonico idiomate, earum rerum quæ in Scythia & Iuhra non reperiuntur. Verum in Pannonia Iuhri sunt Christiani: in Iuhra uero patres eorum idololatæ, politioresq; & cultiores sunt Hungari in Pannonia, omnibus delictis pleni, quamuis in toto syluestres sunt, bestiales, & in frigida distima regione miserrime degentes. Insuper memineris in his regionibus Scythiæ ad oceanum septentrionis non esse magna flumina, sed esse quasdam rupes & montes medio cricis molis, & non excellentissimæ celsitudinis inaccessibilesq; uelut aliqui historici antiquiores protulerunt & scripserunt. Potius itaque secundum experientiam dixissent, de nemoribus & densis syluis eos exiuisse, quam de inaccessibleibus montibus.

F I N I S .

## PAULI IOVII NOVOCOMENSIS DE

LEGATIONE MOSCHOVITARVM LIBELLVS,  
ad Ioannem Rufum archiepiscopum Consentinum.

Flagitasti amplissime antistes Ruse, ut ea que de Moschouitarum moribus à Demetrio eius gentis legato, qui ad Clementem VII. Pontificem nuper uenit, quotidianis propè sermonibus didicissem, Latinarum literarum memoriæ commendare, quum pro uetere tua pietate atq; uirtute ad amplissimam Rom. Pontificis dignitatē pertinere arbitraberis, si homines intelligerent, non fabulosi, aut omnino obscuri nominis regem, sed qui numerosissimis extremi Aquilonis populis imperet, in causa religionis omnibus nobiscum sensibus coniungi, foedereq; perpetuo colligari, opportunissimo tempore cupiuisse quando nuper aliquæ germaniæ gentes, que pietate cæteris omnibus prestare uideri uolebant, in sana atq; scelestâ defectio ne non modo à nobis, sed ab ipsis etiã superis exitiabili errore descuerint. Ceterum id munus impostum quod certe grauioribus studiis occupatus iure optimo poterat recusare, egregia uoluntate celeritateq; perfecti, ne nimia mora uel accuratiori castigazione gratiã nouitatis exueret: qua uel una re mea ergate ueteris obseruantia studium, præstantiq; officij uoluntas manifeste declaratur, quum honoris iacturâ facere, si quis ex hac ingenij tenuitate sperandus est, & desiderium tuum longe honestissimum diutius frustrari maluerim. Vale.

REGIO/



REGIONIS primo situs, quem Plinio Straboniq; & Ptolemæo parum notum fuisse perspicimus, pressa breuitate describetur, & in tabula typis expressa figurabitur. Inde gentis mores, opes, religionem, militieq; instituta, Tacitum imitati, quæ à perpetuis historijs libellum de Germanorum moribus sibi iunxit, perstrictiore stylo narrabimus, eadem ferè sermonis simplicitate utentes, qua nobis ab ipso Demetrio curiola ac leni uestigatione lacessito, per otium exposita fuere. Demetrius enim haud inepte Latina utitur lingua, ut pote qui in Liouonia à teneris annis in ludo prima literarum rudimenta didicerit, & insigni uariarum legationum munere functus, plures prouincias Christianorum adierit. Nam quum antea ob spectatam fidem ac industriam apud Suetiæ Daciæq; reges, & magnum Prussicæ magistrum, oratorem egisset, non uisum apud Maximilianum Cæsarem, dum in eius aula omnis generis hominum resertissima uersaretur, si quid barbarum quiesco doctissiq; ingenio inerat, elegantium morum obseruatione detersit. Causam uero huiusce suscipiendæ legationis præbuit Paulus Centurio Genuensis, qui quum acceptis à Leone decimo Pontifice commendatitijs literis, mercaturæ causa in Moschouiam peruenisset, cum Basilij principis familiaribus ultro de consociandis utriusq; ecclesiæ ritibus agitauit. Quærebat enim Paulus insano uastoq; animo, nouum & incredibile iter petendis ab India aromatis: fama namq; cognouerat, quum in Syria Aegyptiq; & Ponto negotiaretur, aromata ex ulteriore India aduerso anue Indo subuchi posse, atq; inde modico terrestri itinere super atis Paropansidis montium iugis, traduci in Oxum Baciriano num amnem, qui ipsidem ferè montibus, quibus Indus oritur, aduerso fonte in Hyrcanum mare raptis secum multis annibus ad Strauam portum effunditur. Porro ad ipsa Straua tutam facilemq; nauigationem uideri usq; ad emporium Citracham ostiumq; Volgæ amnis, inde uero aduersis semper amnisbus, Volga scilicet & Occha & Moscho, in urbem Moscham: ab Moscha autem terrestri itinere Rigam, & in ipsum mare Sarmaticum, omnesq; occiduas regiones facile perueniri posse contendebat. Vehementer enim & superæquam Lusitanorum iniurijs erat accensus, qui India magna ex parte armis domita, occupatisq; omnibus emporijs, cuncta aromata coëmerent, & in Hispaniam auerterent, atque ea grauiore quàm antea pretio, ac impotentia questu omnibus Europe populis uenditare consueuissent: quin & diligentia adeo cura Indici maris & litora perpetuis classibus custodirent, ut eegnegotiationes penitus intermissæ atque desertæ uideantur, quibus per sinum Persicum, ac aduersum Euphratem, & per Arabici maris angustias, secundoq; demum Nilo per mare nostrum Asia omnis atque Europa abunde & uiliore quidem pretio complebantur, deteriore etiam Lusitanorum mercimonio, quum remotissima nauigationis incommodo, sentinaq; uitijs aromata corrumpti, eorumq; uis & sapor, odoratusq; ille spiritus multa demum mora in Olylipponensibus conditorijs promercalibus euanescere atque expirare uideatur, quum asseruatis semper recentioribus, uetera tantum, & multo quidem situ mucida uenudari quereretur. Ceterum Paulus quanquam de his rebus acerbissime apud omnes disserendo, & Lusitanis ingentem conflando inuidiam, multo auctiora fore uectigalia regia, si id iter aperiretur, & aromata ab ipsis Moschoiis, qui tantam eorum uim omnibus ferculis absumerent, uilius emi posse perdoceret, nihil tamen quod ad eam negotiationem pertineret, impetrare potuit: quoniam Basilium homini externo ac ignoto, eas regiones quæ ad Caspium mare & Persarum regna aditum præberent, minime aperendas esse existimabat. Itaq; Paulus omnibus exclusus uotis, ex mercatore legatus factus, Basilij literas Leone iam uita functo ad Hadrianum Pontificem retulit, quibus ille cum multo uerborum honore egregiam uoluntatem erga Romanum Pontificem ostendebat. Paucis enim ante annis Basilium ardente cum Polonis bello, quum Lateranensis conuentus habere, tur, per Ioannem Daciæ regem, huius Christierni qui nuper regno expulsus,

Demetrius

Aromatum caritas unde

K est, p2

IS DE  
LVs,

de Moscho  
o, qui ad Cle  
nis propè ser  
noræ comen  
ad amplissimā  
eris, si homi  
curi nominis  
eret, in causa  
uo colligari,  
æ gētes, que  
essa defectio  
sciuerint. Cē  
us iure opti  
mia mora uel  
meæ ergate  
de claratur,  
andus est, q̄  
m. Vale.

REGIO/

esse patrem postularat, ut iter tuum legatis Moschouitis ad urbem Romanam  
 praberetur. Verum quum eodem sorte die & Ioannes rex & Iulius pontifex  
 ab humanis excessibus, sublato ad id sequestro, consilium mittendo  
 de legationis omisit. Exarsit subinde bellum inter ipsum & Sigismundum  
 Poloniam regem, quod quum insigni ad Borysthenem parta victoria, à Polo-  
 no feliciter confectum esset, Romæ supplicationes sunt decretæ, ueluti de  
 uictis cæcisq; Christiani nominis hostibus: que res & regem ipsum Basilium,  
 & uniuersam gentem ab Romano pontifice haud mediocriter abalienauit.  
 At quum Hadrianus sextus fato extinctus Paulum iam secundo itinere ac-  
 cinctum destituisset, successus ei Clemens septimus illum etiam tum orientis  
 iter insano animo uoluntatem cum literis in Moschouiam transmisit, qui-  
 bus Basilium propensissimis adhortationibus inuitabat ad agnoscendam Ro-  
 manæ ecclesiæ maiestatem, ferendumq; communibus in religione sensibus  
 perpetuum foedus: quod illi maxime salutare atq; honorificum fore testa-  
 tur, ita ut pontifex polliceri uideretur, se ex sacrosancta autoritate pontificia  
 eum regem collatis regalibus ornamentis appellaturum, si reiectis Græcorum  
 dogmatibus ad autoritatem Romanæ ecclesiæ conferret. Cupiebat enim Ba-  
 silium regis nominis titulum concessione pontificia promereri, quum id dare  
 sacrosancti iuris esse, & pontificiæ maiestatis iudicaret, quâdo & ipsos quo-  
 que Cæsares à pontificibus maximis diadema aureum & sceptrum Roma-  
 ni imperij insignia accipere, inueterata consuetudine cognouisset: quanquã  
 & id pluribus à Cæsare Maximiliano legationibus postulasse ferebatur. Igitur  
 Paulus, qui belliciore aliquanto cursu quàm multo cum quæstu percurrere  
 terrarum orbem ab ineunte ætate didicerat: quanquam lenex & antiqua  
 stranguria tentatus, prospero celeriq; itinere Moscham peruenit, ubi à Basili-  
 o humaniter est susceptus. Fuit interea in eius aula menses duos, diffususq;  
 uiribus, & eius immensi itineris difficultate deterritus, quum Indicæ nego-  
 tiationis spes omnes ac inexplicabiles cogitationes penitus abiiecisset, cum  
 Demetrio legato, priusquam eum in Moschouiam peruenisse putaremus,  
 Romam rediit. At pontifex magnificentissima Vaticanarum ædium parte,  
 ubi laquearia aurata, lecti serici, auleaq; eximij operis uisebantur, Demetrium  
 suscipi, & togis sericis uestiri iussit, attribuitq; ei comitem, ac rerum diuina-  
 rum pariter & urbanarum monstratorem Franciscum Cheregatum episco-  
 pum Aprutinum, longinquis sæpe ac dignissimis legationibus fungum, qui  
 ipsi Demetrio uel in Moschouia Pauli sermonibus erat notissimus. Porro De-  
 metrius ubi aliquot dierum quiete recreatus est, deteris eloisq; fordibus, quas  
 longo ac laborioso itinere contraxerat, assumptisq; insigni patrio habitu ad  
 pontificem deductus: eum de more supplex adorauit, munusq; Zebellinarum  
 pellium suo regisq; nomine obtulit: tum uero Basilij literæ datæ: quas ipsan-  
 tea, & demum Illyricus interpret Nicolaus Siccensis in hanc sententiã La-  
 tinis uerbis transfulerunt. Clementi pape, pastori ac doctori Romanæ eccle-  
 siæ, magnus dominus Basilius, dei gratia imperator ac dominator totius  
 Russie, necnō magnus dux Volodemariæ, Moschouicæ, Nouogrodicæ, Ple-  
 schouicæ, Smolentiæ, Ifferiæ, Jugoriæ, Perminiæ, Vetchæ, Bolgariæ &c. domi-  
 nator & magnus princeps Nouogrodicæ inferioris terræ, Cernigouicæ, Ra-  
 zaniæ, Volotchicæ, Rezeuicæ, Belchiæ, Rostouicæ, Iaroslauicæ, Belozeriæ,  
 Vdoriæ, Obdoriæ, Condiniæq; &c. Misistis ad nos Paulum Centurionem  
 ciuem Genuensem cum literis, quibus nos adhortati estis, ut uobiscum ceterisq;  
 Christianorum principibus consilio ac uiribus cōiuncti esse uellemus,  
 aduersus Christiani nominis hostes, ac nostris uestrisq; legatis ultro citroq;  
 commeandi tutum ac expeditum iter pateret, ut mutuo amicitie officio de  
 amorum salute & statu rerum cognosceret. Nos autem deo bene ac sell-  
 citer adiuuante, sicut hætenus, aduersus impios Christianæ religionis ho-  
 stes impigre cōstanteq; stetitimus, ita & in posterum stare decreuimus. Itemq;  
 cum cæteris Christianis principibus consentire, & pacata itinera præstare  
 parati

Fr. Cherega-  
 ti laus

Basilij literæ



A parati sumus. Quas ob res mittimus ad uos Demetriū Erasmiū nostrū hō-  
minem cum hac nostra epistola, Paulumq; centurionem remittimus. Deme-  
trium autē celeriter remittetis, cumq; incolumē & inuolutū usq; ad fines no-  
stros esse iubebitis. Idem nos quoq; prestabimus, si cum Demetrio legatum  
uestrum mittetis, ut sermone ac literis certiores de rebus administrandis red-  
damur, sic ut perspectis Christianorum omnium uoluntatibus, nos etiam o-  
prima cōsilia capere ualeamus. Datum in domino nostro in ciuitate nostra  
Moschouia, anno ab initio mundi septimo millesimo tricelimo, tertio Apri-  
lis. Cæterum Demetrius, uti est humanarum rerum, & sacrarum præsertim li-  
terarum ualde peritus, occultiora de magnis negotijs mandata habere uide-  
tur, quæ mox eum priuatis cōgressibus expositurum speramus: nam à febre,  
in quam ex cæli mutatione inciderat, pristinas uires, & natiuū uultus robo-  
rem recuperauit, ita ut pontificijs sacris, quæ in honorem diuorum Cosmæ  
& Damiani solenni apparatu, musicisq; concentibus confecta sunt, sexage-  
narius senex & cum uoluptate quidem astiterit, & in senatum uenerit, quum  
Campegius Cardinalis à Pannonica legatione tum primum rediens, à pon-  
tificæ omnibusq; aula ordinibus exciperetur: quin & sacrosancta Urbis tem-  
pla, & Romanæ magnitudinis ruinas, prisorumq; operum deploranda ca-  
uauera mirabundus inuiserit, ita ut credamus cum propediem explicatis  
mandatis, cum legato pontificio episcopo Scarense, dignisq; acceptis à pon-  
tificæ muneribus in Moschouiam esse rediturum.

Moschouitarum nomen recens est, quamquam de Moschis Sarmatarum  
affinibus Lucanus poëta in Pharfal. meminerit, & Plinius Moschos ad Pha-  
sidis fontes supra Euxinum ad orientem constituit. Eorum regio latissimos  
habet fines, & ab aris Alexandri magni circa Tanais fontes ad extrema ter-  
rarum. Borealemq; oceanum sub ipsis ferè septentrionibus extenditur, cam-  
peditis magna ex parte, & pabuli quidem ferax, sed æstate pluribus in locis  
admodum palustris: nam ea omnis terra magnis frequentibusq; amnibus ir-  
rigatur, qui ubi niuibus hybernis multo solis uapore colliquatis, & resoluta  
ubiq; glacie contumescunt, campi passim in paludes abeunt, cunctaq; itine-  
ra continentibus aquis & cœnosa illuuitæ defœdantur, donec nouæ hyemis  
beneficio restagnantia flumina, ipsaq; paludes iterum cogantur, & uias soli-  
dissimo constrictas gelu, uel transituris curribus præbeant. Hercynia sylua  
quotam Moschouia partem occupat, ipsaq; passim politis ubiq; ædificijs in-  
colitur, iamq; longo labore hominum rarior facta, non eam sicuti pleriq; exi-  
stimant, horridam densissimorum nemorum impenetrabiliumq; saltuum fa-  
ciem ostendit. Cæterum ea immanibus feris plenissima per Moschouiam per-  
petuo tractu inter ortū solis & Boreā ad Scythicum oceanum excurrere tra-  
ditur ita ut spes hominum eius finem curiosè scrutantium, infinita magni-  
tudine sua semper eluserit. Ea in parte quæ uergit ad Prussiam uos ingentes &  
sacroscissimi taurorum specie reperiuntur, quos bisontes uocant, itemq; alces  
ceruina effigie, & cum carnea proboscide aliisq; cruribus, & nullo suffragi-  
num flexu, lozzi à Moschouitis, à Germanis uero helenes appellati, quæ a-  
nimalia C. Cæsari nota fuisse uidemus. Præterea uersi inuasiatæ magnitudi-  
nis, & prægrandes lupi atro colore formidabiles. Ab ortu Moschouia finiti-  
mos habet Schythas, qui Tartari hodie nuncupantur, gentem uagam & bel-  
lo omnibus seculis, illustrem. Tartaris pro domibus sunt carri cætonibus co-  
riisq; confecti: ab quo uitæ genere Hamazobios antiquitas eos appellauit.  
Pro urbibus uero ac oppidis immensa castra, non fossis aut materia clau-  
stris, sed infinita sagittariorum equitum multitudine uallata. Diuiduntur  
Tartari per bordas: ea est eorum lingua consentientis in unum populi con-  
gregatio, ad effigiem ciuitatis. Hordis singuli præsunt imperatores, quos  
genus aut bellica uirtus dedit: sape enim cum finitimis bella gerunt, ac am-  
bitiose admodum & atrociter de imperio decertant. Hordarum infinitum pro-  
pe numerum esse constat: quippe Tartari ad Cathaium usque celeberrimam

Demetrius laus

Hercynia  
sylua

Horda quid

in extremo ad orientem oceano ciuitatem:latissimas solitudines tenent. Por-  
 ro qui proximi sunt Moschouitis,mercatura cōmercio,& frequentibus corū  
 irruptionibus sunt noti.In Europa ad Dromon Achillis Taurica in Cherfo-  
 nelō sunt Præcipitæ,quorum principis filiam Selym Turcarum impera-  
 tor uxorem duxit.Ii Polonis maxime sunt infesti,lateq; inter Borysthenem  
 & Tanaim cuncta populantur,& cum Turcis sicuti religione,ita & cæteris  
 in rebus mīstrice consentiunt,qui in eadem Taurica Cassam Ligurum colo-  
 niam obtinent,Theodosiam antiquitus appellatam. Ii uero Tartari,qui in-  
 ter Tanaim & Volgam amnem in Asia latos campos inhabitant, Basilio  
 Moschouitarum regi parent, & imperatorem aliquando eius iudicio deli-  
 gunt. Inter eos Cremij intestinis seditionibus laborantes, quum antea opi-  
 bus & belli gloria maxime ualuisent, paucis ante annis uires simul ac om-  
 nem dignitatem amiserūt. Trans Volgam Casanij Moschouitarum amicitia  
 religiose colunt,ac eorum se clientes esse profitentur. Ultra Casanios ad  
 Boream sunt Sciaban multitudine armentorum ac hominum potentes.Post  
 eos sunt Nogai qui summam hodie opum & bellicæ laudis obtinent autori-  
 tatem. Eorum horda quam amplissima nullum habet imperatorem, sed rei,  
 publicæ Venetæ more multa sentiorum prudentia, strenuorumq; uirtute gu-  
 bernatur. Ultra Nogaios haud magno ad meridiem deflexu uersus Hyrcanum  
 mare,Zagathai Tartarorum nobilissimi oppida lapide constructa in-  
 colunt,regiamq; habent Sarmacandam urbem eximie magnitudinis & cla-  
 ritatis,quam laxartes maximus Sogdianæ amnis interfuit, atq; inde ad cen-  
 tum miliaria in mare Caspium effunditur. Cum ijs populis a tate nostra Hy-  
 smael Sophus rex Perfarum dubio sæpe euentu bella gessit,timoreq; eorum  
 adductus,dum uires omnes imminētibus opponunt,Selymo una acie ui-  
 dori Armeniam Taurisiumq; regni caput prædæ reliquit. Sarmacandam  
 ortus est Tamburlanes,sive ut Demetrius dicēdum monet, Themircuthlu,  
 qui Batæzetem Ottomanum,huius Solymani tritauum,apud Ancyram Ga-  
 latia urbem ingenti prælio superatum cepit,& per omnem Asiam ab se ter-  
 ribili maximi exercitus impetu deuictā, ferrea inclusum cauea in triumphū  
 pōpa circumduxit. Ab hac regione ad Moschouitas plurima uestis serica ad-  
 ducitur. Cæterum mediterranei Tartari nihil præter equorum perniciūm  
 greges,& nobiles nulla filorum textura, sed coactis ex lanis candidos cen-  
 to nes præbent, e quibus Feltria uestes penulæ ad perferendam omnem im-  
 brium iniuriam idoneæ atq; pulcherrimæ conficiuntur. A moschouitis au-  
 tem laneas tunicas & argenteam monetam petunt, quum ab ijs omnis cor-  
 poris cultus superflueq; supellectilis apparatus cōtemnatur:solo etenim cen-  
 tone ad irati cœli contumeliam fortiter sustinendam contenti sunt, & solis  
 confissi sagittis hostem arcent: quanquam dum in Europam excurrēdum el-  
 se decreuissent.principes eorum ferreas galeas & loricas gladiosq; salcatos  
 à Persis nostra tempestate cōemerint. A meridie Moschouitarum fines ijs-  
 dem ab Tartaris clauduntur, qui supra Mæotim paludem in Asia, & circa  
 fluuios Borysthenem & Tanaim in parte Europæ planiciem ad Hercyniam  
 uergentem tenent.Roxolani,Getæ & Bastarnæ,antiquitus eam plagam in-  
 coluerat, unde Russiæ nomen effluxisse crediderim: nam Lithuanis partem  
 Russiam appellatam inferiorem, quum ipsa Moschouia Russiæ alba nuncupe-  
 tur.Lithuania itaque ab Cori uenti flatibus Moschouiam spectat: ab occasu  
 uero mediterranea Prussiæ atque Liuoniae ipsi Moschouia sinibus inferuntur,  
 ubi mare Sarmaticum ab Cimbricæ Cherfonesi angustijs irumpens, iur-  
 nato litu ad Aquilonem inflectitur. In extremo uero eius oceanis litore, ubi  
 Norwegia atq; Suetia amplissima regna, Isthmo ueluti quōdam continenti  
 adherent,Lapones existunt, gens supra quam credibile sit agrestis,suspicio-  
 sa,& ad omne externi hominis uestigiū, nauisq; conspectum maxime su-  
 gax.Ea neque fruges,neque poma, neq; ullam omnino uel terræ uel cœli be-  
 nignitatem nouit: sola sagittarū peritūa cibum parat, uarijsq; ferarum ter-  
 gibus

Nogai

Zagathai  
SarmacandaRoxolani  
Russiæ



goribus uestituri gentis cubilia, cauernulæ siccatæ repletæ folijs, cautiq; arborum stipites, quos uel intromissa flamma, uel ipsa uetustas inducitur carie fabricarit. Atqui ad mare, ubi ingens est captura piscium, ineptis sed felicibus artificijs piscantur, duratosq; fumo pisces tanquam suas fruges reconduunt. Laponibus exigua corporum statura, luridi contusq; uultus, pedes uero uelocissimi. Ingentia eorum ne ipsi quidem proximi Moschouitæ nouerunt, quum eos parua manu aggredi, exitialis infantia esse dicant magis uero copijs inopem rerum omnium uitam ducentes lacessisse, neq; utile, neq; omnino gloriosum unquam existimant. In candidissimas pelles, quas Armenianas uocamus, cum uarij generis mercimonijs permutant, sic tamen ut omne mercatorum colloquium conspectumq; defugiant, adeo ut mutua rerum uenaliu collatione facta, & reliquis medio in loco pellibus cum absentibus & ignotis syncerissima fide permutationes transigantur. Ultra Laponnes in regione inter Corum & Aquilonem perpetua oppressa caligine, Pygmeos reperiri, aliqui eximie fidei testes retulerunt, qui postquam ad summeticulolum genus hominum, & garritu sermonem exprimens, adeo ut tam simia propinquam, quam statura ac sensibus ab iustæ proceritatis hominem remoti uideantur. Ab Aquilone uero innumerabiles populi Moschouitarum imperio parent, qui ad oceanum Scythicum itinere trium ferè mensium extenduntur. Proxima Moschouitæ regio est Colmogora, frugibus abundans, quam interluit Diuidna, fluuio totius septentrionis longe amplissimus, qui alteri fluuio minori in mare Balthicum erumpenti, nomen dedit. In statis & Niloticis similibus incrementis, nec incertis anni temporibus circumfectos inundat campos, pinguiq; aluue argenti coeli iniurijs, seuisq; Aquilonis flatibus mirifice resistit, quum niuibus imbrisq; auctus inflatur, adeo lato aluue in oceanum per incognitas gentes in speciem ingentis pelagi defertur, ut expedito nauigio unius diei remigatione transire neque atubi uero aquæ mox resederunt, ualtæ passim insulae fertilitate nobiles relinquantur. Frumentu naq; terræ traditu nullo aratri beneficio prouenit, admirabilisq; celeritate naturæ festinat, ac nouam superbi amnis iniuriam timens, oritur simul & adolescit, atque in aristas deducitur. In Diuidnam insluit luga amnis, in ipsosq; confluentium angulo celebre est emporium, nomine Vstuga, à Moscha regia urbe, sexcentis miliaribus distans. In Vstugam à Permijs, Pecerris, Inugris, Vgolicis, Pinaugisq; ulterioribus populis pretiosæ pelles Martarum Zebellinorumq; Laporum, Ceruariorum, & nigrarum albarumq; uulpium comportantur, & ab ijs uario mercimonij genere permutantur. Zebellinos uero lenium pilorum tenui canicie probatissimos, quibus nunc principum uestis fulcitur, & delicata matronarum colla, expressa uirtutis animantis effigie conteguntur, Permijs & Pecerris prebent, sed quos ipsi ab remotioribus etiam gentibus, quæ ad oceanum pertinent, per manus traditos accipiunt. Permijs & Pecerris paulo ante ætatem nostram more gentium idolis sacrificabant, nunc uero Christum colunt. Ad Inugris, Vgolicosq; per asperos mōtes peruentur, qui fortasse Hyperborei antiqui tunc fuerūt. In eorum iugis nobilissimi falcones capiuntur: ex ijs genus unum est candidum guttatis pennis, quod herodium dicunt. Sunt & hierofalchi ardearū hostes & sacri & peregrini, quos antiquorū principum luxus in acupijs non agnouit. Ultra eos quos modo nominaui populos, Moschouitis regibus tributa pendentes, alia sunt nationes extremæ hominum, nulla certa Moscouitarum peregrinatione cognita, quando nemo ad oceanum peruenerit, sed fama tantum, ac ipsis plerunq; fabulosis mercatorum narrationibus audite, satis tamen constat, Diuidnam innumera biles trahentem amnes ingenti cursu ad Aquilonem defert, mareq; ibi esse longe ualissimū, ita ut illinc ad Cathayum legēdo orā dextri litoris, nisi terra interit, manibus perueniri posse certissima coniectura credendum sit. Pertinent enim Cathayni

Pygmeorum statura

Diuidna flumen ingens

Zebellina pelles præstantiores

ad extremam orientis plagam ad Thraciæ fermè parallelum. Lusitanis in India cogniti, quum proxime ad coemenda aromata per regionem Sinarum Melacham usq; ad auream Cherfonesum nauigarint, uestesq; ex Zebellinis pelibus attulerint : quo uel uno argumento non longe ab Scythicis litoribus Cathaium urbem abesse putamus. Cæterum quum à Demetrio quæreremus, an apud ipsos ulla de Gothiis populis uel fama per manus à maioribus tradita, uel ex ipsis literarum monumentis memoria superesset, qui ante mille annos & Cæsarum imperium & urbem Romam omnibus iniurijs deformatum euertissent, respondebat, & Gothicæ gentis, & Torilæ regis nomen clarum esse atq; illustre, in camq; expeditionem coiuisse plures populos & ante alios Moschouitas, creuisseq; cum exercitum ex colluue Lianiorum & Circumuoiganorum Tartarorum, sed propterea omnes Gothos fuisse appellatos, quoniam Gothi qui insulam Islandiam siue Scandaniam incolerent, autores eius expeditionis extitissent. Is maxime finibus Moschouitæ ex omni parte clauduntur, quos Modocas Ptolemæo fuisse credimus, hodie autè Moscho amne haud dubie sic dicti, qui & regiæ urbi, quam interfluit, suū quotq; nomen indiderit. Ea est omnium Moschouitæ urbium longe clarissima, tum situ suo, qui regionis medijs esse existimatur, tum insigni minimum opportunitate, domorumq; frequentia, & munitissimæ arcis celebritate. Oblongo etenim ædificiorū tractatu, secundum Moschi fluminis ripam ad spatium quinque milliariū extenditur, domus in uniuersum sunt lignæ distinctæ in triclinia, coquinas & cubilia, capacitate amplæ, nec structuris enormes, aut nimium depressæ: trabes enim ingentis magnitudinis ab Hercyria sylua supportantur, quibus ad rubricæ lineam delibratis, & contrario ordine inter se ad rectos angulos coniunctis & confibulatis, exteriora domorū septa singulari firmitate, nec multa impensa, & summa celeritate constituantur. Domus fermè omnes & ad usum olerum, & ad uoluptatē priuatis habent hortos, uide raræ urbis circuitus longe maximus apparet. Singulæ regiones singula habent sacella, sed conspicuo in loco templum est Deparæ uirgini dicatum celebri structura atq; amplitudine, quod Aristoteles Bosnonienlis mirabilium rerum artifex & machinator insignis, ante sexaginta annos extruxit. Ad ipsium urbis caput Neglina fluuiolus, qui frumentarias agit molas, Moschum amnē ingreditur, peninsulamq; efficit, in cuius extremitate arx ipsa cū turribus ac propugnaculis admirabilis pulchritudine Itolorum architectorū ingenio constructa est. In subiectis urbi capis capreolorū & leporū incredibilis multitudo reperitur, quos nemini plagis & canibus sectari licet, nisi princeps id ad uoluptatem intimis familiaribus uel peregrinis legatis indulerit. Tres fermè urbis partes duobus alluuntur fluminibus, reliqua uero latissima fossa, atq; ea multa aqua ex ipsis amnibus cōtinuata, præcingitur. Vrbs etiā ab aduerso latere alio flumine, quod Laufa dicitur, munita est, id pariter in Moschum paulo infra urbē euoluitur. Porro Moschus ad meridiem excurrens in Ochā amnem multo maiorem apud oppidū Columnā sese effundit, nec magno inde itinere in spatio Ocha ipse & suis & alienis undis magnus & tumens exoneratur in Volgā, ubi ad cōfluentes suum est oppidū Nouogrodia minor, de nomine maioris urbis, ex qua deducta est ea colonia, nuncupatū. Oritur Volga, qui antiquitus Rha fuit, è magnis uastisq; paludibus, qui candidi lacus appellatur. Sunt eę supra Moschā inter Aquilonem & Corum, emittuntq; cunctos fermè amnes, qui diuersas in regiones diffunduntur, uti de Alpihus uideamus, e quorū iugis ac fontibus Rhenum, Padum ac Rhodanum, innumerabilesq; minores fluuios manare comperitum est. Siquidem eæ paludes pro montibus perenni saturiginē huius morem affatim præbent, quū nulli omnino mōtes ea in regione multa etiā hominum peregrinatione reperiantur, ita ut Rypheos mōtes & Hyperboreos, toties ab antiquis celebratos, pleriq; cosmographiæ ueteris studiosi penitus sabulosos esse arbitrentur. Ex his itaq; paludibus Diuidna, Ocha, Moschus,

Cathaium  
Gothi

Moschus  
amnis  
Moscha

Aristoteles  
architectus

Ocha flu.

Rha qui  
Volga flu.

Moschus,



schus, Volga, Tanais atq; Borysthenes oriuntur. Volgam Tartari Edisum,  
 Tanaim vero Don appellant, ipse Borysthenes Neper hodie nuncupatur.  
 Hic paulo infra Tauricam in pontū Euxinū decurrit. Tanais autē à Mixo,  
 ti palude, ubi Azoum est nobile Æmporium, excipitur. Volga vero ad merid-  
 diem Moscham urbē relinquens, vasto circuitu ingentibusq; mandris pri-  
 mo ad orientem, mox in occasum, ac demum ad Austrum magna aquarum  
 mole præcipitans in Hyrcanū mare deuoluitur. Supra eius ostium urbs est  
 Tartarorum nomine Cyttracham, ubi à Medis, Armenisq; & Persis merca-  
 toribus nundinæ celebrantur. In ulteriore Volgæ ripa Tartarorū oppidum  
 est Casanum, à quo Casaniorum horda nomen ducit, distat à Volgæ ostio  
 Caspioq; mari quingentis millibus passuum. Supra Casanum autem cente-  
 simo & quinquagesimo millari ad ingressum amnis Suræ, Basilius qui nūc  
 regnat, Surcicum oppidum condidit, ut in ea solitudine mercatoribus ac uia-  
 toribus, qui de rebus Tartaricis ac eius inquietæ gentis moribus proximis  
 sinium præfectos certiores reddunt, certa & tuta mansio cum tabernis hospī-  
 talibus statueretur. Moschouitarū Imperatores uarijs temporibus, uti ex u-  
 su præsentium rerū fuit uel libido, noua ac obscura loca nobilitandi longius  
 pertraxit, apud diuersas urbes imperij atque aulæ sedem habuerit: siquidem  
 Nouogrodia quæ taurum & Solem, & ferè Occidentem spectat uerius Li-  
 uonium mare non multis ante annis totius Moschouicæ caput fuit, summāq;  
 semper obtinuit dignitatem, propter incredibilem ædificiorum numerum,  
 latissimiq; & piscosū lacus opportunitatē & uetustissimi ac uenerabilis tem-  
 pli famam, quod ante quadringentos annos Byzantium Casarum æmu-  
 latione, sanctæ Sophiæ dei filio Christo dicatum fuit. Nouogrodia perpe-  
 tua quasi hyeme & tenebris longissimarum noctium premitur: nam polum  
 arcūcū ab horizonte sexaginta quatuor gradus eleuatum uidet, sex ferè ge-  
 sibus ipsa Moscha ab æquatore remotior, quæ cœli ratione solstitij tempore  
 propter exiguas noctes, continuatis ferè solis ardoribus estuare perhibetur,  
 Urbis quoque Volodemaria regni nomen adepta est, quæ ad ortum solis du-  
 centis amplius milliaribus à Moscha distat, eorūq; sedem imperij ab strenuis  
 Imperatoribus necessaria ratione translatum serunt, ut ex propinquo, quum  
 tum bella continenter cum finitimis gererentur, paratiora præsidia aduersus  
 Scytharum irruptiones opponerent: est enim citra Volgam in ripis Clesmæ  
 annis sita, qui in Volgam euoluit. Cæterum Moscha, uel ob eas, quas  
 diximus dotes, regni nomine dignissima iudicatur, quoniam medio quodā  
 totius frequentioris regionis ac imperij loco sapientissimè constituta, muni-  
 taq; arce & fluminibus, consensu omnium, præcellentiæ meritam laudem  
 honoremq; nulla ætate defuturum sibi uendicasse cæterarum urbium colla-  
 tione uideatur. Distat Moscha ab urbe Nouogrodia quingentis millibus  
 passuum, medioc; ferè itinere Ottoferia Volgæ amni imposita occurrit. Is  
 annis ut fonti proximus, nondum receptis tot annibus exiguus lenisq; per-  
 meat. Inde per nemora & cæpestres solitudines Nouogrodiam peruenitur.  
 Porò à Nouogrodia ad Rigam proximam Sarmatici litoris portum paulo  
 minus quingentorum milliarium iter est, isq; tractus superiore commodior  
 putatur, quum frequentes habeat uicos, urbemq; Pleschouiam uix impossi-  
 tam, quam duo annes complectuntur. Ab Rigâ autem quæ magni magistri  
 militiæ Liuatorum dittonis est, ad Lubeccam Germaniæ portum in sinu  
 Cimbricæ Cheronesi milliaria paulo plus mille periculosa navigationis  
 numerantur. Ab urbe Roma uero Moscham duobus millibus & sexcentis  
 milliaribus distare compertum est, breuissimo, scilicet, itinere euntibus per  
 Pannoniam, Tarulium, Carnicas alpes, Villacumq; Noricum, & Viennam  
 Rannonicam: atq; inde superato Danubio, per Olmutum Moraorum usq;  
 que ad Cracouiam Poloniæ regiam, mille & centum milliaria existunt. Ab  
 ipsa uero Cracouia ad Vilnam Lithuanicæ caput quingenta: & totidem ab  
 ea urbe ad Smolenchum ultra Borysthenem situm: & à Smolenchō ad Mo-  
 scham

Citracham  
portumNouogrodia  
LiusVolodemia,  
ria urbsOpportunitas  
et nobilitas  
Mosche urbisVilna Lithu-  
nicæ caput

scham sexcenta computantur. Verum id iter quod est à Vlna per Smo-  
 lenchum ad Moscham, hyeme per niues longo concretas gelu, lubricamq;  
 sed multo attritu solidaram glaciem expeditis in curribus incredibili cele-  
 ritate conficitur. Aestate uero nisi difficili laboriosq; itinere campellia su-  
 perari nequeunt: nam ubi niues perpetuis solibus dissolut eleuariq; cepe-  
 rint, in paludes cœnosasq; uoragines abeunt, uiris pariter & equis inextri-  
 cabiles, nisi ligneis pontibus infinito prope labore consternantur. Terra Mo-  
 schouia in uniuersum neque uitem, neq; oleam, neque paulo suauioris po-  
 mi frugiferam arborē præter melopepones & cerasa producit, quum tenerio-  
 ra quæque gelidissimis Boreæ flatibus exurantur: campi tamen triticis, siligi-  
 nis, milij, panicq;, & omnis generis leguminum segetes ferunt, sed ceruissima  
 melle in cera & melle consistit. Regio enim tota fecundissimis apibus ple-  
 na est: quæ non in manufactis agrestium aluearibus, sed in ipsis arborum ca-  
 uis probatissima mella conficiunt. Hinc per syluas opacissimos saltus, frequen-  
 tia ac nobilia apum examina ramis arborum pendentia uidere est, quæ nullo  
 æris crepitu colligere sit necesse. Reperiuntur sæpe fauorū ingentes masse  
 arboribus cõditæ, ueteraq; mella deserta ab apibus, quum singulas arbores  
 in uastis nemoribus rari agrestes minime perferuntur, ita ut in admirandæ  
 crassitudinis arborum stipitibus, permagnos mellis lacus aliquando reperi-  
 ant. Retulit & cum multo omnium risu Demetrius legatus, ut est ingenio co-  
 mi & factio, proximis annis uicina suæ agricolam, quarendi mellis causa  
 in prægrandem cauam arborem supernè desilisse, eumq; profundo mellis  
 gurgite pectore tenuis fuisse haustum, ac bido uita solo melle sustinuisse:  
 quum uox opem implorantis in ea syluarū solitudine, ad uiautorū aures pene-  
 trare nequiuisset, ad extremum uero desperata salute mirabili casu, ingentis  
 ursæ beneficio inde extractum euasisse, quū forte eius beluæ ad edenda mella  
 humani, se demittentis a ueris renas manibus comprehendisset, & eam  
 subito timore exterritam ad exiliendum tum tractatu ipso, tum multo  
 clamore concitasset. Nobile quoque linum, & canabum in reites, multaq;  
 iten boum tergora & massas ceræ ingentes, Moschouita in omnem Euro-  
 pæ partem mittunt. Nulla auri argenti ue uel ignobilioris metalli, ferro ex-  
 cepto, apud eos uena, sectura ue reperitur, nullumq; est tota regione, uel ge-  
 marum, uel pretiosi lapilli uestigium. Ea omnia ab externis populis petunt:  
 natura tamen iniuria, quæ tot bona profus inuiderit, uno pellium nobilib;  
 simarū mercimonio resarcitur, quarum pretium incredibili hominum cupi-  
 ditate & luxu adeo creuit, ut in singulas uestes suffulture millenis aureis nã-  
 mis ueneant. Fuit autem tempus quo hæc uilius emebantur, quum remotis  
 sine Septentrionis nationes politicioris cultus, nostraq; adeo anhelatis luxu-  
 riæ penitus ignaræ, summa simplicitate, eas uilibus ac ridiculis sæpe rebus  
 permutarent, ita ut uulgo Permij atq; Pecerri, tantum pellium zebellinarum  
 pro ferrea securi rependerent, quantum earum simul connexarum ipso securi  
 foramine, quo manubrium inducitur, Moschouite mercatores extrahere  
 poterat. Ante quingentos annos Moschouita gentilium deos coluere, louē  
 scilicet, Martem & Saturnum, & plerosq; alios quos sibi insano errore homi-  
 nibus ex industris, aut regibus antiquitas sinxit. Tunc uero primum Chris-  
 tianis sacris initiati, quum Græci antistites haud satis cõstantibus ingenis,  
 à Latinorum ecclesia dissentire ceperunt, factumq; est, ut Moschouitæ eos  
 religionis ritus quos à Græcis doctoribus acceperunt, isdem sensibus, & syn-  
 cerissima quidem fide sequerentur. Spiritum enim sanctū tertiam in diuina  
 trinitate personam, à patre deo solum produci persuasum habent, quum re-  
 cissima ueritate à patre simul Christosq; filio proficisci credendū sit. Verum  
 ea controuersa apud conuentum Florentinum, præsidente Eugenio quarto  
 pontifice, magna partium contentione agitata, eum exitum habuit, ut perti-  
 nacia Græcorum in sermone potius quam in sensu castiganda uideretur, quæ  
 Græci antistites euidentissimis conuicti rationibus, spiritum sanctum à pa-



tre per filium produci faterentur. sacramentum quoque non ex azymo, uti iure debemus, sed ex fermentato pane conficiunt, idq; sub utraq; specie, sicuti solit apud nos sacerdotes, panis, scilicet sanguinis, ab eorum presbyteris uniuerso populo communicatur: quo maxime errore imbuti Bohemi, paulo ante patrum nostrorum memoriam à Latinorum ecclesia descuerunt. Cæterum quod ualde alienū à Christiana religione esse uideamus, nullis sacerdotum iustitiam, nullaq; propinquorū aut amicorum pietate iuari mortuorum manes arbitrantur, fabulosumq; esse purgatorij locum putant, è quod tandem piorum animæ, quum diuturna ignis pœna, tum multis parentationibus, indulgentiæq; summorum pontificum expiata, immortalium felicitatem beata in cœli sede consequantur. Cæteris in rebus easdem serè cæritimonia tenent, quæ à Græcis usurpatæ sunt, Romanæq; ecclesiam cæteram omnium principatū obtinere, superbe & pertinaciter negant, sed ante alia, ludæorum genus, uel memoria quidem horrent, nec eos intra fines admittunt ueluti pessimos, atq; maleficos homines, qui etiam nouissime Turcas aenea tormenta consilere docuerint. Christi uitæ miraculorumq; omnium historia ab Euangelistis s; quatuor conscripta, itemq; Pauli epistolæ, dum sacra sunt, è suggestu clario uoce recitantur. probatq; uitæ sacerdotum homilias ecclesiæ doctorum publicè legunt, etiam ijs horis quibus sacra minime conficiuntur, non enim oratores cucullatos qui aduocato populo cõcionari, & ambrosiose nimis atq; subtiliter de diuinis disserere soliti sunt, admittere fas putant, quoniam rudes imperitorum animos simplici potius doctrina, quàm altissimis arcanorum interpretationibus ad sanctiorem morum frugem euadere, uiti solidæ religionis arbitrantur. Hos quos modo diximus, sacros libros, itemq; noui ac ueteris Instrumētū enarratores, præterea Ambrosium, Augustinum, Hieronymum atq; Gregorium in linguam Illyricam traductos habent, religioseq; custodiunt, Antistites, principesq; minorum sacerdotum singulis urbibus, pagisq; præfecti sacri. curant, controuersias dirimunt, & moribus de prauatis summa quadam uindictandi potestate persequuntur. Regem sacrorum quem ipsi metropolitam uocant, à Constantinopolim patriarcha petunt. Archimandritæ autem & episcopi, coniectis in urnam meliorum nominibus, sorte ducuntur. Eorum uero hominum qui humanis cupiditatibus uelito renuntiarunt, diuinarumq; rerum contemplationi & sacrorum ministerio sese dicarunt, duplex est genus: utrunq; cœnobîa incolit: sed alterum est uagum & paulo solutioris uitæ, sicuti apud nos diuorum Francisci atque Dominici sectam proficientes: alter uersat ex sanctioribus monachis, quorum ordinem diuus Basilii instituit, ijs ne limine quidem uel in suprema uitæ necessitate, pedem efferre fas est. Procul enim ab oculis profanorum singulari duritie uitam in occultioribus adytis degunt, summamq; subactæ carnis & confirmati in religione animi opinionem præbent. Vniuersus populus quater in anno & pluribus sepe diebus, ieiunare cõsuevit, abstinetq; ab esu carnum, ouorum, & lactis. In uere primum, more Latino post diem cinerum: mox a dulci æstate in honorem diuorum Petri & Pauli, & initio autumnum demum, quum assumptæ in cœlum Mariæ uirginis memoriam celebramus: postremo sub ipsam hyemem, quum aduentus domini pronuntiantur. Per hebdomadam uero, diem Mercurij sine carnibus, diem autem Veneris sine ouis lacteq; traducunt, sed Saturni dies mensa omnibus obsonijs opipare referta hilariter excolitur. Cæterum secus ac nos solemus, nullas festorum dierum uigilias obseruant. Religiosissimè templa uenerantur, adeo ut ea neq; uitros neq; fœminas ueneris pollutos intrare fas sit, nisi prius priuatis balneis abluantur. Saepèq; accidit, ut complures utriusque sexus sacra audiētes extra limen consistant, & propterea à petulcis iuuenibus recentis incontinētie notati, facietis aliquando nutibus saluentur. In ipso natali die Ioannis baptiste, & in paschate, trium magorum, presbyteri sacros panes paruos toti populi largiuntur, quorum esu febribus conficiatos alle-

Purgatorij non admittunt

Euangelia Pauli epistolæ Homeliæ doctorum Concionatores non admittunt Libri sacri translati

Metropolitam Archimandrite Episcopi Sanctioris uitæ profectores

Ieiunia gentium quatuor

Mercurij dies sine carnibus Veneris sine ouis & lacte Saturni dies genitalis

Sacra aqua flumina uarij

na per Smo, A  
lubricamq;  
credibili cele  
ampeltria su  
uaricq; cœpe,  
quis inextr  
r. Terra Mo  
suatioris po  
quum tenerio  
n triticis, sili  
ed certissima  
is apibus ple  
arborum ca  
altus, frequē  
est, quæ nul  
gentes malle  
ulas arbores  
n admirande  
ando reperi  
it ingenio co  
mellis causa  
fundo mellis  
e sustinuisse:  
t aureas pene  
alu, ingentis  
edenda mel  
chendiisse, &  
tum multo  
tes, multaq;  
m nem Euro  
lli, ferro ex  
sione, uel gē  
ulis petunt  
ium nobiliss  
ninum cupi  
nis aureis nū  
um remotis  
elatis luxur  
sæpe rebus  
ebellinarum  
m ipso secu  
es extrahere  
oluere, louē  
errore homi  
inum Chri  
ous ingenijs,  
chouitæ eos  
sibus, & syn  
am in diuina  
nt, quum re  
i sit. Verum  
enio quarto  
uis, ut perti  
deretur, quæ  
ncium à pa  
ure per

- uari existimant. Alia quoque sacra, certo anni tempore apud flumina gelu conereta celebrantur. In ripa tabernaculum constituit, & aduocata nobilitate, hymnos numerofo concentu pronuntiant, sacraque lymphæ multa aspergine profluentem purificant, & solenni carimoniu stratum & cõsecratum circum eisa & reuulsa glacie protinus aperiant. His rebus rite cõsecris, si qui adiuant languentes uel morboſi, in flumen deſiliunt, & ſacris aquis abluuntur, quum ob id elui morborum ſordes perſuaſum habeant. Deſuncti uti apud nos, me diocri funeris pompa comitantibus preſbyteris efferuntur, capite mappa uelato. Cæterum non in templis, uti apud nos impia propè, uel abominabili certe corruptela uſurpatum eſt, ſed in ſeptis ac exterioribus templorum ueſtibulis ſepulturæ traduntur: ijs quoque more noſtro quadragenis diebus parantur, quod certe mirum uidetur, quum in purgatorio loco expiari animas & criminum pœnam ullis amicorum ſupplicijs, ulloque pietatis officio mitigari penitus negent. In cæteris eadem quæ à nobis de religione ſentuntur, conſantiſſime credunt. Moſchouitæ Illyrica lingua, Illyriciſque literis utuntur, ſicuti & Sclau, Dalmatæ, Bohemi, Poloni, & Lithuani. Ea lingua omnium longe latiſſima eſſe perhibetur, nam Conſtantinopoli Ottomanorum in aula familiaris eſt, & nuper in Aegypto apud Memphiticum Sultanam & equites Mamaluchoſ haud ingratis auribus audiebatur. In hanc linguam ingens multitudo ſacrorum librorum, induſtria maxime diui Hieronymi & Cyrilli translata eſt. Præter quoque patrios annales, Alexandri etiam Magni, Romanorumque Cæſarum, itemque M. Antonij & Cleopatrz memoriam iſtæ literis commendatam tenent. Philoſophiam uero & ſyderalem ſcientiam, ceterasque diſciplinās, & rationalem medicinam nunquam attigere, iſque pro medicis ſe gerūt, qui alicuius paulo ignotioris herbe uires, ſe plurius obſeruaſſe profitentur. Anni apud eos non à natali Chriſti, ſed ab ipſo mundi initio numerantur, qui non à menſe Ianuario, ſed à Septembri incipiunt. Leges toto regno habent ſimplices, ſumma principum & iuſtiſſimorum hominum equitate conditas, & propterea populis ualde ſalutares, quoniam eas ullis cauſis dicorū cauillationibus interpretari atque peruertere non licet. De furibus, ſicarijs & latronibus ſupplicium ſumunt: quum de maleficijs quaſitionem habent, reos multa gelida aqua ſuperne demiſſa profundunt, quod intolerandum tormenti genus eſſe perhibent. Nonnunquam obduratis & contumacibus, ut conſeſſio criminis exprimatur, lignis cuneolis digitorum ungues conuelluntur. Iuuentus omnis uarijs ludis, ſed militiæ proximè, ſeſe exercet in ſtadio curſu cõtendit, in paleſtra colluctatur, pernicipitati equorum ſtudet, omnibuſque præmia, & præſertim ſagittariorum peritiſſime præponuntur. In inuerſum Moſchouitæ ſtatura ſunt mediocri, ſed quadrata & ualde toſa, caſij omnibus oculis, proluxæ barbæ, crura breuia, & uentres extenti: equitant contractis admodum cauribus, & peritiſſime uel aueſſi & fugientes ſagittas emittunt: domi opipare potius quàm laute uiuūt, naque omnium ferme cibariorum quæ uel à luxuriouſſimis deliderari poſſunt, menſæ eorū & paruo quidem pretio paſſim inſtruntur. Gallinæ liquidem, & anates ſingulis ſape argenteolis tenuibus nummis ueneūt: maioris minorisque pecoris incredibilis eſt copia, & occiſæ media hyeme iuuençæ, cõcretis gelu carnis, duorum ſere menſium ſpatio non putreſcunt. Venatione & aucupio uti apud nos, nobiliora obſonia parantur, nam uenaticis canibus & plagis omnis generis feras capiunt, & aſturibus atque falconibus, quos mirificos regio Peceræ præbet, non modo phalianos, & anates, ſed cygnos & grues conſectantur. Aliures ex genere inſimo aquilarum uel miſtuorum, falcones uero accipiunt: nobile genus antiquis fuiſſe putamus. Capitur quoque, auis ſupra nigra, puniçietis ſupercilijs, magnitudine anſeris, quæ pulparum ſapore phaliuorū ſuperat dignitatè, Moſchouita lingua Tetrao nuncupata, quæ Plinio Erythrao uocatur, Alpinis populis cognita, & maxime Rhetis, qui ſaltus ad Abdug amnis fontes incolunt. Ingentes etiã lapidiſſimoſque piſces, & ante alios ſu-

riones,



riones, quos Siluros antiquitus fuisse putamus, Volga præbet, & hi quidem  
 hyeme multa inclusi glacie, recentes pluribus diebus afferuuntur. Aliorum  
 vero piscium multitudinem ferme incredibilem, ex cæditis, quos diximus,  
 lacubus expræcantur. Vino natiuo quæ penitus careant, aduectito uti solent,  
 sed in festis conuiujs tatum, & sacrificijs. Ante alia Creticū subdulce, maxi-  
 mo in honore habetur, sed in usum medicinæ tantū, uel principalis luxuriæ  
 ostentatione: quum miraculi loco sit, educum Creta per Gaditanas fauces,  
 & tantis conclusi maris oceanicq; fluctibus agitur, incorrupta suauitatis  
 ac odoris dignitate, inter Scythicas niues ebibisse. Populus uero medonem  
 bibit ex melle lupuliscq; decoctum, quod picatis in cadis ueterascit, & ex an-  
 tiquitate nobilitatem adsequitur. In usu quoq; sunt birra atq; ceruisia, sicuti  
 apud Germanos Polonosq; uidemus, quæ ex tritico zeacq; uel ordeo deco-  
 ctis, omni conuiuio circumferuntur. Hanc quadam cognata cum uino pote-  
 state, largius compotantibus ebrietatem inducere adfirmant. Medonem ac  
 birram per æstatem in frigidare infusa poculis glacie, uoluptatis gratia solent:  
 nam ingentia glaciei frusta nobilium in cellis subterraneis singulari studio  
 reconduntur. Sunt & qui in delicijs habeant succum ex subaulteris cerasis  
 expressum, qui perspicui & purpurisantis uini colorem, & saporem iucun-  
 dillimum refert. Uxores & scæminas non in eo honore sunt apud eos uti apud  
 cæteras gentes, nam propæ ancillarum loco habentur. Viri insignes ea  
 rum uestigia mirum in modum obseruant, & pudicitie diligentissime cauēt:  
 non enim adhibentur conuiujs, neq; sacrorum causa remotione templa pete-  
 re, aut temere in publicum egredi permittuntur. Cæterum uel ab externis ho-  
 minibus, & exiguo quidem pretio ad Venereū omne uulgus scæminarum  
 facile pellitur, adeo ut parum earum amoribus studere uiri nobiles existi-  
 mentur. Basilius ante uiginti annos Iohannem patrem amisit. Is Sophiam  
 Thomæ Palæologi, qui late in Peloponeso imperabat, Constantinopolita-  
 niq; Imperatoris erat frater, uxorem duxit. Ea tum Romæ erat, & Thomæ  
 patre Turcarum armis Græcia pulso. Ex hac quinque liberi felici scæcun-  
 ditate suscepti, ipse Basilius, Georgius, Demetrius, Simon & Andreas.  
 Demetrio & Simone iam pridem morbo absumptis, Basilius Salomoniam Ge-  
 orgij Soborouij, eximia fidei atq; prudentiæ consilarij filiam, in matrimoni-  
 um sibi collocauit, cuius scæminæ singulares uirtutes una sterilitas obscurat.  
 Solent autem Moschouitæ quum de uxore ducenda deliberant, omnium to-  
 to regno puellarum uirginum defectum habere, ac forma, uirtuteq; animi  
 præstantiores ad se perducere iubere, quas demum per idoneos homines, fide-  
 lesq; matronas inspicunt ita diligenter, ut secretiora quoq; ab ijs contracta,  
 ri explorariq; fas sit. Ex ijs uero magna atque sollicita parentum expectatio  
 ne, quæ ad principis animum responderit, regijs nuptijs digna pronuntiat.  
 Cætera uero, quæ de formæ pudicitiaq; & morum dignitate contenderat,  
 sæpe eadem die in gratiam principum, proceribus atq; militibus nubunt: sic  
 ut mediocri loco natae plerumq; dum principes regis stirpis clara stemma  
 ta contemnunt, ad summum regalis thori fastigium, uti & Turcas Ottama-  
 nos solitos esse uidemus, pulchritudinis auspicijs euehantur. Basilius quadra-  
 gesimum septimum ætatis annum non attingit, specie corporis eximia, ani-  
 mi uirtute singulari, suorumq; studio ac beneuolentia, & rebus gestis, proge-  
 nitoribus suis antefendus. Nam quum per sex annos cum Liouijs, qui se  
 triginta duas urbes foederatas in eius belli causam trahebant, armis con-  
 tendisset, paucis legibus datis potius quàm acceptis, uictor discessit. Polo-  
 nos quoq; inuito statim ipsius imperij, acie profligauit, Constantinum que  
 Ruthenum copiarum ducem captum & carenis uiscum Moscham per-  
 duxit. Sed ipse aliquando post ad Borysthenem supra Orsam urbem, ab  
 eodem Constantino quem dimiserat, magno prelio est superatus: ita ta-  
 men ut Smolenchum oppidum, quod antea Moschouitæ occupant,  
 post tantam etiam uictoriam à Polonis partam, in ditione Basilijs relinque-  
 retur.

Vino carent

Medonem,  
birram et cer-  
uisiam bibuntSuccus ex  
cerasisPudicitiam  
scæminarum  
obseruant.Sophia uxor  
IouannisSalomoniam  
Uxor BasilijsDelectus  
uirginum

Basilijs ætas

retur. Sed aduersus Tartaros, & maxime Europeos Præcopitas, sæpius se-  
 cundo prælio à Moschouitis est dimicatum, ulciscēdis fortiter iniurijs, quas  
 illi repentinis incursionibus intulissent. Supra enim centum & quinquaginta  
 milia equitum Basilii ad bellum ducere consuevit, distinctis per  
 vexilla turmis, quæ suos duces sequuntur. Regiæ alæ vexillo inscripta  
 est Iosue Hæbraei imago illius, qui, ut sacra referunt historię, à deo maximo  
 longissimum diem, retardato solis cursu pijs precibus impetrauit. Pedestres  
 copiæ nullo prope usui sunt in illis vastis solitudinibus, tum ex ipsa ueste  
 quæ fluxa talarisq; est, tum ex hostiũ consuetudine, qui cursu potius & equi-  
 tandi celeritate, quàm ut statariæ pugnæ, uel ipso congressu militiam exer-  
 cent. Equi eorum statura infra mediam existunt, sed robusti & uelocissimi  
 habentur. Equites præpilatis hastis, clauisq; ferreis & sagittis rem gerunt.  
 Paucis falcati sunt gladij; corpora uero clypeis rotundis, ut Asiatici Turcæ,  
 uel inflexis & angularibus parmis, more Græcorum, itemq; lorica & galea  
 pyramidalit proteguntur. Basilii etiam Sclopettariorum equitum manum  
 instituit, multaq; genea tormenta Itolorum fabrorum artificio confata, suisq;  
 imposta curribus in arce Moschæ uisuntur. Ipse insigni apparatu & singula-  
 ri comitate, qua tamen regiæ maiestas nulla ex parte contumptur, publice  
 cum proceribus atq; legatis epulari solet, magnumq; inaurati argenti pon-  
 dus duobus abacis expositum eodem triclinio conspicitur. Nullam præto-  
 riani militis cohortem, præter ipsam familiam, corporis custodiæ causâ  
 circum se habere uel alibi alere consueuit: ab urbana enim fideli multitudine  
 ne stationes habentur, nam unaquæq; urbis regio foribus, cancellisq; sepi-  
 tur, nec temere per noctem, aut sine lumine in urbe uagari licet. Aula omnis  
 constat ex regulis & ex ipso militum delectu, qui per statos mensium circui-  
 tus, frequentandę nobilitandęq; regiæ causâ, per uices ad implenda comita-  
 tus officia, è singulis regionib; acceruntur. Porro exercitus omnis quib; bel-  
 lū ingruit, uel hostibus indicitur, ex uocatis ueteranis, nouisq; provincialiũ  
 delectibus cogitur: nam cunctis in urbibus prælecti militiæ iuuentutem in-  
 spiciunt, idoneosq; in ordines militum transcribunt, quibus ex ætario pro-  
 uinciarum, certa pacis tempore, sed ea quidem exigua stipendia persoluntur.  
 Verum qui militant, immunitate uectigalium gaudent, & cæteris paga-  
 nis præstant, regiæq; gratia omnibus in rebus potentes existunt: patelicit  
 nanq; ueræ uirtuti nobilis locus, quum bellum geritur, siquidem egressio &  
 in omni rerum administratione salutari instituto, ad suum quisque spe-  
 ciatum facinus, uel perpetui præmij uel ignominia; sempiternæ fortunam adsequitur.

## F I N I S.

## BENEDICTI LAMPRIDIJ.

Hos dono Iouius mittit tibi Rufe labores  
 Anfractus longos, & spatia ampla maris,  
 Hæc quoniam nemo melius tē iudicet, unum  
 Villæ nec terræ, nec maris ulla latent.  
 Magna quidem Iouius donat tibi Rufe, sed ipse  
 Longe maiori munere dignus eras.



## PETRVS MARTYR DE INSVLIS

NVPER REPERTIS, ET DE MORIBVS  
incolarum earumdem.



**L** X mearum decadam libellis in vulgus emissis collige-  
re licet, fugitiuos quosdam ad vicina Darienis appul-  
sos nostrorum libellos admirantes dixisse, terras se ali-  
quando incoluisse, quarum habitatores instrumentis  
uterentur eiusmodi, ac politice legibus parentes ui-  
uerent, atriaq; ac templa lapidibus constructa magni-  
fice, plateas etiam, stratasq; uias ordine composito, ubi  
negotientur, haberent. Eas nunc terras nostri reperere:  
qui autores fuerint, quomodo res processerit, attente audiat quisquis pere-  
grinarum regionum condiciones & populi mores scire desiderat. De insula  
Cuba, quam Fernandinam placuit appellari, Hispaniola occidentali proxi-  
ma. Septentrionalis tamen adeo, ut Cancrī tropicus mediam secet Cubam,  
Hispaniola uero à tropico distet ad aequatorem gradus aliquot, pauca tetigi-  
mus haecenus. In hac insula sex iam sunt oppida erecta: primum à diuo la-  
cobo Hispaniarum patrono nomen sumit. Natiuum est ibi aurum, & mon-  
tanum, & fluuiale: auro suffodiēdo inuisigatur. Quo anno libelli mei portas  
clauerunt, tres Hispani ex antiquioribus Cubæ ciuibus, Franciscus Fernan-  
des Cordubēllis: Lupus Ocho, Caicedus & Christophorus Morantes, nouas  
quarere terras insituunt. Est inquietus & semper magna moliens Hispano-  
rum animus: tria instruunt eius generis nauigia, quae appellat Hispanus Ca-  
rauellas, proprijs impensis, habita à gubernatore Diēco Velasquem nauig-  
andi potestate ex angulo Cubæ occidentali, qui sancti Antonij nomen a-  
deptus est, altum capiunt cum centum & decem uiris. Est hic angulus ad  
reficiendas naues, ac aquationi, ac lignationi aptissimus: caelo tantum & a-  
qua contenti sex adnauigant inter Zephyrum & Austrum dies ac dimidi-  
um, quo tempore sex tantum & sexaginta se miliaria percurrisse arbitran-  
tur. Stabant autem in ancoris ubicunq; sol cadens illosprehendebat, ne  
per ignotum pelagus errantes, scopulis illiderentur, aut arenosis uadis im-  
pliciti mergerentur. In insulam incidunt ingentem, nomine lucatanam, cu-  
ius initium incolæ Ec campi uocant. Oppidum in litore situm adeunt, ma-  
gnum adeo, ut Cayrum illud nostri dixerint, hospitaliter ab incolis nostri su-  
scipiuntur: ingressi summa sunt repleti admiratione, turritas domos, templa  
magnifica, uias ordine stratas ac plateas, ac nūdarina ibi agi commercia re-  
periunt: lapideæ sunt domus, aut ex lateribus & calce, arte & industria con-  
fectæ: ad prima domorum impluuiâ, & primas habitationes per duodecim  
aut decem gradus ascenditur, non tegulis tantum, sed culmis aut herbarum  
fruticibus cooperte sunt. Mutuis se muneribus afficiunt, bullas aureas & ex  
auro fabrefacta monilia pepulchre formata barbari nostris, nostri autem il-  
lis sericeas ac laneas uestes, uitreos etiâ calculos, & auricæ leha tintinnabu-  
la, munera illis grata, quia peregrina, sunt impartiti. Specula floccifaciebant  
nostra, quia illi lucidiora ex quibusdam lapillis assequuntur. Vespita est hæc  
gens non lana, quia pecudes non habent, gonfapio mille modis & uarijs fu-  
cato coloribus. Fœminæ à cingulo ad talum induuntur, uelaminibusq; di-  
uersis caput & pectora tegunt, & pudice cauent, ne pes aut crus illis uisatur.  
Templa frequentant, ad quæ primarij uias ex proprijs domus siennu: idolo-  
rum culturæ indulgēt, sunt recutiti: summa fide negotiantur, permutando  
tamen sine pecunijs: crines ornant. Vnde id habuerint interrogati per inter-  
pretes, dicunt aliqui, transisse aliquando uirum quendam formosissimum  
per eos tractus, qui eis id insigne in sui memoriam reliquerit. Alij, obijisse lu-  
cidiorē sole hominē in eo officio, certi nil habetur. Aliquot ibi dies com-  
morati, iam uidebantur incolis esse molesti: nullius enim hospitii est grata

Darienis flus.

In Cuba op-  
pida exerci-  
luta

lucata ins.

L mora

Campechium

mora longa: commeatum capiunt, rectā tendunt ad occidentem per provin-  
ciam Comi & Maiam dictas ab accolis: præterlapsi sunt, aquam tantum & li-  
gna ex itinere capientes: barbari litorales nosfrs admirabantur naues mari  
innatantes, ad quas utendas & fœminæ permixtæ uitis cum infantibus pas-  
sim prodibant. Nam ex mari non sine stupore illorum ædificia, sed præcipue  
templâ litoribus proxima, in modū arcū erecta prospiciabant. Jacere tandē  
ancoras placuit ad milliaria centū, decē in prouincia, cui nomen Campechū,  
cuius oppidū est domorū trū millū, amice seiuicē cōplectuntur, nauticam  
nosfrorū arte, nauigiorū magnitudinē, uela, amplius, resq; cæteras barbari  
attoniti admirabatur. Vbi excussorū tormentorū tonitrua, fumosum ac sul-  
phureū odoremq; ignitum senserunt, à deo mitti fulmina arbitrabantur. In  
atrio regulus nosfrs benigne magnificēq; hospitatus est. Post sumptas mo-  
re illorum epulas in quibus pauones habent & altilia, uolucres etiā mon-  
tanas & nemorales, ac aquatiles, perdicēs, coturnices, turtures, anates, & an-  
seres, cuniculos: ultra hæc lupos, leones, tigres uulpes, & quadrupes agre-  
stes, ut apros, ceruos & lepores. Ducti sunt nosfrs cum regio comitatu ad la-  
tum comitū in oppidi latere sitū, ostendit nosfrs quadrati quatuor gradus  
um erectū marmoreū, partim ex tenaci bitumine, partim ex lapillis pulpū,  
cui hominis inhærebat simulacrum superculptū, adhærentibus illi duobus  
quadrupedibus ignotis, qui marmorei hominis uterū, uti canes rabidi uide-  
bantur uelle dilacerare. Serpēs bitumine ac lapillis cōpacta, pedū longa se-  
ptē & xl. uti bos magnus marmoreū leonē uorans, recti crurore irrorata si-  
mulacro affabat: proximi solo affixi erant tres tigni, quos tres alij lapidibus  
suffultū transferabant. In eo loco reos puniunt, in cuius rei argumentū, tra-  
sa uiderūt innumeras cruore illitas & confractas sagittas, & mortuorū of-  
sa in uicinū cortem proiecta. Domus & hic sunt ex calce & lapidibus ædifi-  
cata. Regulo Lazari nomē indiderūt, quia Lazari die terrā ceperūt. Abeūt  
ad milliā inde, ad occidentem semper, quindecim. Prouinciam captant no-  
mine Aquanil, cuius oppidū Molco dicitur, regulus Capoton, ultima acu-  
ra. Hostiliter inspicat nosfrs hic regulus, insidias nosfrs struit, petentibus  
aquam, trans collem proximum fontes esse innuunt, quāter erat per angu-  
stas semitas. Ex mutatis in fronte coloribus, & arcuum & telorū gestamine,  
fraudē sensere, tendere ulterius nosfrs recusant. Palantes & imparatos adori-  
untur nosfrs barbari, mille amplius, sternūt fugientes nosfrs, cœnoso in li-  
tore (erat enim ibi mare cœnoso) implicātur, duos & uiginti sagittis trans-  
uerbato perimūt, reliquos maiori ex parte uulnerant. Tribus & triginta,  
inquit, classis ipsam prætorē Franciscū Fernandē uulneribus percussim,  
Fere nullus euasit incolumis. Si ad mōstratos colles processissent, perempti  
fuissent ad unum. Mœsti ergo redeunt qui superuere ad Fernandinam in-  
sulam unde uenerant, ac cum fletu & gemitibus ob reliquos & præsentis uul-  
neratos à focis recipiuntur. His intellectis Cubæ Fernandinæ gubernator  
Diecus Velasquem, quatuor Carauellarum classem instruit cum hominibus  
circiter trecentis. Huic classicula præfecit nepotem suum Ioannem Grisfal-  
uam, additis subprætoribus Alfonso Auila, Francisco Montegio, & com-  
mendatario Petro Aluarado, nauclero autem eodē Antonio Alamino prio-  
ris classiculæ rectore. Idē iter capiūt, sed australius alquanto ad milliā forte  
septuaginta, turrim ex alto uident, terram minime. Ea turri duce, insulam ap-  
prehendunt nomine Cozumellam, quā suauis se olfecisse odores spatio trū  
milliariū uento inde persflante, inquit. Ambitū reperiunt esse milliario-  
rum quinq; ac quadraginta: plana est, gleba fortunatissima: aurum habet, sed  
peregrinum aliunde allatum: melle abundat & fructibus ac hortensibus, uo-  
lucris etiam & quadrupedibus. Est horum incolarum, ut breuibus absol-  
uam, ea œconomia & politia, quæ de lucatana: domus, templaz, uic, commet-  
cia, uirorum ac fœminarum gestamina ex gossipino, non laneo uel serico: do-  
mus lapideæ, culmo contextæ, ubi sit lapidum penuria: sed ubi sit lapidina-  
rum



rum copia, laminis lapideis conteguntur, marmoreos postes in plerisque, ueluti apud nos pleræque domus habent. Turres ibi uetustas dirutarum uestigia redolentes repererunt, unam præ cæteris graduum octodecim, ut ad illustria sepla cõscenditur. Nostras sunt admirati naues, & nauticã artẽ, noluerunt hospites primo impetu, benignè eos tandẽ admiserunt: turrim conscendit duce primario, quẽ sacerdotẽ credunt: uexillum in cacumine sistit, regi Castellæ imperiũ adiudicant, Sanctæ crucis nomen insulæ assignat, quia ad nonas Maij Sanctæ crucis festo sunt insulã ingressi. Cozumellã uero, in quibus, appellari à regulo Cozumellao, cuius maiores ipse factus fuisse huius insulæ habitatores. Cameras in turri reperere, statuis tũ marmoreis, tum sicilibus urforũ simulacris instructas, quos unisono cantu elato inuocant, suauibus adolent odoribus, uti penates eos colũtres ibi diuina celebrata est, sunt recutiti. Regulus hic eleganter ex gossipino uelamine indutus, pedis unius digitos abscessos habebat: natanti piscis uorax, qui Tuberon dicitur, uno morsu digitos raptauerat, laute copiosèq; nostros aluit. Post triduum abeunt ad occidentem semper, uident procul montes, lucatana erat insula quæ à Cozumella quinque tantum millibus passuum distat. Lucatanae latus meridionale capiunt, putato continenti proximum circumcunt, illam ne quẽũ uniuersam, obsequentes scopulos, & ob arenosa uada. Ad iam notum latus boreale Alaminis nauclerus naues reducit. Ad idem oppidum Campechium & Lazzarum regulum, ad quem priores superiori anno proficiscuntur, placide suscepti ad oppidum inuitantur: inuitasse pœnituit: ad lapidis factum ab oppido nostros siltere iubent: accole abire imperant, aquandi petunt copiam priusquam discedant nostri, puteum à tergo relictum monstrant, licere inde aquam haurire, aliunde minime inquit: pernoctatũ est in uicino putei campo diffidit barbari, armatorum tria circiter millia castra locant nõ longe à nostris: pars utraq; noctem duxit in somnem: illi nostrorum eruptionem in pagum, nostri barbarorum impetum repentinum ueriti, tubarũ clangoribus, & tympanorum boatu somnolentos excitabãt: ubi illuxit, ac cecidit barbari, appellant interpretes Cubenses nostros, quorum idioma, si non idem, consanguineum tamen: face thurea inter utruq; agmen accensa, minantur interfectionem, ni prius abire properauerint quã fax extinguitur: nolle se hospites protestantur, fax consumitur, deuenitur ad manus, perimunt è nostris unum, quem sagitta male scutatam reperit, multi feriuntur: ad tormenta quæ apud puteum erant locata, se reducunt nostri, ut inde globos iaculentur in barbaros: retrocedunt ad oppidum barbari, milites feruenti animo. euepiant illos persequi, uetuit Grifalua prætor. Inde procedunt ad Lucatanae calcem ultimum, ducentorum repererunt esse miliarium, amplius producã ab oriente in occidentem: portum petunt egregium, cui nomen dedere Portus desideratus. Ad terras deinde transfretant alias, & terramprehendunt Lucatanae uicinam ab occidente: dubitant sit insula nec ne, continenti esse annexam arbitrantur. Est ibi sinus quem suspicantur ambitũ utraq; terra, nil certũ, Caluacã, aliãs Oloan ab accolis hæc tellus appellatur. Flumen ingens ibi repertũ, dat suo furore in pelagus potabiles aquas, duorum millium spatio à Lucatana appellatur flumen. Admirati nostras moles mari natantes barbari accolæ utraq; fluminis ripam ad sex millia armatorũ, scutis aureis, arcibus & sagittis, ensibus etiam latis, & hastis aduisti armati obsident, prohibitori descensum & litus tutaturi. Stat ea nocte pars utraq; in alis, prima luce ecce Canoas circiter centum armatis plenas: diximus aliãs, Canoas esse lembos uniligneos: & hic se Cubenses interpretes, & hi fat cõmodo conueniebant in lingua: pax oblata per interpretes admittitur, accedit una Canoas, reliquæ sistunt. Canog rector quid nostri quærerit per alienas terras percontatur: aurum cupere respondetur, permutatione tamen, non gratuito aut uolẽter. Redit Canoas, quid actum sit regulo referunt nauar: accessit regulus uenit libens: narratu dignum: cubicularium ad se uocat regulus, cubicu-

latia iubet afferre ornamenta, ut prætorem nostrum Grifalua ornet imperat; à calceos incipit aureo illum induere, ocreas, thoracem, & quicquid armorum ex ferro aut calybe solet cataphractus noster aliquis proditurus ad pugnam sibi sumere, uniuersum id ex auro miris modis formato regulus Grifaluae im partitur. Compenfat Grifalua fericeis, laneis ac lineis uestibus, rebusq; alijs nostratibus. In huius lucatanæ initio, quando in Cozumellam traiecerunt, in Canoâ piscatoriâ inciderunt: nouem inerant hamis aureis piscantes incola in ermes, capiunt omnes nil timētes. Ex illis unum agnouit hic regulus, se tan tundē auri missurū in crastinū pbllicetur ad Grifalua, quanti ponderis uir ille reperiretur: negauit redemptionē socijs inuitis prætor, illū retinuit ac dis fessit, quid ultra faciat recognitur. ad millia centū circiter, ad zephyrū sem per, sinum ingentem reperiunt, in quo tres paruæ insulæ sitæ erāt, ad eū gran diorem: proh crudele faciūsus, proh truculentas hominū mentes, si stomacho claudat portas quisq; pius ne perturbetur, pueros puellasq; suis dijs immolat passim, sunt recutiti, simulacra quæ colunt, partim sunt marmorea quædam, alia fictilia: marmoreas inter imagines extat leo pertula cerulee, in quam mi sorum sanguinē proijciūt, ut inde fluat in lacunam marmoream. Quibus ce rimonijs miserorum sanguinem litent referamus. non iungulis, sed pectori bus appetis ex infausta uictima cor erunt; ex cuius calido crurore idolorū labia illiniunt, reliquum fluere patiuntur in lacunā: inde in apertū, cor & e xta cōburunt, gratum fumum dijs fore arbitrantur. Ex idolis unum est uirile quod inflexo capite lacunā sanguinariā super inspectat, tanquā acceptans sa crificium hostiarum. Torulos brachiorum & fœmorum, ac lararum pulpas edunt, præcipue si hostem bello uictum sacrificauerint. Ritum concreti san guinis, ueluti ex carnificina exeuntem reppererunt. Ex insulis uicinis ad id fa cinoris miseris transportant, capita cadaueraq; ibi truncata uidentur innu mera, integra etiam pleraq; uelaminibus contecta. Vniuersi tractus illi auro gemmisq; abundant. Pererrans insulam unus è nostris in duos ferui suffulos uerces alabastrinos perpulchre laboratos lapillis incidit, diuersorum colo rum plenos. Aiunt lapillum se repperisse, qui missus est ad gubernatorem, ua loris duorū milliū Castellatorū auri. Sacrificij hanc insulā appellatūt. Extāt & in huius Colluacanæ lateribus aliæ sitæ insulæ, in quibus soli mulieres ha bitant sine uirorum commercio. Putāt aliqui Amazonico uiuere more, qui prudentius rem ponderant, cœnobitas esse uirgines, secessu gaudentes, uti apud nos, & multis in locis apud ueteres Vestales, aut Bonæ deę sacre. Cer tis anni temporibus trañciunt ad eas uiri, non coitus causa, sed moti pietate, campos & hortos illis composituri, quo cultu queant uitam ducere. Fama ta men uiget, esse alias insulas fœminarum sedes, sed corruptarum, quæ mam millam à tenexis scindunt, quo facilius queant sagittariam artem exercere: ad easq; trañcere coitus causa uiros, nec retinere mares: Fabulā puto. Ad litus ergo Colluacanæ terræ se applicant nostri, placide negotiantur, aureum re gulus cacabum, armillas, torques, bullas, multaq; præterea diuersorum gene rum monilia nostris impartitus est: nostri contra nostratibus illum alacrem reddunt. Figere hic pedem, & coloniā deducere cupiebant: prohibuit Grifalua prætor, desperatis animis uixerunt eo tempore commissiones in præto rem. Turritis constat ædificijs hæc prouincia, oppidis amplissimis quindecim, & alieubi uiginti milliū domorū se aliqui uidisse attestantur. Sunt nō ubiq; connexæ domus, hortis & cortibus intersecantibus, multæ distant à se ipsis, plateas habēt mœnibus circumseptas, in quibus fora nundinasq; exte cēt, uias ordine stratas, furnos, fornacesq; calcē ac lateres coctos habent, si gulos, signariosq; fabros, & artifices, mechanicarumq; artū omnium opifi ces assequuntur egregios. Potanchanus hic regulus dicitur, regio Palmaria, eius oppidū regiū aiunt esse domorū quindecim milliū. Quando nouos hospites suscipiunt, qui pacē in illis terris admittunt, in amicitia fœdus sibi ipsis cū nouacula uel gladio lapideo sanguinis parumper ex lingua uel ma nu, aut



A  
 nus, aut lacerto, uel alia quauis corporis parte, hospite inspectante erunt. Sa-  
 cerdotes uisus ocellibus & incorrupti. Quid sit coire nemo intelligit, donec  
 nubat. Nephās & morte piandum est aliter accidere. In scemnis mira casti-  
 tas. Licet unicuique potenti, postquam unam duxerit uxorem, habere pellices  
 quotquot uoluerit; sed nupta adulterio comprehensa uenditur a marito, pri-  
 mario tamen principi, a quo licet mulieris propinquis illam redimere. Ne-  
 mini non coniugato phas est iungi in mensa, uel eadem lance uesci, aut pocu-  
 lo bibere, paremque coniugato se prebere. Augusto Septembrię mense quin-  
 que ac triginta dies abstinent, non a carnibus modo, quas assequuntur opti-  
 mas, sed neque piscibus uescuntur, aut re aliqua, quę sanguinem nutrit: hor-  
 tentibus ac leguminibus illos dies peragunt. Menses uiginti dierum nume-  
 ro claudunt; annū uero mēlibus uiginti; aliquot ibi dies lautos egere. Abeūt,  
 litus idem sequuti, regulum cōueniunt altum, cui nomen dedere Ouandus:  
 regulus ubi nostros aurum cupere intellexit, laminas constatas attulit aure-  
 as, se copiam eius metalli desiderare prator significauit per interpretes. Po-  
 stero die aureum hominis simulacrum, pigmentum, flabellumque aureum, & ar-  
 tificio uario laruā iubet afferri, calculorumque sarta, pectoraliū, & bullarū co-  
 piam, & diuersorum generum ornamenta & uariorū colorū lapillos nostris  
 est imperitius, dapi<sup>9</sup> quoque lautissimis persapide cōditis saturauit. In litore  
 inuitatos properanti cursu, frondentibus ramis ex reguli mādato erectis, ili-  
 co scenis contegebant, inertes in ramis ferendis familiares, regulus percutie  
 bat scepro, quod manu gestabat: serui demisso uultu quęcunq; uerba pa-  
 tienter sustinebant. Interrogatus, ubinam auri tanta colligeretur copia, pro-  
 ximos digito monstrauit montes, & flumina ab illis decurrētia. Sunt hi flu-  
 minibus ac lacubus adeo assueti, ut idem illis sit natare, quod terra incedere  
 Merguntur flumine quando aurum placet colligere, manusque arenis effert  
 plenas, demū de manu in manum cribrantes arenā, aurū deligunt. Spatio dua-  
 rum horarū dicūt auro implere cannulam digitalem. De suffumijs & harum  
 terrarum odoribus dulcia molliaque dici queūt, quę pratermittimus, quia ma-  
 gis ad effeminandos animos faciunt, quam ad bonos mores. Puerū annorū  
 duodecim oblatum a regulo recusauit prator, puellam admisit pulchre orna-  
 tam, socijs inuitis puerum abiicit. Ex lapillis ab hoc regulo habitis, unū scri-  
 bunt esse ualoris duorum millium castellanorum auri. Discedūt tandem ab  
 hoc regulo auro & gemmis onusti. Grisaluā prator unā ē Carauellis ad pa-  
 truum gubernatorē destinat ad Ferdinandam cum nuntijs & habitibus, au-  
 ro & gemmis. Litus interea secant reliqui occidentē uersus, una uero propi-  
 us ferē litus abraidebat, qua Frācisus Montegius subprator uehebatur: duę  
 per altū tendebant in prospectu: admirati a colar, rem nouam miraculo ascri-  
 bunt. Duodecim ad Montegium ueniunt Canos, per interpretes colloquun-  
 tur, benigne se inuicem saluant, supplices orāt incolæ ut descendāt, magna  
 pollicentur si regulum patrię adierint: precibus eorum negat Montegius se  
 posse annuere, quia socij nimis a se distarent, contentos tamen dimisit, datis  
 quibusdam nostratibus muneribus illis gratis, quia ignota sunt. Celebre op-  
 pidum aliud ad eunt, ad litus se applicant una tres Carauellę, prohibentur  
 ab accolis descēdere, scutis, arcibus, plenis pharetris, & ligneis latis ensibus  
 atque hastis adultis armati, ad nostros prodeūt, sagittas iaculatur eminus illi,  
 tormentorū globulos in barbaros nostri. Machinarū strepitū admirati, ac su-  
 rore perterriti aufugiūt, pacem optant. Iam commeatu nostris deficiebant,  
 iam quassate longis itineribus naues erant. Ad insulam igitur Ferdinandam  
 factis & repertis antedictis, contentus Grisaluā, socij haudquaquam reuer-  
 tuntur. Nunc diuertendum est parumper, & alia nauigatio pertractanda.  
 Hinc ad has regrediemur terras, quas nostri reperierunt. Diebus idem Ve-  
 lasquen gubernator eodem ferē tempore, quo classē eam quatuor Carauel-  
 larum paruera, aliam destinauit unius Carauellę tantum, & uno Bergan-  
 tino comite, cū uiris quinque ac quadraginta. Violentas hi manus in accolar  
 L 3 exercue

exercuerūt. Idolorum sectatores sunt & recuti, propterea licere illos trahere ad aurum suffodiendū putauerunt. Sunt litori continentis in modum proximæ parvæ insulæ multæ, ubertate solis, & fortunatissima gleba beate, Guanapan, Guangan, Quitilla: ex una istarum tercetum rapiunt utriusq; sexus accolas (huc in insulâ posuere nomen Sanctæ Marinæ) in Carauellam hos inculcant, & ad Fernandinam tendunt, Bergantinum cum socijs quinq; ac uiginti relinquūt, qui dent operam uenationi hominum ulteriori. Porius quæprehendit Carauella, Carenas dicitur: distat is ab angulo Cubæ primario diu iacobi missa ducenta quinquaginta. Hæc insula est longissima, porrecta ab oriente in occidentem, quam cancri tropicus intersecat. Misertorum uin, dicta querente fortuna, è custodibus in terram descendunt quidam, pauci remanent. Naçi occasione recuperandæ libertatis insulares, raptis nostrorū telis ruunt in custodes: perimunt sex, desiliunt in mare reliqui: Carauella potuntur insulares, regere illam didicerant, redeunt in patriam: sed primo in eandem insulam uicinam descendunt, Carauellâ exurunt, tela secū asportant, Iembris traiciunt ad suos, relictos nostros cum Bergantino adoriuntur, prosternūt, perimunt: qui euasere, infelices ad Bergantinū profugūt. Arbor est litori proxima, crucem in eius arboris cacumine locant, & superiorē arboris corticem his uerbis inscribunt. Vannuis Aldarieci. Est Darien fluuius, in cuius ripa situm est oppidum putati continētis primarium. Re intellecta gubernator, in relictorū auxilium prope mittit naues duas bellatoribus onustas, sero sapiunt: res iam acta erat, crucem sequuti litus aduenit: literas legūt arbori insculptas, non ausi sunt fortunam tentare, cum desperatis egregie armatis præcipue recedunt: ex insula proxima isti tanquam lepores abducuti utriusq; sexus quingētos, eadē causa arbitrati iure merito posse id efficere, quia recuti. Idem his euenit ad Fernandinam applicatis, unam è nauibus ferociter aggrediuntur, acriter dimicando, custodes Hispanos perimūt quosdā, ceteri sese in mare proiciunt, & ad sociam, quæ proxima erat, Carauellâ adnant, unā omnes cum superstite Carauella raptatam adoriuntur. Dubia fuit quatuor horarum spatio uictoria, pro libertate recuperanda tam uiri quam foeminae rabide pugnabant, ne adeptam ammitterent prædam, Hispani acriter dimicabant: uicerunt Hispani tandem: quia pertractatis essent agiliores: in mare sese proiciunt uicti barbari, cum litribus recolliguntur, tum sero perempti in certamine, tum aquis suffocati circiter centū: defuere ex Hispanis pauci, ad Diui Iacobi oppidum & aurifodinas trahuntur. Ad aliā dehinc tendūt è uicinis insulis, quæ sunt ibi frequentiores, quam in nostro Ionio symplegades, quarum congeriem Archipelagus uulgus appellat: hostiliter suscipiuntur, quotquot è nauibus descenderūt, perempti aut percussi sunt. Putat hanc esse insulam. Ioannes quidā Pontius, unius classiculæ præfectus adiuuit, et perturbatos reliquit: fugatur ab accolis, Floridamq; appellauerūt, quia resurrectionis die eam insulam reperirent, uocat Hispanus pascha floridum resurrectionis diē. Sex & uiginti, inquit, se uidisse insulas, sed à colono prius præterlapsas, tanq; Hispaniæ Cubæq; custodes, in quibus uenientes oceaniprocellæ illiduntur. Natiuum in plerisq; granatum aurum repeririunt, monilia & isti uariâ gestant: & laruis utuntur, tum ligneis deauratis, tum aureis perpulchre ornatis. Opifices sunt ubiq; argutissimi. Ex laruis unam secū attulit Franciscus Chieregattus, ex ea colligere licebit, quali polleat ingenio. Nouæcularum structuram mirum est uidere, ex lapidibus flauis quibusdam diaphonis uti crystallinis eas formant, & cum eis radunt: haud fecus ac si egregio chalybe factæ essent: sed quod spectatu dignum est, quādo obtusam iam habent ex exercitatione aciem, nō cote, nō lapide, neq; puluere illas acunt, sed tantum aqua imposita temperantur. Sunt & apud hos instrumentorum & elegantium rerum mille genera, quæ longū esset narrare. Redeamus ergo unde sumus digressi, ad Cozumellam, lucatanam, ac Colluacanam siue Olloam, terras dites ac clysiæ recenter repertas, à quibus diuenteram reuer-  
tor:



tor: ubi quanti sint momenti trachus illi cognitum est. Cubæ insulæ habitatores Hispani, gubernatore Annuncte, nouam classem instruunt Carauellarum decem, cum uiris quingentis, additis, uti leuis armatura, equis duobus bergantinis, quorum opera utuntur ad uadofa litora, frequentium scopulorum discrimina tentanda. Equos nauibus imponunt, quinque mares, scemelas uero sedecim bello aptas. Fernandum Corthesium, qui tunc erat prætor urbanus, generalem eligunt classem gubernatorem & prætorem, subprætores, uero Alfonso Fernandè Portuaceriũ, Franciscum Montegiũ, Alfonso Auilam, Alteradum commendatarium Spatensem, Ioannẽ Velasquez, Diecum Ordassum: uentum sequuntur eundem, ab angulo Cubæ ultimo ad occidentem. Quamprimum Franciscus Fernandes Cordubensis, mox Ioannes Grisalua, ad prospectum insulæ sacrificiorum, de qua mentionem fecimus, deueniunt, inasperatus acer turbo captare terram uentis, uersis illos in fregibus ad Cozumellam lucatanæ orientalem fera tempestas transportauit. Portum habet unicum hæc insula, cui nomen Sancti Ioannis porta, latine indiderunt, sex oppidis tantum contenta est, & aqua potali, aut cisternali, fluminibus caret et fontibus, quia plana, quinque tantum ac quadraginta mille passuum spatio ambitur. Autugunt incolæ ad syluas nemorosas, oppida deserunt præ timore: uacuas domos ingrediuntur nostri, patrijs fruuntur cibis, domorum ornatus uariorum colorum, aulæ, uestesque, ac lodices, amacças appellunt, æ gonfapio nataluo reperunt. Habent etiam innumerum libros. De his cum cæteris ad nouum Cæsarem nostrum aduectis late dicemus. Perlustrant uniuersam nostri milites, compositis tamen agminibus, ne qua uis inueniret: paucos repperunt accolæ, una femina comite, per interpretem Cubensem, lucatanos tres alios abductos à primis Hispanis, scemina horrantur, ut absentes accersat regulos. Fœminæ familiæ erant accolæ eũ ducti, à scemina uocati per nuntios ueniunt reguli, fidem amicitia præstant, domos patrias alacres repetunt, multa ex raptis suppellectilibus restituant, idololatræ & recutitos esse reperiunt: pueros puellasque Cemis immolant. Sunt Cemes nocturnorum lemurum simulacra quæ colunt. Interrogatus à me Alaminus Nauclerus, Franciscus Montegiũ, & Portuacerius nuntij, qui regi munera attulerit unde immolandos habeant, pueros puellasque: Ab insulis collateralibus, inquit uenum ducuntur permutatione auri aut aliarum mercium. Nusquã enim feralis monetæ dira sollicitudo in tam uasto terrarum spatio habitatores premit. Idẽ aiunt de reliquis nuper inuentis insulis, e quibus duas nominant, Destã & Sestã, ubi nudi degunt, pueroꝝ puellarumque inopia canibus litat. Canes alunt comededos, uti cuniculos alit gens nostra, non sunt latrabiles, rostro uulpino, quos ad esum destinant, pullos castrat, ad sobole procreandã sceminarum copiã, mariũ numerũ exiguũ seruant, ut de ouibus pastores nostri: pinguescunt castra usque ad quadimestre mirum in modũ. Ab his sacris nostri illos deterrẽs, nephase esse ostendunt, legẽ petũt quã sequantur, esse deũ unicum qui cœlum creauit ac terras, bonoꝝ omnium datorẽ, sub triplici persona unitum in substantiã, facile persuadent: Cemes perfringi patiuntur. Beatæ uirginis imaginẽ depictã à nostris præbitã in sacro sui templi loco sistunt, templum ac eius pauimenta uerrunt & abradunt, crucem ob ipsius dei atque hominis laudem, ob salutem humani generis super impostam recordatione adorandam receperunt, in templi cacumine unam ingentem ligneam locant. Conueniunt omnes deiparæ Virginis cum tremore reuerentis figuram suppliciter ueneraturi. Per interpretes significarunt hi accolæ esse in lucatana uicina insula Christianos captiuos septem, qui ad eam, tempestatibus raptati, appulerant: quinque tantum milliorum spatio dirimitur à lucatana hæc insula. Quinquaginta uiros cum duabus carauellis prætor Cortesius ad id negotij destinat perquisitores, Cozumellanos tres secum aduehant cum literis ad Christianos, si qui reperiantur: quã egregium facinus sint acturi, si aliquem adduxerint, ostendit, rem ardentè commendat,

ab illis namq; sperat lucidiorē sole se trāctuum illorū omnīū notitiam habi-  
 turum. Ab eunt bonis auibus, sex dies eis assignantur ad reditum, octo expe-  
 ctarunt demissos in terram Cozumellanos nuntios trucidatos aut detentos  
 suspicati sunt illis relictis, redeunt ad Cozumellā nostrā. De discessu ex Co-  
 zumella cogitabat iam uniuersa classis, opposita illam uis maris detinuit. Ec-  
 ce ab eocidente Canoam inspiciant uenientem ab Iucatana, Christianum  
 unum ē captiuū aduehit, septennio is uitam degerat apud Iucatanos, Hiero-  
 nymum Aquillarem nomine, uirum Astigeranum Vandalum: quo gaudio  
 seiuicem fuerint complexi, casus loquatur: infelicem sortem suam, & socio-  
 rum unā amissionem enarrat, auditur attentis mentibus: nec dissonum fore ar-  
 bitror, nec tuā beatitudini molestum, si rem, ut accidit, recensuero. In meā  
 decadibus mentio facta est de nobili quodam Aldiuiā ab Dariensibus mis-  
 so. Sinus Vrabæ in putato continenti habitatoribus, ad Hispaniolam. Ad-  
 miranti Colono, pro regi & senatui regis (ad quos pertinet putati continen-  
 tis remedium) signatum qua rerum omnium penuria urgerentur: sinistris a-  
 uibus miser Aldiuiā provinciam suscepit: in lamaice cauda lacerit: discinditur Ca-  
 rauella, uix Aldiuiæ & ē socijs triginta licuit in Carauellæ schapham descen-  
 dere sine remis, sine uelis misere raptantur à pelago defluenti: diximus namq;  
 in Decadibus, esse ibi maria perpetuo fluxu labentia in occidentem: trede-  
 cim errarunt dies in scij quō tenderent, nil esui aptum repererunt unquam, se-  
 ptem ex eis consumpsit fames, fuerunt ipsi marinis piscibus esca, in Iuca-  
 tanam transportantur. Superstitēs iam inedia deficientes in crudelis reguli  
 potestatem inciderunt. Valdiuiam prætorem unā & socios quosdam truci-  
 dauit, mox immolauit Cemibus, demum cum unitatis amicis comedit. Ho-  
 stes autem, aut appulos hospites hī depascunt, de reliquo, à carne humana  
 abstinent. Hic Hieronymus Aquillaris, & socij sex in tertium diem immolan-  
 di seruabantur, nocte ruptis uinculis truculenti manus tyranni euasere: ad  
 regulum huic insensum, supplices confugiunt: admittuntur, sed in seruitutē.  
 Admirandum auditu est de huius Aquillaris genitricē ubi rem intellexit, il-  
 lico insaniuit præ dolore, licet in urbe tantum filium audiuerit, in potestatem  
 carnes humanas edentium incidisse. Hæc si quando carnes allatas inspiciet,  
 aut uerubus affixas, clamoribus domum replet, in quiens: En matrem omnīū  
 miserrimā, en filij mei frustra. Habita igitur epistola prætoris Aquillaris per  
 Cozumellanos nuntios, corā regulo Hero, qui Taxmarus dicitur, quid Co-  
 zumellani afferant enarrat, de potentia regis eorum, qui ad eas partes appu-  
 lerunt, deq; uirorum fortitudine, de illorum beneficentia in amicos, de serui-  
 tia in detrectantes, uel eorum postulata respuentes, multa edisserit: tremētē  
 reddidit Taxmarum. Det operam, ne hostes suam dittonem ingrediatur,  
 seruiū rogat, sed pacato ueniant animo. Pollicetur Aquillaris pacem, & si o-  
 pus fuerit, contra hostes auxilium et fauorem. Aquillarem demittit, tresq; il-  
 li dat familiares comites: ita iunctim trañciunt ex Cozumella in Iucatanam,  
 ad flumen, Alamino nauclero regente, alias repertum tendunt: fauces etus  
 arenis erant conclusæ, uti de Nylo Agyptio legitur, flantibus Etelsijs, pro-  
 pterea maioribus non licuit nauibus aduerso flumine procedere, quam  
 uis sit alitās huiusmodi nauibus aptum suscipiendis. In Bergantinos & na-  
 uium lintres ducentos uiros in litus exponit pretor. Per Aquillarem pax  
 offertur. Quid sibi uelint percontantur accolæ: Dapes inquit Hieronymus  
 Aquillaris. Spatium erat ingens arenosum ad latus oppidi, illuc tendant,  
 insinuant ac cole. Eunt, Postero die afferunt gallinas octo, earum more, quæ  
 sunt pauonis bus neq; minores, neq; inspidiores, suffusci coloris, & tantum  
 Maijciū, quantum uix sufficeret decem famelicis. Est autē Maijciū frumētū  
 granum quo ipsi panem conficiunt, nostro panico non multū dissimile. Pro-  
 testantur



restantur unà ut inde discedant, prope ingens armatorum ad nostros disce-  
 dere reuocentur multitudo cōcurrat iterum, quid sibi uelint per alienas terras  
 uagantes interrogat: pacem se cupere, per Aquillarem respondent nostri, &  
 rerum permutatione dapes, aurumq; si aurum possident: nolle se pacem aut  
 bellum cum eis, respondent: abeat iterum, ni malint usq; ad unum trucidari:  
 nolle abire, nostri inquirunt, non habita ciborum copia, quæ alendis mili-  
 tibus præsentibus sufficiat: crastinum adferenda cibaria signant. mentiti sunt:  
 mane sequenti nostris, qui castra locarant in arena, & fuerat pernoctati, tan-  
 tumdem asserunt epularum, & sui reguli nomine iubent abire. Cupere se op-  
 pidum uidere, & potiores dapes, nostri dicunt. Recusant illi, & terga uer-  
 tunt submurmurantes: inedia nostri urgebantur, uisum quaerere coguntur.  
 In terram mittit subprætores prætor cum uiris centum quinquaginta. Per di-  
 uersa tendunt ad oppidana rura: è turmis unam, obuij barbari male tracta-  
 bant: non longe aberant socij, audito strepitu, laborantibus socijs opem fe-  
 runt. Alia ex parte prætor tormenta in Bergantinos & schaphas locat, ad li-  
 tus se applicat cū reliquis militibus, litus tutatur, & prohibetur descensum  
 proferanti cursu ad pugnam parati, occurrunt Barbari, sagittis & iaculis e-  
 minus nostros impetunt, feriunt imparatos: uiginti circiter tormenta in hos-  
 tes prætor exonerat: strage globorum & stridore, ac flammatarum eruptione  
 percussis, perturbantur palantes crurum tenus, in aquas se proiciunt: & nostri  
 hostes insequuntur fugientes, unà cum perterritis oppidum ingrediuntur:  
 continuo cursu barbari trañciunt oppidum, et domos deserunt. Ad fluminis  
 ripam protentum dicunt esse oppidum, quantum non ausim dicere, mille quin-  
 gentorum passuum, ait Alaminus nauclerus, & domorum quinque ac uiginti  
 millium: stringunt alij, ingens tamen fatentur & celebre: hortis intersecan-  
 tur domus, quæ sunt egregie lapidibus & calce fabrefactæ, maxima industria  
 & architectorum arte. Ad quarum sedes habitabiles per decem & duodecim  
 alicubi gradus ascenditur, & spatijs interiectis secantur. Nemini quidem li-  
 cet uicini mur trabibus onerare, sunt domus omnes trium domorum in-  
 tercapedine separatae, culmis tamen & paleis coopertæ maiori ex parte, lapi-  
 deis laminis pleræq;. Quadraginta hominum millia barbari professi sunt eo  
 die pugnae interfuisse, uictos tamen à paucis ob nouum pugnae diu-  
 tormentis: & quia prætor in terram equites sexdecim expoluera, qui pugnae  
 interfuerunt: tergo barbaros adorti, turmas sindebant celeri cursu, non ali-  
 ter quam si greges ouium interficerent, perimendo, feriendo à dextris & à si-  
 nistris: mira uero percussis miseris hæsitabant, neq; exercendi tela locus daba-  
 t, idem animal arbitrabantur hominem equo annexum, uti de centauro nata est  
 fabula. Duos & xx. dies sunt potiti oppido, laute sub tecto nostri, subditi  
 barbari esurietes degunt: neq; sunt ausi nostros adoriri: munitiorè oppidi par-  
 tes, ueluti arce tuti elegerunt, nocturnisq; freti cultu dijs, suspecti semper eru-  
 ptionem timentes, somno uacabant. Potanchanum dicitur ab accolis oppidum,  
 & à uictoria ibi adepta, Victoriâ nostri appellarunt. Mira etià de atriorum rura-  
 litum ad delicias in prædijs ædificiorum magnificentia, magnitudine atq; e-  
 legantia, cum solarijs, impluuijs, & tabulatis egregijs more nostro: ut quatuor  
 Hispani rurale quoddam ingressi, per horas quatuor in eo uagati fuerint, an-  
 tequam ipsius exitum ob magnitudinem comperire potuerint. Per interpre-  
 tes tandè & captos in prælio, reguli et eius primarios accersunt, ut inermes  
 et supplices ueniant: datur opera, parent dicto, domus quisq; suas repetit, pa-  
 cem illis præstant lege propolita, ut ab horrentibus humanorum corporum  
 carimonijs erga manes & perniciosos demones, quorum simulacra ueneran-  
 tur, abstinerent, nostrosq; deo Christo cæli terrarumq; fatori, ex Virgine mun-  
 da præfesto, & ad humani generis leuamen crucifixo, dirigant mentis oculo-  
 los, ut que regi Hispaniæ se subditos fore profiteantur. Pollicentur utrunq;  
 quantum ueregi temporis passa est instruunt, restitutos nostratibus mu-  
 neribus cōtentos reddunt. E cælo missos arbitrantur uiros, qui adeo pauci  
 nume-

numero auri sint contra ingentem multitudinem manum confereret: nostros et illi quibusdam aureis donis affecerunt, seruas etiam uiginti donarunt. His ita relictis, alias eorundem litorum terras quaesituri abeunt, sinum repetunt sub Grisaluva repertum ab Alamino, cui nomen dedere Brian sancti Iohannis Brian uocat Hispanus sinum, pacatis animis ueniunt accolae. Ab litore oppidum erat distant milliare, domorum aiunt mille quingentarum, super tumulo erectum: ad oppidi hospitia inuitant nostros, dimidiam oppidi partem offerunt, si perpetui uelint esse habitatores secum: putant, uel Potanchamen suum exemplo perterritos, ad quos iam forte fama peruenerat, uel sub talium uirorum umbra sperasse in uicinos hostes fauorem & auxilium habituros. Perpetuis namq; mutuis se bellis cōficiunt imperij cupiditate. Recusant eternam sedem, annuunt temporaneā. Redeuntes ad litus, nostros sequitur populus, scenas illis & ramata mapalia summa cum diligentia erigunt, & turrisimis tegminibus à pluuia cooperiunt: castra ibi locant, ne mare escāt socij. Prætor Alamino nauclero & Francisco Montegio dat negotiū, ut illius terræ occidentem uestigare intendant, fessos interim ipse recreaturus, & curaturus faucios. In Potanchano manet ergo prætor cum reliquis, Bergantinos præbet iuris duos, homines quinquaginta. Ad hunc usque sinum lenis erat decursus aquarum: ubi paulo inferius ad occidentem ad nauigarunt, ac si ex montibus altis à torrente raperentur, ita impetus illos æquoris breui spatio ad quinquaginta à socijs transportauit milliatia: in aquarum cōcursum incidunt. A læua uasta maris planicies sese ostendit, quæ descendens ad occidentem undis obuiabat, uti duo ingentia flumina, quando conueniunt ex aduerso, ita uidebantur à meridie uenientes aquæ, tanquam hostibus in ius alienum pedem inferentibus, primis possessoribus uelle obfisterent. Ex opposito terram uiderunt longè à læua & à dextra, minime fluctuabant, inter eos conflictus uorticibus agitabantur in diuersa, qui ferè illos deglutierant sine spe uitæ diu hæsitant, flectunt proras, aduerso torrente unde uenerant, iuciantur remis uelisque innixi, superare uix poterant impetum, quando cessasse putarunt ad minus passuum duo millia, una nocte quatuor se fuisset tractos inuenerunt. Vicerunt tandem illud graue certamen deo fauente. Duos & uiginti dies in eo paruo maris spatio consumperunt, ad socios tandem redeunt, rem aperiant, finem eum esse terram Colluacana, putatiq; continentis adiudicant. Terram uero procul uisam à fronte, uel continenti nostro annexam, uel Septentrionalibus coniungi plagis ad Bachalaos, de quibus late in decadibus. Restat adhuc res hæc in dubio, detegatur aliquādo. Dum Alaminus & Franciscus Montegius hæc secreta inuestigare à rege prouinciæ, qui Multoxumam dicitur, per unum ex eius proceribus prædicto imperantem oppido, nomine Quintalbitor, multis pretiosis mirisque modis laboratis muneribus aureis argenteisque, & lapillis ornatis nostri donantur: statuunt ad nouum Cæsarem nostrum mittere de colonia deducenda, gubernatore Dieco Velasquen inconulto, qui eos cum mandatis miserat, ut prouincijs peragratas, & redempto auro, regrederentur. Consilium in eunt, in diuersa tendunt, errorem fore proponunt aliqui: pars maior suffragatur, non esse de gubernatore curandum, quando quidem res ad maius tribunal, ad regem scilicet deduceretur: uicet populus. A Benigno rege commeatum capitur. Ad millia inde duodecim in gleba fortunatissima cōdenda coloniarum locum assignant, generalem eligunt gubernatorem, prætorem ipsum Corthelium: non desunt qui putent eo inuito. Is magistratus alios creat, ad condendæ urbis regimen, Portuacarium & Montegium, de quibus satis nuntios ad regem mittendos eligunt eodem Alamino nauclero duce, quatuor sponte sua primarij nostras uisum terras ueniunt, regemq; adeo potentem, ut eius autoritas iam in infinitum prorendatur: ducuntur & foemine duæ, quæ nostris more patrio pareant & obsequantur. Suffusa gens est, auricularum torulos uterq; sexus perforat, gemmatosq; aureos perpendiculos circūferunt. Sed uiri quicquid est



est inter inferioris labij marginem extremum, & dentium inferiorum radices perturant (uti nos auro digitos gestādo circumligamus) in eo laboriorum foramine ampliori, lamina subtili retinente interius prodeuntem, argenteū Carolenum aequat eius morulis rotunditas, crassitudo digitorum. Fœdus me uidisse nunquam recorder. Putant tamen illi elegantius nihil esse sub orbe lunæ. Quo exemplo quā uane ruat gens humana in sui cæcitatē, quā, que fallamur omnes edocemur. Existimat Aethiops nigrum colorem candido pulchriorē, putat & candidus aliter: de tonsus capillato, barbatus imberbi se credit esse spectabiliorē. Appetitu ergo urgente, non ratione stridente tendit gens humana ad ineptias huiusmodi, regiturq; suo sensu quæque prouincia, ut inquit diuus Hieronymus, uana eligimus, à certis & commodis abhorremus. Vnde habeant aurum satis dictum est, sed unde argentum nostri sunt admirati. Montes altos ostendunt, horum cacumina perpetuis canescunt niuibus, & paucis anni temporibus uerticem ostēdunt, ob nubium aut nebularum densitatem. Plana ergo uel mitia montana, aurum procreare uidentur, asperi uero montes & gelidæ eorum ualles argentum: aurichalcum etiam assequitur. Secures bellicæ nanq; ac ligones fossorios apud hos inueniunt, ferrū aut chalybem minime. Ad munera ergo regi allata deuentia mites, & à libris ordiamur. Diximus libros habere gentes has: libros atulerunt unā cum ceteris muneribus, hi Colluacanæ noui coloni, procuratores, nuntij multos. Scriptibilia sunt eorum folia ex interiore arborum tenui cortice, sub libro superiore creato. Rarum aiunt esse, uti uideamus, nō in salice aut ulmeo, sed uti cernere fas est in palmularum esui aptarum tela dura folia exteriora interfecāte, ueluti retia foraminibus & maculis angustis cōtexta, bitumine tenaci retacula compingunt. Ad optatam hinc formam mollē, fœa conuertunt, & extendunt ad libitum, dureq; facta liniunt gipso. Putandum est autem eos aliqua gipso consanguinea materia tabellas uidisse. Creandum est gipso in farinam cribrato superfultas, in quibus quicquid uenit in mentē, scribi potest; deinde spongia uel panniculo deleri, ut denuo reite, retur. Ex ficum tabellis fiunt libelli, quos magnarum domorum dispensatores per fora secum ferunt, stilosq; metallicos merces emptas coaptant, delendas quando iam in computatorios codices traduxerint. Non soliatim libros concinnant, sed in longū distendūt, ad plures cubitos: materias in quadratas reducunt partes, non solutas, sed tenaci bitumine flexibili adeo coniunctas, ut ligneis compactæ tabellis, arguti librarij uideantur manus subsisse. Quæcunque pateat liber apertus, duæ sese facies inscriptæ offerunt, duæ pagine apparent, totidem sub illis latent, nisi protendantur in longum. Sub uno namque folio multa coniuncta folia consistunt. Sunt characteres à nostris ualde dissimiles, taxillis, hamis, laqueis, limis, stellisq; ac formis eiusmodi, lineatim exarati nostro more, Aegyptias ferè formas æmulantur: interlineatim hominum, animaliumq; species, regum præcipue ac procerum depingunt, quare credendum est gesta esse ibi maiorum cuiusque regis conscripta, quemadmodum nostra sit tempestate. Videmus sæpenumero eos generibus historijs, fabulosis etiam codicibus, ipsius rei, quæ narratur, ad allucendos emere cupientium animos auctorum, figuras interferere, arte quoque grata superiores tabulas compingunt, nil differre à nostris clausi uidentur: legum quoq; & sacrificiorū, caerimoniarumq; ritus, astronomicasq; annotationes, & computationes quasdam, seminandiq; rationes & tempora, libris commendant. Annū ab occasu heliaci Vergiliarum incipiunt, & mensibus claudunt lunaribus. Mensē autem à luna nominant tona: quum menses signare intendunt, tonas inquirunt: lunam eorum lingua tona dicūt. Dies autem à sole, unde tot soles quot dies: eorū idiomate sol tonaticus dicitur, alii cubi tamē aliter: sed nulla ratione moti, annū distribuunt in menses uiginti, menses autem etiam diebus uiginti concludunt. Tempora quæ frequentant, aureis ornant auleis, & supellectilibus gēmeis admixtis, die illucente thurificans

rificanti templa, pliasq; spargunt preces ante rerum in itia. Horrèdum factus in sacrificijs, et istorum tractuum habitatores omnes pro uicinis pueros puellasq; sacrificanti, eo modo quo supra dictum est. Quo tempore semina facit in terram, & quando iam spicat segetes, populos seruos pretio emptos, laute depastos, & pretiosis uestibus ornatos suis Cemibus deitina sacrificandos: per dies uiginti immolandos circumducunt, transeuntes per uicos oppida, nisi suppliciter saluant, ueluti inter coelstes propedem annumerandos. Acri alia pietate Cemes tenerantur, suum proprium sanguinem offerunt, e lin, gua, hic è labijs, ille ex auribus, aliqui à pectore uel femore, aut cruribus, multi acutis nouaculis uulneratim emungunt sanguinem, quem manu receptum rotatim proiectum caelum uersus, per templi pauimèta conspergunt, ita placatos reddi deos arbitrantur. A uilla Ricca, id est, noua colonia, distat miliaria nouem oppidum domorum quindecim millium, ueteri incolarum nomine Cemobal, noua Sibylia: regulum reperiunt clausos habentem immolandos seruos quinque: abductos regulus suppliciter reperit, inueniens perniciem mihi regnoq; huic meo uniuerso astruitis, si seruos immolandos mihi auferentis. Irati nostri Cemes fata omnia à gurgulionibus corrodi, uel grā dinibus deturbari, aut siccitate consumi, uel torrentibus imbribus uastari permittent cessantibus sacrificijs. Ne desperati desciscerent Cemopolani, minus malum elegerunt, in praesentia rati non esse tempus eis inuitis prohibere, quin ueteres ritus exerceant, seruos restituerunt. Licet illis sacerdotis gloriam aeternam, & perpetuas delitias polliceantur, deorumq; familiaritatem post huius seculi procellosos dies: mœsti tamen hæc promissa auscultabant, maluissentq; liberari. Sacerdotes Quines appellat, singulari numero Quin, coelites uiuenti & incorrupti. Cum timore uiuenti sacerdotes uenerantur: hostium & in bello captorum ossa carnibus exelis in fasciculos ligata, ad Cemium pedes suspendunt, ueluti uictoriae trophaea, uictorum titulis superpositis. Notandum aliud: Referunt, anniculos iam pueros puellasq; cū pñs carimonis, sacerdotes in templis aqua in crucem cum urceolo capiti superinecta baptizare uidentur, uerba non recipiunt, actus & murmurali cet animaduertente. Neq; illi, uti Mahumetici aut Iudæi, putant eorum templa uiolari, si alienigenæ legis quisquam eorum sacris intersit. De libris, templis, ac sacrorum ritibus satis dictum putamus, ad alia regi allata munera de ueniamus. Duas attulerunt molas, uti trufatiles, unam auream, argenteam alterâ, solidas, tenues tamē: circumferentiâ ferè pari spitanaū octo & uiginti ponderis Castellanorum, est aurea trium milium octingentorum. Diximus castellanum esse monetam auream, quæ ducatum triente superat. Eius ceterum occupat ueluti regis in throno sedentis cubitalis imago dimidia, ad genu usq; uestita. Genij similis, eo uultu quo nocturnos lemures piores non sibi pingere sunt soliti, campus ramis, floribus effigiatus: eadem est argenteæ facies. Ferè idem pondus utrunq; metallum purum. Aurea etiam granarum, non conflata, in argumentum auri natui, ut ciceres aut lentes attulerit. Torques quoque aureos duos, quorum alter constat catenullis octo, quibus inserti sunt rubri lapilli, non pyropi tamen, duo & triginta supra ducentum: uirides autem tres & octoaginta supra ceterum, non smaragdi tamē. Eiusdem sunt existimationis illi, qua hi apud nostros nobiles. Ab eius torquis sive bria tintinnabula pendent aures septem & uiginti, figuris quatuor gemmeis auro ligatis intersecta. Dependent à singulis aurei perpendiculi. Torquis alter est quatuor catenularum aurearum, per gyros rubris ornatarum lapillis centum duobus, uiridibus autem centum septuaginta duobus, sex & uiginti aureorum tintinnabulorum eleganter comptorum. In ipsius torquis medio decem sunt insertæ magnæ gemmæ auro circumligatæ, à quibus centum perpendiculi suspensi egregie laborati. Coriaceos cothurnos diuersorum colorum afferunt, forte duodecim, hos auro, argēto illos, gemmis alios fultos, coloribus tum glaucis, tum uiridibus, à singulis tintinnabula pendent aurea.



Tiaras mitras, varijs gemmis insutas, glaucis sapphyros æmulantibus refer-  
tas portant. De cristis, zonis, & flabellis plumis quid referre queam nõ len-  
tio. Si quid unquam honoris humana ingenia in huiusmodi artibus sunt ade-  
pta, principatum iure merito ista consequuntur. Aurum gemmasq; non ad-  
miror quidem: qua industria, quo uel studio superet opus, materiam superet  
mille figuras, et facies mille perspexit, quas scribere nequeo. Quam oculos ho-  
minum sua pulchritudine æque possit allicere, meo iudicio uidi nunquam.  
Notarum nobis uolucrum sunt pennæ lucidissimæ, uti pauonum aut phasian-  
orum caudas uisas admirarentur: ita & nos illorum pennas, quibus & fla-  
bella & cristas faciunt, & elegantia ornant cuncta. Glauco, uirides, fla-  
uosq; ac rubros, ac candidos, sultuscos etiam colores pennis inesse natiuos  
inspeximus: auro cuncta illa instrumenta confingunt. Galeæ attulere duas  
gemmis glaucis coopertas: unam tintinnabulis aureis fimbriatam, & aure-  
is pluribus laminis, duobus aureis calculis tintinnabula sustinentibus: altera  
gemmis eisdem, sed quinque ac uiginti fimbriata: est tintinnabulis aureis,  
cristata uiridi uolucres conum occupante, cuius pedes, rostrum, & oculi,  
aurea. Singula uero tintinnabula singuli sustinent aurei calculi, fuscinas  
quatuor tridentes pennatas varijs coloribus intextas, quarum dentes sunt  
gemmei, filis aureis colligati. Eodem ordine sceptrum ingens gemmatum  
cum duobus aureis tintinnabulis. Aureum etiam brachiale, calceos ex co-  
ru. ceruino, auro filo confitos, solea candida subiectæ: ex lucido lapillo Fe-  
miglauco, unâ & candido circumseptum auro speculum, sphingem, forte la-  
pidem diaphonium auro circumligatum: magni lacerti caput, & cochleas  
ingentes duas, anates aureas duas, & uariarum uolucrum species aureas.  
Quatuor & pisces cephalos aureos & ex aurichalco uirgam: peninis miris  
modis insuta omnia. Portarunt bellicas peltas, & ancylia. Scuta quatuor &  
uiginti aurea, & argentea quinque. Mitram plumis varijs contextam, in cuius  
fronte medía lamina insculpta est aurea, effigiata Cemi idolo. Figuram qua-  
tor alie sepunt in modum crucis aureæ laminæ, uariorum animalium, leo-  
num plura, tigrum, & luporum capita, uirgæ & tabellis formata animalia, ti-  
pforum corijs superinsutis, aurichalceis tintinnabulis ornata, et diuersorum  
animalium corijs integra, & egregie cõfecta. Lodicæ varias gossapinas, can-  
dido, nigro & flauo coloribus intextas, duas auro & gemmis dices, tresq; al-  
ias peninis & gossapino intextas scacorum ludo, quod argumētum est & sca-  
corum fritillos habere eos in usu. Aliam à fronte nigro, candido, rubroq; co-  
loribus intrinsecus rasam sine uarietate. Aliam eodem modo intextam, alio-  
rum colorum, rota nigra mediū tenente, radiata pennis lucentibus inter-  
mixtis: candidas & alias lodicæ duas peristromata, aulæ, & sagulum pa-  
trio more uiri gestant, & textas interiores, & capitis uelamina uaria tenuis-  
sima, & pleraq; alia pulchra uisu magis quàm pretiosa, quæ arbitror iam plu-  
rimorum lectorum ingenijs, quod harum rerum cognitio parum sit fructife-  
ra, tædiosa potius fore, quàm delectabilia narratu. Prætermitto & innume-  
ras nauigantium particulas, de laboribus, egestate, & periculis, & de mon-  
stris, & aduersis multis, quibus interdum non absq; uitæ discrimine exerciti  
fuerunt, quæ in suis annotationibus quisq; edisserit, in nostroq; regio rerum  
Indicarum senatu leguntur, ex uarijs & multis eorum indicibus & priuatis  
litteris hæc pauca collegi. Munerum tamen latores & Ferdinandus Cortesi-  
us, clasiss ipsius præfectus, & cõdendæ Coloniae nouæ in extremis terris au-  
tor, à regio Indico senatu contra rectum iustumq; fecisse iudicantur, qui in-  
consulto Cubæ gubernatore, qui eos autoritate regia miserat, provinciam  
susceperint ab eius mandato alienam, quicq; uenerint, licet ad regem, se in-  
iurato. Per procuratorem fugitiuos latrones, & læsæ maiestatis reos Cubæ  
gubernator appellat, ac in ius uocat. Illi autem se maius multo præstitisse re-  
gi obsequium, uenisseq; ad maius tribunal arguunt. Petit capite puniantur  
gubernator. Petunt magistratus isti, & sumptorum tot laborum & periculor

rum præmium. Præmiū & mæltia differtur: ut pars utraq; audiatur, statutum & sancitum est. Iam ad Darienenses Vrabæ sinus in putato cōtinenti habitatores ueniamus. Darienem diximus esse fluuū in occidentale Vrabæ sinus cadentem latus. In huius ripa Hispani coloniā, regulo Cemato ui armorum pulso, posuerunt. Colonia: nomē ex uoto pugnæ tempore promisso dixeret, Sancta Maria antiqua. Ad hos diximus in calce Decadū fuisse missos eo anno quo scribere desimus, duce Petro Aria Abulensi, uiros mille ducentos, sed petente Valco Mugnoe Balboa, qui primus australe pelagus latens adhuc detexerat, & Darienensibus præerat. Appulso ad Darienem Petro Aria gubernatore, cū ampla regni potestate, diximus fuisse destinatos per diuersa cū uarijs peditū turmis diuersos cēturiones. Breuibus absoluā, quia horrida omnia, suauia nulla: ex quo nostre Decades deserunt, nil aliud actum est, nisi perimere ac perimi, trucidare ac trucidari. Ad uoluntatem creauerat rex Vascum: nequiuit diu ferre Petri Ariæ imperium: dissiderunt animis: confuderunt omnia: intercessit tēpus, Ioannes Caicedus Franciscanæ religionis pulpitarium Valco promisit filiam in uxorem Petri Ariæ. Ars inter rerū duces, qua conueniāt, nulla reperitur. Dissident multo acrius, & res ad talē casum deducta est, ut occasione nactus in Vascum Petrus Aries, processu per pretores urbanos formato, iugulari Vascum mandauerit, & una primarios quinq; alios: iniquens Vascum sociosq; defectiōni studuisse in mari australi, ubi classiculam nauigiorum quatuor Vascus ipse construxerat, ad australia partati continentis litora inuestiganda, dixisse Vascum commilitonibus trecentis, quos secum habet: En quid uiri tot laborum & periculorum mecum participes alieno semper subiecti imperio erimus: Quis ferre possit iam huius gubernatoris insolentiam & litora hæc sequamur quod fors dederit, & inter tot Elysijs prouincias tam uastā telluris unam eligamus, in qua nobis ipsis quod uitæ superest, liberi iam tandem uiuere possimus. Quis hominum nos reperire poterit, aut repertis uim inferre? Res ad gubernatorem delata est: Vascum ab Austro accersit Petrus Aries: paret dicto Vascus: in cæcitate conijctur, negat Vascus tale consilium cogitasset: testes quaruntur malefactorum quæ patrauerat: ab initio dicta colliguntur: morte dignus censetur: perimitur. Ita laboribus & periculis, quæ subiuit innumera miser Vascus, quādo maiores se titulos adepturum sperabat, sinem imposuit. Classiculam Petrus Aries ipse, uxore in Dariene relicta, conscendit, scrutaturus litora: nondum an redierit intelligimus: neque ipsi deest fortuna. Iam alius est designatus gubernator, dictus Lupus Sosa, ex fortunatis insulis, ubi extitit pro rex, reuocatus ab Dariene, quid stomachi sit habiturus si redierit Petrus Aries, boni iudicem: nil unquam gloria dignum sub eo actum est: nimis remissum ab initio fuisse hinc arguitur: illinc autem nimis indulgentem, & parum seuerum in corrigendis erroribus. De hoc fati. Omnia quædam repetamus de flumine ingenti Dabaida profundissimo, quem nostri ob latitudinem ac magnitudinem eius immensam Grandem uocitarunt: qui labitur in ultimis Vrabæ sinus angulum, per portas (uti Nilus in Aegyptium mare) septem. Cuius copiosam descriptionē reperies in Decadib. nostris. Quod eius mōstrana sint auro ditissima, ex accolarum quos super ijs rebus accurate interrogauimus relatu, dixi. Dabaidæ arcana scrutaturi Vascus & prætores alij cōpositis agminibus aduerso flumine cum nauibus diuersarum specierū, quater conscenderunt, quadraginta millia passuum primo, mox quinquaginta, demum octuaginta, ex transuerso alias. O ingens facinus, o nostra detestandam ignauiam, gens nuda uestitam, inermis armatam in omni ferē conflictu profligauit semper, trucidauit ad unum, aliquando uulneribus consecit omnes. Sagittis bella gerentes uenenatis hostem laceffentem imperunt: & quæ uisu hostium carnes assequuntur detectas, ictum figunt certissimum. Habent & facula, quæ pugnæ tempore tam crebra iaculantur eminus, ut more nubis solem hostibus eripiant. Habent & ligneos dure factos enes latos, qui



bus cominus certant ferociter, si ad manus deueniatur, & Vasci ipsi multo  
 A uulneribus confecerunt aliquando. Ita flumen Dabaïda propulsantium  
 accolarum rabie exploratum relinquunt. Resistat de Hispaniola reliqua/  
 rum insularum genitrice ac ceu primaria earum, de quibus narrare institui/  
 mus, pauca dicamus. Refarcitus est in ea senatus, quinque sunt additi iudices,  
 qui uniuersis illis tractibus leges præbeant. Sed propediem in ea colligere  
 aurum, licet sit auro prægnans, delinunt, quia fossores deerunt ad exiguum  
 miseræ ac colæ redacti sunt numerum, quorum opera auro legendo uli sunt.  
 Absumpti sunt ab initio bellis acerbis, fame multo plures: quo anno radice,  
 qua panem nobilium conficiebant, eruerunt, & à maijcio grano seminando  
 pane populari abstinerunt: reliquos uarij morbi, ignoti hæcenus, anno mil  
 lesimo quingentesimo decimo octauo, qui tanquam morbosas pecudes con  
 tagioso halitu eos inuaserant, & unâ, ne metamur, auri cupiditas: in quo es  
 fodiendo, cribrando ac legendo miseros post facta semina, otiosis ludis ac iri  
 pudijs, & piscatione, aut parui cuniculi uenationi assuetos, inhumane nimis  
 exagitarunt. Iam per regium uniuersum senatum sancitum est, ut liberi redi  
 cantur in populos & agriculturæ generationiq; indulgeant, Serui autem &  
 aliunde empti, ad id aurifodinarum opificium trahantur. De auri mortifera  
 fame satis dictum. Auditum est mirandum, quantum in hac insula coalescant  
 omnia. Octo & uiginti in ea sunt torcularia erecta, quibus magna saccari co  
 pia extorquetur. Saccareas aiunt cannas altiores crassioresq; in hac insula  
 creati quàm alibi usquam reperiantur, ad crassitudinem lacertalem aiunt &  
 uirilis stature, ac femis altitudinem nutriti, & quod maius, Valentia Hispani  
 æ, ubi ingens saccari copia quotannis elicatur, ubicunq; saccareis cannis  
 inuigilatur, quinque uel sex, aut quando copiosius, septem phalas cannas  
 quæque radix parturit: in Hispaniola uiginti aut triginta interdum. Quadru  
 pedum est in ea copia immensa. Auri rabida sitis à cultura Hispanos hæcenus  
 B diuertit. Triticum augetur in immensum, ita ut centesimum aliquando  
 redditisse dicatur: ubi cura sit, in collibus aut montanis iugis, ad Boream præ  
 cipue uersis, tritico serendo intendere. Coalescunt & uites in eisdem parti  
 bus. De arboribus uero cassiam fistulam gignentibus, ex insulis putato con  
 tinenti uicinis asportatis (de quibus mentionem fecimus in Decadum libel  
 lis) quid dicemus? Tanta est iam copia, ut post paucos annos librâ sinus un  
 cia loco à pharmacopolis habituri. De syluis coccineis, deq; reliquis huius  
 beate insulæ prærogatiuis, & naturæ in illam porrecta beneficentiâ, satis  
 multa in Decadibus. Placuit tamen pleraque repetere, quia à grandium ne  
 gotiorum mole arbitrator ad huiusmodi rerum recordationem multorum  
 lectorum ingenia diuertisse: nec labia detorquent, quæ sunt sapida, modo  
 materia pretiosa pretiosis uestibus induatur.

## F I N I S.

AD ILLUSTRISSIMUM PRINCIPEM FEDERICVM SACRO/  
 sanctæ militiæ ordinis diuæ uirginis Teutonicorum protoma/  
 gistrum, Saxonie ducem, Thuringiæ Langraui/  
 um, ac Marchionem Misniæ, Erasmi Stel/  
 læ Libanothani in antiquitates  
 Borussia præfatio.



LI si uereor Federice princeps, res Borussia altius & à prima  
 origine repetiturus, antiquitatem in his quæ usque eo latuit, ue  
 lut ex cauea in scenam theatrumq; producturus, multorum ris  
 sus, ronchos & cachinnos, demumq; explosionem magis quàm  
 applausum legentis turbæ me incursum, tum quod id fecum  
 ferat antiquitas, ceu Aristoteles in Problematibus perhibet, ut res ansecum  
 M 2 fabulis

fabulis simillimas narrare uideatur, tum quod res Borussiae diturna barbarie, sine ullis literarum monumentis quasi perpetuis tenebris mancipatae, & in ipso lethæo demersæ penè obriguissè extimantur, adeoq; concretæ, ut etiam phœbeo calore agitata usq; incallescere possint, quo iterum lucem solentq; admittant. Verum dum hi blaterones tuam cellitudinem istius ludæ agonothetam in orchestra conspexerint, sub cuius umbraculis me in hanc scenam prodissè pernoscant, forte ne lingulaces infreniq; ore à te sapientissimè mo principe iudicentur, maledictis temperabunt, simul & nasum continebunt. Quod si nec reueriti tuam maiestatem, effrenataq; lingua uerbis non æquis desuuant, malignitatis quoque aculeos haud recondere uelint, imò blaterare malint, nihil est quo perhorrescere oppidò possim, ut cœptam scenam inturbem. Ronchisent hi nasutuli, obstreperent, clament, arguant, criminènt, exhibèt deniq; dummodo tibi plausibilis, lepida ac iucunda nostra acitatio uisa fuerit. Antigonidas olim musicæ artis peritissimus, cum discipulo in arte probe instituto, populo tamen non admodum grato, in scenam progressus cunctis audientibus dixisse fertur: Mihi cane & Musis, quia uide licet ars bene cœpta, quanquam populi lenocinio destituatur, iusta tamen comprobatione non exiit. Sed ut tandem his respondeam, qui longe petitas historias calumniantur, ceu minus fidei illis insit, cœtentibus id forsàn euenit & nocturnis oculis, sed penes clare cernentes plus dignitatis antiquitati inesse, nemo sanæ mentis ambigit. Ne quoq; res Borussicas ceu sempiternis tenebris obnoxias, & minime ad solem lucemq; ex caliginoso uetustatis recessu redituras, possint argumentari, meminerint saltem quæ de Hercule feruntur, qui cerberum tripitem ab inferis, solemq; hunc nostrum ac calorem ferre coëgisse dicitur, Threicium & uatem raptam sibi Eurydicè ex tartareis sedibus diuina sua suauiloquentia eduxisse. Ob id nec inficias cantoculei, res Borussicas quantumcunque umbra uetustatis contectas ac rubigine obductas, imò in abditiissimos recessus actas, curiosa indagatione non posse non restitui, ex noctisq; caliganti nebula eximi, ac claritate diei illustrari ornariq; quum hæc ipsa indagatione, puta industria, unica ab omnibus esse asseritur, cui nihil inaccessum, nihil oclusum relictum sit. Hæc res quomodolibet obstrusas, & in penetrabilibus reconditas elici, exprimit & promit. Hæc cœlum petit, & subterranea regna subintrat, maria scrutatur, oculis subijcit quicquid usquam latet sepultumq; est. Illa ipsa Homerum cœcum plus Argo mille oculos habente uidere dedit. Hæc Zeulum Helenam nunquam à se usam tanta uenustate depingere, docuit ut eius forma digna iudicaretur, propter quam tantum laboris subijssè Græcia, & alta Pergama ruerent. Hæc Phidiam statuarium dignissimum, simulachrum Iouis exprimentem eò usque euexit, ut diuinitatis effigiem è cœlo mutuatus diceretur. Hæc eadem fores antiquitatum Borussiae uetibus è cardine semotis, ut patenter effecit, extrac; latebras quicquid de his obuallatum fuerat produxit. Hæc administratrice ex imo lethæi fluminis cœno hæ ipsæ conquisitæ erutaq; sunt, & utcunque à sordibus deterseæ, sese ceu postliminio reuerseæ, tuis luminibus conspectuq; illustrissime princeps, primum ostentantes, te ut felicem moderatorem suum salutant, ut patrem patriæ uenerantur: & quicquid usquam in secundiore sortem, faciendq; splendidiorem commutatum, ceu ferè singula aspexerint, id totum tibi sacræq; sanctæ militiæ, cuius tu magister, imò dictator perpetuus extas, tribuūt. Quod si sunt qui te circumstant, & has ineffigatas rudesq; Borussiae imagines toruis luminibus respexerint, abigendasq; duxerint, quod sine cultu ornatori, & penè inuestes in hunc augustissimum confessum productæ sunt, his responsum sit: Fœminam probam pigmenta fucumq; non decere, nec orationem fidem habiturū unguenta usque adeo redolere. Logographis id tribuimus, ut quodecunque suauius quam uerius narent. Nos in his commentariolis sine fraude, omni apparatu orationis seposito, Borussiae antiquitates exposuimus: ut si qui futuri sing

cultori

Industria uis



cultiori sermone res Borussicas describere uolentes, hinc sumere possint,  
 quod ornati iri tantopere uelint. Nuda namq; hec oratio facile que quis im-  
 ponet cultum perferet. Ut autē, fidem sine scoria habituri sint hi nostri com-  
 mentarioli uetustate & carie oppleti, ipsos ex præclarissimis rerum scripto-  
 ribus elucubratos esse fidem facio, Plinio scilicet, Solino, Pomponio Mela,  
 Cornelio Tacito, Strabone, Ptolemæo: ex neotericis Gordano, qui primus  
 res Gothorum literis mandauit, nostro Alberto Magno, qui has inuisit &  
 peragrauit, Othone Freisingensi episcopo, qui quinque imperatorum Ro-  
 res gestas luculenter scripsit, Helmodo Lubecensi presbytero, qui res Scla-  
 uorum haud ineleganter prosequutus est, Borussicasq; simul attigit, Blondo  
 Foroliuensi, Aenea Syluio, & præter hos quicquid annales Borussicæ us-  
 quam uetustatis habuere, pleraque etiam per acceptionem. Nam apud Val.  
 Maximum locus est, quo res suo seculo cognitæ, & absque literarum monu-  
 mentis conseruatas manare ad posteros indicantur, sola scilicet traditione  
 patrum. Id genus disciplinæ Hebrææ etiam uisitatissimum est. Huiusmodi  
 innixis fulcimentis, commentariolos nostros non temere edi posse arbitra-  
 tus. Ne autem manus nostras excedentes absque patrocínio uagabundi er-  
 rent, ipsos nomini tuo illustrissimo dedicados duxi, tum quod neminem ma-  
 gis rerum Borussicæ cognitio deceat, quam Borussicæ principem, tum quod  
 pari tutela hac nostra etate ac prisca Borussia fruatur. Quam igitur princeps  
 illustrissime simul & inuisitissime à curis publicis feriatu fueris, frequenti  
 quoq; ueterum, quibus, inhiis, lescitatione fatiatus magis quam lassatus, eti-  
 am domestica peculiarisq; inuisas legasq; subinde agnosces in his Borussicæ  
 præter ueteres eius limites, uarios ipsius cultores: crebro enim illic migra-  
 tum est, aliquorum maiore numero cogente: moresq; uetustiores: quos si ad  
 præsentem accommodabis, non obscure lucebit quanta sunt quæ si crosancta  
 militia Teutonicorum in Borussia egerit. Optimo enim iure gloriari pote-  
 ris, eam quam patres regionem barbaram, incultam, asperam, idololatram,  
 foedam ac rerum omnium inopem acceperant, illam ipsam splendidam, cul-  
 tam, ciuilem, opulentam, humanam, & quod maximum est, Christianam red-  
 diderunt & reliquerunt. O felix nimium Borussia, si sua noxita bona illo prin-  
 cipatu. Facile demum illustrissime princeps deprehendes, quam iusto dei iu-  
 dicio Borussia ad Germanorum redierit incolatum: quæ Germanicæ & pars  
 sit, & Germanis à rerum exordio debita, inhabitata, luculentissimorum scri-  
 prorum testimonio. Cur, me iudice, indigne iterum à quibuscunq; alijs genti-  
 bus inhabitatur administratur uer? Ego autem hanc scribendi prouinciã  
 non tam mea sponte quam iussu uenerandi antistitis Iobi Pomesaniensis, à  
 nullo antea tentatam accepi, ut meo Marte aduersus quoscunq; aliter de Bo-  
 russicæ finibus & populo sentientibus, ceu pro aris & focis dimicaturus sim,  
 ultima potius perpeti certus, quam ignauiter cessurus. Te igitur principem  
 inuisitissimum, & ad arma progenitum, pro tua uirtute rogo, ne desistas auxi-  
 lia ferre tam pio ac iusto bello, ut iunctis uiribus omnem colluuiem barba-  
 rorum ex his tuis finibus eliminemus. Nullum enim apud me dubium uer-  
 titur, si tuo Marte agendum erit, facile hanc oram ex manibus iniuste occu-  
 pantium uindicabimus. Quod breui futurum, modo fata sinant,  
 tuæ auitæq; uirtutes, ac genitoris tui præclara faci-  
 nora admonent. Nunc ad institutum  
 pergamus.

ERASMI STELLAE LIBANOTHA  
NI DE BORUSSIAE ANTIQVITATIBVS  
LIBER PRIMVS.



Hulmigerij

**B**orussia ultimæ Germaniæ ora, à Vistula amne, quem ad occidentem terminum habet, incipiens, sinusq; Baltici maris, qui septentrionale latus eius ambiunt, percurrens, orientalem solem ab Alanis excipiens, montibus Hamaxobis australè latus eius obtegentibus, à quibus continuis sylvarum iugis determinatur. Fuit hæc terra diuersis habitata cultoribus. Nam ut Gordianus Gothus scribit, per Hulmigerij Germani eam tenuere, à quibus aliquandiu Hulmigeria dicta: hodieq; ea pars quæ Vistulæ accedit Culmigeria pro Hulmigeria uocatur. Sed hi per Gothos quamprimū ex Scandauia in continentē descendissent, inde pulsi eam, ut is ait, occupauerunt. Ptolemæus aut uetustiores incolas recensens, Gothones, Venedos, Stagnanos, & Sargatios Sudinosq; his locis insedisse scribit, quibus Gelidanos simulq; Gillones. Vacinos & Charionos, quos ipse Charionas nominat, addit, finesq; ad Hamaxobios usq; protendisse indicat. Ad Vistulam uero pauciores sedisse demonstrat: nam Finnos cum Venedis & Sulones duntaxat hanc oram habitasse ait. Hos autem populos nullo alio quodam communi nomine dignatur: forte quia non nus populis, nec in unum concessit nomen. Verum Cornelius Tacitus diligentiùs hæc loca conquirens ipsa Germaniæ prorsus adscribit: quanquam promiscue Sarmatis Germanisq; populis habitata astueret. Venedos enim Germanis connumerandos censet, quod & domos fingunt & scuta gestant, pedum usu ac pernecitate gaudent. Quæ omnia diuersa Sarmatis extitere, in plaustris solum modo ac equis uiuentibus: quanquam & ipsi ex Sarmatarum moribus traxerant, quod uicinos latrociniis infestarent. Quicquid enim inter Peucinos, quos quidam Basternas dixere, sylvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrauerunt. Erant autem Peucini & Basternæ, ut Plinius testatur, contermini Dacis, sermone, cultu, sede ac domicilio Germanos referentes, multa tamen foeditate Sarmatarum contacti: nam et connubijs promiscuis utebantur, & proceres eorum pari sorte ac plebs torpebat. In dubium Tacitus uertit, Sarmatis ne ac Germanis ascribantur: uerum hæc loca hodie Polonie ascribuntur. Plinius tamen ipsos Germanis connumerat: cui & Varini & Gothones Germani sunt, ex Vindelicorum genere. Vltimo autem regionem Borussij intrauerunt, populi qui Ptolemæo teste ad Riphæos montes, ubi in septentrionem fusius excurrunt, nec longe quàm Tanais ex eis erumpit, sedes habuere, qui infelicitate sua conciti (perpetuis namq; niuis algoribusq; illic terra riget, ad omneq; naturæ ministerium damnata est) ad nouas sedes capeffendas patriam egressi in hæc loca delapsi sunt: quæ tum soli fertilitate, tum pascuorum lacuumq; amenitate ipsi, quum primum placuere, nec non ultra progressi sunt, hic sedes unanimi consensu libi desumentes, utq; sibi ac posteris perpetuo essent duraturæ, terram uocabulo gentilitio Borussiam appellauerunt, quæ usq; hodie unius literæ suppressione Brussia uulgo dicitur. Hæc est uera huius gætis origo. Et cæterum quequid dicitur, perinde ac anilem fabulam habendum esse censeo. Facit istius rei fidem per maximam, quod usq; hodie populi ad Riphæos habitantes, eodem pariter sermone quo hi utuntur. Borussij uero sedibus formati, terram cultoribus ueritatem (Gothi enim populariter eam excessere) nullo repugnante facile occupauerunt, circa eam portionem quæ ad Vistulam est. Hæc adhuc à paucissimis Germanis tenebatur. Propagantes igitur sese à Chrono flumine usq; in cōtingentiam Hulmigerorum: quæ nuncupatio post pulsos per Gothos ueteres colonos e medio oræ huic regioni accommodari ceperat, nomine suo breui cæterorum hic habitantium nomina obfuscauere: quod forte euenit, quia

Borussia





deinde resuante mari in Germaniæ litora eijci. Mithridates in Germaniæ litoribus insulâ esse asserit, uocariq; eâ Cedron, cedri genere syluosam, inde & in petras defluere, Cornelius Tacitus Effluorum gentem, qui dextro Suis onici maris alluuntur, nuncq; Liffom uulgo nominantur, ipsum legere inter uada, ac cætera maris eiectione ipso litore asserit: quod & hodie fieri cernimus. Quidam nostri temporis experti, ipsum è limo quorundam montium sole excalescente fluitare existimant, in herbidoq; solo atq; algido, quod his montibus subest, indurari: oceano illic effruescente inde rapi, in proximaq; litora expelli. Indiciûm istius esse, quod ipsum aliquando ex solido eruitur, quod & ipsi uisimus: quanquam cerea mollitie, & penè lentum sit, ob id ipsum mari denuo immergunt, cuius rigore lapidescit. Hanc uero opinionem neq; omnino adstruere, neque refellere in animo est. Quod autem hos montes nominatim non ædunt, mihi suspicionem incertitudinis facit. Plinius uero natura fidissimus interpret, Germanici Caesaris classibus bellum, ut dictum est, in septentrionali oceano, gerentis experientia innixus, tradit succinum gigni in insulis septentrionalis oceani, ipsumq; nasci defluente medulla ex pinei generis arboribus (ceu enim relina in cerasis, ita & in pinis humoris abundantia erumpit) densariq; rigore maris, eo intumescente ex insulis rapi, certoq; litore expelli: ita inuolutum herbis, ut ex his pendere uideatur, solo expulsi: succum uero arboris esse, ipsumq; primum liquidum distillare, argumento sunt quædam intus lucentia, ut formicæ, aut apes, etiam lacertæ, cæteraq; id genus, quæ adhæsisse musteo non est dubium, indurescente uero humore inclusas remanere. Pinæ autem arboris indicium est pineus in atritu odor, & quod accensum tædæ modo fragrat. Rude est infirmoq; ac glebæ simillimum, dum ex aquis excipitur, corticibus ac alijs rebus sibi in hærentibus: ob id diu incognitum barbaris, inter maris quisquilias iacebat. Germani id ipsum primum nouisse traduntur, in Pannoniamq; ad Carnuntum oppidum aduexisse, inde Veneti ipsum accipientes, primum rei scemina fecere, mox proximi Pannoniæ circa Adriaticum mare Transpadanicq; quorum agrestes femina montium uice, & decoris gratia succinum gestauere. Hinc natam fabulam de Pado omnibus notam credimus. Eius esse genera quam plurima constat: candida, sed odoris præstantissimi sunt, quibus diu minus pretium erat: hac uero tempestate & sulua & cerea merce de præstant: ex suluis etiam translucentibus amplior erat autoritas, præterquam si nimio ardore flagrent: imaginem enim igneam, non ignem in esse placet. Summa laus Phaleris tum fuit, à uini colore dictis, molli fulgore conspicuis: id ab aliquibus Chrysolectrum dici comperimus, quasi coloris aurei: rapacissimum id est igneum, & si iuxta fuerit celerrime ardescens. Sunt in quibus decocti mellis lenitas placet. Domitius Nero Romanus imperator, capillos coniugis suæ Poppæ in hoc nomen adoptauerat, ipsos quodam carmine succinos appellando. Ex eo tertius hic color à matronis experti cœpit in capillis. Dum quoque is gladiatorum munus Po. Ro. exhibiturus esset, Iuliano quodam equite Ro. id curante, ad ipsum comparandum missi, qui hæc littora peragrauit, uidit, ac commercia tentauit, tantam copiam Romam inuexit, ut res in uenatione publice ædita eo nodarentur, armaq; & librilla, totusq; simul dici unius apparatus è succino esset: uisa tunc fuit gleba tredecim librarum. Solinus tamen refert id succinum à rege Germaniæ Neroni dono datum: cui sententiæ magis accedo. Tanta fuit eius, ut eruditi scriptum reliquere, in delitijs taxatio, ut hominis quamuis parua effigies uiuorum hominum uigentiumq; pretia superaret. Quumq; in alijs ad luxuriam quaesitis ostentatio & usus placeret, ceu in Corinthijs, æs, auro argentiq; mixtu, in cælestis ars & ingenij: uniones quod capite, gemme quod digitis circumferuntur. In succino, ut Plinius inquit, tantum deliciarum conscientia luxuriæq; expetita est. Est usus eius multiplex in medicina: nam ab infantibus pro amuleto gestatur: contra lymphationes & noctis metus, cui

Succini phar  
maca

cung



A cunctis atati prodest: urinæ difficultatibus potum alligatumq; quod Chry-  
 solectrum uocât, collo alligatum mederi febribus Callistratus prodidit. Tri-  
 tum cum melle ac rosaceo aurium uitijis, & si cum Attico teratur, oculorû ca-  
 liginem remouet. Stomachi etiam uitijis uel per se farina eius sumpta, uel cû  
 melle ex aqua pota, quod de candidis maxime crediderim. Tonsillis quo-  
 que resistere creditur, & faucibus uitijis ob id mulieres Padanæ ipsam circa col-  
 la longo seculo gestauere, uario genere aquarum iuxta illos infestâte guttu-  
 ra ac carnes uicinas: quod hodie Turcarû equestres copię in equis suis ob-  
 seruant. Neotericorum pariter experientia ad citandos partus candida ope-  
 rari depromit: notissimum id Germaniæ mulieribus. Calculos quoq; uel cę-  
 & renum eo potu elidi euocariq; quamplurimi testantur. Venena pestilent-  
 temq; aërem eius nidore fugari compertū est. Distillationes quoq; listi, uul-  
 neratis, si in potu sumplerint, prodest. Malagmatis ob id etiam assumentur,  
 Verum & hoc notum fieri oportet. Succinum quoque libeat colore tingi  
 hoc durum seuo & anchusæ radiceet quispe etiam ipsum conchylio in fici tra-  
 dunt. Quæ uero translucida sunt, ad gemmas adulterandas magnâ habent  
 uicinitatem, & maxime ad amethystos. Politur succinū adipe suis lactantis  
 in octium. Ramenta eius oleo addito dilucidius ac diutius flagrant quam li-  
 ni medulla. Notissimum cuiq; est quod attritu digitorum caloris ut accepta,  
 attrahunt ad se paleas & folia arida, ut magnes ferrum. Visum esse quidam  
 retulere, quod aeris etiam ferri laminas attraxerit. Ego glebam uidi cui ferrū  
 quasi adnatum inhæserat, quod ui sua forte attraxerat. Multi tentauerūt suc-  
 cinum flexile ac ductile reddere, sed nequequam cessit, mirum, quum nimia  
 humida & succulenta prodeât, uti indicauimus. Hęc tumuluarie de succino,  
 Sudinorū opibus dicta sint, propter quas sæpenumero ab exteris gentibus  
 bello petiti. Sensere namq; præter Ro. arma & Saxonum Angliam occupan-  
 tium oppugnationem, à quibus se terra & mari impigre defenlarūt. Habue-  
 re enim uero hi populi, ut de moribus eorum aliquid transeūter dicam, regu-  
 ras suos, quorum legibus obtemperabant: agrosq; colere & commercia no-  
 uere. Vestium cultus apud eos fuit, ut mares lanea, feminae linea tunica ue-  
 rentur, circulosq; ex ære uel orichalco colla circundabant. Auribus etiã cro-  
 talia suspendunt, rem fritiolam, quod tamen neq; hodie desitum. Domo  
 in uillarum modum constructas inhabitauere utcosq; ac sine muro & uallo o-  
 mnia, quod forte ab externis, ipsos cōmerciū gratia aduentibus didicerat: alio  
 quin alienum à Sarmatis, Sed ut ad Borussios repedemus, societatem cum  
 Sudinis eos inisse diximus ob Germanorum finitimorū metum. Nec à Su-  
 dinis aspernati sunt: uerum eorum potentia adiuti, & contra quosuis con-  
 minus populos tutiores facti, aliquandiu in sua sceditate degerunt: de qua  
 posthac. Nunç de cæteris Borussię rebus editis prosequamur. Generat & ter-  
 ra hæc feras multijugas, eas etiam nec alibi cognitas. Præter enim urso, a-  
 pros, ceruos, quibus abundat, Vros excellētū uel uelocitate profert, qui ua-  
 sitate corporis parum infra elephantū sunt, eaq; ferocitate, ut neq; hominē  
 neq; fera si quam cōspicati fuerint, parcant. Cornutumq; id animal est: eius  
 cornuum magnitudo tanta uisa est, ut urnas binas unius capitis cornua, ut  
 Plinius testatur, impleuerint. Barbari ex his potant, argenteo circulo parte  
 qua labris admouetur circumducto. Sunt enim caua & in mucronem demū  
 concreta. Alij pila his præfixa cuspidant. Romani in laminas ea secabant, ut  
 lumen quod his includebant latius funderent, ipsiq; pro lichneuchis ac later-  
 nis usi sunt. Qui sese uenatione eorum exercent, si plurimos interfecerit, rela-  
 tis in publicum cornibus, quæ testimonio sunt, magnâ laudem adipiscuntur.  
 Soliti erant antiquitus caueis ad hoc ex opera factis eos capere, captosq; iu-  
 gulari, forte quod ea tempestate serro caruere: sed eo mortis genere, feram  
 tam insignem posteriores ætatis iuuenes præcipuæ uirtutis & audaciæ, inte-  
 rre indignū cęsentes, ob id canibus ipsos insequi placuit, uenabilisq; com-  
 nus ac eminus petere, arboribus sese robustioribus semper condentes, ne &

Sudinorum  
mores

ipsi à fera rursus impeterentur, quæ cornibus arbori insertis, uindictæ avida,  
 inhæret; donec insequentium telis saucia concidat: tali morte feram dignan-  
 tur atrocissimam. Fera hæc sub mento uillos longiusculos habet in arunci spe-  
 ciem, cæteris tauro persimilis existit. C. Caligula Romanus Imperator pri-  
 mus Romæ Vros in arena ostendit, quos tum imperitum uulgus hualbos  
 falso credidit. Gignit hæc terra & bizontes subatos, qui e boum syluestrium  
 genere sunt, sed nostra ætate admodum infrequentes. A iunt hos solipedes,  
 maribusq; ac foeminis iuxta iubas cornua, eadē utriq; forma & magnitudo,  
 colore quoq; & specie haud dissimiles tauro sunt. Aliquit ex horum genere  
 unicornes perhibentur: quod uerum sit, nec ne, incompertum habeo. Plini-  
 us tamē Indicos boues syluestres unicornes, tricornesq; esse scripsit, ob id nō  
 incongruens uidetur eos & alio loco nasci, uerum esse alterius generis à bi-  
 zonte suspicandum est. Tale forte est cornu quod hodie in Archiuo proto-  
 magistri integrum custoditur, ac Monocerotis asseritur, quam nigrum illud  
 sit, hoc uero luteum conspicitur. Sunt & in ea regione greges ferorum equo-  
 rum, quos Græcia non uidit, nec Romanus, quapropter alio uocabulo no-  
 minari non possunt. Hi cicuribus equis omnino similes extant, præterquam  
 quod dorso molliori sunt, ob id nec usui apti. Dicuntq; ipsos ne quaquā man-  
 suescere posse. Carnibus eius incolæ etiam hodie uescuntur, quas non infra  
 ues asserunt. Gignit & alces (quos falso syluestres asinos quidam autumant,  
 quum hos Asia tatum ac Africa procreet) specie media inter ceruinam & iu-  
 menti, nisi quantum aurium proceritas, ipsaq; ceruix distinguit, magnitudi-  
 ne inter camelum & ceruum: maribus in supercilij cornua nascuntur, quæ  
 quotannis amittunt, latiora quàm ceruis, ramosa tamen & per totū concreta  
 ac solida: ungulæ bifidæ, coloreq; ceruum imitatur: uenatorem e longinquo  
 sentit: animal certe simplex, & quod plus latebris quàm fugæ fidat. Si ui-  
 cum urgetur, magis in canes se calce quàm cornibus tueatur: in locis palu-  
 stribus sese plurimum condit, illic & partus ædit suos: formidinis eius argu-  
 mentum esse aūt, quod rarent solitarius, in armento multū appareat. Vo-  
 gulis eius comitiale morbum, & iam spumantem abigi creditū est: si cute at-  
 tingitur. Hallucinati sunt qui alcem nullo suffraginum flexu dixerunt, neq;  
 quæ sit causa procumbentē, uerum accliuem arbori somnum capere, quæ ad  
 insidias à uenatore incisa feram unā affligit ac cōcidit. Quod & pascendo re-  
 trograditur ob superius labrū prægrande, quasi progressiōdo pasci nequeat:  
 quæ singula non de alce, sed de machlin fera, illi haud dissimili, quam Scan-  
 daniam mittere aliqui prodidere, dicta sunt. Habet & syluas in cæduas, unde  
 uis ingens lignorum & ad naualem usum & domesticum conuehitur: tere-  
 tumq; arborum ad malos nauium accommodā, quæ inde in remotissimas  
 oras deferuntur: habent & syluæ præter id suas diuitias, unde quasi sponte  
 dependium nō modicum incolis prouenit, apum, scilicet, ingentem multu-  
 tudinem, quarum alueos ceu natiuos intra arbores ad hoc cauas cernere est:  
 ex quibus tanta mellis & ceræ copia prouenit, ut Germaniæ Britanniaq; ac  
 cæteris adiacentibus insulis, commode harum rerum usum suppeditet. Nec  
 apiarj arte uel industria examina illic curant: nullis enim satorum floribus,  
 aut herbis ipsa inuitant, nec si longius euolent reuocant: e frondibus & syl-  
 uestribus floribus succum contrahunt, quo opera conficitur sua, quæ cōpen-  
 dij ingentis argumento sunt. Præter illa & pelles quasdam nō ignobiles mit-  
 tunt hæ syluæ, quæ uestium ambitu principum hominum subduntur. Lecto-  
 rum etiam stragula ex his consuunt, pretioq; ingenti uendunt: has olim pel-  
 les ouini uelleris commutatione mercatores ab incolis receperunt. Gaynos  
 barbari uocant ea animalia, Germani martes, e mustellarum syluestrium ge-  
 nere, ab aliquibus historiam naturalem commentantibus, esse scribuntur. Pi-  
 scationes quoq; diuersis in locis non incommodas exhibet: nam pisces om-  
 nis generis tum ex lacubus, tum ex æstuantem mari illic prendunt, ceu pluitas,  
 soleas, singulas, rumbos, troscullas, mullos, asellos, salmones, marinos canes,  
 & id



A & id genus alios, anguillas præter cæteros numerosiores: nec de his incolæ uescuntur, nisi quod sole aëreque siccatum tostumque sit. Sed ad alia pergamus. Hæc ad loci situm, ac terrarum prouentus, uti antiquitas possedit, tradita sint.

LIBRI PRIMI FINIS.

## ERASMI STELLAE LIBANOTHANI

DE VETVSTATIB. BORUSSIAE LIB. II.



Tempore quo Valentinianus Romanis imperauit, Alani populi septentrionales Borussijs contermini, cōtra Romæ imperium arma sumentes, post dntinas in imperij fines excursiones à Sicambrijs compressi sunt, quo bello Sicambri sibi & posteris libertatem pepererūt. Alani qui egedi sit pererāt, pars per imperij terminos delapsa Hispanias usque peruenit, ubi se Gothijs illic belligerantibus iunxerāt, qui tandē sedibus ibidē sumptis, se cōfusaneo duarū gentiū uocabulo Gothialanias appellauere, quasi Gothorū & Alanorum sedes. Pars uero imbecillior, quæ domi remanserat, ac cæde patrata patriam repedauerat, exuta præcipue iuuentutis manu, sibi non satis in sedibus proprijs fidens, cum uxoribus et filijs, omnique seruitiorum multitudine, ad Borussios conterminos secessit: superleuilem tum omnem secum in carris ac plaustris trahēs, tum etiā pecora, quorū prouentus hæc gens plurimū uicinat, uniuersa ac sese Borussiorum fidei & tutelæ cōmiserat. Nec ipsi à Borussijs repulsi, quod eorū multitudinea aduēcti, facilius quibusuis populis resistere posse crederent, etiā tum magnos Germanos formidabāt, qui penitorem Vistulæ ripā accolebant, ipsosque sepius uel ad suis quæ possederant locis, disturbanant. Cōcesserunt itaque Alanis cohabitandi ius, qui rursus Borussijs mulierum suarum coitus permisere, re: connubia enim nulla habuere, sed ut quisque in mulierem incidit, ea ad Venere uti licebat: quare breui in eam multitudinē coaluere, ut quoscumque contingentes populos superarent. Ex ea tandem multitudine cœperunt inter se se angustia finiu premi: ut cumque placuerat, ac cōmodum quisque ratus, tantū terræ sibi equisque desumpserat: unde rixis uarijs inter se dissidere cœperant, quæ plerumque cædibus transigebantur: id populum hūc aggressi intra se discordē, in eo concordē fecit, ut de rege sibi cōstituendo cōuentus agere cœperint: ubi pro ruditate populi uariā undiquaque ea de re dicta agitataque sunt. Viduitus Alanus, qui cæteris & dignitate & uigore animi præstabat (magna enim seruitiorum classe abundabat, unde etiā sibi in alienis terris autoritatem nō modicam acquisiuit) inquit, Nō Borussij apibus uestris heretiores essetis, de hoc quod inter uos agitatis, dissidium nullum esset: has enim regem habere uidetis, cuius imperatis obtemperāt, qui opera eorum dirigit, singulas ad labores idoneos deputando, qui & inobedientes castigat, inertesque foris aluaria propelli iubet, cuius hortatu omnes in labore perdurant, operaque sua perficiunt: uos qui hæc indies uidetis, illas sequamini duces, & regem uobis cōstituite, eiusque uoluntati obsequimini. Ille rixas inter uos dirimit, egeds ulciscatur, furta puniat, innocentiā tueatur: is solus in omnes sine ulla exceptione ius dicendi potestatemque habeat. Eius dictis cuncti ingenti sublato clamore assensere. An ergo nobis eris Biotterus? quod ipse forū lingua apum regem significat. Is nec uocem aspernatus, omnium ore rex factus erat. Miranda mortalibus gloriæ cupiditas, qua humilis quisque se dignum fastigio regio existimat. Is usque in eum diem pari seditate qua ceteri humilitatem trahens, unica populi exclamatione tam rudis & inculti, regē agere cœpit. Nec ei regis animus defuit. Nam quamprimum à plebe mate state regia secretus fuerat, non aliō animum applicuit, quam ut apum ducē imitaretur. Quare in primis palantem popululum certis finibus instar exami

Primus Borussiorum rex

nam

num inclusit, quæ peculiaribus aluarijs labores suos perficiunt. Operarj a-  
 gressia exercenda monuit, & prout loci situs admittebat peragenda, puta ut  
 hi terram colerent, sementaq; spargerent, ac arbores confererent, illi uero a-  
 pum compendio insisterent alios pecori, alios piscationi deputans: legesq;  
 condidit, quibus futuris finium angustijs providere se credidit. In primis, ne  
 quispiam paterfamilias plures partus aleret, nec etiã seruitia quã pro la-  
 boribus suis explendis sibi sufficerent, ceteros aut uenundaret, aut necaret,  
 ne quis paterfamilias partus inutiles mancosq; ceu ad labores inefficaces e-  
 ducaret, utq; filio parentem senectã oppressum, uel imbecillitate uirium la-  
 borem non ferentem, impune strangulare fas esset, utq; pueri non adeo incer-  
 to patre nascerentur, coitum promiscuum prohibuit, & sub connubij specie  
 instituit, ut quotquot & quãcunq; paterfamilias puellam suscipiendam pro-  
 lis gratia iniret, siue ex seruitijs peculiaribus uel alienis foret, siue ex liberis,  
 eam secum suo detineret tugurio, aleretq;. Alienam tamen iuris puellam non  
 nisi pretio, quasi are emptam, à quocunq; deducti pro prole procreanda inhi-  
 buit. Adulteria tamen non usque adeo prohibuit, sed abigendos moechos po-  
 testate castigauit. Quo aut populum hunc ferocem ad uita produceret man-  
 suetioem, comestationes frequẽtes & publicas instituit, quibus feros homi-  
 nũ animos demulctos iri credidit: nec in eo hallucinatus est. Nam breui ad  
 eam deuenere mollitiem, ut eos quocunq; uellet perduceret: hinc hospitali-  
 tatem maxime colenda esse statuit, quia ipsa amicitia firmissima & glutinaren-  
 tur. Potũ ex aqua & melle cocinnare docuit, qui latine mulsum dici potest,  
 quo in comestationibus & publicis & priuatis uti cõcessit: cuius dulcore mi-  
 rum in modum barbari delectati facile ad enervationem peruenere. Ad reli-  
 gionem autem se uertens, sacerdotes à Sudinis focijs populis accersit, qui  
 in sana superstitione contaminati, eos immunda quæq; animalia, ut serpẽtes  
 colubros perinde ac deorum famulos nuntiosq; religiose colere docuerunt,  
 quos intra domos nutriebant, eisq; ut dijs penatibus litabant. Deos in syluis  
 ac lucis habitare dixerunt, illis uicinis ibidem ut placarentur, immolandũ  
 esse: ab his solem pluuiaq; expetendas fore. Sacra eorum aditu aduenarum  
 pollui, nec aliter quã humana uictima expiari constanter crediderunt. Fe-  
 ras omnes, alceem præcipue, has syluas incolẽtes, ut deorum seruos ueneran-  
 das esse mouerunt, ideoq; ab eis abstinendum. Solem & Lunam deos om-  
 nium primos crediderunt, Tonitrua fulgetrasq; ex consensu gentium ado-  
 rabant, tempestates aduertendas citandasq; precationibus dixerunt. Hirco  
 in sacrificijs usi sunt, ob fecundam animalis istius naturam: nam ad confun-  
 ctionem sexuum maxime defertur, sine qua generatio est nulla in animanti-  
 bus. Præcellẽtes arbores, ut robora, quercus, deos inhabitare dixerũt ex qu-  
 bus sciscitantibus responsa reddi audiebantur; ob id nec huiusmodi arbor-  
 res credebant: sed religiose ut numinũ domos colebant. In eo numero et sant-  
 bucum, & pleraq; alias habuere. Statuit & dies natalitios & funera pari mo-  
 do celebrãda, mutuis, scilicet, comestationibus & cõpotationibus, tum iusta  
 & cãtu, absq; mœore cũ summa hilaritate & gaudio, utq; alterius uita spẽ  
 præ se ferrent. illo saltem ostenderũt, quod exutos spiritu, armatos uestitosq;  
 ac magna supellectilis parte circumposita humarunt. Quo more usque nunc  
 sepeliuntur, addito etiã potu melleo, aut ex frumentis factio in testaceis ua-  
 sis. In funebri epulo partẽ obsonij potusq; uita defuncti manibus libarunt,  
 hodieq; libant, pudendo illic Christianorum præsulum dedecore. His & cæ-  
 teris populo illo instituto, religioneq; firmata, Viduus hæc oram prudens  
 ter & quietissime rexit, nullis excursionibus in uicinos populos permisissis,  
 nec aliqua rursus ab eis perpeffus incommoda. Eo uita defuncto filios quã-  
 tuor sibi supersites reliquit, qui inter se de imperio dissidentes, gentem iam  
 paci diutina assuetam, ad prælia mutua suscitabant. Concurrerant ergo in-  
 ter se multis prælijs: sed senior natus quia ex matre Ala progenitus, solus A-  
 lanorũ sustulit auxilijs, Borussijsq; exofus, fratribus qui multitudine abun-  
 dabant,



dabant, cedere cogitur. Post multas igitur caedes ex utraq; parte commissas, eū statuerē dissensionis finē, ut senior natu Viduuti filius, ex matre Alana prognatus, cum suis Alanis retrograderetur, auitaq; loca repeteret, his ut possēt dominaretur: Serram uero Borussiae fratris tribus ex matre Borussia, ac in solo Borussico natis relinqueret. Accepit conditionem hanc Litalalanus, ita enim senior natu iuuenis nuncupabatur, Borussiae egressus magno suorum numero. Et quā supra modum aucti essent, pristinas sedes quas uacuas inuenerunt, facile implerūt. Ab hoc quoq; eorū duce in posterum, qui prius Alani dicebantur, Litalalani dicti sunt, nunc hodie uulgo Litfani nuncupantur. Qui in Borussia remansere, terram secundum capita diuiserunt, Pomemus, qui ex his uetate praecellebat, sorte eam occupauit orae portionem, quae Hulmigeria propinquior est, tum à Germanis habitata, à quibus Borussij magis formidabant. Sed quoniam Pomemus strenuus manu uideretur ac animo feroci, multitudinisq; admodum studiosus, hanc magis tutari eū posse confidebāt, & ex ipso hae portio posthac Pomefania dicta. Alter Viduuti filius Galingus nominatus: huic terra quae nūc Galingia nuncupatur obuenit, à quo & terra nomen sortita est. Tertius uero Natangius, Natangiam terram à se nominauit & obtinuit. Hae sunt tres primaue terrae Borussiae portiones. Nati uero eorum & nati natorū, iterū paternas diuidentes possessiones aliam atq; aliam uarietatem nominum induxere, ut hi Barti, alij Naoderitae dicuntur: & qui hodie uetustatis uestigij retinentes Varnientes à Varnitis dicuntur. Eo pacto Viduuti filij inter se imperio diuisi, pro sua quisq; libidine deposito regio nomine, quam tenuit portionem administrauit, subinde inter se dissidentes: in hoc tamen concordēs fuerē, ut aduersus quosque suos uicinos, praecipue Polonos & Germanos excursions facerent, ac eos latrocinijs infestarent. Saepe praedam ingentem hominū pecudumq; ab eis auigentes: & dum ipsi rursus insequerentur, sese & praedam in intimis syluarū latibulis occultauerunt, quod insequentes, ne insidijs circumueniretur retinuit. Ex huiusmodi depredatione, quia ducibus non tenuis quæstus, plebi etiā uictus obigit, agriculturā & alia agrestia opera, quae sub Viduuto exercēda sumperant, breui intermisere, aut eatenus exercebāt, quatenus necessum uisum est. Ducū lucri cupiditate ad pristinos mores atrocitatisq; quādam breui reuertētes, Germani tandē consulētes in mediū, uocatis in auxiliū Sueciae regulis: ij in oceano Germanico siti sunt, à Latinis Sitiones dicti, qui Gattinopori cognominabātur, quod & ipsi Germani essent, & re bellica tum terra tum mari plurimum pollerent: qui eis auxiliares copias classibus traduxere, pluribus annis cū Borussijs belligerātes: quo multis trucidatis atq; caesis, eos ad deditiōē cōpulere. Est usq; hodie oppidulū ad Vistulā cū arce sitū, quod Suetza uocatur, ubi hi qui ex Suetza uenerāt, castra sua posuerūt, quod postea in eā munitionē quā uidemus, per Teutonicos fratres extractum est, ex quo Borussios rebellantes identidē impugnarūt. Nouē regulos id cōcessisse bellū annales habēt: sed qua tēpestate, aut quādū durauerit, nec animul, an sibi inuicē succedētes id bellū gessere, an etiā Borussios ad tributū pendendū coēgere, nihil reliquit est, donec ad tēpora Henrici primi patris magni Othonis uentū est. Ea tēpestate barbara gēs iterū latrocinio finitimos impetēs per Hugonē cognomine Botyrū, aliās Bruclerū, ex Saxonia natum: tū principē Germanorū, Vistulā ex utraq; ripa ac colentiū, quos alij Brucleros sūisse autumāt, seditionibus ex natali solo pullos, in hae loca deuenisse: ab eius gētis principe, qui illic, ut dicitur est, imperitabat, Borussij cōpressi sunt, adeoq; uiribus exuti, ut pacē longissimam seruarint: permansere namq; quēti ad tempus Othonis tertij imperatoris Rom. Sub id tempus Borussiorum ferocia recusa est, uiribusq; adeo contrita, ut omnino ab incursionibus cessarent. S. Adelbertus natione Bohemus, sed in Saxonia enutritus, ac episcopus Pragensis, in Borussia comigravit, ac gentem hanc à suis erroribus reuocare conatus est: sed à Sudinis dum sacra perageret interficitur, corpusq; disse-

eum ante uolatilia projicitur: quod eius hospes colligens, mox redintegrat, A  
 uit, & ipsum cophino trans annem ad Polonos detulit, ac pro atro tati pon  
 deris (sed quoniā exiguum diuina ordinatione pendebat) uēdidit. Boleslaus  
 Poloniae princeps ipsum in insigni loco ac tumultu conseruauit. Qui multis  
 clarens miraculis, Datho pontifice maximo consecratur. Dies eius Martyr  
 rij octauo Calenda Maias ab ecclesia celebratur. Tempore quo Conradus  
 secundus Romano praeiuit imperio, Borussij cum Polonis conspirarunt, qui  
 tunc ab imperio Romano, cui iam diu subiecti erant, defecerant, ducentiq;  
 eorum Boleslaū cum coniuge sua Gertrude Leopoldi Austriae Marchionia  
 filia pepulere. Tributum quoque quingentarum librarum argenti aetario pu  
 blico quotannis debito inferre recusantes, rati Borussij Polonorum auxilio  
 facilius Germanos finitimos ad internecionem caesuros. Durante autem hac  
 Polonorum rebellione, usq; ad Federici, cognomento Barbarossi tempora,  
 qui copijs per Oderum fluuium traiectis, Poloniam ingressus, urbes quas re  
 pugnautes inuenit, expugnat & diripit: ac eum Glogam eum subuertisse anna  
 les habent singula igne ferroq; deuastans: copias quas obtinam habuit ex Bo  
 russijs, Boffallanis, Tartaris ac Polonis ingentis multitudinis, minimo nego  
 tio fudit, Poloni in sola deditione praesidium esse arbitrati, Borussij in fuga sa  
 lutem quaesierunt, quos imperator insequutus, multis caesis, multis captis, ul  
 tra Vistulam compulsi. Coacti tum fuissent Caesaris ferre iugum, ni alio tenus  
 imperij negotijs auocatus fuisset. Huic expeditioni Ludouicus Thuringo  
 rum princeps, Ferrei cognomentum fortitus non solum interfuit, sed & praes  
 fuit: quippe qui duobus millibus equitū, & magno pedum numero sese Ce  
 sari iunxerat. Polonis siquidem ad deditionem coactis, Boleslaeq; restitutos,  
 ac tributo duorum millium librarum argenti fisco imperiali, & quatuor ab ara  
 rio publice pendendum imposito, Germanos qui ultra citraq; Vistulam ha  
 bitabant, ut tunc ab incursionibus Barbarorum permanentes, Massobiorum  
 ducem, qui Caesari consanguinitate iunctus fuerat, in tutelam contulit, quod  
 fidelis Romano imperio semper fuisset, & ex antiquissima Germanorum Sa  
 xonum domo duceret originem. Nō multum temporis effluxit, ubi Borussij  
 infesto agmine finitimos petiere. Primum Massobios, sic quoq; hac etate uo  
 citantur, qui sese pecunia uestibusq; multoties redemerant, subinde Germa  
 nos uicinos, qui se diu armis, quamuis aegre defenderant. Tandem inuocan  
 tes fidem Conradi ducis, qui à Caesare commissi erant, Conradus quoties Bo  
 russijs acie occurrit, fugatur, caeditur, ac castris exiit. Ob id de domestica  
 potentia desperans, auxilium Celestini Pont. Ro. (quod imperator Henric  
 cus, qui Federico successerat, cum magnis copijs in Asiam profectus fuerat)  
 implorat. Celestinus ergo Pont. ut rebus afflictis succurreret, Christianum  
 ordinis Cisterciensis monachum in episcopum Borussiae designat. Qui ad  
 Conradum primum ueniens, communicato cum eo consilio, quo gentem  
 tam ferocem ab incursionibus in Christianos prohibere, simulq; ad fidei ue  
 ritatem inducere posset. Acciti tum fuere ex Litonia fratres, milites Christi  
 cognominati, qui unā cum Christiano praesule Borussios aggressi sunt: is in  
 uirtute uerbi domini: hi bello & armis, sed omnia nequicquam: nam semen  
 sacratissimum, quod praesul spargeret, cecidit in terram sterilem, & absq; fru  
 ctu exaruit. Fratres, si quos ad deditionem receperant, cum primum oppor  
 tunitate habita rebellauerunt, quos in praesidijs collocarant obruncantes, &  
 quam breui spatio sese à seruitute quam imposuerant & praesul & fratres,  
 uindicauerunt. Tandem Christiano praesule nihil proficiente, fratribus partim  
 occisis, partim fugatis, quū & Barbari longo tēpore inquietissimi fuissent,  
 ē re fore arbitrati sunt, pacem quam perpetuum bellū amplecti. Fit itaq; pax  
 ex utraq; parte, necessaria magis quam honesta. Interea catholici suasi praes  
 sulis, per Poloniam ac Halmigeriam aedes sacras uicatim restituit, coenobia  
 utriusq; sexus extruunt, quae pro sua pietate calicibus, libris, & alijs appara  
 tibus ecclesiasticis ornant atq; ditant: antistites unde quaes, ut possunt, eccle



sjs præficiūt. Fuit summum Christianis à barbarorū populationibus otium.  
 Id populū fidelem in meliorem spem crexit: quare magis atq; magis rē di-  
 uinam ampliandam duxit. Sed cuncta barbari rupe fœdere turbant: fœda  
 enim populatione in fines Christianorū effunditur, longe lateq; per Poloni-  
 am & Massobiam grassantes, omnia prædāri cœperant. Deinde incensis uil-  
 lis, agrisq; uastatis, sacrarijs omnibus spoliatis atq; dirutis: amplius enim du-  
 centis aribus sacris perisse igne legimus: oppida insuper & cœnobiaz: qui-  
 bus singulis euerlis & direptis, ingentem uim prædæ tum hominū tū pecu-  
 dum, ac tantā omnis generis supellectilē, quantā nunq; ante abegerunt. Con-  
 radus quū se imparē contra hostē tā ferocē, ac multitudine superiorē uidis-  
 set, se ultra amnē in terram Cosanorū, qui olim Onomani, hodie Cumani dī-  
 cti, recepit: dum interim in Asiana expeditione Ptolemaida, uel ut alij dicūt,  
 Acona oppugnā, ordo militaris Teutonicorū fratrū domus hospitalis, bea-  
 re Mariæ in Hierusalē humilibus inijs ortū sumpsit. Per cuius fortissima pe-  
 ciora demum omnis hæc pestis ex Christianorū finibus explosa est. Borus-  
 siaq; ad fidei præcepta colla rigida submittere Christiano iugo coacta est.

AD INVICTISSIMVM PRINCIPEM FEDERICVM  
Erasmi Stellæ Libanothani distichon.

Da Federice tuo genio foueatur & aura  
Hic liber, & rabido qui uolet ore latret.

AD EVNDEM FEDERICVM PRINCIPEM  
inuiçtissimum Erasmi Stellæ elegiacum.

Diuitias Federice tuas hic collige princeps,  
 Quas habet arctos Brussica terra poli:  
 Scilicet Heliadum lachrimas Phaethonta querentis,  
 Audax quod patrios flectere tentat equos,  
 Par nec erat loris, placuit tamen ire sub axe  
 Aetherea, atq; genus testificare deum,  
 Nescius ipse uitæ perdit conamine uires,  
 Mox ruit e curru lapsus in alta freti.  
 Hunc iuuat æternis lachrymis fleuisse sorores,  
 Sed pius in lenta succina fletus abit.  
 Has fert undisonis Tethys tibi fluctibus, illum  
 Testantes casum, ruptaq; lora ducis.  
 Munera clara deum uarijs quæ uultibus ornat,  
 Mille gerens formas Proteus ille senex.  
 Hinc quædam radiant auroq; simillima fuluo,  
 Et lunæ nitæam sunt imitata bigam.  
 Lacteus est alijs candor, croceo igne Coruscus,  
 Hyblæi retinent mellis & illa decus.  
 Indix opes superant hæc, & Gangetica dona,  
 Et quod mollis Arabs, Scythis habet ue rapax.  
 Terra nutrit syluas, sunt hæc itabula alta ferarum,  
 Siue uelis uros, siue bisonta magis,  
 Hic nusquam notus, bene tornus nascitur alces,  
 Atq; feri armenta conspiciuntur, equi.  
 Quicq; sua pelle est gratus uestire gaudus  
 Membra uirum, rigidum pellit & inde gelu.  
 Hæc ubi legisti, Stellæ Federice memento,  
 Brussica qui cunctis gesta legenda dedit.

## DE MOLVOCCIS INSVLIS ATQVE A

LIIS PLVRIBVS MIRANDIS, QVAE NOVISSIMA

Castellanorum nauigatio Sereniss. Imperatoris Caroli. v.

auspicio suscepta, nuper inuenit: Maximiliani Trans-

syluani ad Reuerendiss. Cardinalem Saltz-

burgensem epistola lectu per-

quam iucunda.



EVERENDISSIME ac Illustriss. Domine, domine mi uni-  
ce humili. commē. Redijt his diebus una ex quinq; illis nau-  
ibus, quas Cæsar superioribus annis dū Cæsarē Auguste  
esset, in alienum & tot iam seculis incognitum orbem mi-  
serat, ad inquirendum insulas, in quibus aromata, proueni-  
unt. Nam licet Lusitani Portugallenses ex aurea Cherfone-  
so, quam nunc Malacchen putamus, magnam uim eorum ad nos deferant,  
nihil tamen Indiæ illæ suæ præter piper gignunt. Reliqua enim ut cynamio-  
mum, gariophilum & myrriticam nucem quam muscatam, & operimentum  
eius, quem florem muscate uocamus, ad suos Indos ex longinq; atq; adeo  
nomine tantum cognitis insulis aduehi certum est, nauibus nullo ferramen-  
to, sed palmarum folijs dūtaxat compactis, quarum uela rotūda sunt, & hæc  
quoq; ex uimine palmarum contexta. Hoc genus nauium iuncas appellant,  
unico tantum uento secundo aut aduerso agi solitas. Nec mirum, quum hæc  
omnibus ferè seculis nostris mortalibus incognitæ fuerint. Nam quæcunq;  
hactenus de aromatum huiusmodi natiuo solo à præcis autoribus prodita le-  
gimus, partim prorsus fabulosa sunt, partim à ueritate tã aliena, ut etiã regio-  
nes illæ ubi ipsi aromata gigni prodidere, ab ijs oris ubi nunc ea nasci com-  
pertum est, paulo minus distet quàm nos ab eis seiuungimur. Nam ut reliqua  
omitam tradidit Herodotus alioqui clarissimus autor, cynamomum in auiū  
nidis reperiri, in quos uolucres illud ex longissimis regionibus, & præsertim  
Phoenix (cuius nidum nescio quis unquam uiderit) detulissent. Plinius uero  
qui certius aliquid afferre posse sibi uidebatur, quod iam ante ætatem suam,  
tum Alexandri Magni tum aliorum classibus multa illustrata fuissent, tradit  
cynamomum gigni in Aethiopia Troglodytis connubio commixta, quum  
nunc compertum sit cynamomum longissime ab omni Aethiopia gigni, &  
maxime Troglodytarum, hoc est, in speluncis subterraneis habitatum. No-  
stris autem qui nunc rediere, quibus nihil tam cognitum erat quàm Aethio-  
pia, necessarium fuerat, prius quàm has insulas repererint & huc redierint,  
uniuersum orbem idq; sub amplissimo pteronc; parallelo circuire: quæ nau-  
igatio cum & admirabilis habeatur, & nostra superiorum uè ætate ulla, non  
modo non inuenta, sed nec unquam tentata fuerit: itaq; & cursum eius & to-  
rius rei seriem R. D. T. quam uerissime scribere. Curauit enim mihi & à duce  
classis & à singulis nauis qui cum eo rediere, referri omnia diligentissime.  
Retulerūt autē & Cæsari, & alijs multis singula quidē ea fide & sinceritate  
ut nō modo nihil fabulosi afferre, sed fabulosa omnia alia, ueteribus autori-  
bus prodita refellere & reprobare narratione sua uiderentur. Nam quis Mo-  
noscelos seu Scyopodas, Scyritas, Spitameos, Pigmæos & multa huiusmo-  
di monstra potius quàm homines esse crediderit Cū & à Castellanis in occi-  
dente per meridiem & à Portugallensibus in orientem uelificatibus toto loca  
ultra tropicum Capricornum quesita, inuenta, iustrataq; fuerint: ab his au-  
tē nostris, reliquos uniuersus orbis nauigatione nūc peragratus sit, neq; tamē  
unquam de huiusmodi monstruosis hominibus certi quicquam audiri potue-  
rit, credi debet ea omnia fabulosa & mendacia esse anilia, nullo certo autore  
permanus quodammodo tradita. Sed ne ego cui totus nunc orbis peragran-  
tus est, in orationis meæ exordio nimis digrediar, ad rem uenio. Cum hinc  
ante annos ferè triginta Castellani in occidentē, Portugallenses autem in ori-  
ente



ante nouas atq; incognitas terras perquirere coepissent, ne alter alteri impe-  
 dimēto essent, partiti sunt duo hi reges inter se terrarū orbē summi pōtifficis,  
 puta Alexandri sexti auctoritate, hac ratione, ut ab insulis Hesperidū, quas  
 nunc promontorij seu capitis uiridis appellant, recta in occidentem tercen-  
 tum sexaginta milliaria, quas leucas uocant, linea uersus Arcticum, & altera  
 uersus australem poli protēderetur, quoad rursus coirent, orbemq; in duas  
 partes equales diuiderent. Et quicquid incognitae terrae in parte orientali de-  
 tegeretur, hoc Portugallensibus cederet: quicquid in occidentali, Castellani-  
 nis. Hinc factum est, ut Castellani per meridiem in occidentem semper nauigauerint,  
 & ibi continentem terram amplissimam, insulas uero maximas &  
 innumeras auri & margaritarum aliarumq; opum diuitias, & nunc postre-  
 mo ingentem urbem mediterraneam Tenosticam in lacu quodam Venetiarum  
 more sita inuenerint. De qua multa & magna, uera tamē, Petrus Martyr  
 memorie prodidit, auctor circa rerum fidem quam elegantiam sermonis  
 accuratior. Portugallenses uero, per meridiē & litora Hesperidum Ichthyo-  
 phagorum Aethiopum aequinoctialem & Tropici Capricorni praetercun-  
 tes, in orientem nauigauerunt: & multas maximasq; prius, incognitas insu-  
 las, atq; adeo Nili fontes & Troglodytas inuenerunt. Illinc per Arabicum  
 & Persicum sinus in Indiae litora intra Gangem, ubi nunc maximum empo-  
 rium idem & regnum est Calicuti, delati sunt. Hinc ad Taprobanem quā  
 nunc Zamaram uocant nauigarunt. Nam ubi Ptolomaeus, Plinius, & reli-  
 qui Cosmographi, Taprobanem posuere, nulla nunc est insula, quae ulla ra-  
 tione ea esse aut credi possit. Inde ad auream Cherfonnesum ubi nunc Ma-  
 laccha celeberrima urbs & maximum orientis emporium situm est peruene-  
 runt. Ex hac Sinum magnum ingressi sunt, ad Sinarum usq; populos, quos  
 nunc Schinas uocant, ubi candidā gentem & ciuilem satis reppererunt, Ger-  
 manis nostris similem: Credunt Seres & Scyras Asiaticos eo usque proten-  
 di. Et licet incertius quidam rumor peruagaretur Portugallenses in Orientē  
 eousque progressos, ut limitibus suis transiens in Castellanos terminos  
 uenerint, Malaccham & sinum magnum intra nostros fines contineri, om-  
 nia tamen dicta potius quam credita fuere, donec ante quadriennium Ferd-  
 nandus Magellanus Portugallens. uir clarus, & qui multis annis Portuga-  
 len. nauis praefectus, oras totius orientis peragrarat. in odium regis sui, quē  
 in se ingratisimum querebatur, & Christophorus Haro frater loceri mei,  
 qui ex Vlyssipone, quam uulgo Lisbonam uocant, per suos multos annos  
 in oriente illo & tadem cum Sinarū populis mercaturam fecerat, ita ut earū  
 rerum magnum usum haberet. Is quoque iniuria à Portugallens. rege acce-  
 pta, se in Castellam patriam recepit: Caesari ostenderent, nondum quidem  
 satis compertum utrum Malaccha Castellanos finibus aut Portugallens.  
 contineretur. Propterea quod haecenus nulla certa longitudinum ratio inue-  
 niri potuisset, satis tamen constare, Sinum magnum & Sinarū populos ad Ca-  
 stellanos nauigationem pertinere. Hoc item haberi longe certissimum,  
 insulas quas Moluccas uocant, in quibus aromata omnia gignerentur, &  
 unde in Malaccham ueherentur, in occidentem Castellanos contineri,  
 posseq; ad illas nauigari, & inde aromata facilius minoreq; impensa & pre-  
 tio tanquam ex natiuo solo in Castellam deportari. Ratio nauigationis erat,  
 ut ex occidente subter inferius hemisphaerium in orientem usq; nauigarent.  
 Res penē ardua & uana uisa est. Non quod graue existimabatur, recta ex oc-  
 cidente in orientem subter hemisphaerium uehi, sed quod incertum esset,  
 utrum ingeniosa natura, quae nihil non summa prudentia constituit, ita or-  
 rientem ab occidente partim mari, partim terra distinxisset, ut hoc itinere &  
 nauigationis cursu ad orientem perueniri posset. Non enim compertum e-  
 rat, utrum illa ingens regio, quam terram firmam uocant, occidentale ma-  
 re ab orientali disterneret, liquebat continentem illam ab austro in meri-  
 diem & inde in occidentem uergere. Reperitas etiam ad septentrionem regio

nes duas, quarum alteram Baccalearum à nouo genere piscium, alteram terram floridam uocant. Quæ si terræ huic firmæ coniungerentur, nequaquam ex occidente in orientem posse deferri: cum nihil de fredo aliquo huius terræ quod transiri posset, licet diligentissime magnis que laboribus perquisitum, nunquam tamen inuentum esset. Per Portugallensium autem limites & orientem, rem incertam & longe periculosissimam iudicabant. Quæ dere Cæsari & suis uisum est, eos quidem rem ut magnæ spei, sic maioris difficultatis polliceri. Cumq; uterq; in diem duceretur, obtulit Magellanus sese iturum, Christophorus autem impensis suis & suorum classem instructurum dummodo autoritate & auspicijs Cæsaris nauigare liceret. In quo dum obstinatius peristerent, parauit Cæsar ipse classem quinque nauium, & huic Magellanus dux præficitur. Mandata erant ut ad littora terræ firmæ uersus Austrum nauigaret, donec illius regionis aut finem, aut fretum aliquod inuenirent, per quod ad odoriferas illas Moluccas perueniri posset. Soluti itaq; Magellanus die decimo Augusti, Anno M. D. XXI. quinque nauibus ex Hispali. Vnde paucis diebus ad insulas Fortunatas, & nunc Canariæ passim appellantur uentum est. Ad Hesperidum inde insulas peruenire à quibus cursum suum inter occidentem & meridiem uersus continentem illam, quam supra memorauimus cepere, ac intra certos dies felici nauigatione promontorium detexere, cui sanctæ Maræ nomen inditum est. Vbi Ioannes Ruydias Solius nauis præfectus, dum iussu regis Ferdinandi catholici littora huius continentis classe peruagaretur: ab Antrophagis quos Indi Canibales uocant, cum aliquot socijs suis comestus fuerat. Hinc nostri perpetuo cursum huius continentis littora legere, que longissimo tractu in Austrum, quam nunc plagam sub australi polo appellandam duco, & paululum ad occidentem uergentia protenduntur, ita ut Tropicum capricorni ad multos gradus transcenderint. Sed non tam facile quam dixi. Sunt enim ultimo Martij sequentis anni delati ad sinum cui sancto Iuliano nomen impostum. Hic polum antarcticum 45. gradus, &  $\frac{1}{2}$  super horizontem suum illis eleuatum, tam ex altitudine & declinatione solis ab æquinoctiali, qua iam plurimum & plus quam altero quouis sydere nauæ nostri utuntur, quam ex ipsius Antartici altitudine dependerint. Longitudinem uero à Fortunatis insulis in occidentem 58 gradus tradidere. Nam cum præsi Cosmographi, & præsertim Ptolemæus, longitudes locorum à Fortunatis insulis in orientem usq; ad Cattigaram centum & octoginta gradibus metiretur, et nostri quam longissime in occidente nauigauerint, cœpere à Fortunatis insulis per occidentem ut debuere, usq; in Cattigaram alios 180. gradus designare. Tamen nostri nauæ propterea quod in tam longinqua adeoq; à terra distant nauigatione, longitudini certa signa terminosq; sibi præfigere designareq; possunt: potius mihi in longitudinum ratione hallucinari, quam quicquam certi attulisse uidentur. Atramen ea interim qualia cunque fuerint, donec ceteriora reperiantur, non prorsus reijcienda sed admittenda existimo. Sinus hic uastus uidebatur, & speciem freti referre. Quamobrem Magellanus præfectus duabus nauibus sinum explorare iubet. Ipse reliquas in alto anchoris firmat. Post bidduum relatum est sinum uadosum nec longius in terram prætendi. Nostri in reditu aliquot Indos, ad littora conchilya legentes conspexere. Indos uocant omnium incognitarum terrarum indigenas. Erat proceræ longitudinis, palmorum scilicet decem, ferinis pellibus tectis, suscitiores quam regionis situs postulare, ad quos dum aliquot ex nostris in terram egrederentur, atque illis tintinnabula & chartas papyraceas depictas ostenderent, cœpere nostros ad rude murmur & inconditum carmen circumstantes, usq; nostris sui admirationem facerent, demisere abiq; nauæa selquitubiales sagittas per guttur ad stomachi usq; fundum. Quas protinus rursus extrahentes quasi ea re fortitudinem suam ostēdissent, gaudere uisi sunt. Verere tandem tres tanquam legati, & nostros signis quibusdam orarunt, ut se cum



cum longius in terram progredierentur, quasi essent eos omni hospitalitate  
 excepturi. Misit Magellanus cum his viros septem bene instructos, ut re-  
 gionem & gentem diligenter quoad possent indagarent. Hi cum eis ad me-  
 diterranea regionis 7 millaria profecti sunt, uentus est in desertum & inuium  
 nemus. Hic erat tigurium humile admodum & ferarum pellibus coopertū.  
 Duæ erant in eo mansiones, in altera mulieres cum prole sua, in altera uiri  
 uersabantur. Mulieres & infantiuli tredecim & uiri quinque erant. Hi hospites  
 suos ferale apparatus, qui tamen illis regius uidebatur excepere. Occisum est  
 animal quod haud multum ab onagris differre uidebatur, huius carnes semel  
 rostas nostris apposuerunt, nullo alio cibo neque potu apposito. Nostris noctis  
 præter morē sub pellibus cubare necessarium erat, ob ingentē uitæ titulum  
 & uentorum. Quare priusquā dormirent excubias disponunt. Idem & Indi  
 faciunt, qui ad to cum horribile quid stertētes, prope nostros strati erāt. Quis  
 illuxisset, nostri postulant, ut cum familia una secum ad naues reuertentur.  
 Quod cum Indi illi diu negassent, & nostri hoc imperiosius exigere cœpisse,  
 senti, ingrediuntur uiri ferale illud gynecium. Hispani arbitrati sunt eos cum  
 uxoribus hanc transmigrationem consulare. Cum interim alijs quibusdam  
 horribilibus pellibus, à planta pedis ad summum uerticem tecti, facie uarijs  
 coloribus infecta, arcubus & sagittis ad prælium terribili & stupendo hoc  
 accinctu ornati, & longe maioris quàm antea stature in aciem prodeunt. His-  
 pani qui ad manus deueniendum putabant, pixidem emitti iubent. Qui i-  
 cius & si irritus fuisset, egregij tamen gigantes, qui paulo ante Iouem debel-  
 lantur uidebantur, hoc sonitu adeo sunt deterriti ut protinus de pace loqui  
 cœperunt sit. Summa erat ut tres uiri reliqua familia dimissa, cum nostris ad  
 naues redirent. Itur itaque ad naues. Sed quum nostri non modo gigantulo-  
 rum cursum, sed nec passus cursu æquare possent, duo ex ijs ex itinere ad cœ-  
 spectum onagri procul in monte pacentis quasi hunc insecuturi essent, fuga  
 euasere. Tertius ad naues perductus, sed inedia, quem sibi Indorum more  
 ex tædio indixerat, intra paucos dies extinctus est. Et licet præfectus nauis  
 um ad tigurium illud reuulsisset, ut denuo unum aliquem gigantum eorum  
 caperet, quem pro rei nouitate Cæsari afferret, nemo tamen inuentus est, sed  
 omnes una cum tigurio aliò sese transferunt. Vnde liquet gentem illam  
 quoque uagam esse, nec postea nostri, licet ad sinum illum per multos dies ut  
 infra memorabimus permanissent, Indum amplius in litore illo conspex-  
 re: sed nec tantum etiam quicquam in ea regione esse arbitrati, quo & medi-  
 terranea illius longius scrutari deberent. Et quanquam Magellanus animad-  
 uerteret longiores mansionem illic inutilem esse, tamen quia mare aliquot  
 dies fluctuosum; cœlumque turbidum essent, & terra illa continue ad Aus-  
 trum uergeret, ut quo magis progredierentur, eo regionem frigidiores in-  
 uenturi essent, discessus necessario de die in diem dilatus est, donec iam men-  
 sis Maius aderat, à quo illic asperrima hyems seuire incipit, atque adeo, ut  
 iam in nostra æstate ibidem hyemandum esset. Prospiciens autem Magella-  
 nus navigationem diuturnam fore, comæatuum inter suos, quo longius co-  
 pta eius suppeteret, parcius iubet distribui. Hispani ubi per aliquot dies rem  
 æquanimiter tulissent, hyemis quoque magnitudinem ac terræ rigorem ue-  
 ritatis orant tandem præfectum suum Magellanum, ut quoniam animadu-  
 teret regionem illam perpetuo tractu in austrum protendi, nec spem finis il-  
 lius aut freti superesse, hyemem quoque seuam imminentem, & multos inedia  
 rerumque incommoditate extinctos, sese quoque legem illam sumptuariam quæ  
 tulisset, diutius non posse sustinere: Cæsarem aut nunquam eius animi fuisse,  
 se, ut quecumque obstinatius tentari deberet, cui natura ceteraque difficul-  
 tes obstarēt, labores suos iam satis perspectos probatosque fore. Quum eou-  
 que prouecti iam essent, quo nulla unquam mortalium uel audacia uel teme-  
 ritas progressi ausa fuisset. Posse autem facile, stante ab austro uento intra alii  
 quot dies, si meridiem uersus uelificarent, in mitiorem aliquam plagam defer-

ri. At contra Magellanus, cui iam decretū erat aut mori aut cœpta perficere, respondit sibi à Cæsare cursum nauigationis præscriptū, à quo neque posset neque uellet ulla ratione discedere, & propterea eouersq; nauigaturū, quoad terræ huius aut finem aut fretū inueniret. Quod eui hyeme obstante in præsentia præstare non posset, in æstate tamē regionis illius rem facilem fore. Si quidem ipsos tunc uersus Antarcicū terræ huius tractū secuturos, quoad illius tota ea æstas unicus & perpetuus foret dies. Esse quoquo modo uellent, unde in ediam & hyemis incommoditatem leuare possent. Si quidem lignorū magnam esse copiam, mare, conchylia & pleraq; genera piscū optimorum præbere: Fontes ibi salubres, aucupium quoq; & uenationem subuenire multis, Panem uero & uinū neq; hæcenus defuisse neq; deinceps defutura, dūmodo ea ad necessitatem, & tuendam salutem, non ad uoluptatē & luxū dispensari patiātur. Nihil aut hæcenus actū, quod aut admiratione dignū, aut quo reditū necessitatē prætexerent. Si quidem Portugallenses nō modo quotānis, sed quotidie ferē tropicum capricorni, cū in orientem penetrarent, nullo negotio ad duodecim usq; gradus transcendere. Se autem quantula laude dignos existimandos, qui quatuor non amplius gradibus longius in austrum processissent? Sibi certe hoc statutum, antea se extrema passurum quam Hispaniam cum ignominia repetiturū: credereq; socios omnes, aut saltem eos in quibus generosus ille Hispanorum spiritus nondum prorfus esset extinctus, eisdem quoque animi esse. Illud itaque duntaxat hortari, ut reliquum hyemis æquo animo sustinerent: tanto fore uberiora præmia, quanto maioribus laboribus & periculis Cæsari nouum & incognitum aromatum atque auri ditum orbem aperuissent. Hac concione Magellanus suorum amicos mitigatos erectosq; esse existimās, intra paucos dies nefaria cœdāq; seditio ne afflictus est. Nam uulgo inter nauales socios cœpere sermones de uetere atque æterno Portugallensium Castellanorumq; odio, Magellanum Portugallensem esse. Nihil ab eo gloriosius patriæ suæ geri posse, quam hanc classem cum tot uiris perdere. Neque credendum, etiam si posset, Moluccas insulas repetere cupere, sed satis habiturum si Cæsarem aliquot annos uana spe possit circumducere, interim noui aliquid euenturum, unde Castellani ab aromatum inquisitione prorfus auertantur. Neq; item cœptum iter ad Moluccas illas beatas pertendere, sed ad externas aliquas niues ac glaciē & cœli perpetuam intemperiem. Magellanus his dictis mirifice iritatus corrigit socios, sed asperius alquanto, quam homini peregrino, idq; in regione longinqua præfecturam gerenti conueniret. Itaq; facta conspiratione nauem occupant, regressum in Hispaniā apparentes, ille cum reliquis quos adhuc dictio audientes habebat nauigium illud inuadit. ducemq; eius ac alios præcipuos supremo supplicio afficit, ijs etiam in quos quos iure id fieri non poterat eam sortem subeuntibus. Erāt enim regni quidam ministri, in quos nemo præter Cæsarem ipsū eius ue senatum, capitali pœna animaduertere iure potest. Nemo tamen pro tempore regni imperium detrectare ausus fuit. Licet non defuere qui adiuuicē iussurrarent, Magellanum eo modo in reliquis ad unum omnes Castellanos sauitia grassaturum, donec sublati uniuersis è medio ipse cum paucis Portugallensibus suis eadem classe in patriam reuertī posset. Alijs itaq; hoc odium pectori Castellanorum infedit. Magellanus tamen cum primū maris procellas & hyemis asperitatem miscelcere animaduertit, soluit ex sinu diui Iuliani 24 Augusti. Vtq; antea multos dies terræ tractum in austrum uergentem fuerat secutus, conspectum est tandem promontorium, quod sanctæ crucis appellauere. Vbi dum eos seuitior tempestas ab oriente exorta deprenderet, una ex quinque nauibus ad litora elisa est, hominibus cum mercibus & armamentis saluis, præter seruum unum Aethiopem, qui fluctibus obrutus & demersus fuit. Hinc tellus paulo inter orientem & Austrum protendi uisa est, quam dum suo more lustrare incipiunt, 26 Nouembris, fauces quædam quæ speciem freti præseferunt



A se ferrent detectæ sunt, Ingressitur eas Magellanus, protinus cum uniuersa  
 classe, dum alios atq; iterum alios sinus cõspicit, iubet eos omnes diligenter  
 nauibus collustrare, si u' ipsi transitus pateret, quas se ad quinto die quæcun-  
 que acciderent, in freti faucibus expectaturum recepit: una ex his cui ipsius  
 Magellani ex fratre nepos Aluarus Melchita præfuit, per sinus ipsius reser-  
 xus iterũ in mare unde sinũ ingressa fuerat deseruit. Hispant aut cum se lõge  
 à reliquis nauibus distare cõsiderarent, facta cõspiratione de reditu, Aluarũ  
 præfectũ nauis suæ in uincula cõfessunt, ac iter suum septentrionem uersus  
 capunt suntq; tandem ad littora Aethiopiæ delati, inde parato comteatu,  
 octauo mēse postquam à reliquis discesserant, in Hispaniam uenere. ubi Al-  
 uarum causam ex uinculis dicere faciunt, quasi ipsius maximo consilio atq;  
 sua u' patruus Magellanus tanta seuitia in Castellanos usus fuisset: At Ma-  
 gellanus ubi aliquot dies ultra statutum tempus, nauim hanc expectasset, &  
 altera redisset, quæ nihil præter sinum uadatum, scopulosq; & rupes altissi-  
 mas in litore comperisset: tertia uero nauis nuntiaret sinum hunc maximum  
 freti similitudinem habere, quum triduo nauigates exitum quidem nullum,  
 sed quo latus progressi fuissent, angustius maris spatium inuenissent, & eã  
 altitudinem cuius multis in locis nulla lõgitudine fundum attingere potue-  
 rant: animaduertisse etiam ex aestu maris, fluxũ aliquando quàm refluxum ue-  
 hementiorem, inde illis quoq; persuasum esset illac transitum in aliud aliquod  
 pelagus pateres: statuit per hunc uela uentis dare. Erat fretum hoc, quod qui-  
 dem tunc fretum esse ignorabatur, latitudinis aliquando trium, aliquando  
 duorum, nonnunquam de cem, aut quinq; milliariorum Italicorũ, uergebatq;  
 paululum in occidentem. Altitudo autem poli australis duos supra quinque  
 ginta gradus inuenta est: longitudo uero eadem quam ad sinum sancti Iulian-  
 ni comperissent. Aderat iam mensis Nouembris, noctem habebãt paulo am-  
 pliùs horarum quinq;, et nullos unquam mortales in litore conspexere. Visa  
 fuit tamẽ nocte quadam ignium maxime à sinistro latere multitudo, ex quo  
 coniecturam faciunt se ab incolis regionis illius fuisse conspectos. Magella-  
 nus autem quod terram illã fragosam atq; in super æternis frigoribus rigen-  
 tem uideret, indignum iudicabat in ea indagãda plures dies perdere, quam,  
 obrem tribus tantummodo nauibus continuo cursu in interiora freti uectus  
 est, donec uicesimo secundo die postquam in eo nauigare cõeperat, in aliud  
 mare amplum atq; uastum defertur: longitudo freti milliariũ Hispano-  
 rum fere centum esse attestantur: Terram quam ad dextram habuissent: con-  
 tinentem esse quã diximus haud dubiũ est. Ad sinistram aut non emporiũ,  
 sed insulas esse existimant, quod aliquãdo ex latere illo, in ulteriori litore ma-  
 ris repercussum & fremitum audiuisent. Videt Magellanus, continentẽ rur-  
 sus recta ad septentrionem dirigi, quam obrem iubet dimissa terra illa ingenti  
 ad dextram nauigationis cursu per uastũ & ingens hoc pelagus, quod ne-  
 scio an unquã nostras aut alienas naues conspexerit, rectã eam oram dirige-  
 re, ex qua Corus flare consueuit, hoc est inter occidentem et septentrionẽ, ea  
 quidẽ ratione ut tandẽ per occidentẽ in orientem ac rursus sub zonam torri-  
 dam peruenerit, satis enim exploratũ habuit Moluccas in remotissimo esse  
 orbiẽ & haud multum à linea æquinoctiali posse distare. Hic perpetuus cur-  
 sus fuit: neq; ab eo unquã discessere, nisi quantũ tempestatum & uentorum  
 uis eos aliquando aliorum declinare coëgit, ubi quadraginta dies hoc mo-  
 do uehementi & ut plerunq; secundo uento per altũ delati fuissent, ac nihil  
 unquã nisi pontum & undiq; pontũ conspexissent, iamq; rursus fere sub tro-  
 pico capricorni nauigare, uenere in conspectũ insulã duę, exiguã tamen  
 & steriles, ad quas dũ naues appellere conarentur, eas inhabitatas inuenerũt  
 ad eas tamen curationi corporũ (nam piscatio habebatur satis cõmoda) bi-  
 duum consumptũ est: Insulas tamen has infortunatas communi decreto ap-  
 pellant. Tum rursus inde soluerunt, pristino illo cursu & nauigationis insti-  
 tuto. Dumq; iã trimestre supra dies uiginti feliciter per altũ hoc ueherentur,  
 ac in

ac ingens maris spatium mensi essent, vastiusq; quam ullum humanum ingenium caperet, quod assidue ferre magna vi uentorum acti essent, consistereq; iam denuo citra æquinoctialem lineam, conspecta est eis tandem insula quædam ab indigenis, ut postea cognouerunt, Inuagana nominata. Qui dñ propius accederent, compererunt altitudinem poli Arctici undecim graduum, Longitudinem uerò Gradibus per occidentem 158 arbitrabantur. Protinus alias atq; iterum alias insulas prospexere, ita ut se in archipelagum quendam ingentem delatos uiderent, ad Inuaganam uentum est, attamen insula inhabitata inuenta est. Accedunt aliam exilem licet, ubi duas Canoas Indorum conspiciunt, sic enim hoc genus nauigij quod peregrinum est ab Indis nuncupari solet, est enim excillum cauatumq; ex unico arboris trunco, capitiq; unum uel ad summum alterum hominē, indicijs ac signis licet muti cum mutis loqui solent. Ab Indis scrutantur nomina insularum, & unde nam eis cōmeatus copia subministrari posset, cuius magna penuria premebantur, intel ligunt illam in qua fuerant Inuaganam: ubi tūc essent, Acacā nuncupari, sed utranq; inhospitam. Ceterum haud longe distare insulam, cui Selani nomen esset, quam & fere digito ostendebant. Eam habitatam, & copiam omnium rerum quæ ad uitæ necessitatem spectarent in ea reperiri. Nostris a quatione in Acacan facta, ad Selani tendunt, deprehendit hic eos aduersa tempestas ut ad insulam illam naues appellere nequiuerint, quin ad Massanam aliam insulam deieci sunt, ubi trium insularum agit rex, inde ad Subuthi peruenerunt, ampla hæc est & ingens insula, ubi inito cum regulo fœdere, protinus in terram descendunt, ut sacra de more Christianorum facerent. Aderat enim festum resurrectionis illius qui nos saluos fecit. Quare in litore ex nauium uelis & ramis sacellum atque in eo altare Christianorum ritu construunt, patrioq; more sacra faciunt. Accurrit regulus cum magna Indorum multitudine, ne, qui omnibus peractis uisi sunt hoc deorum cultu delectari. Prefectumq; atq; aliquot ex præcipuis in tugurium reguli deducunt & ea quæ habebant cibaria apponunt. Panis quem sagum uocant, erat ex trunco seu ligno arboris haud multū à palmis dissimilis. Hæc frustratim dissecta, ac in sartagine oleo frixa panem hunc præbet, cuius particulam Reuerēdis. D. T. mitto: potus erat humor qui ex conscis palmarū ramis defluere & manare solet. Aucupia quoq; conuiuium ornabant. Reliqui fructus illius erant regionis. Cōspicit Magellanus in domo reguli quendam agrum & iam prorsum extenuatum, scrutatur quisnam hic esset, & quo morbi genere torqueatur. Intel ligit nepotem illius reguli, & iam biennio uehementi febri laborasse: iubet eum hono animo esse: si modo Christo se deuoueret, protinus salutē & pristinam ualitudinem recuperaturum. Indus conditionē accipit. Cruceq; adorata baptismum capit, postridie se in eolumē affirmat, surgit ex lectulo, ambulat, cibum sumit ut reliqui. Nescio quæ insomnia Indis uis narrat. Quid multa? Regulus ipse cum Indorum duobus millibus supra ducentos baptizatur, Christi q; nomen & religionem profitentur. Magellanus autem hanc insulam diuitem auri & gingiberis esse considerans, præterea omnibus citi cum uicinis insulis situ suo ad eodē opportunam, ut inde facile earum opes & terræ munera posset explorare. Quapropter regulum Subuthi adit, illiq; persuadet, cum ipse dimisso uano atq; impio deorum cultu, se ad Christi religionem conuertisset, æquum esse ut reguli proximarum insularum eius iussu imperioq; parerent, statuisse se itaq; hæc de re legatos mittere, & eos qui minus dicto audientes forent, ad hoc armis cogere. Placet barbaro cōditio, more adorāt. Erat proxima insula Mauthan, cuius rex cæteris milite & armis præstabat, ille recusat se eum adoraturum cui imperare iamdiu solitus fuisse. Magellanus, qui quod cœpisset conficere cuperet, armari iubet quadraginta ex suis, quorū uirtutē & in bello robur perspectum habuit, inq; Mauthan cymbis transfuchitur, quæ proxima insula erat. Subuthicus regulus aliquot

ex suis,



A ex suis et adiunxit, qui insula situm & naturam locorum doceant, & si in rem  
 esset acie etiam decerent. Rex Mauthan nostros aduentare prospiciens, ad  
 tria milliaria suos in campum educit, Magellanus suos cum tormentis ma-  
 chinisq; bellicis, licet paucis, in litore exponit, quanquam se longe hostibus  
 inferiorum numero animaduertet, gentem præterea bellicosam, quæ lan-  
 ceis & alijs longioribus armis uteretur, satius tamen duxit cum eis acie de-  
 cernere, quam aut regredi aut Subuthico milite uti. Iubet itaq; suos bono ac  
 constanti esse animo, neq; terreri hostium multitudine: cū saepe uisum esset,  
 cum alijs tum proximis diebus, in insula luacatan Hispanos ducentos, ali-  
 quando ducentena & nonnunquam trecentena hominum millia acie fudisse.  
 Subuthicis uero ostendit, se non eos ad pugnandum, sed ad suorum forti-  
 tudinem & in bello robur spectandum adduxisse. Itaq; impetu in hostes fa-  
 cto pugnatur acriter utrinque, sed cum hostes numero nostros superarent &  
 longioribus armis uterentur, quibus nostris multa incommoda inferrent,  
 confosus est tandem ipse Magellanus. Reliqui autem & si nondum plane  
 uicti uiderentur, amisso tamen duce pedem referunt. Quos hostes, quod in  
 ordine retrocederent, insequi non audent. Reuertuntur itaq; Hispani amissis  
 classis præfecto Magellano & alijs socijs septem in Subuthi, ubi nouum  
 classis præfectum eligunt Ioannem Serranum, uirum haud spernendum, is  
 protinus inita foedera cum Subuthico rege, nouis muneribus renouat, ac  
 Mauthan regem se deuisurum spondet. Habuerat seruum Magellanus ex  
 insulis Moluccarum ortum, quem alijs in Malacca emerat. Hic Hispanam  
 linguam absolute callebat, & eo alio adhibito interprete Subuthico, qui  
 Moluccensis sermonis gnarus erat, nostri negotiabantur: hic prælio Mau-  
 thanensi interfuert, & exilia quaedam uulnera in eo acceperat. Quia de re cuba  
 bar toto die intentus ualitudini. Serranus qui nihil sine eo pertractare po-  
 tuit, corripit hominem durioribus uerbis, eum scilicet non desisse seruum  
 atque mancipium esse occiso Magellano, sed grauis seruitutis iugum subitu-  
 rum & aspernis loris caelum iri, nisi officiosius demandata ministeria ex-  
 quereur. Seruus hic ex his uerbis ingens odium in nostros concepit. Dissi-  
 mulata tamen ira post aliquot dies regulum Subuthicum adit, docet infatia-  
 bilem esse Hispanorum auaritiam. Illisq; hoc statutum & decretum, ut deuis-  
 cio Mauthano rege, in ipsum postea seuiant & captiuum abducant, neque  
 aliud rebus suis remedium adhiberi posse, quam fraudem fraude præuenire.  
 Barbarus omnia credit. Clam pacem cum rege Mauthan & reliquis facit, &  
 in nostrorum exitum conspirant. Vocatur ad solenne conuiuium præfectus  
 Serranus cum reliquis omnibus præcipuis, qui numero 27 fueret. Hi nihil  
 mali suspicati quod Barbari omnia astute dissimulauerant, secure & incaute  
 in terram tanquam ij qui cum regulo cibum sumpturi essent, descendunt. In-  
 ter epulandum ab ijs qui in insidijs collocati fuerant opprimuntur. Fit cla-  
 mor, undique nuntiatur protinus in nauibus nostros occisos, & in tota insu-  
 la hostilia esse omnia: prospiciunt ex nauibus nostris, pulchram crucem  
 quam in arbore posuerant: à barbaris magno furore in terram precipitari  
 & in frusta secari. At Hispani reliqui qui in nauibus manserant, de socio-  
 rum clade edociti, maiores insidijs uerentur. Quapropter anchoris sublati  
 uela uentis ocyus committunt. Adducitur paulo post ad litora uinctus miser  
 re Serranus, obsecrat, ut à tam dura captiuitate redimatur se impetrasse ut re-  
 dimi liceret, modo de suis hoc fieri cõcedatur. Nostri & si diuē turpe hoc  
 modo relinquere existimabant, tamē fraudem & insidijs ueriti in altum ten-  
 dunt, relicto Sarrano misere ad litora lachrymante, opem que atque auxi-  
 lio suorum planctu ingenti lugubriq; implorante. Hispani duce socijs que  
 amissis tristes anxijq; nauigabant, non modo calamitate & sociorum cla-  
 de perturbati, sed quod iam ad eam paucitatem & numerum essent reda-  
 cti, qui ad tres naues gubernandas impar haberetur. Quia de re consili-  
 um ineunt, & continuo communibus suffragijs nihil magis in rem esse  
 deceat

humanum inge-  
 nium, confisteretq;  
 dem insula quæ  
 ra. Qui dā pro-  
 eim graduum,  
 nuntur. Protinus  
 lagum quendā  
 en insula inha-  
 noas Indorum  
 ab Indis nun-  
 unco, capitiq; u-  
 muti cum mu-  
 de nam eis cõ-  
 niebantur, intel-  
 nuntcuparis, sed  
 Selani nomen  
 piam omnium  
 stri a quatione  
 erta tempestas  
 affaniam aliā  
 buthi præuene-  
 ere, protinus in-  
 Aderat enim  
 rex ex nauium  
 consilium, pa-  
 um multitudi-  
 Præfectumq;  
 que habebant  
 seu ligno arbo-  
 in sartagine o-  
 . T. mitto: po-  
 mare solet. Au-  
 regionis. Cõ-  
 prorsum exte-  
 queatur. Intel-  
 aborasse iube-  
 salutē & pri-  
 t. Cruceq; ado-  
 ex lectulo, am-  
 narrat. Quid  
 centos bap-  
 us autem hanc  
 omnis cir-  
 arum opes &  
 adit, illiq; per  
 Christi religio-  
 um eius iussit  
 & eos qui mi-  
 ro conditio, le-  
 a patrio more  
 & armis præ-  
 solitus fuisset.  
 et quadragin-  
 q; Mauthan  
 gulus aliquot  
 ex suis,

decernunt, quam una aliqua trium nauum igni absumpta, duas duntaxat  
 asseruare. Accedunt itaq; proximam insulam cui Cohol nomen erat, & ar-  
 mamentis in alias duas naues translatis, tertiam hanc concremant. Inde ad  
 insulam Gibeth deferuntur. Quam & si auro ac gingibere multisq; alijs re-  
 bus felicē cognoscere, diutius tamen ad eam nō morandum censent quod  
 Indos illos nulla beneuolentiā ad se allicere poterint. Armis autem decer-  
 nere paucitas prohibebat. Illinc ad Porne insulam tendunt. Dux in hoc ar-  
 chipelago insulae erant ingentes amplaeq; quarum altera Siloli dicta est, cu-  
 ius rex sexcentos liberos habebat. Altera quam diximus Porne Siloli maior  
 est. Quippe quae nauigatione sex mensium ambiri uix possit, Porne autem  
 trium. Sed quae modum illa uastior, ita haec & terrae felicitate beator, &  
 urbis eiusdem nominis magnitudine clatior est: Sed cum Porne insulis cae-  
 teris quas haecenus collustrasset nobilior haberetur, unde & caeteros ho-  
 nos mores utiq; cultum accipere uidebantur, statui horum populorum mo-  
 res et instituta paucis attingere. Sunt omnes hi insulani Caphre, hoc est gen-  
 tiles, solem & lunam deos colunt: soli diei, luna uero noctis imperium ascri-  
 bunt, illum marem, hanc foeminam dicunt, atq; hos caeterarum stellarum pa-  
 rentes uocant, quas omnes deos esse, minutos tamen, arbitrantur. Solem os-  
 rientem certis carminibus salutant potius quam adorant. Item lunam noctu  
 fulgentem, a quibus liberos, secundam pecoris foeturam, terre uberes fru-  
 tices, aliq; id genus deposcunt. Caeterum pietatem ac iustitiam colunt, &  
 praecipue pacem atq; otium amant, bellum uero maxime detestantur, regem  
 suum dum paci studet, ut deum colunt. Cum belli cupidior sit, non quiescit  
 donec hostium manu in acie ceciderit. Qui ubi bellum gerere statuit, quod  
 raro fit, primus a suis in acie collocatur, ubi omnem hostium impetum susti-  
 nere cogitur. Neq; strenue in hostem inferunt sese, nisi donec regem suum  
 occisum intelligunt, tunc enim primum pro libertate & futuro rege pugna-  
 re incipiunt. neq; unquam apud eos uisus est rex belli autor quin in acie ce-  
 ciderit. Qua de re raro bella gerunt, fines protendere iniquum putant. Om-  
 nibus autem praecipuum est studium ne finitimos populos aut peregrinos  
 iniuria laesant. Verum si quando ipsi laesiti fuerint, par pari referunt. Et  
 ne latius serpat, protinus ad concordiam spectant. Neq; quicquam apud e-  
 os gloriolus esse poterit, quam si quis prior pacem petierit: neq; item magis  
 indecorum quam in pace petenda praeventum esse, foedum autem atq; dete-  
 stable censent pacē petēti negare, etiamsi quis iniuria laesitissus fuerit. Nan-  
 que in huius exitium finitimi omnes tanquam dirum atque impium protin-  
 nus conspirant. Quo fit, ut omni ferē tempore tranquillitate & otio fruam-  
 tur. Nulla apud eos latrocinia, caedes etiam nulla. Nemini regem praeterquam  
 uxoribus eius & liberis alloqui fas est, non nisi eminus per cannas quas au-  
 ri illius apponunt, & quaequid uolunt per eas insufurrant. Post mortem ho-  
 mini nullum esse sensum dicunt, quod nec ullus ante natalem fuisse. Aedes  
 habent exiles ex lignis & terra constructas, partim rudere, partim palmatis  
 frondibus coopertas. In urbe Porne uiginti millia domorum esse certum ha-  
 betur. Vxores ducunt quot alere possunt, cibo utuntur, quem aut aucupium  
 aut piscatio praebet. Panem ex oryza conficiunt. Potum ex liquore qui de  
 cōscillis palmarum, ut diximus, ramis, stillat. Alij mercaturam in propinquis  
 insulis faciunt, ad quas iuncis deferuntur: alij uenationi, alij piscationi, alij a-  
 gricoltura student. Vestes habent ex gossampino, animalia etiam ferē om-  
 nia quae apud nos sunt praeter oues, bouem & asinum. Equi tamen perexigu-  
 & exiles sunt. Camphorae, gingiberis & cynamomi magnus apud eos pro-  
 uentus. Inde nostri rege illo salutato & muneribus cōdonato ad Moluccas  
 tendunt: quae illis ab eodem rege commonstratae fuere. Veniunt ad litora in-  
 sulae Solo, ubi margaritas magnitudine ouonim turturum aut aliquando gal-  
 linarum intelligunt, quae tamen non nisi in altissimo aëre expiscari pos-  
 sunt. Nostri huiusmodi unionem non atulere, quod anni tempus illorum pi-  
 sca



scationem non præbeat. Cepisse tamen ea in regione ostrem attestan-  
 tur, cuius caro septem supra quadraginta librarum esset. Hinc facile credide-  
 rim tantæ magnitudinis margaritas illic reperiri. Cum satis constet uniones  
 concharum partum esse. Et ne quicquam prætermittam, constanter nostri  
 sermō narrauisse insulanos Porne, regem gestare in diademate uniones duos  
 oui anserini magnitudinē. Hinc ad insulam Gilonam uentum est ubi homi-  
 nes confpexere auriculis longis atq; ad eō pendulis ut humeros attingerent,  
 quæ cum admodum admirarentur nostri, intelligunt ab indigenis, haud lon-  
 ge distare aliam insulam, ubi homines essent non solum pendulis, sed ad eō la-  
 tis amplisq; auriculis, ut cum ex usu esset, altera earum uniuersum caput cō-  
 tegeret. Nostri autem qui non monstra, sed aromata quærerent omiſſis nū-  
 gis recta ad Moluccas tendunt, octauo mense postquam præfectus eorum  
 Magellanus in Mauthan occubuerat, ab eis repertæ sunt. Insulæ sunt nume-  
 ro quinque, Tarante, Muthil, Thegori, Mare, & Matthien nuncupatæ: tum  
 citra, tum ultra, tum etiam sub ipso æquinoctiali sitæ. Alia Gariophilum, alia  
 Myristicam nucem, alia cynamomum gignit. Vicinæ sunt omnes, sed paruè  
 atque angustæ admodum. Reges Marmīn paucis ante annis immortales ani-  
 mas esse credere cœpere. Haud alio argumento ducti, quàm quod auitulam  
 quandam pulcherrimam nunquam terræ aut cuiquam alij rei quæ in terra  
 esset, insidere animaduertent. Sed aliquando ex fummo æthere exanimem  
 in humum decidere. Et cum Mahumetani qui ad eos commercij causa com-  
 mearent, hanc auitulam in paradiso ortam, paradisum uero locum anima-  
 rum quæ uita functæ essent, attestarentur, induerunt hi reguli Mahumeti se-  
 clam, quod hæc de hoc animarum loco mira polliceretur. Auitulam uero  
 Mamuco Diata appellarunt. Quam ad eō sanctæ religioſeq; habent, ut se  
 ea reges tutos in bello existiment, etiam si suo more in prima acie collocati  
 fuerint. Plebei autem Caphræ sunt, & eisdem fere moribus & institutis, quib;  
 insulanos Porne ostendimus. sunt egentes admodum utpote apud quos  
 nihil præterquam aromata proueniunt, quæ cum uenenis arsenico & Mer-  
 curio sublimato uulgo appellato, ac linteis quibus ut plurimum uestiuntur,  
 libenter commutant: in quem uero usum his uenenis utantur nondum satis  
 compertum est. Viuunt pane sagu & piscibus, nonnunquam psittacis. La-  
 tent tuguriolis demissis admodum. Quid multa? Omnia apud hos humilia  
 & sordida præter pacem, otium & aromata. Quorum alterum & quidem pul-  
 cherrimum summumq; bonum ingens mortalium iniquitas ex hoc nostro  
 orbe ad eos relegasse uidetur. Aromata uero tum auaritia tum insatiabilis  
 gula auſiditas, nos in ignoto etiam orbe illorum quærere cogit. Ad eō homi-  
 num proteruitia salubria quæque haud longius satis nequit protrudere, neq;  
 quæ luxus & libidinis appetere. Nostri uero Moluccarum situ diligenter in-  
 specto, & cuiusque insulæ, præterea regulatorum moribus exploratis, ad The-  
 dori accedunt, & quod hanc copia Gariophili cæteris antecellere, regem ue-  
 ro prudentia & humanitate reliquis regibus præstare intelligebant. Paratis  
 itaque muneribus in terram descendunt ac regem salutant, præbentq; mune-  
 ra tanquam à Cæsare missa. Ille muneribus benigne acceptis, in cœlum sus-  
 spiciens, iam inquit biennium agitur, cum uos à maximo rege regum ad in-  
 quiritendas has terras demissos è siderum ratione cognoui. Quare aduentus  
 uester tanto mihi gratior iucundiorq; est, quanto astrorum significatione di-  
 uitius mihi præſcitus fuit. Et cum nihil huiusmodi euenire scio quod nō tam-  
 diu fatorum & siderum decreto statutum sit, non is ero qui aut facile aut si-  
 derum significationi aduersari moliar, sed uolens libensq; posthac deposito  
 regio fastigio me tantummodo regis uestri nomine huius insulæ procuratio-  
 nem gerere existimabo. Quare naues in portum subducite, & reliquos so-  
 cios in terram tuto descendere iubetote, ut nunc tandem post tam longam  
 maris inſationem, totq; rerum pericula secure terræ benignitate frui, & cor-  
 pora curare possitis. Neque aliud existimate quàm uos in regis uestri regnū  
 uenire.

venire. His dictis rex deposito diademate singulos amplectitur, & quæ terra illa alimenta habebat afferri iubet. Nostri hac re lætati, ad socios redeunt, ac quæ acta sunt renunciunt. Hi hac regis comitate & benevolentia lætati insula potiuntur. Vbi cum aliquot diebus regia munificentia fuissent recreati, inde ad reliquos regis legatos mittunt ad insularum copias explorandas, & regulatorum animos conciliandos. Taranta proxima erat, & hæc quodque minima est insula. Quippe quæ paulo ultra sex miliarium Italicorum ambitum habet. Est huic proxima Matthien & ea exilis. Hæ tres Gariophili magnam copiam gignunt, sed longe uberiores. In quartum annum arbores hæc non nisi in abruptis rupibus provenire solent, & ita denfantur, ut plerunque lucum faciant. Arbor hæc tum folijs, tum crassitudine, tum ipsa etiam altitudine lauro similissima est. Gariophilum quem vulgo à similitudine clavum nominant, nascitur ex summis singulis ramusculis. Corolla primum, tum in ea flos haud alius quam mali aurei prodit. Actesq; seu cuspis ipsa Gariophili summo stipiti insidet, donec paulatim in longum exurgens mucronem efficit. Rubescit primum, mox sole tostum nigrescit. Huius arboris sylvas inter se, quemadmodum nos vineas, indigenæ partitas habent. Gariophilonensis condit, donec aliud à mercatoribus transferatur. Quarta insula Muthil haud cæteris maior. Hæc cynamomum gignit. Arbor hæc furculosa & altoqui sterilis siccitate gaudens, similissima est arbori quæ malum fert punicum. Huius cortex ad solis calorem dehiscentes à ligno auellitur, & paululum ad solem tostus fit cinamomum. Huic propinqua est alia insula, quæ Badam appellatur, Moluccensibus insulis maior ampliorq;. In ea Myristica nux nascitur. Cuius arbor proceram amplaq; est. Arbori quæ nucem iuglandem fert admodum similis. Neq; hæc nux aliter quam iuglans producit, gemino protecta operimento, pulvinati primum calycis, sub hoc tenuis membrana, quæ reticulatim nucem amplectitur. Hæc apud nos Muscata flos, ab Hispanis maticis vocatur, nobile atq; salubre aroma. Alterum opperimentum ligneum est putamen, ut auellanæ cui quam diximus ipsa nux inest muscata. Gingiber vero passim in singulis insulis huius archipelagi nascitur. Aliud seminatim, aliud sponte provenit. Sed quod seminatur nobilissimum est. Herba similis illi quæ crocum fert, & eo modo eius radix fere nascitur, quæ Gingiber est. Nostri ab regulis singulis benigne suscepti fuere, & exemplo regis Theodori sese Cæsaris imperio ultro submisere. At Hispani qui non nisi unam atque alteram haberent navim, statuere de singulis quidem aliquid afferre, sed naues Gariophilo onerare, quod huius & anno illo uberius provenit fuisset, & huius generis aromatis maiorem copiam naues capere possent. Impletis itaque Gariophilo navibus, & literis muneribusq; à regibus ad Cæsarem acceptis, discessum parant, literæ plenæ erant fidei atque obseruantia. Munera erant enses Indici, aliæq; id genus. Sed præcipuum Mamuco Diata hoc est auicula dei, qua se in prælio tutos inuictosq; putant. Harum quinque missæ fuere, unam impetraui à præfecto navis, quam reuerentiss. D. T. mitto. Non quod se ea ab insidijs & ferro tutam putet, ut isti perhibent, sed quod eius raritate & pulchritudine delectetur. Mitto quoque & cynamomi & muscate & Gariophili aliquid, ut cognoscat nostra aromata ipsæ quæ Veneti & Portugallenses afferunt, non modo non deteriora, sed nobiliora quod recentiora sunt. Nostri dum ex Theodori soluissem, ecce altera navis & maior quidē, uitio factio aquam hausit, ita ut ad Theodori regredi necessum fuerit. Hispani dum hoc incommodum non nisi magno negotio & in multorum dierum spatio posse tollere animaduertent, conuenere ut altera navis ad promontorium Catrigara, inde per altum quam longè posset à litoribus Indiae ueheretur, ne à Portugallensibus conspici posset, donec promontorium Africae, quod ultra capricorni tropicum protenditur, & cui Bonæ spei Portugallenses nomen indidere, in conspectum ueniret, quod inde haud difficilis in Hispaniam esset nauigatio. Altera uero navis cum primum resecta esset, rursus per



per archipelagum uastumq; illum oceanum ad litora illius cōtinentis quam supra memorauimus cursum caperet, donec eam oram reperiret, quæ e regione Dariensis esset, ubi angusto admodum terræ spatio australe illud mare ab occidentali, in quo Castellanorum sunt insulae, disiungitur. Soluta ita, que denuo ex Theodori nauis altera, & citra æquinoctialem ad duodecim gradus uecta, promontorium Cattigaræ, quod Ptolemæus longè etiam ultra æquinoctialem protensum arbitratus est, non inuenere. Sed postquam ingens maris spatium demensi essent, ad promontorium Bonæ spei, inde ad insulas Hæspetidum delati sunt. Et cum hæc nauis longa hac nauigatione concussa aquam admitteret, non potuere nauitæ, quorum iam multi etiam rerum & nauigationis incommoditate perierant, exhauriendæ sentinæ satagere. Quapropter in unam insularum quæ sancti Iacobi nuncupatur, descenderunt, ut seruos emerent. Nostri autem dum pecuniam nauitarum more nō haberent, Gariophilum pro seruis offerunt. Quare per Portugallenses qui in illa insula magistratum gerunt intellecta, tredecim ex nostris in uincula coniecti sunt. Reliqui in numero decem & octo erant. Hæc rei nouitate terri, dimissis socijs continuo in Hispaniam tendunt. Quo decimo sexto mense postquam ex Theodori discessere, salui atque incolumes sexto Septembris ad portum Hispali propinquum peruenere. Digniores profecto nauitæ, qui æterna memoria celebrentur, quàm qui cum Iasone ad Colchidem nauigauerunt Argonautæ. Nauis autem ipsa multo dignior, ut inter sydera collocetur, quàm uetus illa Argo. Hæc nanque ex Græcia duntaxat per pontum uecta est, nostra uero ex Hispali austrum uersus. Indeq; per uniuersum occidentem, perq; inferius hemisphærium, in orientem penetrans, rursus in occidentem remeauit. Reuerendissimæ D. T. me humillime commendo. Datum Vallisoleti, die XXIII. Octobris M. D. XXXI.

E. Reuerendiss. ac Illustriss. D. T.

Humillimus & perpetuus seruitor

Maximilianus  
Transilyuanus.

O = ARGV,

ARGVMENTVM



**E**RDINANDVS Cortesius natione Hispanus, Sacrae Caesareae & Catholicae maiestatis in lychutan generalis praefectus, ut magnanimi uiri mos est, a ciuitate Cempool quinzdecim leuis armaturae equitibus, & peditibus quingentis Hispanis ad dominum Muteezuma primatem illarum regionum dominum subigendum proficiscitur. In itinere milites quidam Didaco Velazquez suadente deficere studet, in eos de more animaduertit, iter prosequenti hostiliter obuij sunt incolae Tascaltecal, quos fundit, uincit, & Vasallos Sacrae Catholicae Maiestati facit una cum alia prouincia Guaxacingo nomine, illis comitantibus ciuitatem Churrultecal capit, diripit, imperataque faciunt. Nunciat Dominus Muteezuma, ne ad eius regionem proficiscatur. Constituit Cortesius praefecti. Transcendit montes asperrimos, niuibus altissimis refertos: ex quibus ingens fumus globus ascendit uisu mirabile. Hispanis modis uarijs obesse studet, & delere Dominus Muteezuma. Tandem annuente Muteezuma ad celebrem ciuitatem Temixtitan illius regiam proficiscitur in lacu mirabiliter constituta, uisus prius uarijs, & egregijs ciuitatibus. Obuius fit Muteezuma omnibus prouinciarum proceribus assistentibus, uaria pompa, & ceremonijs introducitur Cortesius: quo introducto Dominus Muteezuma se in uasallum subdit Sacrae Catholicae Maiestati, & obedientiam exhibet Cortesio, & suae nationis originem refert. Bergantinos construendos curat quatuor praefectus Cortesius quibus, si ciuitas defectioni studeret, litori milites posset exponere. In ciuitate Temixtitan existenti Cortesio nunciatur, Dominum Muteezuma Qualpopoca cum alijs in Hispanos in ciuitate Verae Crucis religiosos, concitasse. Dominum Muteezuma leui carceris genere mancipat, & Qualpopoca cum coniuratis adduci committit, quem adductum publice comburi iubet. Narratur a Cortesio miranda Domini Muteezuma palatia ad eius habitationes, narrat praeterea uarias domos uoluptatis causa extructas, in quibus uaria animalium uolantium, & quadrupedum genera continentur. Narrat Domini Muteezuma obsequium nullo Christiano principi comparandum, narrat religiosorum mores, & habitum, religionemque, & quibus ex rebus idolorum imagines consent. Sacrificij modum in pueris, aut alijs maioribus sacrificandis, describit Melchitarum, & religiosorum domum modum. Conuocat Muteezuma proceres omnes eadem Vasallos, ut Sacrae Catholicae Maiestati se subdant iubet, quod exequuntur, & Cortesius auri plurimum, & uaria alia emblemata ab eis petit, & obtinet, portum in ea ad naues suscipiendas inuestigat, & inuenit in fluuio nomine Panuco. Aurifodinas inuestigat, & inuenit plures, & dites. Domos Sacrae Catholicae Maiestatis extruendas iubet a Domino Muteezuma, quae mira arte & celeritate conficiuntur. Narrat aurum, argentum, uestes, uasa, aliasque ex plumis mira arte contexta munera a Domino Muteezuma Cortesio data, Sacrae Catholicae Maiestati transmittenda. Dum ipse Cortesius Sacrae Catholicae Maiestatis res dirigit, amulus Didacus Velazquez Pamphilum Naruaez ostingentis peditibus, octuaginta equitibus, & tormentis plurimis ad ea loca decem & octo nauibus malo animo destinat, hoc Cortesio nunciato, relicti praesidio Hispanis in celebri ciuitate Temixtitan, trecentis peditibus ei obuiam proficiscitur, ut quid uelit cognoscat. Multa hinc inde eueniunt, ut concordia intercedat quae cum non succederet, magnanimus Cortesius Naruaez aggreditur, & capit, et eius milites sibi socios reddit. In ciuitate Verae Crucis exisset Cortesio nunciatur, ab incolis e Culua Hispanos praesidio ciuitatis Temixtitan impositos oppugnari. Praefectus cum Hispanis ad uaria loca transmissos magna celeritate conuenire iubet, & nullo repugnante celebrem ciuitatem ingreditur: quae una cum Hispanis in fortitio aggreditur innumera Indorum multitudo, pluries fortitio



A fortillitio exeunt, domos comburunt, turrim expugnant, multæ ex Hispaniis interimuntur, & uulnerantur, & ipse Cortesius uulneratur, à suis Dominus Muteezuma fortuito casu interficitur. Pluries Cortesium colloquijs decipere student Indi. Vaser Cortesius Intrepidus permanet, annonæ, & comætarum caritate cum premeretur, ciuitate egredi cum socijs & auro constituit: & mira difficultate, & periculo egreditur, amissis Hispaniis plurimis, & auro. Illum insequitur Indi per leucas uiginti, & die noctuq; assidue eos oppugnant. Deueniunt ad prouinciã Tascaltecal, benigne excipitur à Dominis illius: uulneribus medicamina adhibent, ex Hispaniis moriuntur plures, alij qui manci permansere, & ipse præfectus Cortesius sinistre manus digitis duobus mutilis, sanitati pristinae nondum restitutus bellum hostibus è Culua, & fœdere iunctis mouere constituit Cortesius: & incolis è Tascaltecal, & Churultecal opem ferentibus castra mouet contra prouinciã Tepeaca, quã uiginti dierum spatio potitur, ex ea quosdam, quia humanis uelcutur carnis bus, seruituti ascribit, potitur prouinciã Guacachula, & alijs quibusdã. Berzantinos duodecim construendos curat, quibus ciuitatibus in lacu constitutis obesse possit, naues duas ad equos, & arma adducenda cum pecunijs ad insulam Hispanam mittit. Videbis prælia innumera, & belli euentum anticipem, & tandem Hispana uirtus quanta sit, & quo ingenio polleat Cortesius, lector optime cernes.

## ARGVMENTI FINIS.

## FERDINANDI CORTESII IN SE

B CVNDAM DE NOVA MARIS OCEANI HISPANIA narrationem ad Carolum V. Romanorũ Imperatorem, Præfatio.



A nauis quam sextadecima mensis Iulij, Anno Millelesimo, quingentesimo decimonono, ex hac noua Maies-tatis uestræ Hispania expeditus, celsitudini uestræ latam, & partucularem de omnibus, quæ in his locis post meum aduentum gesta sunt, & succellere, informationem transmissis, quam Alphonso Fernandez, Puerto Carrero, & Francisco de Monteo procuratoribus ciuitatis Veræ Crucis, à me nomine Maies-tatis uestræ à fundamentis constructæ, perferendam tradi. Et postea quia occasionem non sum nactus, partim defectu nauium, & etiam quia in acquirendis & conciliandis his regionibus & prouincijs maxime eram anxius & occupatus, & quoniam de prædicta nauis, & dictis procuratoribus nil ad nos allatum fuerat, ulterius Maies-tatem uestram certiorum non reddideram de his quæ huic patriæ insunt & gesta fuere, quæ tanta & talia sunt, ut quemadmodum alijs primis informationibus Maies-tati uestræ transmissis demonstraueram, merito noui orbis Imperator appellari possit. Et hic fortassis Imperialis titulus non minor est censendus, quam ille Germanorum, quem Dei Optimi Maximi auxilio, & claris suis uirtutibus Catholica Maies-tas uestra impræsentiarum obtinet. Et si sigillatim res quæ in illis habentur exprimere aggrederer, nunquam finem imponerem. Ideo si forte plenam (prout celsitudo uestra desiderat, & ipse teneor) notitiam nõ exhibuerim: illa mihi clementer ueniam dare dignabitur: quum ad hoc scribendum inuisibilis sim, nec temporis opportunitas adsit. Omnibus tamen ingenij mei uiribus operam dabo omnimodam rei ueritatẽ exprimere. Et illud præterea, quod Maies-tatem uestram scire oportere cognouero. Et similiter mihi indulgeat celsitudini uestræ supplico, si ad unguem quomodo & quando res gestæ sunt non recensuero. Et si aliqua ciuitatum, uillarum & ipsorum domorum

norum nomina prætermisero, qui audito Maieſtatis ueſtræ nomine ſeſe illi, uſ ſeruitio ſponte obtulerunt, & in ſubditos & uafallos ſubdidere. Quando quidem graui quodam infortunio, quod nobis nuper euenit, ut in huius noſtri operis progreſſu ceſſitudini ueſtræ latius innotefcet, ſcripta & monumenta omnia quæ cum harum regionum incolis in unum congeſſeram, uarijs cum rebus amiſi.

## FERDINANDI CORTESII DE

NOVA MARIS OCEANI HISPANIA,

Narratio ſecunda.



**P**RIMA relatione, ſereniſſime ac inuictiſſime Imperator, ciuitates & uillas, quæ regi Maieſtatis ueſtræ ſeruitio ſe obtulerant, qualicq; acquilitas retinebam, expoſueram. In nuebam præterea mihi relatum eſſe de quodam potèti domino, qui Mòte Zuma appellabatur, quem iſtius prouincie incolæ ſecundum eorum computationem per nonaginta aut centum leucas ab ipſo maris litore & portu, ad quem applicueram abeſſe putabant. Diuino fretus auxilio, ac ceſſitudinis ueſtræ nominis celebritate ad quæcunq; loca quæ inhabitaret penetrare conſtitueram. Et præterea recolo, me quo ad iſtius magni domini acquisitionem ultra proprias uires obtuliſſe. fueram enim ceſſitudini ueſtræ ingenue pollicitus, quod illum aut captiuum haberem, aut interimerem, aut omnino ſue regi coronæ ſubijcerem. Et hac ſententiâ à ciuitate Cinpual (quâ Hiſpaliſim appellari placuit) ſextadecima Auguſti profectus ſum quindecim leuiſar maturæ equitibus, & pedibus quingentis melius ad bellũ accinctis & aptioribus quos inuenire potui. Et præſidio ciuitatis Veræ Crucis dimiſi pedes centum & quinquaginta & equites duos, qui fortilitium ſeu arcem ibi conſtruendam modis omnibus curarent, quæ pene iam conſecta eſt, & reliqui illam prouinciâ Cinpual, & montana contermina dictæ ciuitati pacifica, quibus in locis arbitror eſſe ad quinquaginta millia hominum ad pugnam aptorum, & quinquaginta uillas, ac caſtra Maieſtati ueſtræ fidelia & ſyncere ſubiecta, quemadmodum hæcenus extitere et in præſentiarum exiſtunt, quonia ad meum aduentũ ſubijciebatur domino Mòte Zuma, & ut mihi reuelarũ, non diu ſuere illi ſubditi. Et quamprimum maximæ, & regalís potentie Maieſtatis ueſtræ fama ad illorum aures deuenit, ſiſico acclamauerunt uelle eſſe ſubditi Maieſtatis ueſtræ, & amicitia meam deſiderare. Rogantes in ſuper, eos à præſibato domino Monte Zuma defendere, qui eos ui, & tyrãide ſubditos detinuerat, qui liberos ab eis accipiebat, ut illos dijs ſuis ſacrificaret. Sunt etiam quidem fideles ceſſitudinis ueſtræ ſubditi, eosq; in fide permanſuros arbitror, ut à præfati domini tyrãide liberentur, tum etiam quonia à me hæcenus bene tuti fuere, & maximis ſum eos proſecutus fauoribus. Et pro maiori munimine eorum, qui in ciuitate remanebant, aliquos ex primatibus cũ quibusdam alijs, qui mihi in itinere non parum profuere mecum eduxi. Et quonia, ut opinor, in prima relatione Maieſtati Veſtræ ſignificaueram, alios quos, qui mecum tranſiretauerant fuiſſe alumnos, familiares, & amicos Didaci Velazquez, illi moleſte ferebant, quod talia ad Maieſtatis Veſtræ nomen, & incrementum, forti animo & feliciter exequeretur, & ex ipſis quidam uoluerũ à me deficere, & ab ea patria recedere, & precipue Hiſpani quatuor quorum nomina ſunt Ioãnes ſcutifer, Didacus Armeno, Condifaluis Dumbría naucleri, quos pilotes nominant, & Alphõſus Pennato, qui (ut ipſi ſua ſponte profeſſi ſunt) conſtituerant paruam triremem abducere, quam bergatim appellant: in ipſo portu exiſtentem cum pane & carne ſuilla. Et interfecto nauclero cum eadem proficiſci ad inſulam Fernandinam: ut Didaco Velazquez ſignificarent me nauem ad Maieſtatem ueſtram tranſmittere, et admonere eum de omnibus quæ ea importaretur, & quæ dicta nauis iter eſſet facta.



A *set factura: ut dictus Didacus Velazquez naues in insidijs collocaret, quo dictam nauem capere posset, quemadmodum re ipsa postea executus est. Etenim quamprimū cognouit nauem meā transiisse, iussit nauem (quam caravelam appellat) ut nauem meam apprehenderet, subsequi: quod tamē exequi non potuit. Quoniā nimium nauis nostra progressa. Confessi sunt præterea alios eiusdem esse sententiæ, ut dictum Didacum Velazquez certiorum facerent de antedicta nauī. Visis confessionibus dictorū delinquentium, secundum iustitiam, & prout temporis necessitas, & Maiestatis uestræ seruitium postulabat, puniui: quia præter familiares alumnos & amicos Didaci Velazquez, alij quoque prouinciā exire admodum desiderabāt, cum uiderent dictam patriam tam latam & tot hominibus resertam, paucitatē Hispanorum considerantes, idem sentiebant: ratus si ibi naues remanerent, illi qui desiderio defectiois flagrant, & qui patriam exire cuperent, facillime eisdem exire possent, & ipse pene solus remanerem. Et propterea ea quæ gesseram in Dei Optimi Maximi, & Maiestatis uestræ seruitio in his partibus impediri possent. Simulauī naues eas ad nauigandum non fore idoneas, illasque in litus subducendas curauī. Quapropter ipem omnem abiecerē mihi grandī ab illis locis. Et ego iter meum securus peregi, & absque aliquo timore, quoniam postquam discessissem à ciuitate, gens custodiā à me constituta nullo pacto mihi deesse poterat.*

Transactis decem diebus, postquam naues subduxeram; cum exissem ciuitatem Veræ Crucis, & peruenissem ad ciuitatem Cinpual, quæ abest à ciuitate Veræ Crucis per quatuor leucas, ut inde captū iter profecerem (constat autem leuca quatuor miliaria Italica) significauerūt mihi habitatores ciuitatis Veræ Crucis, quatuor naues per ea litora uagari, & præfectū, quē in ciuitate Veræ crucis dimiserā ad eas scapha transuectū, & ipsos eidem indicalle, qualiter erant naues Francisci de Garay locum tenentis, & præfectū in insula de Xamaycan, & ueniebāt ad nouas detegēdas prouincias. Et eundem meū præfectū eisdē in nauibus comorantibus aperuisse, qualiter ego nomine Maiestatis uestræ habitandam susceperam illam prouinciā, & ædificaueram ciuitatem distantem per unam leucam ab eo loco ubi naues constitierant, & quod eo secum proficisci poterant, meque certiorē reddendū de eorum aduentu curaret, & si aliquibus indigerēt, possent in ea releuari. Subiunxit idem præfectus, quod eos scapha sua in portū anteiret, quem aciu demonstrauit. Et in nauibus existentes responderunt, dictum portū uidisse, quoniam ante eundē progressū fuerāt, & quod consiliū eius exequerētur. Cumque ipse præfectus scapha ad portū iter uertisset, naues eā nō sunt subsecutæ, nec demonstratum portū petiere, & ulterius per ea litora uagabantur, & quod ipsi incolæ, posteaque in portū non uenerant, qualis esset eorū animus, penitus ignorabant, & illico ad eam uillā, ubi naues ancoras iecisse cognouerā, profecturus discessi, quæ est ad tres leucas infra ciuitatē Veræ Crucis, & cū nullus ex Hispanis prænominatis terrā cepisset, ut eorum uoluntatē, & intentionem exploratam haberem, per eadem litora progressus sum. Iamque per leucam aberam ab eisdem nauibus, cum mihi tres ex predictis nauibus socij obuij facti sunt. Primus tanquā publicus notarius, & duo alij tanquam testes, ut sui præfecti nomine mihi monitionem facerent, profecti fuerāt, quam in scriptis attulerant in qua continebatur, quod ipse me certiorē per eos faceret, eum ad eam regionē primò aduentasse, & quod in ea habitare constituerat, propterea me commonefaciebat, ut inter me & eundem præfectum terminos ponerem, quoniā ipse coloniam suam collocare uolebat per quinque leucas infra uillam Nautel, quæ abest per duodecim leucas à ciuitate, quæ in præsentiarū Almeria nūcupatur. Quibus auditis responsū dedi, quod eorū præfectus personaliter ad me ueniret, proficiscereturque suis nauibus ad portū Veræ Crucis, ibi colloqueremur, & ex eo tūc cognoscerē quali esset intentione, & si forte naues suæ aut ipsius milites necessitate aliqua premerentur,

ine sese illi,  
re. Quando  
in huius no  
ra & monu  
esseram, ua,

DE

Imperator,  
re seruitio se  
sueram. In  
am potēti do  
stius prouin  
n per nona  
& portu, ad  
ellitudinis ue  
etrare consti  
quillitionem  
genue polli  
omnino sure  
ua Hispanim  
cim leuis ar  
ctis & aptio  
simili pedites  
em ibi con  
, & reliqui il  
pacifica, qui  
ugnam aptio  
sincere sub  
tunt, quoniā  
ihī retulerāt,  
otentia Ma  
elle esse sub  
nsuper, eos à  
ide subditos  
aret. Sunt e  
nsuros arbit  
am à me ha  
is. Et pro ma  
rimatibus cū  
im eduxi. Et  
icaueram, ali  
amicos Di  
Vestrae no  
ipsis quidam  
ani quatuor  
saluus Dum  
ti (ut ipsi sua  
quam bergā  
illa. Et inter  
: ut Didaco  
nsmittere, et  
nauis iter es  
set fa,

modis omnibus eisdem opem ferendam curarem, eo maxime postquam feruitijs Maiestatis uestræ innitebatur, & ego nil aliud mēte & animo agitarē, nisi ut se offerret occasio, quo celsitudini uestræ possem rē gratā efficere quā euenisse putabam, si prefecto suo, & illius militibus in Maiestatis uestra feruitijs existētibus opem tulissem. Et illi mihi responsum dederē, quod nullo pacto eorum prefectus, aut aliquis comitum terram attingere uolebat, aut eo ubi essem conuenire. Ipse dubitans eisdem damna aliqua, posteaquā ad me uenire recufabant loco, ubi constiterat intulisse, secuta nocte secreto me collocaui ad littus maris contra locum ubi naues ancoras lecerant, ibiq; delitui usq; ad horam duodecimam diei subsequēntis, animo uolens prefectū, aut aliquem ex naucleris terram capturum, ut ab eis seiscitari possem, quid nam agerent, quas regiones peragrassent (& si quid damni locis intulissent) certiorē Maiestatem uestram facere possem. Nunquam tamen ipse, aut comitum aliquis descendit, & posteaquam nullus descendebat, mandauit tribus illis, qui ad me cum monitione antedicta aduenerant, ut ornamenta sua exuerent, illisq; tres ex meis commilitonibus induendos curauī, qui prope ad proximam littus profecti existentibus in nauibus acclamarūt, quibus uisus illico scapha duodecim qui in nauibus erat uiri balistis & pixidibus sulciti (Sunt autem pixides paruæ manuales bombardæ, quas uulgus sclopetos uocat) littori applicuere. Hispani uero, qui ad eos acclamauerant, à littore secessere, & non aliter quam si umbra indigerent ad dumeta ibi proxima ex industria profecti sunt, & hoc pacto è scapha quatuor prosiere, duo balistis, & reliqui pixidibus armati, qui circumsepti à commilitonibus, quos in littore insidijs collocaueram capti omnes fuerunt. Vnus, ex captiuis nauclerus prefectum, quem preposueram ciuitati Veræ Crucis, interemisset adiecto pixidi suo igni, nisi ignis fomento defuisset, qui in scapha remanserant ad naues retrocessere, quæ antequam scapha ad eas aduentasset, iam uentis uela dederant antequam ab illis qui in scapha erāt, aliquid cognoscerent, ab eisdē quatuor qui captiui apud me remanserunt intellexi, qualiter peruenerāt ad fluitium quendā infra per triginta leucas infra Almeriam, & incolæ placide, & libenti animo eos susceperant, & duce pecunia omnia necessaria eisdem fuerant elargiti, & uiderant aliquid auri, quod incolæ ad eos attulere in modica tamen quantitate, nam tantum alarum rerum permutatione ad tria pondera auri receperant & ad littus non peruenerant, sed penes conspexerant quasdam colonias in ripa fluminis cōstitutas, erāt enim tam prope, ut facillime è nauibus conspici possent. Nullum ibi lapideū extat ædificiū, sed domus omnes ex palea & limo habent alta manu fabricata, quæ omnia postea clarius & latius accepi ab illo magno domino Monte Zuma, & quibusdā alijs, quos ipse secum retinebat ex dicta patria, & ab Indo, qui uehebatur eisdem nauibus, dicti fluminis accola, quem etiam ipse captiuum detinueram, & eundem Indum cum nuncijs dicti domini magni Monte Zuma ad dominū illius fluminis, qui Panuco nuncupatur, destinauit ut eum alloquerentur, & ad seruitium & deuotionem Maiestatis uestræ allicerent. Et ipse Panuco oratorem ad me destinauit unum ex suis proceribus. & (prout dicunt) dominum unius colonie, qui me suo nomine donauit uestibus quibusdam emblematicis & pennis uarijs. Nunciauitq; præterea illum cum uniuersa ipsius patria admodū desiderare subesse uestræ Maiestati, & meā cure amicitiam, ego quoq; bona quæ ex Hispanijs attuleram, eidem sum imparitibus, ex quibus plurimum uoluptatis accepit, & adeo quod quando naues Francisci de Garai, quarū superius memini, reuersæ sunt ad illa loca, mihi illico nunciandum curauit, dictas naues à prælibato flumine quinq; dierum spacio abesse, & quod eidem indicarem an illi, qui uehebantur illis nauibus, essent à mea patria, quoniam ipse omnia necessaria impartiretur, & nauibus iam feminas quasdam, & gallinas importari fecerat.

Per prouinciā Cinpual tribus continuis diebus progressus sum serenisime



A nissimè ac potentissime domine, omnibus in locis bene acceptus. Quarta ue  
 ro luce provinciam aliam ingressus fui Sienchimalen nuncupatam, in qua est  
 oppidum munitissimum tuto, & arduo loco situm, est enim ad latus asperri-  
 mi montis, & ad illud ingressus non patet nisi per locum in graduum simili-  
 tudinem: quem soli pedites & ipsi difficillime, si incolæ locum tueri velint,  
 transire possunt. In planicie sunt plurimæ uillæ, & pagi usq; ad quingentas,  
 trecentas, ducentas, & centum habitationes, & loca hæc subsunt Domino  
 Monte Zuma. Illi me grato exceperunt animo, & necessaria ad prosequen-  
 dum cceptum iter contribuere: indicaruntq; eos optime scire, quod ad eorū  
 dominum Monte Zuma inuisendum proficiscebamur, & pro comperto ha-  
 berem illum synecere mihi amicū, ipsūq; eisdem mandasse, ut me quā gra-  
 tissime reciprent: ego autem eisdem de omnibus nobis concessis satisfac-  
 tiasq; immortales egi de eorum grato in nos animo, & impensis officijs.  
 Expofui præterea eisdem, quod ad aures Maiestatis uestræ illius fama perue-  
 nerat, & propterea Maiestas uestra mihi seriose iniunxerat, ut illum Maiesta-  
 tis uestræ nomine inuiserem: illucq; illius uidentis gratia tantum proficisco-  
 bar, & sic montis cacumē transgressus sum, quod est in fine istius provinciae:  
 & illud uocamus cacumen dei nominis, illud enim primo in istis partibus  
 transiimus, quod est tam arduum & excelsum ut par sibi in Hispanijs, quo  
 ad difficultatem transeundi, inueniri posse minime cogitem, illud tamen tu-  
 to transiui, & in ipsius cacuminis descensu sunt alix uillæ castro cuidā, quod  
 Teyxnacan appellatur subiectæ, quarū incolæ nos quoq; benigne exceperē  
 non minus, quam illi ex Sienchimalen, de clarantq; bonū domini sui Mon-  
 te Zuma in nos animū, & alia eadem multa, quæ nobis alij superius aperue-  
 rant, ipse pariformiter omnibus integre satisfeci.

Et inde digressus trium dierum spacio loca sine domibus, & inculta emen-  
 sisuius, & propter sterilitatem defectum, aquarum & intensa frigora, deus  
 B cordium scrutator testis est, quæ, quanta, & qualia, & præsertim liti, fameq;  
 perpeffi fuerimus, & præcipue ex maximo grandinis, & aquarum turbine,  
 qui in illa inhabitata regione nos intercepit, quo urgente ratus sum multos  
 ex nostris frigore perituros. Mortui tamen sunt plures Indi, quos nobiscū ex  
 insula Fernandina duxeramus pannis, & uestibus obstiti, post eos in solitudi-  
 ne peractos dies aliud excelsum montis cacumen, non adeo tamen arduū, ut  
 primum extiterat, pertransiimus, in cuius uertice turris modicæ magnitudi-  
 nis erat pene columnis lapideis similis, quibus apud nos in triuijs, & locis a-  
 lijs sacrosanctæ imagines uenerandæ imponuntur, in qua deos suos colloca-  
 rant. Circundabant turrim prædictam plurima incisa ligna in strue congesta,  
 & forte ultra mille curus, & ab euentu appellauius lignorum uerticem. In  
 descensu autē ipsius uerticis est uallis multū habitata inter duos asperros  
 montes constituta, & prout conijcere potuimus, habitatores satis pauperes  
 erant: & per duas leucas per loca semper habitata progressus deueni in pla-  
 nibus regionē: in qua nobis uisum est dominum illius provinciae residere  
 debere, ibi enim melius adificata domus existebant, quàm aliquo in loco ubi  
 fueramus, omnes erant ex quadratis lapideibus & nouiter constructæ, illis  
 enim decoræ multæ magnæ, & sumptuose aulæ & optime fabricatæ, beneq;  
 ordinatæ inerant habitationes. Vallis hæc, & colonie nominatur Cartaney,  
 earum dominus & habitatores lato uultu me recepere, & cōmode sunt ho-  
 spitati. Posteaquam illum allocutus sum uestræ Maiestatis nomine, & ei mei  
 aduentus ad has regiones causas expofui, ab eo petij an subesset domino Mon-  
 te Zuma, aut si alterius cuiuslibet factionis existeret. Illi maximā attulit ad-  
 mirationem perferuatio mea, & respondendo dixit: Quis non est subditus,  
 & subiectus domino Monte Zuma, inuenens quod ferē uniuerso terrarum  
 orbi dominaretur. Tunc eidem uires potentiam, & etiam in uarias gen-  
 tes & nationes amplā Maiestatis uestræ imperia abunde recensui, & plu-  
 rimos potentiores Dominos Monte Zuma, Cellitudinis uestræ imperio  
 parere,

Frigore homi-  
 nes aliqui mori-  
 untur

parere, quod sibi gratum fuit auditu, & similiter Dominum Monte Zuma, & reliquos incolas illarum prouinciarum facere oportere, cumq; illico, ut se in uasallum uestræ Mafestatis subderet requisitui, addendo, quod si se in uestræ Celsitudinis uasallum subderet, esset inde plurimum fauoris, & honoris consecuturus. Et ut Mafestas uestra dignaretur illum benigne suscipere, petij in signum subiectionis ab eo aliquid auri Celsitudini uestræ transmittendum. Et replicauit se quidem aurum tenere, aliquid tamen ex eo se mihi daturum negauit, si dominus suus Monte Zuma eidem non commisisset, & si ipse Dominus eidem mandaret corpus proprium, aurum, et quicquid possideret, impendere paratus existeret, & ne illum exacerbarem, & ne ab incepto, & inita sententia desistere cogerer, melius quam fieri potuit omnia dissimulaui, & ipsi responsum dedi, me sperare dominum Monte Zuma prope diem eidem mandaturum, quod aurum & alia quæ obtinebat, & commode dare posset nobis impartiri deberet. Huc mei uidentis causa uenerit & duo alij proceres, qui eadem in ualle dominia sua obtinebant, alter per quatuor leucas in descensu, alter uero per duas in ascensu eiusdem uallis, obtulere torques quosdam aureos modici tamen ualoris, & momenti, & octo seruos, ibi sumus spacio quinque dierum. Illis contentis relictis peruenimus ad residentiam unius ex Dominis superius nominatis per duas leucas in ascensu uallis Yztalmastitan, eius dominium & colonia continuabatur assiduis conuiciis, & adherentibus domibus & ædificijs per quatuor leucas in ripa cuiusdam fluminis, quod ea ualle præterlabitur. In proximo colle residet Dominus in optima & tuta arce, cui similem non esset inuenire in media parte Hispaniarum. Arx est muris ualidis circumdata antemuralibus, & fossis profundissimis, et in collis uertice est colonia habitacionum ad quinque mille, domus apte constructæ, aliquantulum ibi homines ditiores, quam inferius celebantur, hic bene sumus, & ipse loci dominus se domini Monte Zuma uasallum professus est, hic dies tres consumpsi, partim ut milites reficerem à laboribus, quos in transeunda inhabitata suprascripta prouincia perpessi fuerant, partim ut expectare quatuor ex incolis e Cinpual, qui mecum proficiscebantur, & eos nuncios iam miserã ex Catamian ad eam magnã regionem, quã Tascaltcal appellant, quã non multũ abesse affirmabant, quod etiam postea apparuit, & significarunt mihi, quod incolæ dictæ regionis erant maxima ex parte iuncti amicitia, & acerriimi hostes domino Monte Zuma, & omnis illa regio erat contermina regioni domini Monte Zuma, & assidue duæ illæ prouinciæ bella inter se nutrabant & putabant, quod ipsi maxime lætarentur meo aduentu, & omnem possibilem fauorem mihi esse præstituros, si dominus Monte Zuma aliquid uellet contra me aut machinari, aut obstarè. Illis tamen diebus, quibus fuimus in prælibata ualle qui fuerunt octo, nunquam dicti nuncij rediere, quesitui tunc ab illis primatibus e Cinpual, qui aderant, cur dicti nuncij non redissent. Illi responderunt, quod forte regio multũ ab erat, & tam breui tempore reuerti nõ poterant. Ipse prospiciens illorum aduentum differri, & incolas e Cinpual mihi omnimodam & tutam dictæ prouinciæ amicitia proponere, illuc profectus discessi, & in ipsius uallis egressus, murus secus lapidibus fabricatus existeret, in altitudinem hominis cum dimidio, qui incipiebat ab uno montiũ & ad aliũ protendebatur, & erat latitudinis uiginti pedũ, in cuius muri summitate gradum constituerant ad pedẽ cum dimidio, in quo dimicantes & lapides eijcientes consistere possent, & illius ingressus non erat amplior decem passuum spacio, & hoc ingressus murus duplicabatur ad formam antemuralis, & ingressus non rectus, sed in obliquum ductus, à quibus sciscitatus sum, in quẽ usum murus ille sibi foret constitutus, reuelare ea de causa fabricatum, quoniam in confinitibus illius prouinciæ Tascaltcal constituti erant, quæ Domino Monte Zuma aduersabatur, & illi hostes esse consueuerant, & incolæ eiusdem uallis assidue illis bellum infererent, & me hortati sunt, postquam ad uidendũ Monte Zuma coram



dominum proficiscebam, nullo pacto inimicorum suorum regionem attingerem, quoniam pessimi existebant, & forte aliquid mali, & incommodi mihi, & meis inferre possent, & illi me semper per regionem domini Monte Zuma deducendum curarent, & in ea semper optime reciperer, & commoda hospitarentur. Illi uero e Cinpual, quod nullo pacto eorum consilijs parem admonuere, sed per regionem Tascaltecal prosequi deberem, quoniam quicquid illi mihi suggesserant, eo animo facitabant, ut ab illius provincie amicitia segregarer, omnesq; illi e Monte Zuma erant iniqui, & proditores, & si eorum uerbis fidem adhiberem, eo me deducerent, unde postea exire non possem. Et quoniam ego plus fidei adhibebam hominibus e Cinpual, quam e Monte Zuma, eorum consilio adhasi secutus inceptum iter per territorium Tascaltecal. Commilitones meos maiori cura & industria, quibus fieri potuit conducebam. Et forte fortuna septem comitatus equitibus antecedebam quasi media leuce spatio, illud animo uolens quod mihi postea occurrit, ut regionem perlustrarem, quod si quid eueniret mihi tempus ad colligendos, & ad pugnam ordinandos milites suppeditaretur. Postquam fueram per leucas quatuor progressus, in cuiusdam parui collis ascensu duo ex meis equitibus conspexere Indos aliquos uenientes pinnas capitibus suis gerentes (quibus maxime in bello ad ornatum utuntur) ensibus & breuibus parmis sulcitis, qui quamprimum equites uiderunt, dederunt terga fugae, tunc temporis ad eos adtolauit, eosq; reuocandos commisi, & quod minime timerent significauit, eo pacto ad eos profecti fuimus, erant numero quindecim, qui se ilico conspauere, ut nobiscum certarent, & uociferare coeperunt inuuentes, quod illi qui in ualle quadam latebant eisdem subiunxerunt, & adeo nobiscum uiriliter decertauere, quod duos equos perimerunt & tres uulnerarunt, & duos equites. Isto interim prodire ad quinque millia hominum, & hoc instanti aduenerant octo ex meis equitibus, praelium iniuimus, & aliquando eos retrocedere coegimus, donec aduenerant Hispani, quibus nunciatum miseram equitem ex meis ut properarent, & in eo certamine aliquod damni illis intulimus, quoniam ipsorum interfecimus ad sexaginta sine aliqua nostri iactura aut incommodo, quamuis uiriliter & audaciter pugnarent, tamen cum essemus equites, poteramus in eos irruere, & tuto retrocedere, auditu nostrorum aduentu abiere, erant enim pauci numero. Post eorum discessum uenerunt ad nos nuncij, qui se missos a Dominis illarum prouinciarum assererant, & cum illis duo ex nuncijs, quos iam commemorauimus ad prouinciam Tascaltecal destinasse, asseruerant, quod Domini prouinciarum eorum quae successerant, erant penitus insontes: quoniam erant communitates, & illud sine illorum consilio perpetrauerant, & maxime contristabantur, offerentes se ad equos occisos persoluendum, & mei amicitiam admodum cupiebant, & ad eos absq; metu fraudis proficiscebam, quonia letum & grato animo me susceperunt. Respondi, quod illis gratias maximas agebam, uolebamq; eorum morem gerere uoluntati: ea nocte mihi & socijs necesse fuit in campis degere per leuca spatium, ubi ea euenierant apud torrentem quandam, tum quonia tarda erat hora, tum quoniam milites itinere labore premebantur, ibi dispositis uigilibus & excubijs tam equitum quam peditum, donec illuc eceret constitimus, & inde agmine composito (ante & retro, qui agmen tutarentur lococatis militibus, & praeventibus praecursoribus) discessi, & orto iam sole cum ad paruum oppidulum peruenissem, alij supradicti duo nuncij ex Tascaltecal mihi flentes obuij facti sunt, & indicarunt gentes illas ut eos interimerent, illis uincula iniectis, & ea nocte furtim aut uergerat, non per binos lapidis iactus apparuit multitudo Indorum optime armatorum, & elato clamore praleari nobiscum coepere, sagittas & iacula in nos proiciendo: ego adhibitis interpretibus quos mecum adducebam, assistente notario eos morem coepi, me secum pacem desiderare: quanto plus monebam, tanto plus armata manu contra nos instabant: & uiso quod monitiones non proderant, coepimus nos defendere,

&

Monte Zuma, quod ilico, ut fe-  
 od si fe in ue-  
 & honoris  
 suscipere, pe-  
 transmitten,  
 eo se mihi da-  
 misset, & si  
 icquid possi,  
 & ne ab ince-  
 rit omnia dis-  
 Zuma prope  
 & commode  
 tenere & duo  
 per quatuor  
 obtulere tor-  
 no seruis, ibi  
 as ad residenti  
 ascensu uallis  
 duis coniuu,  
 in ripa cuius  
 esidet Domi-  
 dia parte His-  
 pios profun-  
 ates mille, do-  
 inferius cer-  
 nte Zuma ua-  
 eferem a la-  
 B  
 perpesti fue-  
 cu proficisce  
 regione, qua  
 etiam postea  
 t maxima se-  
 & omnis illa  
 duae illae pro-  
 e latarentur  
 ros, si domi-  
 obfite. Illis  
 o, nunquam  
 qui aderant,  
 io multu aby-  
 illorum ad-  
 am dicte pro-  
 uallis egres-  
 ominis eu di-  
 & erat latitu-  
 rant ad pede  
 e possent, &  
 ingressu mu-  
 us, sed in ob-  
 ibi foret con-  
 us illius pro-  
 na aduersaba-  
 due illis bel-  
 Zuma eoru  
 domi,

& eosdem offendere, quantum vires suggerebant; & sic certo, nos deuenimus intra forte centum millia armatorum bellatorum, qui nos usque circum dederant. Certauimus acriter ea die usque ad horam ante solis occasum, quia eo tunc hostes se recepere, & sex bombardis, sex pxi idibus, quadraginta ballistis, tredecim equitibus, qui supererant, & supranominatis peditibus multum hostibus damni, & terroris iniecti absque eorum iactura, & detrimento præter laborem pugnandi, sitim, & famem. Et uere apparet, ea die Deum Optimum Maximum pro nobis contra hostes nostros pugnasse: cum in tanta hominum multitudine tam ardenti animo, & dexteritate ad bellum concitata, & tot generibus armorum fulcita illæsi permanferimus, & liberi. Ea nocte castra posui ad quandam paruam turrim in proximi collis uertice constitutam, quæ dijs suis erat dicata. Die illucescente (quoniam ipse eis bellum ferebam) tormenta cum ducentis uiris in castris reliqui, & tredecim equitibus, & Hispanis centum unâ cum quadragintis Indis, quos è prouincia Cinspual eduxeram, ad eorum damna profectus sum. Antequam hostes sui colligendi copiam haberent, sex pagos igne consumpsi usque ad centum habitatio nes pro quolibet continentes, & captis forte trecentis utriusque sexus personis meos sospites in castra reduxi, quamuis usque ad ea nobiscum certo insecti fuerint. Postero autem die summo mane forte centum, & quinquaginta millia hominum castra nostra adorti sunt, & tanta erat hostium multitudo, ut illis loca omnia operirentur, & tam audacter & strenue adoriebantur castra, ut illorum aliqui eadem ingressi fuerint, & in eis cum Hispanis cõgre diebantur. In eos irruimus, & ita Deo Optimo Maximo opem ferente effectus sum, & quatuor horarum spatio castra nostra ita munita reddidimus, ut nobis in eis consistentibus nullo pacto damnum inferre possent, quamuis sapius in nos irruerint, & sic nos pugnantes in noctem fere detinere, qua appropinquante retrocessere. Secundo die postquam ad turrim castrametatus fueram, ante lucem magno omnium silentio, adeo quod nullus hostium resciret cum equitibus, centum peditibus, & Indis amicis meis castris egressus sum, & discurrens ad decem colonias igne consumpsi, quarum una ascendebat ad ter mille domos, & cum habitatoribus illius colonie tunc nobis pugnandum fuit, quoniam præter eos nullus nobis erat molestus, & cum reliqui abessent: & quia Sanctæ Crucis insignia præcedebant, & pro catholica fide, & pro Celsitudinis uestre regali seruitio pugnauius, omnipotens tot uires feliciter subministravit, quod absque nostro incommodo ex eis multos nec dedimus, & ante meridiem maxima hostium multitudine uicque affluente adepta iam uictoria in castra nos receperamus. Tertia autem luce legati ab eisdem prouinciarum dominis ad nos conuenere, afferentes uelle Maiestati uestre subijci, & mihi esse amici, rogantes insuper, ut illorum commissis erroribus indulgerem, cibariaque & alia ex plumis, quibus illi utuntur, & penis fabrefacta, quæ apud eos maximi æstimantur, nobis attulere, illis responsum benignum reddidi, commemorans eos minus belle fecisse, tamen eos in amicos suscipiebam, indulgebamque omnibus, quæ contra me perpetrauerant. Quarto die in castra nostra introiure quinquaginta Indi, & prout elicere potui inter incolas omnes maxime autoritatis, qui afferendorum cibariorum gratia aduentasse simulabant, circumspiciebantque curiose nostrorum castrorum ingressum, egressumque & casulas quasdam quibus inhabitabamus. Illi uero è Cempual me secreto monuerunt, ut animaduertem, quoniam illi erant animo iniquo, & nulla alia de causa in castra nostra perueniant, nisi exploratum, quibus modis nobis maxime obesse possent, & pro comperto haberem eos nulla de alia causa eo aduentasse. Ego unum ex ipsis secreto capiendum curavi, & adeo secreto, quod nullus sociorum presens, & adhibitis interpretibus illi timorem iniecti, ut de his quæ ab eodem peterem uera referret, qui mihi falsus est, quod Sintegal prouincie illius supremus dux, et præfectus maximis hominum copijs post collem contra castra nostra latebat, ut fu-



**A** ut futura nocte nos incautos adoriretur, assererat enim quod iam tribus diebus nobiscum periculum certando fecerat, nil tamen proficere poterat, & admodum optabat nobiscum noctu congregari, ne equites nostri tormenta & enses commilitonibus suis terrorem inferrent, & ipsos castra nostra exploratum desinuerat, & loca per quae ad nos facilis esset ingressus, & quo pacto eas casulas comburere possent. Et illico alium capiendum curavi ex eisdem quinquaginta, & eadem quae à primo audieram secundus quoque narrauit & eisdem verbis, & postquam illi duo erant conformes, alios quinque & postremo reliquos omnes quinquaginta capiendos commisi, & eisdem manus amputandas curavi, eosque ut Domino suo significarent, dimisi, quod die noctisque & quando cuncti ad nos proficisceretur, experiretur quales essemus futuri. Tutiora castra nostra reddidimus, & milites in locis necessarijs collocaui, & hac sententia fuimus, donec nox superueniret, qua secuta hostes iam binis vallibus, ad quas se secreto peruenturos putabāt, ut nos circumdarent, & propius accederent, ut illud quod animo proposuerant, executioni mandarent, collem descendere coeperunt. Cū iam ad omnia accinctus & paratus existerem, mihi usum est, si eos castris nostris appropinquare permitterem, aliquid incommodi nobis facillime evenire posset, quoniam nocte non cernentes milites, qui mecum essent, deposito timore in nos irruerent, & etiam, quia non nostri milites Hispani plus timoris haberent eos nos videndo, et praeterea timui, ne modo aliquo casulis nostris igne inficerent, quod si evenisset, tanto incommodo nobis fuisset, quod nullus nostrum euadere ualuisset, constitui equitibus ut eos detererent, turbaremque, in hostes impetum facere, quod ex sententia successit. Nam quam primum nos contra eos equitibus line timore aut clamore audacter irruentes audiuerunt, deposito armis per montes sese deiecerunt, & tanta multitudo se deficientium fuit, ut illis plena essent omnia circumvicina loca, dimiserunt etiam cibaria, quae secum attulerant, quibus uti uolebant, nisi nocte ea nos non debellasset, aut penitus eradicaissent, & eo pacto tuti remansimus. His confectis aliquot diebus castris nos continuimus, & ea egressi non sumus nisi circum circa, ut quorundam Indorum ingressum tueremur, qui nobis praelia leuia maximis clamoribus inferebant, & aliquam diu fuimus in castris non sine merore. Postea uero una noctum acceptis centum peditibus, & equestribus omnibus, & Indis mihi amicis post custodiam primae uigiliae castris exiui, & postquam aberam per spacium unius leuae à nostris castris, quinque equites cum equabus, quibus infidebant, corruiere, quae nullo pacto ulterius progredi potuerunt, & eos in castra remissi cohortantibus socijs, ut ipse cum eisdem reuerti deberem, quia illud malo omni aferrebebant, ego uero animo uoluens deum praesente naturae, iter inceptum profectus sum, & antequam illucefere, inuasi duas colonias, in quibus multos interemi, eas tamen igne concremari non sum passus, ne uiso incendio me adesse reliquae coloniae, quae proximae erant praesagirent. Et postquam dies aduenerat aliam coloniam adortus sum adeo latam, quod ut ex inuestigatione postea per me diligentem facta cognitum est, in ea erant uiginti millia domorum, illi incauti & ad talia imparati, inermes exhibant domibus, & foeminae pueris mixtae nudae passim per uicos cernebantur, quibus damnum inferre ceperam, uidentes quod nullo pacto obistere poterāt, aliqui ex primatiibus dictae coloniae ad me supplices uenere, rogantes ut ulterius eisdem damna inferri non paterer, quia uolebant Maiestati uestrae subijci, & esse mei amici, & quod optime considerabant eos sui damni fuisse autores, quoniam uerbis meis fidem non adhibuissent. Sed posthac optime cognoscerem, eos praecipit meis obtemperatum iri, & essent fideles, & uere Maiestatis uestrae subditi, & depositis armis ad quatuor millia hominum mihi praestio futere, & optima ad quendam fontem cibaria nobis attulere, & sic eis pacificis relictis in castris sum reuersus. In castris existentes maximo timore perculsos offendi, suspicantes aliquid mali nobis euenisse, propter dictorum equitum lapsum, qui in

castra cum equabus suis redierant, qui audita uictoria, quam Dei clementia nobis concesserat, & quod nostrae amicitiae fuerant coniunctae coloniae, maximo gaudio repleti sunt. Et sciat Maiestas uestra, quod nullus nostrum erat, qui non maxime sibi timeret, cum tantum in eorum prouinciam penetrasse nos uideremus, & in tanta & tali hominum multitudine, & sine aliqua spe sub sidij, & adeo ut proprijs auribus audierim, & dicebant in suis colloquijs, & publice Petrus Carbonero, quod ego eos illuc deduxeram, unde nunquam exirent, & plus dum colloquerentur milites in casula quadam, nec me cerne rent, auti sunt dicere, quod si parum prudens existerem, & eos unde exire non possent, collocare uellem, illuc sublequi non deberent, sed ad naues reuerti, & si se cum ire uellem, possem, sin minus, me sibi defererent, & plures, ut huic illorum opinioni acquiescerem insitire. Ego eos iubebam bono esse animo, & quod recordarentur se uestrae Maiestatis subditos, & quod nunquam Hispani alibi animis defecerant, & eramus in ea felicitate, ut acquirere possemus Ma iora regna & imperia, quam in uniuerso terrarum orbe coperiantur, & quod tales nos prestare oporteret, quales decet optimos, & Christicolos con tra infideles pugnantem, & quod in alio seculo summam felicitatem acquireremus, & in hoc maiori potuimus honore et gloria, quam aliqua unquam na tio fuerit hactenus consecuta, considerarentque Deum Opt. Max. cui nil im possibile nobis adesse, quod luce clarius considerare poterant ex uictorijs, quas eius auxilio obtinuerant, quibus tot hostium perire, & ex nostris nul lus penitus. Dixi praeterea multa in hanc sententiam, & certe regali Maiesta tis uestrae fauore animis maxime respicere ceperunt, eosdem in meam sen tentiam traxi, mihiq; obediens reddidi, & ad finem inceptis nostris impo nendum paratos disposui. Postera uero die hora decima ad me profectus Sicu tengal totius illius prouinciae dux, & praefectus, cum quinquaginta ex prima ribus eorum & Magiscacin, quae primaria dignitas est totius illius prouin cia, & aliorum plurimorum principum & dominorum in ea nomine deprecati sunt ut eos in cellitudinis uestrae regale seruitium reciperem, et meam amicitiam, suisq; praeteritis erroribus parcerem, quoniam illi nullam nostri notitiam, aut consuetudinem prius habuerant, nec qui essemus cognouerant, modis ta men omnibus tam die quam noctu periculum fecerant, ne alicui subicerentur, nullo enim unquam tempore dicta prouincia alicui inseruierat, nec alium ex ternum habuerat, aut habebat in dominum, sed ab hominum memoria sem per liberi uixerant, & semper se defenderant ab illo potenti domino Mute ezuma & illius patre & auro, & quamuis illa prouincia tota esset illi subiecta eosdem tamen subiectos nunquam facere poterat, quamuis undique circum darentur, & nullum a patria exitum obtinerent, & nullum salis usum habe bant, quia in sua prouincia non conficiebatur, nec permittebant extra prouin ciam eos emptum proficisci, nec utebantur uestibus bombicinjs, eo namque loci non nascitur ob intensa frigora & alijs plurimis rebus ad usum humanum necessarijs carebant, quia undique claudebantur, quae omnia placide & ex ani mo patiebantur, ne alicui subicerentur, & idem mecum agere omnibus uiribus fuerant experti, & aperte uidebant, quod omnia quae experti erant, nec illorum uires eisdem prodesse poterant, & malebant uestrae Maiestati subijci, quia crudeliter trucidari, & domos suas destrui, uastariq; & coniuges liberosq; ab duci. Ego respondi, quod ipsi cognoscere poterant, ipsosmet eorum damnis fomenta praestitisse, & ad eorum prouinciam ueluti amicam, propitiam & fa uorabilem uenire cogitabam. Quemadmodum illi e Cempoal multoties re tulere eos esse, & esse desiderare, & propterea praemiserau nuncios meos, ut eos de meo aduentu certos facerent, & amicum meum animam in eos demon strarent, quemadmodum ex illis e Cempoal gratum esse perceperam, me si ne aliqua responsione, & sine metu procedentem fuissent aggressi, & duos ex equis interemissent, & alios uulnerassent, & postquam mecum pugna uerant legatos suos ad me destinauerant, gesta illa omnia illis inscius non sui uolun.



uoluntate, aut consilio processisse asseuerantes, & quod communitates quædam illis inconsultis motæ fuerant, & illi eas iam redarguerant, & meam amicitiam desiderabāt, & ipse credideram ea ex uero animo profecta, responderam per eos proposita mihi cordi esse, & libere sequenti die tanquam ad amicos hospitatum ueni apud eosdem, & qualiter tota sequenti die me in itinere quoq; oppugnauerant, donec nox superuenisset, aliq; omnia per eosdem contra me gesta & perpetrata, recensebam. Quæ ne Ma. uestra sacras aures obtundam, prætermitto, & conclusiue, illi remansere subditi Maieſt. ueſtræ, & se & bona eorū eidē Maieſt. ueſtræ obtulere: & tales hæcenus inueni, & in futurum me inuenturum spero, prout in progressu latius Maieſt. ueſtræ patebit. Ea turri & castris eisdem me continui diebus sex, cum adhuc illis non considerem, nec recedere uolui, quamuis pluries ipsi exitis præcibus efflagitassent, ut accederem ad quandam magnam ciuitatem ubi uniuersū illius provincie proceres & domini residebant, donec omnes illi domini ad castra me rogatum uenerint, ut ciuitatem ingrederer, & melius necessaria in ciuitate, quam in castris suppeditarent. Et moleste ferre dicebant postquam eorum eram amicus, tam malum fuisset sortitus hospitem. Ideo eorum precibus uictus, ciuitatem sum ingressus, quæ leucis sex aberat à dictis castris, & turri, quibus confederā. quæ ciuitas est adeo ampla, & admirabilis, quod quamuis plurima, quæ recensere possem prætermittam, tamen illud adhuc incredibile uidetur, quoniam eam arbitror esse ambitu latiore[m] Granatæ, si ciuitate munitionemq; & tam conspicuis, & forte opulētoribus ædificiis, & maiori populo, quam erat Granata, eo tēpore, quo à nostris è Maurorum faucibus erepta est, & multo abundantior rebus patriis, ut pane, uibus, piscibus, tã ex fluminibus quam lacubus, & his quæ in uenationibus capiuntur, rebusq; alijs, quibus pro ipsorum uictu fruuntur optimis. Hac in ciuitate est forum, in quo quotidie cernuntur ultra triginta millia hominum euentium, & uendentium, ultra alia plurima parua fora, quæ in ciuitate reperiuntur. Hoc in foro habentur omnia indumentorum genera uenalia, quibus illi uiri confueuerunt, sunt ibi loca disposita ad uendendum aurum, argentum, lapillos, aliq; genera emblematum, & plumarum tam bene comptarum, ut in nullis foris aut plateis uniuersi terrarum orbis ornatiores cōperiri possent, sunt ibi uenationes adeo aptæ, ut nullis optimis ex Hispanijs cedere debeant, uenduntur holera & herbæ medicinales, ligna carbonesq; in bona quantitate, habentur balnea, & deniq; inter eos uiget aspectus cuiuslibet boni ordinis & regulæ, & est natio multæ rationis, & talis, quod melior sibi in Africa non esset comparanda. Ista provincia habet ualles, planicies, ornatas, laboratas & seminatas, adeo quod nil à cultura uacat, & ut colligere potui gēs ista sequitur Venetorum, lanuentium, Pisanorumq; regimen. Quoniam nullum habent dominum, plurimi sunt domini, omnes in eadem ciuitate moram trahentes. Incolæ patriæ sunt coloni, & istis dominis subiacent, & quilibet proprias habet ciuitates, sed unus plus alio & pro negocijs emergentibus, & bellis in unum conueniunt omnes, & suis rebus consulunt & consultiunt. Arbitramur eosdem ordinem aliquem in administranda iusticia, & ut mali castigentur obtinere, quoniam quidam ex suis incolis, uni ex nostris subtraxerat aliquid auri, illud nunciaui eorum Magificacini, qui est maior in ter eos, illum diligentiam omnem adhibuerunt, & eundem insequendum curarunt, usque ad quandam ciuitatem quæ adiacet provincie illi Churultecal nominatam, illumq; reduxere, & ad manus meas redigere una cum auro, & dixerunt, ut illum punire[m], ego gratias egi, quod eam adhibuissent diligentiam, & respondi, quod postquam illi erant in sua provincia illum corripere secundum eorum morem, nollebamq; me ingerere ad puniendos suos existens in sua provincia, illum recipere, & præcone præuio, qui delictum eius alta uoce recensebat, præſatum magnum forum cogebatur circumire, & eo pacto illum sistere iussere ad mole[m] quandam ad instar theatri, quæ sita

bat in medio dicti fori. Præco uero dictam molem ascendens, reiterato illius delictum, & crimen alta uoce recēsebat, & illius caput ligno in modum maliei in summitate rotunde fabricato, percussere, donec animam on nibus uidentibus redderet. Vidimus præterea plurimos carcere tentos, quos aiebant ob furta, & alia per eos commissa crimina detineri. In hac prouincia secundum computationem, quam diligenter fieri curauit, sunt centum & quinque ginta millia domorum, una cum alia parua prouincia eidem adhaerenti Gualincango nuncupata, qui eisdem legibus & consuetudine uiuunt, sine domino. Qui & non minus subditi sunt regali Maieſtatis ueſtræ coronæ, quàm illi prouincia Tascaltecal.

Nunciij  
Muteezuma  
ma ad  
orarium

Cum eſſem ſereniſſime & potentiſſime domine in caſtris bella gerens cum incolis iſtius patriæ è Tascaltecal, quatuor ex potentiſſimis ſubditis Domini Muteezuma ad me profeſſi ſunt cum ducentis eis familiaribus, & dixerūt ea de cauſa aduentale ut mihi nunciarent, qualiſter eorum dominus Maieſtati ueſtræ ſubijci deſiderabat, & mecum inire amicitiā, & quid ſibi conſtituere pro annuo cenſu Maieſtati ueſtræ perſoluendo deſiderabam, tam in auro, argento, ueſtimentis ſericis, & bombicinis, quàm alijs rebus, quibus prouincia abundaret, quæ omnia impartiretur, dummodo eius prouinciā non ingrederet, & illud tantummodo deſiderabat, quoniam ſua prouincia erat ſterilis, & comœatibus non affluebat, & moleſte ferret, ſi ali quid incommodi aut penuriz ſuſtinerem una cum commilitonibus meis. Et eisdem ad me dedit ad mille pondera auri & totidem ueſtes ex bombice quibus illi maxime uti ſolent. Hi mecum degere pro maiori parte illius belli, & perbelle uidere potuerunt, quātum Hiſpani ualeant, & interſuere, dum pacem & fœdus cum illis dominis Tascaltecal inuimus, & ad quæ domini & uniuerſi incolæ ſeſe obtulerant ueſtræ Maieſt. ſeruitia. Et, prout uidebatur, eis huiusmodi maxime diſplicebant, quia uarijs modis me ſecum abducere tentarunt, afferentes promiſſa & oblationes, quas illi domini & incolæ fecerant, non fore ex animo, nec ſincere amicitiā contraxiſſe, & illud, ut liberè iſtis conſiderem, oſtendebant ut poſtea tuto mihi incauto in ſidiarentur. Incolæ uero Tascaltecal pluries me admonuerant, ne ſubditis domini Muteezuma aliquo pacto conſiderem, quoniam erant uere proditores & omnia fraudulenter agebant, & dominus illorum fraudibus uniuerſam illam prouinciā ditioni ſuz ſubegerat, & me admonere uoluerant, ſicut facere tenentur ueri amici, & qui diu cognouerunt Muteezuma. Viſa diſſenſione, & ſimulatibus ambarum partium inde nō parum uoluptatis ſum conſecutus, quoniam multum ad rem meam ea pertinere cognoſcebam, & facile habere aditum ad illos ſubigendos, iuxta id commune adagium: Ex monte procedit, quod montem comburit. Eriam mente reuoluebam illud ſacri Euangelici uerbi dictum: Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, modo tamen hos, modo illos ſecreto alloquebar, & gratias unicuique agebam de illorum optimo, animo, conſilio, & admonitione, & plus me amare præſentes, & quos alloquebar proſtrebar, quàm alios qui aberant & de quibus male dicebant. Fuimus in hac celebri ciuitate dies uiginti, & nunciij Muteezuma, quos apud me fuiſſe ſuperius retuli, me hortati ſunt, quod proſfici deherem ad ciuitatem Churultecal, quæ aberat per leucas ſex, & ciues & incolæ illius erant maxima amicitiā coniuncti domino eorum Muteezuma, & ibi ipſius animum facileſ comprehendere poſſem, utrum deſideraret, proſſiceret ad ſuam prouinciā, & quod aliquis ipſorum ex ea ciuitate poſſet ire allocutum eorum dominum, ſignificatum ea, quæ ego inuinxiſſem, & re uerti cum reſponſo, & compertum habebant alios nuncios me in ea præſtorati, ut colloqueremur. Eis reſponſum dedi, mihi placere illuc proſfici, & quadam die, quam eisdem indixi recederemus. Poſtquam uero domini è Tascaltecal reſciuerunt ea, quæ cum prædictis nuncijs egeram, & conſtitueram diſcedere ad illam ciuitatem, me moleſtitia pleni conuenere rogantes, nullo pacto illuc

Parania



iterato illius  
modum mal-  
onibus ui-  
quos aiebant  
nincia secun-  
n & quingua  
herenti Gna  
unt, sine do-  
ronas, quam

bella gerena  
bus subditis  
militaribus, &  
um dominus  
& quid sibi  
lesiderabam,  
alijs rebus,  
um eius pro-  
uoniam sua  
e ferret, & ali-  
nibus meis  
ex bombice  
re illius bel-  
ferre, dum  
quæ domini  
out uideba-  
e secum ab  
domini & in  
axisse, & il-  
n incauto in  
e subditis do-  
e proditores  
s uniuersam  
rant, sicut fa-

Visa dissen-  
atis sum con-  
bam, & facil-  
dagium: Ex-  
bam illud fa-  
labitur, mo-  
agebam de  
nare præsen-  
e quibus ma-  
ij Muteezu  
proficisci de-  
uius & inco-  
teezuma, & i-  
eraret, profi-  
uitate possit  
xissim, & re-  
in ea præsto-  
proficisci, &  
domini e Ta-  
stitueram di-  
tes, nullo pa-  
do illuc

do illuc proficisci deberem, quoniam iam mihi insidias præparauerant, ut  
me unâ cum commilitonibus neci darer, & ad hoc negotium ipse Muteezu  
ma, exprovincia dictæ ciuitati contermina; destinauerat ad quinquaginta  
milla hominum, & conlisterant per duas leucas à præfata ciuitate, & ipsi  
obsidebant iter consuetum quâ proficisci deberem & nouum construxerât,  
altis fossis referum, in quibus præcuratê fides fixæ solo contegebantur, ut  
equi in eas præcipitarentur, & eo modo confoderentur, & ex industria mul-  
tos uicos obstruxerant, & in supremis & subdialibus domorum pauimen-  
tis lapides undiq; congefferant, ut nos ciuitatem ingressos capere possent,  
& deinde de nobis ad libitum disponere. Et ad detegendam ueritatem eo u-  
terer argumento, quod nunquam domini illius ciuitatis me uisum aut allo-  
cutum uenerant, cum iam diu uenissent illi de Guafancigo, qui plus aberant  
quàm ipsi: & mitterem eos euocatum, & uiderem an uenissent. Illis gratias  
ingentes egi, & ab eis petij mihi aliquos concederent, qui eisdem meo no-  
mine rogatos haberent, ut ad me proficiscerentur, habebam enim quædam,  
quæ cum illis communicare desiderabam, commodum Maiestatis uestræ con-  
cernentis, eisdem nuncijs causam meâ aduentus explanauit, ut eam illis enar-  
rarent. Qui nunciij eò sunt profecisti, & mandata mea exposuere dominis illi-  
us ciuitatis, & secum aduenerunt tres persone, haur magne existimationis,  
& retulere, nomine dominorum illius ciuitatis aduentasse, et eos nō potuiss-  
se ad me proficisci asserebant, quâ aduersa detinebatur ualitudine illisq; in-  
tentionem meam ad illos perferendam exponerem. Illi autem ex Tascate-  
cal mihi significarunt, eos esse inter ciues nullius autoritatis, & prædicti ci-  
ues me irritare uidebantur, & eis fidem non adhiberem, nisi domini ciuita-  
tis ad me personaliter proficiscerentur. Eisdem nuncios audiui & respondi,  
quod tam alti & potētis principis (qualis est Maiestas uestra) legatio humili-  
bus personis exponi non debebat, & nedum ipsi nunciij, sed & ipsorū domi-  
ni uix erāt tāte dignitatis, quibus dicta legatio à me explicari deberet, & pro-  
pterea iubebam; quod triū dierū spacio coram me cōparent uestræ Maie-  
stati obedientiam præstaturi, & in subditos se subiecturi, præuia protestatio-  
ne, quod si eis assignato termino non comparerēt, castra mea in eos mouerēt,  
tanquam contra Maiestatis uestræ rebelles, & subijci recusantes ditioni Ma-  
iestatis uestræ, & ad hanc causam nisi mandatum manu propria, & notarij  
subscriptum, cum lata commissione uestræ Maiestatis, in eodem causam meâ  
aduentus commemorando, & quod istæ provinciæ, & multæ aliæ erant ue-  
stræ Maiestati subiectæ, & illi qui libenti animo uellent subijci uestræ Maie-  
stati, bene à me haberētur, & eos maximis eram profecturus honoribus &  
fauore & econtra rebelles. Sequenti uero die uenerunt ad me fere omnes  
domini dictæ ciuitatis se excusantes, quod prius non uenerant, hoc euenisse  
inde affirmabant, quia illi ex provincia in qua morabar, erant eorum hostes,  
& non ausi fuerant eò accedere, quia se fore tutos nō arbitrabantur, & quod  
aliquid mihi detulissent contra eos, animo arbitrabantur, sed illis fidem ad-  
hibere non deberem, tanquam ab hostibus eorum nominis prolata, & quod  
non ita erat, & si secum ad eorum ciuitatē accederem, sibi cognoscerem pro-  
lata per eorum hostes esse falsa & uera esse quæ ipsi proponebant. Et exinde  
Maiestati uestræ se subijciebant & permāsuri erant, & quod parent & om-  
nia quæ Maiestatis Uestræ nomine imposuissim, parati erant contribuere,  
& omnia hæc notarius, interpretibus adhibitis, scriptis demandauit, & tunc  
cum eisdem proficisci constitui, partim ne animo defecisse uiderer, partim  
quoniam sibi sperabam posse omnia felicius quæ mihi incumbebant, compo-  
nere cum Muteezuma; quoniam illa ciuitas est contermina illi provincie  
(ut relatum est) subiecti enim Muteezuma illic tuto proficiscerentur, & e-  
contra cum in eorum itinere nullum obisset impedimentum, qua re cognita  
domini e Tascatecal maxime indoluere, & multoties me multum errare as-  
firmarunt, & postquam iam se Maiestati Uestræ dederant, & meam am-

citiam insuerant mecum ire uolebant, & omnibus in rebus quæ euentissent  
 opem ferre, & non obstante quod multum reluctatus fuero, & precibus ab  
 eis contenderim ne uenirent, quoniam necessitas non impeditabat, tamen ad  
 centum milia hominum ad pugnam aptorum me subsecuta sunt & me comita  
 ta sunt per leucas duas à ciuitate, & ab eo loco maximo rogatu meo, præter  
 sex milia hominum omnes recessere & ea nocte castra posui ad quædam flu  
 uium, qui duabus leucis aberat ab ipsa ciuitate, partim ut expedirem dictos  
 homines & Tascaltecal qui mecum uenerant, ne aliquid scandali tanta multi  
 tudo ciuitati inferret, partim quia nox appropinquabat, & ea hora nolebam  
 ciuitatē ingredi. Postero die omnes ciues mihi obuiam uenere, tubis & tim  
 panis ut me exciperent cum multis alijs personis, quæ apud eos religiose ha  
 bentur, uestibus suis solitis indutis canendo & psallendo, ut facere solent in  
 suis Meschitis, quas pro ecclesijs tenent, & ea solennitate usq; ad ingressum  
 ciuitatis nos perduxere, & in optima domo collocarunt, in qua ego cum u  
 niuersis meis locijs fui commode hospitatus, & ad uota nobis cibaria attu  
 lere, leuia tamen. Et dum iter faceremus ad ciuitatem, multa eorum signo  
 rum quæ nobis aperuerant in colæ ex Tascaltecal, offendimus, quoniam  
 iter obstructum inuenimus, & aliud nouiter fabricatum & serobes altas ali  
 quas in quas homines decidebant, & uias aliquas in ciuitate obstructas, & Ja  
 pides congestos in pauimentis subdialibus, & ista nos uegetiores & uigilan  
 tiores reddidere. Ibi inueni nuncios aliquos à Muteezuma missos, ut nun  
 cios illius qui apud me erant alloquerentur, nil tamen ad me se in commissis  
 habere dixerunt, sed tantum uenisse, ut ab illis nuncijs intelligerent quid me  
 cum egissent aut constitissent, ut ea domino suo possent nunciare, & sic  
 me allocuti discessere. Et unus ex primatibus nuncijs Muteezuma qui me  
 cum erat, cum his profectus est. Et his tribus diebus quibus ibi moram tra  
 xi, mihi minimum alimentorum contribuerunt, & indies peius, & raro me  
 uisum, & allocutum ueniebant Domini & primates ciuitatis. Et dum ex  
 hoc aliquid timoris haberemus, interpreti meo quotidiano (quæ est femi  
 na ex illis Indis, quam accepi in Purucham, qui est fluuius Grizalæ, de  
 qua etiam in prima relatione Maiestati Vestræ transmissa mentionem feci)  
 incola quedam ex Tascaltecal aperuit, non longe maximam multitudinem  
 hominum subiectorum Muteezuma in unum conuenisse. Et quod omnes  
 habitatores ciuitates eduxerant uxores, filios, & bona cupiebant nos aggre  
 di, omnes interimere, etsi secum uellet abire illam hospitem cōseruare, quæ  
 omnia retulit illi Hieronymo Agillari, quem habui in lucatā, & de quo a  
 lias Maiestati Vestræ mentionem feci, qui postea hæc mihi exposuit, & illi  
 co incolam quandam illac prætereuntem captendum curauit, & ab illo secre  
 to in loco collocato diligenter percunctatus sum, & ea mihi aperuit quæ se  
 mina ex Churultecal interpreti meo retulerat, & propterea ex præmissis &  
 etiam præcedentibus indicijs quæ prius uideramus in itinere, constitui me  
 lius esse illos præuenire, quam præueniri, & dominos omnes illius ciuita  
 tis alloquendi gratia conuenire curauit, quos posteaquam conuenere in  
 magna quadam aula collocaui, & interim iussi milites esse in armis, & ad  
 omnia paratos, quo illico in eam multitudinem Indorum, qui habitatio  
 meæ inerant & proximiori loco irruerent. Et sic euenit, quoniam post  
 quam conuenerant domini in ea aula, eos uinctos ibidem reliqui, equum  
 ascendi, & emissio pixidis sono taliter egimus, quod duarum horarum spa  
 cio ad tria milia hominum neci dedimus. Et ultra Maiestas Vestræ cognos  
 scat, qualiter contra nos se accinxerant. Antequam exirem hospitio, omnes  
 fere uicos obstructerant, & erant ordinati: & tamen quoniam illos incautos  
 aggressi fuimus, facile fuit eos dissipare, maxime deficientibus eorum duci  
 bus, quos in aula in uincola coniectos detinebam. Ignem quibusdā turribus  
 & munitis domibus, in quibus se tuebantur inijci mandauit, & decertando  
 ciuitatem totam peragraui: in hospitio tamen optimo relicto præsidio. Et



A eo pacto quinque horarum spacio populum omnem e ciuitate migrare co-  
 egi: opem ferentibus quater mille uiris ex Tascaltecal, & quadringentis  
 e Compoal. Post meum reditum ad hospitium eos dominos ciuitatis, quos  
 in uinculis detinebam, allocutus sum; & ab illis querebam, cur me ea pro-  
 ditione interimere curassent: responderunt causam ab eis non protulisse,  
 sed ab incolis e Culua subditis domini Muteezuma, qui eos ad tale faci-  
 nus suasionibus suis impulerant, & dominus Muteezuma per leucam cum  
 dimidia collocauerat ab ea ciuitate (ut ipsi cogitare poterant) ad quinqu-  
 ginta millia armatorum, ut illud exequeretur: sed tamen eos iam cogno-  
 scere se fore deceptos, & me rogabant unum, aut duos ex illis solutos  
 dimitterem, quoniam illi pollicebantur reducere populum quem eiece-  
 ram, & foeminas, liberos, & bona quae eduxerant, & ut illis parce-  
 rem supplices rogabant, promittentes, quod in posterum annullis se de-  
 cipi permitterent, & uolebant esse ueri & fideles Maestatis Vestrae sub-  
 diti. Et postquam fui eorum errores & crimina maxime detestatus, &  
 reprehendi; duos ex eis dimisi. Sequenti uero die ciuitas adeo habita-  
 ta uidebatur, & foeminabus, & pueris referta, & pacificus populus, non  
 aliter, quam si nil euenisset: solique omnes reliquos ciuitatis dominos,  
 quoniam sunt polliciti se Maestati Vestrae perpetuo inferuiuros. Et eo  
 uiginti dierum spacio, quibus tibi moram traximus, fuit ciuitas tam pa-  
 cifica, & uidebatur non aliter, quam si nihil fuisset interemptus, aut  
 defuisset: & fora, & commercia sua habebant, & exercebant per ci-  
 uitatem, quemadmodum prius facere consueuerant, effecti que, quod  
 incolae e Churultecal & Tascaltecal foedere, & amicitia iungerentur, &  
 amici ex inimicis efficerentur, quos a paucis annis muneribus sibi con-  
 ciliauerat Muteezuma, & hostes reddiderat incolis e Tascaltecal. Ciui-  
 tas haec Churultecal sita est in loco plano, & intra moenia habet uiginti mil-  
 lia domorum, & toridem in suburbij, sunt soli domini, & habent con-  
 finia separata, nec alicui parent, nec aliquem cognoscunt in dominum  
 aut superiorem; & habent regimen simile incolis e Tascaltecal, gens ista  
 melioribus uitur ornamentis quam e Tascaltecal. Omnes post hanc cla-  
 dem sunt, & fuerunt fideles subiecti Regali Maestati Vestrae, & spero  
 eos in futurum permanuros. Ista regio est foecundissima, quoniam latam  
 habet prouintiam & confinia, & loca pro maiori parte irrigua, & ciuitas  
 haec ab extra est uisui pulcherrima quia est plena, & turribus maxime re-  
 ferta, & Maestati Vestrae uera refero, quod ex alta turri cuiusdam Me-  
 schitae prospectans, recensui ad quadringentas turritas Meschitas in di-  
 sta ciuitate. Et ex omnibus prouintijs, quas haecenus in his regionibus ui-  
 deram, haec aptior est ad Hispanorum habitationem, quia in ea habentur  
 passea, & aquae habiles ad alendas pecudes, quae alia loca, quae haecenus  
 peragrauimus, non habent, quoniam caeteris in prouintijs tanta est homi-  
 num copia, quod nulla sit prouintiarum portio, etiam minima, quae cul-  
 tura uacet, & tamen multis in locis panis defectum patiuntur, sunt eti-  
 am pauperes multi, & mendicant ad domos & templa, quemadmodum fieri  
 solet in Hispanijs, & alibi.

Allocutus sum illos nuncios Muteezuma circa proditionem, quam mihi  
 parauerant domini e Churultecal, & qualiter praedicti domini asser-  
 ebant euenisse, & primordia habuisse a persuasione Muteezuma, & quod  
 haec proditio non uidebatur mihi digna tanto uiro, qualis ipsorum domini-  
 nis erat: & hinc mittebat honoratos nuncios suos mihi ingerens amicitiam,  
 am, illinc uero querebat mihi proditoris insidias uiribus alienis, ut se a  
 erimine protegere posset, & excusare, si res ad uota non succederet, & po-  
 stequam ipse promissam fidem fegerat, nec pollicitis steterat, nec in ore il-  
 litus ueritas comperiebatur, ego quoque sententiam mutaueram, & si prius  
 ad eius prouinciam ipsius uidendi & alloquendi tantum gratia, & ut secum

amicitia & consuetudine iungerer, nunc eam ut hostis ingredi properarem, eius prouinciam damna omnia, et incommoda, que hostis afferre potest, inferre deliderans, quo ego maxime dolebam: cupiebam enim libetis eum amicum habere, & illum omnibus in rebus, quas in his partibus gesturus eram, consulere, & datum mihi ab illo consilium exequi. Illi uero responderunt mecum diu fuisse, nec ad aures suas peruenisse talem proditorem, & nullo pacto adduci poterant, ea que facta fuerant, fuisse sententia et consilio domini Muteczuma commissa, & a me exposcebant, ut antequam constituerem eius amicitiam renuntiare, & bellum contra eum suscipere, prout assererem, optime prius omnia cognoscerem, & ad ueritatem erendam cuncta experire, & unum ex eis dimitterem, qui proficisceretur ad dominum suum alloquendum, & propediem reuertetur. Sunt ab ista ciuitate ad locum ubi Muteczuma residebat, uiginti leuca. Respondi mihi placere & aliquot ex eis dimisi, & ipsi una cum alio qui prius discesserat, post dies sex reuersi sunt, mihique artulere dono decem puro auro paropside, & mille & quingentas uestes, & commeatum gallinarum, & Panicacap (quod genus est potus, quo utuntur) & retulerunt dominum suum Muteczuma moleste tulisse paratas mihi iniurias per illos est Churultecal, & me certo persuasum, quod ille huic negotio praestitisset consilium & fauorem, quia ipse mihi fidem astringebat, ita non procedere, & gentem illam esse suam, que ubi supra constiterat, motu tam proprio, non eius mandato conuenisse, suasionem illorum est Churultecal, quia erant ex duabus prouincijs, quarum altera uocatur Accancigo, altera uero Yzuchan, que sunt conteminae regioni Tascaltecal, & propter propinquitatem quoddam socius inter se iniuerant, ut alter alteri opem ferat, et ea de causa conuenerant, non autem eius mandato, & in futurum uiderem ipsius operibus, si illa que ei nuncianda miseram, forent uera uel non. Eo die, nunc me enixe rogabat, ut ad suam prouinciam proficisci non deberem, quia erat sterilis, & multa pati possem & ubicunque permanerem, mitterem illuc questium que uellem, ea enim perficeret & adimpleret. Respondi iter meum ad illius prouinciam non posse cuitari, quoniam de ipso Muteczuma & illius prouincia tenebar Maiestati Vestra sigillatim omnia referre. Et me credere ea que retulerant nuncios, simulabam, & propterea quia aliter fieri non poterat, nisi ut illum inuiserem, quod moleste non ferret, & si aliud animo uolueret male sibi euenire posset, & aegre ferrem illatum sibi damnum & incommodum. Ille uero postquam cognouit me constituisse ire illum uisum, respondit, quod felix illuc progrederer, meque expectaret in illa ciuitate, in qua impraesentiarum se continebat, & ad me destinauit multos suos, ut me illuc comitarentur, quia iam ingressus eram eius prouinciam, cupiebant me deducere per ea loca & itinera, in quibus insidias mihi parasse putauit, ut nos male mulcarent per ea que postea euenere, quoniam Hispani multi, quos ad uaria negotia per eam prouinciam destinaueram, uidere plures pontes & angusta itinera, per que si fuisset progressus, facillime executioni intentionem suam mittere potuissent. Sed deus Optimus Maximus qui Maiestatem Vestram a teneris annis tutatus est, prospectus nos Regali Maiestatis Vestrae seruitio intentos, aliud iter demonstrauit, & quamuis esset asperius, tamen non erat tot periculis subiectum, ut illud, quo nos deducere nitentantur, quod nobis hoc pacto monstratum est. Ab ista ciuitate Churultecal sunt gemini excelsi montes, & frigiditatis maximae, & in fine mensis Augusti habetur in illis tantum niuium, ut in eorum uertice non sit aliud cernere praeter niues: & ab eorum altero qui excelsior habetur, multoties tam die quam nocte egreditur ingens fumeus globus ad instar magnae domus, & supra illius uerticem tollitur usque ad nubes tam recto tramite & uelociter, ut sagitta globum illum uelocitate non aequaret, & quamuis maximus, & uehementes in illorum montium cacuminibus uagentur uenti, tamen globum illum fumeum dissipare aut obliquare non possunt. Sed quia semper



A semper optavi de omnibus his in locis existentibus vera sigillatim Maies-  
 ti uestrae referre, quoniam illud prospiciens uisus sum uidere miraculum, ut  
 secretum perferretis, decem ex commilitonibus meis Hispanis, & eos quos  
 arbitrabar perscrutatori huiusmodi idoneos fore, cum aliquibus incolis e-  
 us provinciae illuc perferatam ire iussi, & illis seriose iniunxi, ut modis o-  
 mnibus dictum montem ascenderent & secretum illius sumi, & unde & qua-  
 liter exiret perscrutarentur, & quantum eis possibile fuit, ut dictum mon-  
 tem ascenderent, laborabant, nunquam tamen illum scandere ualuerunt, ob-  
 stantibus, crebris cinerum turbinibus qui à dicto monte egreduntur, ma-  
 gnis niuibus, & intenso frigore quod in illis montibus uagabatur: appropin-  
 quauerunt tamen cacumini, & adeo quod cum essent ibi, incepit exire ille  
 fumus globus tanto cum impetu & strepitu, ut mons uideretur eoruere, et  
 infectio negotio reuerti sunt, portantes multum niuis & glaciae, uidebatur e-  
 nim eis rem nouam in his partibus tam calidis constitutos non esse uisuros,  
 secundum sententiam nauclerorum, quoniam affirmant istam provinciam  
 sitam in uigesimo gradu, qui est in paralelo insulae Hispaniae, ubi assidue uer-  
 santur maximi calores: & dum irent questum hoc secretum, offenderunt  
 quoddam iter, & ab incolis quos secum miseram perunciatum sunt, quorum  
 illud iter tenderet, ipsi retulere illac iri ad Culua, & illud esse optimum iter  
 ad Culua, & non illud, per quod nos illi de Culua deducere uolebant, & Hi-  
 spani progressi sunt per illud ad fines motium usque, iter enim est in medio di-  
 ctorum montium: tandem patere coepit planities à Culua, & magna ciuitas  
 Temixitan, & lacus qui continentur in ea provincia, quos inferius cellitu,  
 dini uestrae referam, & Hispani illi quos miseram ad perscrutandum secre-  
 tum, cum socijs reuersi sunt exultantes inuenito bono itinere, & cum ab illis  
 & ab incolis provinciae factus fuisset certior de nouo bono adinuenito iti-  
 nere, nuncios ipsius Muteezuma sum allocutus, eos monendo, quod dedu-  
 cerent me ad eam provinciam per adinuentum iter, & non per illud quo ipsi  
 constituerant: Responderunt, quod erat magis planum & breuius, & cur  
 me per illud non deducerent, dixere causam hanc subesse, quia debebamus  
 transire per provinciam Guafacingo, cuius incolae erant hostes Domino  
 suo Muteezuma, & in ea non poteramus inuenire comitatum & necessa-  
 ria, prout per loca domini sui, sed postquam constitueram ire illac, ipsi com-  
 meatum aliunde afferri curarent, & maxima anxietate transiimus timen-  
 tes, ne illi in sua malitia uellent perseverare, nobis que denuo insidiari, &  
 quia iam omnibus innotuerat quod illuc progredi uolebam, non uideba-  
 tur ad rem pertinere retocedere, ne illud timori & pusillanimitati ascribe-  
 retur. Et ea die, qua à Churultecal discessimus, emensi quatuor leucas, de-  
 uenimus ad pagos quosdam sub ditione ciuitatis Guafacingo, ibi ab inco-  
 lis bene uisus, me que donarunt quibusdam seruis, uestibus, & paruis fru-  
 ctibus auri, quae omnia paruè erant momenti, quoniam in provincia sua ta-  
 lia non habentur, qui sunt factionis illorum à Tascaltecal, & circumdantur  
 undique prouincijs Domini Muteezuma, & adeo, quod nullum est illis  
 commercium, nisi cum incolis propriae patriae, & ideo misere degunt. Se-  
 quenti die ascendit faucem inter duos montes sitam, de quibus Maiesitati  
 uestrae retuli, & in ipsius descensu postquam oculis nostris patebat provin-  
 cja domini Muteezuma, uenimus per quandam illius provinciam, quae ap-  
 pellatur Chalco, per duas leucas antequam perueniremus ad loca habitata,  
 inuenimus optimum hospitium nouiter extructum ex tignis & palea, in  
 eo me cum locijs omnibus commode collocaui cum omnibus Indis, quos  
 mecum eduxeram ad quatuor milia hominum ex istis prouincijs, uidelicet  
 ex Tascaltecal, Guafacingo, Churultecal, & Cempoal, nobis necessaria  
 uictui concessere, & habuimus in omnibus habitacionibus ignes multis in-  
 lectis lignis, quia frigora & algores maximi uigebant, duobus enim altis-  
 simis montibus circumdabamur, quibus maxima niuum multitudo inerat.

Eo quidam Muteezuma nomine ad me profecti sunt, qui uidebantur proce-  
 res, & inter eos aiebant uenisse fratrem ipsius Muteezuma, & quater mihi au-  
 tuler mille auri pondera sui domini Muteezuma nomine; & me rogatum  
 uolebant, ad illius ciuitatem ulterius proficiscendi animum extirerem, quia il-  
 lius prouincia annonæ caritate premebatur, & iter erat ad illam difficile, to-  
 ta enim erat aquis circumuallata & ad eam non nisi canois inuehi poteram.  
 est autē canoa lembus uniligneus concauus, quibus ad aquas transferendas  
 utuntur (illas incolæ Accaler nominant) aliæq; multa difficilia esse in itinere  
 commentabantur, et illi significarem quid ab eo postulare. Quoniā lubens  
 omnia mihi ubicunq; locorum existerem ab eodem petita proculdubio in si-  
 gnum tributi mittenda curaret, & usq; ad mare & quocunq; animo meo li-  
 buisset. Ipsos blande & amice excepi, eosq; aliquibus quæ ex Hispanijs attu-  
 leram donauit, quæ maximo in precio apud eos habebantur, apud illum præ-  
 fertim quem fratrem Muteezuma esse aiebant, & nomine domini sui expo-  
 sitæ legationi in hæc uerba respondi: Ego, si in manu & potestate mea esset ab  
 hac prouincia recessus, libentiori animo quàm ipse desiderat, ab his regionibus  
 ut magnanimo Domino uestro morem gererem, recederem, sed sacra Ca-  
 tholicæ Maiestatis domini & regis mei præcepta & mandata id me exequi  
 non permittunt. Illius iussu hanc regionem petij, & inter alia quæ à Catholi-  
 ca Maiestate magnosq; Imperatore mihi in commissis data sunt, illud fuit im-  
 primis, ut de magnanimo domino uestro Muteezuma, & illius tam celebra-  
 ti ciuitate Maiestatem suam certiorum facerem, cuius celebritas diu ad eius sa-  
 cras aures peruenit, illudq; uos oratos uelim, ut meo nomine domino uestro  
 nunciatis, meum illuc iter æquo gratoq; animo ferat, quandoquidem ad uen-  
 tas iste meus domino uestro, aut illius prouinciæ damnū aliquod, aut incom-  
 modum afferre non potest, sed plurimum utilitatis, honoris, & incrementi.  
 Et postquam dominum uestrum allocutus fuero, si mea consuetudine uti no-  
 luerit, ilico pedem referam, satis enim mihi est illum alloqui, ut inter nos qui-  
 bus modis sacratissimi mei potentissimiq; regis negotia in his partibus gu-  
 bernari queant, constituamus, quæ non possent per interpositas personas  
 quamuis idoneas, & quibus maxima fides sit adhibenda, constitui. Et hoc hæ-  
 bito responso recessere. In hoc hospitio, de quo superius mentionem habui,  
 cogitanti (prout ex indicijs & præparationibus consicere potui) ea nocte  
 nobis obesse, & aliquod damnū inferre, hoc percepto remedium adinueni.  
 Propterea postquam cognouerant, me mutasse sententiam, secreto iusser  
 re illos uiros, qui in montibus erant absconditi, proficisci ad hospitium præ-  
 dictum, & conspecti à meis uigilibus, & excubijs discessere. Postero die inde  
 profectus perueni ad coloniam quandam, quam Amaqueruca appellant,  
 quæ subiacet prouinciæ Chalco, quæ habet in colonia principali, & uillis  
 per duas leucas circumcirca plus quam tria millia habitatorum, & in hæc  
 colonia fuimus optime hospitati in pulchra domo ipsius Domini. Multis,  
 qui ex primatibus uidebantur, me uisum & salutatum uenere, asserentes eor-  
 rum Dominum eos ad me destinasse, ut me ibi expectarent, & de omnibus  
 quibus indigerem, & mihi & meis prouidererent. Huius prouinciæ  
 dominus mihi largitus est mille pondera auri, & quadraginta seruos, & du-  
 os dies fuimus ibi, commode & uerberrime nobis omnia quibus indigebamus,  
 suppeditauerunt. Postero die cum ad me uenissent quidam principales,  
 significarunt, quod dominus Muteezuma me expectabat, discessi & ea  
 nocte fuimus in quadam parua colonia abinde per leucas quatuor, quæ ad  
 hæret maximo lacui, & ferme illius media pars in aquas protenditur, à con-  
 tinente uero habet asperrimum montem cum rupibus & lapidibus ingenti-  
 bus, & ibi modis omnibus conabantur nobis obesse, aliter autem quàm  
 quærebant, euenit: constituerant enim nos noctu incautos offendere, &  
 cum tam diligens, & uigilantissimus diu noctu que essem, cogitationes  
 eorum irritas feci: & ea nocte uigiles ubique collocaui, & tales, quod  
 tam





spanijs inueniri possent, & dico de magnis & bene constructis, tam ex lapidibus quam ex tignis, patimentis, & omnibus quibuslibet generibus in palatijs construendis necessarijs, et reliquis domus supellectilibus, præterquam ligneis linamentis, & figuris distibulq; alijs parietibus & solaribus apud nos adhiberi solitis, quibus ibi in superioribus à terra habitacionibus uti non solent. Inferius uero habent uiridaria uoluptuosa, arboribus, floribusq; odoriferis referta. Piscinas præterea siue uiuaria optime fabricata, habentia lapideos gradus à summo ad imum, habet amplum uiridarium prope dictum palatium, cui impostum est prospectaculum uarijs decoris aulis, & deambulationibus. In uiridario continetur stagnum aquæ dulcis, in quadrangulum ductum eleganterq; lapidibus expolitis constructum, & in ipsius stagni ambitu stat latum deambulatorium pavimento lateribus stratum elegantissimo, adeo latum, quod quatuor homines iuncti facillime & commode deambulare possent, & quælibet ipsius pars continet quadringentos passus, & totum in circuitu continet mille, & sexcentos passus, pars uero illa deambulatorij proxima uiridario est arundinibus fabricata, post illas uero sunt arbores & uaria odorifera herbae. in ipso stagno plurimi natæ uidentur cuiuslibet generis pisces & uolucres, ut annates, *Silicæ* & *Silicæ* plurimæ, ut aliquando ipsum operiant stagnum. Sequenti die ab ea ciuitate decedens mediâ leuicæ iter emens uiam aliam stratam medium lacus secans, tam ingressus sum, eademq; duarum leucarum itinere ad illam celebrem ciuitatem Temixtitan in ipso medio lacu constitutam peruenitur, illa uia tantum patet, quantum geminæ Hispanæ equestris hastæ extenduntur, quæ octo iuncti equestris transire commode possunt. Ab utroque dictæ stratæ uia latere sunt tres ciuitates, quarum unam Mesicalcingo appellant, quæ ex maiori parte facit in ipso lacu, & aliæ duæ, quarum altera uocatur Hyciaca, alia uero Huchilohuhico lateri ipsius lacus hærent, & multæ domus dictarum ciuitatum aquis abluuntur. Prima ad tria millia, secunda sex millia, & ultima quinque millia domorum ascendere dicuntur, in quibus optimæ sunt domus, & turres, & maxime quibus ipsi domini inhabitant, & sacræ ades eorum, quas Melchitas appellant, ubi suas fundunt orationes, & deos suos collocant. Ibi maxima sunt salis commercia, quod ex dicto lacu consuecere consueuerunt, & superficie terræ, quam lacus inundat, & cum illud ebulluerit, redigunt in massas ad panis formam, & illud tam incolis, quam alienigenis uendunt. Et per mediû leuicæ priusquàm quis perueniat ad ipsam celebrem ciuitatem Temixtitan (ubi dictam uiam alia similiter strata subintrat, & dicta celebris ciuitas Temixtitan geminas tantum habet portas, una est qua ingreditur, altera qua egrediuntur. Huc processere mei salutandi gratia ad mille proceres ciuitatis prædictæ omnes habitu consimili & decreto, secundum eorum morem & consuetudinem, & cum appropinquabant quilibet eorum patria utebatur ceremonia, quæ talis est: Eorum quilibet pro ut erat in ordine dum me salutatum accedebat, manu terram tangebatur, & illam postea deosculabatur in signum maximæ reuerentiæ, & horam ibi consumpsimus antequam quilibet ceremoniam perfecisset, & non longe à ciuitate erat ligneus pons, qui in latitudine patebat per passus decem, ibi intercipitur uia strata, & hic pons est ad aquarum fluxum & refluxum, quoniam aquæ paludis illius in modum maritimarum aquarum argentur & immittuntur, & etiam ad ciuitatis tutelam, quia trabes illas longas ad libitum imponunt, & abducunt, ex quibus pons ille constructus. Etenim huius pontis similitudinem sunt multi per uniuersam illam celebrem ciuitatem, ut post in progressu meæ narrationis latius referam, & postquam pontem illum transiit, mihi obuiam uenit ille potens dominus Muttezuma ut me suspiceret, & cõ



co ducenti proceres nudis pedibus, & alio dñtiori decreto habitu, quam pri-  
 mi, & bini procedebant in modum processionis, et admodum pariteribus do-  
 morum haerentes, & uia erat ampla, & delectationem afferens, quia recto tra-  
 mite per fere leucam procedebat, & adeo recta quod poteramus conspiciere  
 ab initio dicte uiae usq; ad extremū illius, & ab utroq; illius latere sunt opti-  
 ma, & magnae domus partim ad usum meschitarum partim ad habitadum.  
 Et dominus Muteezuma medius progrediebatur inter duos magnos proce-  
 res, quorum alter erat ille magnus Dominus de quo superius memini, qui  
 me allocutum uenerat lectica inuectus. Alter uero ipsius Domini Muteezu-  
 ma frater, qui dominabatur ciuitati à qua eodem die discessem. et hi tres e-  
 rant eodem decreto habitu, hoc dempto quod Dominus Muteezuma habe-  
 bat calcamenta, reliqui uero erant nudis pedibus, quamuis omnes incolae  
 calcamentis utantur. Alter à dextris. alter à sinistris domini Muteezuma bra-  
 chia suslinebant. Et appropinquans equo descendit, ut eū amplecterer, quod  
 me facerem duo illi proceres, & ne illum attingerem manibus inuenerunt,  
 & primo Dominus Muteezuma, & deinde illi duo proceres ante dictam pa-  
 triam ceremoniam consecere, qua perfecta iussit fratrem, qui prius cum co-  
 mitabatur, ut in posterum mihi assisteret, & ipse altero proce-  
 re comitatus paululum anteibat. Et ubi fuerat me allocutus, uenere alij quoq; ducenti Do-  
 mini (de quibus superius) me salutatum suo ordine, & cerimonia facta qui-  
 bet ad locum unde digrediebatur reuersus est. Et quando allocutus sum do-  
 minum Muteezuma, torquem humeris meis impendentem margaritis, &  
 adamantibus uitreis extraxi, illumq; domino Muteezuma inieci, & emensa  
 aliqua parte itineris, aduenit familiaris eius afferens torques duos in modum  
 parui marini cancri elaboratos, panno rubeis limacis contexto inuolutos,  
 quas ipsi maximi aestimant, & à quolibet torque pendebant octo aurei can-  
 cri mire perfectionis ad latitudinem unius palmi, & illico illos collo meo in-  
 iecit, & lectus iter unde fuerat digressus abiit, ordine & habitu ante dictis,  
 donec ad palatium quoddam amplum, & elegans in nostrum hospitium pra-  
 paratum deuenimus, & illico me in magnam aulam iunctis manibus dedu-  
 xit, quae erat ante atrium, quod ingressi fueram, meq; collocauit in ornato  
 diuiti folio, quod meo collocandi gratia parari iusserat, meq; illum ibi praesto-  
 lari iussit, & post pusillum meis optimis habitis hospitij ad me uarijs, & plu-  
 ribus rebus & ornamentis aureis, argenteis, & rebus ex pennis plumisq; e-  
 leganter confectis, & quinque millibus uestium ex bombice preciose, uarijsq;  
 modis laboratis, & contextis profectus est, quae omnia postquam mihi im-  
 partitus est, consedit altero folio non longo intervallo à meo distanti, quod  
 sibi curauerat parari, & in haec uerba locutus est: Diu est quod ex maiorum  
 nostrorum annalibus, & scripturis compertum habemus, quod ipse, & om-  
 nes qui in hac prouincia degimus, hinc oriundi non sumus, sed alienigenae,  
 qui ex remotis orbis prouincijs huc aduenimus. Scimusq; nos magno quo-  
 dam domino Duce cui subiecti eramus ad hanc prouincia peruenisse, qui nos  
 bis relictis patriam reuulit, et multo post tempore ad nos redijt, inuenitq; nos  
 omnes incolas huius prouincijs in uxores duxisse, colonias habitandas susce-  
 pisse, & liberos praeterea procreasse, qui enitebatur nos hac prouincia abdu-  
 cere, illud recusauimus, nec eundem in dominum ulterius, & ducem recipe-  
 re uoluimus, & ipse dominus discessit, & haecenus certe credidimus, quod il-  
 lius successores uenturi essent ad subigendas has prouincias, & nos itaq; uos  
 proprios & ueros subditos suos asseruros. Et considerantes locū unde uos  
 uenistis dicitis, & ea quae praedicatis de magno & potenti Domino & Re-  
 ge, qui uos huc destinauit, uere credimus, quod ille sit noster uerus Domi-  
 nus, & eo maxime quia dicitis, quod diu nos hac loca habitasse cognouit.  
 Ideo uobis proponite, nos uobis omnino parituros, & uos in Dominum illi-  
 us uice & nomine, quem uos huc misisse asseritis suscepturos, & in hoc uo-  
 bis non deerimus, nec fraudem commitemus, & uniuersae prouincijs quae

mea subiacet ditioni ad libitum imperare potestis, quoniam omnes iussa ca-  
 pescent, & potestis omnibus quæ possidemus pro uoluntate uti, estis enim in  
 propria prouincia, & domo, animo læto estote, & quieti uos date, scio e-  
 nim uos labores uarios passos, tam itinere quæ assiduus bellis, quæ hæcenus  
 uobis se obtulere. Non me later profecto quæ ex Punachanaca uicuisq; uo-  
 bis euenere. Nec dubito quin incolæ ex Churultecal, & Cempoal uobis de  
 me male dixerint, obsecro uos ne ultra ea quæ experientia & proprijs oculis  
 uidebitis credatis, præsertim ab hostibus meis dicta, ex quibus aliqui mihi  
 subijciebantur, & aduentu uestro à me defecere, et ut à uobis fauorem captæ  
 illa proferat. Scio equidē, quod ipsi uobis asseruerat quod domos aureis pa-  
 rietibus, & aureum solium possidebam, & mea omnia suppellectilia erant au-  
 rea, & pariformiter eram deus, & me deum fingebam, & alia multa huiusmo-  
 di, domos iam cernitis ipsimet esse ex saxis, calce & terra. Et his dictis uestes  
 extulit corpus ostentans, & ait, nonne me uidetis ex carne & ossibus compo-  
 situm, mortalem & palpabilem, uidetis eos iam fuisse mēitos. Habeo equi,  
 dem aliqua suppellectilia, quæ maiores mei mihi reliquerunt, omnia quæ ha-  
 beho uestra sint, & de his ad libitum disponite, procedam ad alias domos u-  
 bi habitare soleo, curabo uobis prouisum iri omnibus in rebus, uobis & so-  
 cijs uestris conuenientibus, & nulla adducamini molestia, imo latamini,  
 quia estis in uestra patria, & domo: Ego paucis respondi, & maxime tetigi ea,  
 quæ ad rem pertinere putauī, & potissimum ut in animum eorum infunderem,  
 quod Maestas Uestra illa uere esset, quem uenturum arbitrabantur, &  
 his peractis discessit & post eius discessum nobis attulere panem, gallinas,  
 fructus uarios, & alia ad usum domesticū, & hospitij facientia, suimusq; ibi  
 sex dierum spacio bene hospitati, & multoties Domini prouinciæ illius me  
 allocutum, & salutatum ueniebant.

Iam Catholice Rex initio huius meæ narrationis exposui, quod ego tem-  
 pore quo à uilla ueræ Crucis discessi, ut diligenter perquirerem de hoc po-  
 tenti Domino Muteezuma, ibi dimiseram centum & quinquaginta Hispano-  
 nos, ut inchoatam à me arceam perficerent, & etiam dimiseram multas uillas,  
 & castra circumuicina eidem ciuitati ueræ Crucis Sacræ Maestatis uestræ  
 ditioni subiectas, & incolas ueræ fideles: sed dum essem in ciuitate Churul-  
 tecal mihi reddita sunt literæ à præfecto, quem ibi constaueram meo nomi-  
 ne, quibus significabat, quod Qualpopoca dominus ciuitatis, quæ Almeria  
 appellatur, significauerat dicto præfecto per suos nuncios, quod desiderabat  
 esse uasallus uestræ Maestatis. Et quod eo usque non præstiterat eam obe-  
 dientiam, quam præstare tenebatur, & ad offerendum se cum uniuersa sua  
 prouincia non uenerat, per hoc stetit, quod illi necesse erat transire prouinci-  
 am quæ sibi insensa erat, & quia timebat in transitu lædi, illud mandare exe-  
 cutioni non potuerat, & propterea ad eum mittere dignaretur quatuor His-  
 panos, qui secum ad dictum præfectum per hostiles prouincias proficisce-  
 rentur, quoniam illis ducibus confidebat se tuto peruenturum ad eundem,  
 & hoc pacto obedientiam debitam præstare posset. Qui præfectus illius uer-  
 bis fidem adhibens, quæ nomine dicti Qualpopoca sibi nunciabantur, &  
 quod uenire ad præstandam obedientiam, ut alij quoque fecerant, illuc qua-  
 tuor ex suis Hispanis destinauerat, quos postquam fuere domi dicti Qual-  
 popoca simulans causam necis se nō præstare interficiendos curauit, & duos  
 interfecerat, reliqui uulnerati per montes auferant, quo audito ipse quin-  
 quaginta Hispanis peditibus, duobus illis equitibus, & decem milibus In-  
 dorum amicorum nostrorum contra ciuitatem Almeriam hostiliter profes-  
 cius fuerat, & certamen insuerat cum incolis Almeriæ, & occiderat septem  
 Hispanis, sed postremo dictam ciuitatem Almeriam expugnauerat, & plu-  
 res ex incolis neci dederat. Dictos incolas migrare iusserat, & ciuitatem igne  
 consumperat, destruxeratq;. Et cum indi quos secum adduxerat, essent eorū  
 hostes acerrimi, omni in hoc fuerant usi diligentia. Qualpopoca autem & a-



A Iij sibi fœdere iuncti, & qui ad id fauorem præstiterant, sibi fuga salutem com-  
 parauerant. Ex quibusdam in prælio captis sciscitatus est, qui essent illi, qui  
 ciuitati & Qualpopoca opem tulissent, & quare id facinus commiserant, &  
 quid eos impulsisset ad interficiendâ Hispanos, quos ille miserat dicto Qual-  
 popoca. Illi uero responderunt fuisse illud commissum facinus iussu domini  
 Muteezuma, & quod ceteri quoque proceres, qui ciuitati opem tulerant, man-  
 dato ipsius Muteezuma eo uenerant, ut postquam discessissent à ciuitate Ve-  
 stræ crucis contra ibi existentes exirent, & eos qui defecerant ab illo, & Ma-  
 iestati Vestræ se subiecerant, & quod omnem possibilem adhiberent diligen-  
 tiam, ut Hispanos interimerent ibi relictos, ut Hispani eisdem opem ferre non  
 possent, aut fauorem præstare, & quod propterea ea sic euenerant.

Peractis diebus sex post meum ingressum, in celebrem ciuitatem Te-  
 mixtitan, cum aliqua eiusdem uidissem quamuis minima ad multa quæ ui-  
 deri possunt, præterea consideratis his quæ in prouincia habentur, ratus sum  
 ad rem, & incrementum status Maiestatis Vestræ, & nostram tutelam, &  
 munimen admodum pertinere, si dictus dominus Muteezuma in meam re-  
 digeretur potestatem & quod sua penitus non potiretur libertate, ne gra-  
 tam in Maiestati Vestræ seruendo animum eidem mutare contingeret, &  
 eo magis, quia nos Hispani sumus aliquantulum difficiles & importuni, etsi  
 nobis succenserent, possent damni aliquid & incommodi inferre, & tan-  
 tum, quod nullus nostrum tanti nunciis mali esset futurus superstes, partim  
 quia maxime sunt potentia, partim quia si illum apud me retinerem relique  
 prouincia, quæ eidem subijciebatur, facilius se Maiestati Vestræ dedissent,  
 ut etiam postea accidit. Constitui igitur illum domi, quam inhabitabam re-  
 tinere, satis enim eam munitam, & tutam cogitabam. Et mihi cogitanti  
 dum illum capere contenderem, aliquid scandali aut tumultus suscitaretur,  
 animo succurrit facinus illud de quo præfectus, quem dimiseram in ciuitate  
 te ueræ Crucis, per litteras suas me certiores reddiderat in ciuitate Almer-  
 riæ perpetratum, ut ante dicto capite explanauit, & quemadmodum mihi  
 constabat omnia ibi commissa iussu & mandato euenisse dicti Domini Mu-  
 teezuma, itaque collocato præsidio in angustijs uiarum ad palatium Domi-  
 ni Muteezuma profectus sum ut alias facere solebam, & aliquamdiu cum  
 eo nugatus sum, & aliqua uoluptatem asserentia in medium protulimus, &  
 post mihi data aliqua munera aurea & filitam suam filtas que aliorum proce-  
 rum quibusdam commilitonibus meis, exposui eidem ex ordine, quæ in ci-  
 uitate Nauticale siue Almeria euenerant, & quod Hispanos interfecerant.  
 Subiunxi præterea quod Qualpopoca, & reliqui ista machinati fuerant man-  
 dato eius, non sua sponte (ut ipsi affirmabant) sed quod Domino suo non  
 ausi fuerint non obtemperare. Sed quia nullo pacto persuaderi possem ea fu-  
 isse eius mandato atque consilio gesta, prout Qualpopoca & alij asserbant,  
 sed quod illa potius proferebant, ut se excusarent, ideo mihi consulum esse  
 uideri, ut mitteret euocatum dictum Qualpopoca cum sibi adiunctis proce-  
 ribus, ut ueritas appareret, & prædicti meritas lucrent pœnas, & Maiestas  
 Vestra eius bonum animum in eandem cognosceret, ne qua fieret, ut pro  
 gratiarum actione quam Maiestas Vestra eidem agenda committere deberet, e  
 contrario cogeret aliquid damni & incommodi eidem inferendum com-  
 mittere, postquam à ueritate esset alienum, quod dictus Qualpopoca & con-  
 iuncti proferebant. Et illico quosdam ex suis prælio esse iussit, quibus sigil-  
 lum tradidit, quod in brachio ex gemmis gestabat, iussitque ut ad ciuitatem  
 Almeriam (quæ septuaginta leucis abest à celebri ciuitate Temixtitan) pro-  
 ficiscerentur, & dictum Qualpopoca cum alijs, qui dictos Hispanos inter-  
 fecerant adducerent, & si sponte uenire nollent, eisdem uinctos adducerent,  
 & si eisdem obfarent, quasdam communitates in sui auxilium, quas demon-  
 strauit conterminas dictæ ciuitati Almeriæ euocarent, eosque ut capiendos  
 curarent, & nullo pacto sine prælibatis ad eum reuertentur. Qui manda-

*Muteezuma  
 in Corsis, reu-  
 digitur potes-  
 statem*

tis parituri recessere, quibus uiam ingressis Domino Muteezuma gratias **A**  
 gi de exacta per eum adhibita diligentia in prelibatis capiendis, ea de causa,  
 quia cogeret reddere rationem Maiestati uestrae de omnibus Hispanis, qui  
 mecum transfretauerant. Ad hoc ergo ut possem reddere ueram ratione **Ves**  
 trae Maiestati, necesse erat ut ueniret & moraretur in hospitio meo, donec  
 ueritas elucefceret, & donec ille omni culpa uacuu appareret, petebamq;  
 ab eo ne illud ægre aut moleste ferret, quia domi meae non esset futurus cop-  
 tiuus, sed omni parte liber, & me nec in in ipsius obsequijs nec dominio quo  
 quo pacto interponere constitueram, & in sua optione erat, quã partem uel  
 let Palatii, in quo moram tunc temporis trahebam, & eidem fidem meã pol-  
 licebar, quod hac detentione nil tædij, aut molestie tibi contingere posse da-  
 batur, & ultra suum seruitium, meorum quoq; adhiberetur, & omnibus ad li-  
 bitum imperare proculdubio posset. Circa hoc diu fuimus altercati, & quæ  
 hinc inde prolata fuerint, longum esset enumerare. Tandem placere sibi dos-  
 mum meam mecum accedere professus est, mandauitq; locum in meo Pala-  
 tio sibi parandum, & exstruendum, quo preparato plurimi magni proceres  
 affuere, & deductis uestibus & brachijs eorum subductis nudis pedibus illi,  
 us lecticã cõducebant, nõ multũ ornatam, & maximo cum silentio cum flen-  
 us lecticæ imposuerunt, & progressi fuimus ad nostrum palatium sine alio  
 quo tumultu, quamuis postea tumultuari uulgus cõcepisset: tamen quam-  
 primum ad aures Muteezuma illa peruenerunt, illico omnes iussit quiesce-  
 re, & sic omnis populus eo die & semper, dum dominus Muteezuma apud  
 me detentus fuit, quiete uixit, quia optime hospitabatur, & idem seru-  
 tium habebat, quod prius domi suae retinebat, quod fuit magnum & admi-  
 ratione dignum, ut in futurum referam, & socij mei quoque eum, quibus po-  
 terant commodis, & obsequijs prosequerentur.

Dum Dominus Muteezuma à me detineretur, qui ad adducendũ Qual-  
 popoca, & alios adhaerentes, qui Hispanos morti dederãt, profecti fuerãt, re-  
 diere adducentes ipsũ Qualpopoca cũ uno ex eiusdem filijs, & alios pra-  
 terea uiros, qui dicebantur interfuisse neci dictorum Hispanorum. Ipsumq;  
 Qualpopoca lecticã in modum magni domini conduxere, quem potestati  
 meae concessere una cum reliquis quem in carcerem cum alijs intrudendum  
 commisi, & mancis, & compedibus alligari, a quibus, postquã se Hispanos  
 intermissos confessi sunt, sciscitatus sum an subessent domino Muteezuma  
 praefatus uero Qualpopoca respondendo à me petijt, an esset alius dominus  
 cui deberet suiici, quasi inueniens quod nullus alius erat dominus, cui subiici  
 deberet, & erat uasallus domini Muteezuma, & postea ab eisdem quaesitũ,  
 an ea quæ fecissent, fecissent sua sponte, aut mandato, & consilio Domini sui  
 Muteezuma, omnes dixerunt sua sponte non mandato sui domini, quãuis  
 postea dum sententia in eos prolata executioni mandabatur, & comburi de-  
 bebant, clamauerint unanimes cõmisisse mandato Domini sui tale facinus,  
 & suo iussu commiserant, & hoc modo fuerunt publice in plarea sine aliquo  
 tumultu aut seditione combusti. Et eodem die quo combusti fuere, quia iam  
 confessi fuerant dominum Muteezuma fuisse autorem praebati homicidij  
 in Hispanos perpetrati, eundem in compedes collocari iussit, quo spectaculo  
 maxime animo consternatus est, quamuis eodem die postquam multa secũ  
 fueram collocatus eidem compedes eximendos ordinauerim, quo factõ fuit  
 maxime recreatus, & plurimum uoluptatis est consecutus, & deinde assidue  
 illi morem gerere quãtum in me erat omnibus in rebus summo pere studij,  
 & praecipue quia publice ubiq; locorum profitebar tam ipsi in collis, quam  
 Dominis prouinciarum, qui ad me consuebant, Maiestati Vestrae summo  
 pere placere quod Dominus Muteezuma regnaret, ut prius regnare sole-  
 bat, hac tamen conditione, ut recognosceret Maiestatem Vestram in superi-  
 orem, & Dominum, ut Maiestas Vestra recognoscitur ab alijs omnibus,  
 & quod illi subditrem gratiam Maiestati Vestrae facerent, si in posterum te-  
 nuissent



**A** nuissent illum in dominum, & superiorem quemadmodum facebant ante aduentum meum, & tam bene me secum gessi, & satisfeci, quod pluries illū rogans commisi, ut domum suam proficisceretur, tamē mihi responsum semper dederat se optime ibi in ea domo apud me commemorari, cum nil sibi omnino deesset, non aliter quam si domi suæ fuisset. Nam si domi suæ esset facillime euenire posset, quod domini prouinciarum capta occasione possent illū sollicitare, & inducere ad perpetrandum aliquid contra me contra uoluntatem suam, quod redundaret in Vestræ Maiestatis damnum, cui iam constituerat quantum in eo poterat semper inseruire, & donec redderet certiores suos, quid nam haberet in animo, optime erat ibi, & quamuis aliquid super hac re eidem proponerent, illis respondere facillime poterat, quod ipse non erat in sua potestate, & hoc pacto se excusare poterat, & pluries a me petijt ut posset ire spaciatū quod eidem nunquam recusauit, ut ire posset spaciatū ad alias domos, quæ uoluptatis causa sibi constructæ erant, & aliquando exiuit spaciatum ciuitatem quatuor, aut quinque Hispanis comitantibus per duas leucas, & quotienscumq; reuertebatur, uidebatur letus & uultu hilaris, & cū exhibat donabat uarias gemmas, & uestes tam Hispanis quam incolis, quem maxima caterua semper comitabatur, & ad minus ad tria millia hominum, & eorum maior pars erat procerum, & Dominorum illius prouinciæ, & assidue conuiuia opipare parata, & tripudia celebrare delectabatur, quæ profecto maximis postea laudibus ab omnibus merito extolli debebant.

Postquam cognouit illum ex corde desiderare esse in regali Vestre Maiestatis seruitio, rogauit, quo ampliorem relationem Maiestati Vestre transmittere possem de his, quæ in istis locis & prouincijs continentur, ut mihi aurifodinas ostendens curaret, quæ sibi placere hilari uultu & uerbis demonstrauit, & eo instanti quosdam familiares eius accessit iussit, & ad quamlibet prouintiam in qua aurum extrahebatur, misit duos ex eis, rogauitq; ut totidem Hispanos sibi in comites illuc transmitterent, qui quo ingenio aurum eliciebatur conspicerent, quod facile executus sum, & ad quamlibet prouintiam destinauit Hispanos duos, qui comitarentur Indos. Erant autem prouintia quatuor, quidam ex illis deuenere ad prouintiam quamdam, quam Cuzula appellant, quæ abest per leucas octuaginta à celeberrima ciuitate Temixtitan, cuius prouintia incolæ sub sunt Domino Muteezuma, & ipsi ostenderunt eisdem tria lata flumina, & ex omnibus adduxere inditia auri purissimi, quanquam modicum adduxerint, non enim habebant alia instrumenta, sed ea tantum, quibus ipsi Indi aurum extrahere solebant, & ut Hispani retulere, transgressi sunt tres prouintias multis pagis, uillis, & ædificijs refertas, ita ut in Hispania non reperiantur meliores. Sunt in illis prouintijs multæ ciuitates, & colonie in magna quantitate, & asseruere uidisse habitationem quamdam cum arce quæ est amplior, & magis munita castro Burgenlis ciuitatis Hispaniarum, & incolæ unius ex his prouincijs, quæ Tamazulapa nuncupat, ornatoribus habitu & ditiori incedunt incolis prouintiarum, quas hæcenus uiderimus, & sunt maxima prouintia. Secundi uero profecti sunt ad prouintiam, quæ dicitur Malinaltebe que, quæ etiam abest à dicta magna ciuitate Temixtitan per leucas septuaginta, & plus uergit ad littora maris, & illi quoque attulere inditia auri ex magno flumine, qui illac præterlabitur. Tertij uero aliam prouintiam adire, ubi sunt gentes, quæ differunt idiomate ab incolis proxime prouintia Culua, quam Tenis appellant, & illius prouinciæ Dominus nomine Coatehcamat, quia prouintiam obtinet in excelsis montibus dicto Domino Muteezuma non pareat, & etiam, quia illius prouinciæ incolæ sunt martiales, & certamen in eunt hastis uiginti quinque, aut aliquando triginta palmos in longitudinē continentibus. Et quoniam isti non erant subiecti Domino Muteezuma, Indi, qui profecti erant cum Hispanis, eam prouintiam ingredi non sunt ausi, si prius Dominū illius de eorū aduentu certiores non facerent, ab

Aurifodina

eorum saluum conductum obtinerent, asserentes eos eam ob causam aduenisse, ut suas aurifodinas uidendi copia eisdem concederetur, & quod meo & Domini Muteezuma nomine dignaretur illis eas ostendere. Coatlícamat responsum dedit. Hispani eo tuto & libere accederent, & aurifodinas inspicere, & ea omnia quae uidere cuperent: sed eos e Culla quos seiebat milfos nomine Muteezuma admonebat, ne prouinciam suam ingrederentur, quia hostium loco eius habebat. Ancipiti animo fuere aliquandiu Hispani irent soli an non: maxime, quia Indi, quos secum adduxerant, eos admonebant, ne irent: quoniam ideo eos solos intromittebat, ut eos facilius in terficere posset: Inuicti tamen animo Hispani ulterius progredi constituerunt. Fuerunt bene, & placide ab incolis & eorum Domino suscepti, & eis ostenderunt septem aut octo flumina, ex quibus se aurum extrahere dicebant. Hispani una cum Indis ex omnibus illis fluminibus aurum extraxerunt, & inditia praedictorum fluminum attulere, & cum eisdem Hispanis dictus Coatlícamat misit ad me nuncios suos, quibus se ac prouinciam suam Regali Maiestatis uestra seruitio offerebat, & eisdem ad me misit quadam aurea emblemata, & uestes, quibus incolae illius prouinciae maxime utuntur. Ultimi uero accessere ad aliam prouinciam Tuchiutebec, nominatam, quae eodem directo uergit ad mare per duodecim leucas a prouincia Malinaltebec, in qua iam superius dixi inuentum fuisse aurum; & incolae eiusdem ostenderunt duo flumina, ex quibus pariformiter adduxere auri inditia. Et prout ex Hispanis, qui ibi fuerant percipere potui, prouincia illa est admodum apta ad constituendas ibidem habitationes, & ad aurum extrahendum, petij a Domino Muteezuma, quod in illa prouincia Malinaltebec, quia illa ad praedicta magis apta uidebatur, construi faceret unam habitationem pro Maiestate uestra & in ea construenda omnem possibilem adhibuit diligentiam, & talem, quod duorum mensium spacio eo in loco iam seminauerant sexaginta mensuras (quas anegas Hispani uocant) ex quodam semine ab eis mayz, nuncupato, ex quo panem conficiunt, & decem mensuras cicerum et cacap, qui est fructus amygdolae similis, quo fructu in puluerem redacto uini loco utuntur, & tanta in ea prouincia est aestimationis, ut pecuniarum loco omnia in foris et ubiq; necessaria, eodem acquirat. Ibiq; binas habitationes amplas aedificari curauit, & in altera ultra habitationem apposuerunt stagnum, in quo erant quingenti anseres ex industria ibi collocati, qui ibi sunt in maximo pretio, quia eos quotannis de plumant, & illorum plumis, & pennis utuntur, & in dicta habitatione collocarunt ultra mille & quingentas, gallinas, & alia plurima ad domesticum usum facientia, & multotiens Hispani, qui eam uiderunt, & ornamenta diligenter perpenderunt, putarunt ascendere dictas habitationes ad uiginti millia Castellanorum auri. Similiter petij ab eodem domino Muteezuma, ut mihi aperiret, si in littore illius maris esset fluuius aliquis, uel sinus, quos naues illuc applicantes facile ingredi possent, & tuto in eisdem sistere, qui retulit se penitus eius religuarum. Quo audito, hoc saltem petij, ut mihi maris illius panno depingeret littora, & sinus, & flumina in mare confluentia, quo postea possem mittere meos Hispanos ad perferendum, & diligenter inspicendum, & ipse Muteezuma eligeret in eorum duces incolas dictae prouinciae. Quod postea re effecit, quoniam sequenti die mihi attulere lineo panno picta omnia maris littora, sinus & flumina in illud confluentia. Ibi conspiciebatur flumen quoddam ceteris magis amplum; prout ex ea figura colligi poterat, in mare profluens, & uidebatur fluere inter geminos montes, qui apud Santum in sinu quodam, ubi naucleri haecenus putabant, quod uideretur prouincia Mazamalco nuncupata. Dixitq; quos uellem destinarerem. Et eo pacto misi decem Hispanos, inter quos aliqui Maritima disciplina plurimum pollebant, & cum ducibus, quos dederat Muteezuma, progressi perustrarunt omnia illa littora a portu Chalchilmeca, quem sanctiuan appellat.



lant, ubi meis nauibus applicueram, quæ per Iustratio ascendit ad septuaginta leucas & ultra, & nullum fluuium, aut sinum adinuenere, in quæ naues possent ingredi, quamuis dicta littora habeant plura & maxima, & in omnibus illis fluminibus periculum faciebant canoas insidentes emissa in profundum boidæ, & sic deuenere ad prouinciã Quacaleaco, qua supradictus fluuius præterlabitur, & illius prouinciæ dominus qui Tuchintecia nuncupatur, illos benigne suscepit, & eisdem canoas consignari iussit, quibus flumen ingredi possent, & in illius fauce aquæ profunditatem ad duos cum dimidio hominum status inuenere etiam eo tempore, quo aquæ maxime deflueret, & dicto fluuiio delati sunt per leucas duodecim, & minor profunditas, quæ dicto spacio continebatur, accedit ad sextum hominis statum: & quatenus coniectura consequi potuerunt, ascendit ulterius per leucas triginta in tali profunditate. In ipsius fluuij ripa sunt magnæ & plurimæ coloniæ, & uniuersa illa prouincia est in plano sua, fertilis, & rebus omnibus quæ telus ferre consueuit, exuberans, & gens quasi innumerabilis. Huius autem prouinciæ incolæ non subiiciuntur domino Muteezuma, imo eius hostes sunt acerrimi. Quamobrem cum Hispani ad illum uenere, illis significatum uoluit, ut illi è Culua nullo modo ad suam prouinciã proficiscerentur, quia erant eius hostes. Cû illi Hispani ad me ista relatû reuersi sunt, suos cum illis mihi nuncios quosdam destinauit: quibus ad me quedam aurea dedit, & plura tygridum coriã, & plura ex plumis contexta, & uestimenta: & mihi asseruere, quo dominus eorum Tuchintecia diu nomen meum audierat: quoniam illi ex Puchuncan, qui est fluuius Grisaluæ, sunt eidem maxima iuncta amicitia. eundemq; certiozem reddiderant, quod illac transiueram, & cum eisdem fueram congressus, quia me arenæ hospitio prohibebat, & eorû coloris: & quemadmodû postea nos amicitia inueneramus, & illi se subditam imperio uestre Maiestatis. Ideo ille quoq; se regali Maiestatis uestre seruitio cum uniuersa sua prouincia offerebat, rogabatq; ut illum in amicum recipere: hac tamen conditione, quod incolæ prouinciæ è Culua regionem suam nullo pacto ingrederentur, & peterè è rebus, quæ in prouincia illa continentur, quonia ea omnia quæ ab eo expeterè, impartiri & exequi paratus existebat.

Postquam mihi renunciatum est ab eis Hispanis, qui ab illa prouincia exploratû uenerant, illam ad coloniam ibi constituendam aptam & commodam, & ab eisdem portum adinuentum, animo admodum læto fui, quoniam ab eo tempore, quo ad regionem hanc applicui, sollicitus fui de portu inuestigando in littoribus istis, & etiam ut prope eundem inuenire possent locum aptum ad habitationes faciendas, tamen eorûq; inuenire non poteram à littore incipiente à sumine Sancti Antonij, qui est proximus fluuius Grisaluæ, usque ad fluuium Panuco, qui est in littore inferiori, ubi quidam Hispani mandato Francisci de Garay coloniam suam constituerant, de quibus posthac mentionem faciam, & ut melius exploratas haberem res illius prouinciæ & portum antedictum, & incolarum in eis degentium in nos animos, resq; ue alias ad ibi habitandum conducentes, alios quoque ex meis commilitonibus ad similia idoneos cum eisdem nuncijs, quos Tuchintecia dominus illius prouinciæ ad me cum munibus destinauerat, proficisci iussit, deferentes ad eum aliqua munuscula, & ab dicto Domino læto uultu recepti portum denuo explorarunt, & periculum fecere, ut alij fecerant, & inuenere locum idoneum ad constituendas habitationes, & coloniam deducendam in ea, & de omnibus uera mihi retulere, & dixere omnia utensilia ad coloniam constituendam adesse. Et dominum illius prouinciæ maxime gaudere, & magno teneri desiderio inseruendi uestre Maiestati. Quibus reuersis cum ea relatione, ilico prefectum cum centum & quinquaginta militibus eo destinaui ad fortissimum ibi construendum, ad quod construendum Dominus prouinciæ se obtulerat, & pariformiter domos omnes, quibus pro nostri habitatione egeremus, & quas eidem imponerè.

Et illico ubi coloniam locandam constitueram, sex domos ædificandas curauit, eisdem indicauit esse sibi gratum, quod in sua sisterent prouincia, & quod eam inhabitandam suscipiebant.

Superioribus narrationis capitulis Potentissime Domine exposui, quod eo tempore, quo ad celebrem ciuitatem Temixtitan proficiscebam, mihi obuiam uenerat quidam magnus & potens dominus, qui se missum à domino Muteezuma profitebatur, et ut postea perceperam, erat eidem sanguine iunctus, & prouincia, cui dominabatur erat contermina prouinciæ Muteezuma, & eius prouincia nuncupatur Aculuacan, & caput prouinciæ est ciuitas lacui salso proxima, & ex ea per lacum ad magnam ciuitatem Temixtitan canois sunt sex leuca, si quis autem pedibus proficisceretur, habet decem leucas, hanc ciuitatem Tescucu appellant, habet in se ultra triginta millia domorum. Illius dominus habet ibi miranda palatia & habitationes. Melchitatas præterea & oratoria magna & optime constructa, dominatur etiam duabus alijs ciuitatibus, altera abest à ciuitate Tescucu spacio leucarum trium Acuruma, altera uero spacio leucarum quatuor quam Orumpa appellant. Lstrarum quælibet habet ad quater mille habitationes. Habet præterea dicta prouincia Aculuacan pagos & uillas plurimas, est solum fecundissimum ad culturam, & tota regio, cui præest, ab uno latere est contermina prouinciæ Churultecal, de qua diu meminimus. Hic dominus nomine Cacamacin post detentionem personæ domini Muteezuma à me factam tam à Maiestate uestra, cui se subdiderat, quam à domino Muteezuma defecerat: & quamuis pluries illum monerem, ut regale seruitium & obedientiam Maiestati Vestre exhibere uellet, monitus tamen & à me & dicto domino Muteezuma, nunquam parere uoluit. Imo superbe respondendo aiebat, quod si quis uellet ab eo aliquid, ad prouinciã eius proficisceretur, & ibi experiretur, quanti esset & quale foret regale seruitium quod exequi tenebatur. Præparauerat ut audiretam iam maximas copias maxime belligeras, & postquam illum monitionibus adducere non potui dominum Muteezuma sum allocutus, & ab eo peti quid nobis agendum in hac re censeret, ne ille rebellionis contra nos facie pœnarum expers perflisteret: responsum dedit, uelle eum ui expugnare. Quod erat difficile factu, quoniam magnus dominus habebatur & potens, copijs maxime abundans militiæ aptis, & sine maximo discrimine, & militum amissione eum expugnari posse non putabat. Sed quia ipse Muteezuma habebat in prouincia illius Cacamacin plurimos ex primatibus qui cum eo morabantur, & eis dabat stipendium, eos constituerat alloqui, ut aliquos ex militibus dicti Cacamacin abducerent, qui postquam eis fidem nostram dedissemus, quod securi & tuti essent partibus nostris fauerent, sicq; illam tuto expugnare possemus. Quod & ita euenit, quia dictus dominus Muteezuma ita egit cum eis, quod illi induxerunt dictum Cacamacin, ut cum illis conueniret in dicta ciuitate Tescucu, ipsi qui ppe tanquam primates darent operam consulere rebus ad commodum sui domini facientibus, & maxime trisarentur, si ille aliquid faceret unde periclitari, et ad ultimam internitionem dari posset. Sub hoc prætextu in unum conuenere in amplo & elegantis palatio dicti Cacamacin, quod est in ipso lacus littore, & eo modo ædificatum extitit, quod subtus illud canois patet iter, quo in lacum exeunt. Ibi præparatas canoas secreto collocauerant, eodemq; loci plures uiros disposuerant, ut si forte dictus Cacamacin obflisteret, nec se capi permitteret, eundem ui capere possent. Et cum omnes conuenissent, illi coniurati primates Cacamacin apprehenderunt, antequam à suis audiretur, & canoæ impositum per lacum ad magnam ciuitatem deduxerunt, quæ (ut superius dixi) distat per leucas sex, quem adductum lecticæ imposuere, ut tantum dominum decebat, illumq; mihi exhibuere, cui illico compedes injiciendos, & bene custodiri mandauit, & communicato consilio cum Domino Muteezuma, ipsius detenti fratrem nomine Celsitudinis uestræ prouinciæ illi præfeci, qui Cocuzcacim nomina/



A nominabatur, cui ab omnibus communitatibus, & dominis dictæ provin-  
 ciæ debitam obedientiam exhibendam modis & dominis dictæ provin-  
 ciæ debitam obedientiam exhibendam modis & dominis curavi, tanquam  
 suo domino, donec aliud per Maiestatem Vestram esset constitutum. Et ita  
 executum est, quoniam in posterum omnes eidem paruerunt tanquam Do-  
 mino, ut prius paruerant dicto Cacamacin, & ille omnia quæ illi Maiestatis  
 uestre nomine mandavi, libentissime & fideliter sibi exequutus. Post ali-  
 quot dies transactos à captivitate dicti Cacamacin, dictus dominus Mutee-  
 zuma omnes Dominos provinciarum suarum, & civitatum circumiacenti-  
 um cōvenire iussit, & mihi postquam convenere nuntiavit, ut eo proficisci  
 deberem. & post meum adventum talia satus est. Charissimi fratres et amici,  
 diu optime nostis vos omnes, patres uestros & maiores, mihi & antecesso-  
 ribus meis subditos extitisse, & à me & ab eisdem optime tentos, & omni-  
 bus honoribus condecoratos fuisse, & vos quoque mihi & maioribus me-  
 is ea exhibuistis, quæ boni & fideles vassalli dominis suis præstare tenentur.  
 Etiam arbitror vos illud ab antecessoribus memoria tenere, nostrum genus ex  
 his provinciis originem non ducere, sed è longinquis provinciis huc adve-  
 nim. Nam maiores nostros huc adduxit quidam eorum dominus, qui eos  
 in ea dimisit atque discessit, & longo post tempore redijt, & maiores nostros  
 colonias his in regionibus posuisse, & ex incolis uxores duxisse, & ex eis li-  
 beros procreasse invenit, adeo quod ulterius secum progredi noluerunt,  
 nec in dominum suscipere. At ille discedens promissit, quod aut personali-  
 ter rediret, aut alio suo nomine huc destinaret tot copijs, & tali potentia &  
 potestate, ut posset eos ad illius servitium constringere, Scitisq; quod cum  
 hæcenus indies expectavimus. Nunc autem per ea, quæ præsentis eius præ-  
 sectus nobis retulit de rege eo & potenti domino, quem se huc destinasse  
 ait, & à loco unde huc adventasse profitetur, pro comperto habeo, & vos  
 similiter tenere debetis, quod hic vere est ille dominus quæ expectabamus,  
 eo maxime argumento, quia præfectus eius affirmat diu nostri notitiam il-  
 lum habuisse. Sed posteaquam nostri maiores ea, quæ tenebantur Dominis  
 suis præstare, non præstitere, nos id oportet facere: & Djs nostris agamus  
 gratias, quod illud, quod tam diu expectavimus nostris temporibus even-  
 rit. Idcirco vos omnes obtestatos uelim, postquam illud quod exposui, diu  
 vobis omnibus notum est, quemadmodum me hæcenus in Dominum te-  
 nuistis, & mihi parvultis, post hac maximo & potenti huic regi pareatis, &  
 illum in omnibus dominum habeatis. Postquam ille uester dominus natu-  
 ralis existit. Et illius vice hunc eius præfectum in dominum habete, colite,  
 & observate, & omnia tributa & obsequia quæ mihi hæcenus impendere  
 soliti estis, huic eius præfecto exhibete, quoniam ego pariformiter contri-  
 buere, & omnibus eius mandatis parere astringor, & ulterius omnia exe-  
 qui & præstare, quæ de iure domino præstare tenemini, in quo rem mihi gra-  
 tissimam facietis. Hæc omnia pluribus lachrymis & maiora imo trahens su-  
 spiria corde, quam quilibet fari posset, protulit. Comitabantur reliqui om-  
 nes proceres lachrymas Muteezuma suis assidujs lachrymis, adeo ut paulu-  
 lum immorati sint antequam respondere possent. Et profecto, serenissime  
 domine, nullus affuit ex Hispanis, qui eidem non plurimum compateretur.  
 Tandem sedatis lachrymis responsum dedere, quod illi se in subditos dedi-  
 derant, & eum in Dominum habebant & tenebant. Idcirco pollicebantur  
 se omnia executuros quæ ipse constituisset, & ea de causâ, & etiam rationi-  
 bus per eum deductis læto animo uellent illius iussa exequi: & deinceps se  
 perpetuo subdebant Maiestati Vestre, & se in vassallos offerabant, & ibi-  
 dem eorum quilibet pollicitus est exequi ea, quæ regali Maiestatis Vestre  
 nomine fuissent imposita, & exhibere omnes contributiones & obsequia,  
 quæ antea dicto domino Muteezuma præstare soliti fuerunt, & reliqua om-  
 nia, quæ regali Maiestatis Vestre nomine eisdem præciperentur. Quæ om-  
 nia per aliquos publicos notarios conscripta sunt, & de præmissis publicum  
 confe-

Oratio Mutee-  
 zuma ad suos  
 vassallos

Muteezuma  
 vassallos fit Ca-  
 sar, Ma.

confecit instrumentum, cuius copiam petij presentibus Hispanis multis. Postquam omnes precati domini se Maestati Vestre subdiderant, allocutus sum dictum Dominum Muteezuma, & ei significavi Maestati Vestre aliquanta auri portione pro quibusdam operibus suis perficiendis opus esse. Rogabamque aliquos a suis, & ego similiter aliquos a meis Hispanis destinare pro provinciis & habitationes illorum Dominorum, qui se eo die obtulerant, ad hortandum eos & rogandum quo de ea auri & argenti quantitate quam ipsi possidebant, ultra eorum exigentiam Maestati vestre inseruissent, & eo pacto appareret, quod illi iam inseruire cepissent, & Maestas vestra latius egregium eorum animum in seruiendo perspectum haberet. Et similiter Dominus Muteezuma de eo, quod possidebat, mihi ipse impartiretur, quoniam ea omnia Maestati Vestre mittere constitueram per nuncios, quos primo cum rebus alijs Maestati Vestre eam transmissurus. At ille nihil moratus eodem instanti perijt a me sibi Hispanos consignari binos, quos in varias provincias ad negocium hoc exequendum destinaret. Quarum nomina, quoniam monumenta omnia amissa, non subueniunt. Illarum enim provinciarum sunt plurimae & diuersae, quarum aliqua per octuaginta & aliqua per centum leucas aberant a dicta ciuitate Temixtitan, cum predictis autem Hispanis ire iussit quosdam ex suis, quibus precepit, ut ad dictarum provinciarum & ciuitatum dominos proficiscerentur & exponerent, quod ego uenitque quandam auri summam quam ipse constituit imperarem, & hoc exitum est, nam illi omnes domini, ad quos profecti sunt, contribuerunt imperatam summam tam emblematum, quam auri in massis & solijs, & aliorum quae ipsi possidebant, & fuso eo quod fundi potuit, ex quinta illorum portione, quae Maestati vestre debetur. Fuerunt triginta duo millia, & quadringenta pondera auri absque suppellectilibus ex auro, argento, rebus ex plumis factis, pennis, gemmis & alijs pluribus rebus maximi ualoris, quae omnia Maestati Vestre consignauit & seposuit, quae transcendent ualorem centum millium ducatorum. Erant praeterea talia & tam mira quod uarietate eorum & nouitate erant inestimabilia: Nec putandum arbitror, quod omnes ex principibus tam Christianis quam infidelibus, de quibus apud mortales in presentiarum mentio habeatur, talia haberi possint. Et certe Maestati Vestra illa, quae expono, nimia uideri non debent, postquam sic habet ueritatem, quod eorum quae terra marique haberi possunt, & de quibus ipse cognitionem aliquam habebat, simulacra ad ueram formam tam aurea quam argentea & ex gemmis, et ex plumis obtinebat, et in tali excellentia et perfectione, quod pene uita spectantibus uidebantur, quorum mihi non modica imperitus est pro Maestate Vestra absque alijs quae sibi picta exhibui, quae omnia ex auro fingi curauit, ut sunt imagines saluatoris crucifixi, emblemata, torques, numismata, & alia plura a nostris, ad quorum imaginem similia fieri curauit. Accessit etiam portio Maestatis Vestrae argenti recepti ultra centum marcas, quod in uarias tam paruas, quam maiores fiendas paropside distribui & scutellas, pateras, coclearea, quantum illis dicere potui. Ultra haec dictus Muteezuma mihi donauit plura ornamenta ex suis quae talia erant, ut perspecto quod ex omni parte erant ex bombice, & absque serico in toto terrarum orbe talia fieri & texti non possent, nec tot diuersis proprijs coloribus & laboribus: & inter ea erant aliqua uestium genera, ad usum mulierum, & uirorum mirabilia. Erant praeterea apparatus pro lectisternijs, quibus ex serico facti, merito, comparari non possent, erant alij apparatus quibus in ecclesijs & aulis uti possumus, erant culcitrae lectisterniorum cooperimenta, tam ex plumis, quam ex bombice uariorum colorum, similiter & mirabilem, & alia multa, quae cum talia & tanta sint, ea Maestati Vestre exprimere nescio. Obtulit etiam duodecim zerbatanas. Est autem zerbatana lignum longum concauum, quae aues paruas insectamus, ex illis spicula seu globulos exiguos in modum fabarum excreta compactos flatu emittendo, quarum



A excellentiā etiam exprimere nequeo, quia illæ elegantibus picturis, & coloribus perfectissimis consistant, in eius extremitatibus & medio extabat aurum ad palmi altitudinem mira arte elaboratum, & peram aureis filis contentam, & globulos supradictos imponendos, quos aureos se mihi daturum pollicitus est, impertitus est modulum ad eisdem effingendos aureum, & alia multa, quorum infinitus est numerus.

Si Maiestatem uestram potentissime domine de uarijs & mirandis rebus istius ciuitatis Temixtitan dominio, et istius domini Muteezuma obsequio certiore reddere deberem, ac de ritu & consuetudine quam obtinent incolarum, ordine, & regimine tam ciuitatis quam aliarum que subijciebantur dicto domino Muteezuma, longo tempore immorari oporteret, & multos qui eas exponere scirent, habere necesse esset in tali genere exercitatos. Ego non possem de mille portionibus minimam recensere, sed ut melius potero aliqua ex illis quæ uidi exprimam, quæ quamuis inculte promantur, tamen erunt tantæ admirationi, quod uix credi poterunt, nos enim præsentibus proprijs oculis intendo eas uix intellectu percipimus. Sciat tamen Maiestas uestra, quod si in aliquo deficiam in prædictarum rerum relatione, plus peccabo minuendo, quam augendo, tam in his quam in alijs, quæ recensabo Celsitudini uestræ, quoniam æquum mihi uidetur & apparet ea quæ regi meo & domino recensere duxi, præuia ueritate nil augendo aut minuendo aut interponendo exponere.

Prius tamē quam res istius celebris ciuitatis Temixtitan, & reliqua quæ in proximo præcedenti capite asserui recensere aggrediar, uisum est ut omnia melius percipi possint, situm prouinciæ de Messico, ubi dicta magna ciuitas est collocata, & ubi illius domini Muteezuma regia consistit, explicare. Prouincia hæc excelsis & asperissimis montibus circumsepta est, & in ea planities est in circuitu ad septuaginta leucas, cui planities insunt gemini lacus, qui serè uniuersam occupant, quia duo illi lacus ambūt spaciūm quinquaginta leucarum, & in altero ex lacubus est aqua dulcis, altero uero qui maior est aqua salua. Illa uero planities ab uno latere segregatur colliculis quibusdam, qui in medio planities consistunt. Dicitur autem lacus insine iunguntur in quadam angusta planicie, quæ inter dictos colles & excelsos montes consistit, qua angustia extenduntur per balistæ iactum, & per ea alter lacum ingreditur alium, & ad ciuitates & colonias quæ in dictis lacubus existunt homines canoſ inuehūt, absq̄ eo quod aliquis terram attingat. Sed quia est magnus lacus saluus, habet fluxū & refluxū ad instar maris: quotiescunq̄ aqua dicti lacus excreuit, aqua salua ingreditur lacum dulcis aquæ, & adeo uiolēter, ac si ingēs & rapidus fluiuis ingrederetur: & e contrario, quando decreuit lacus alius, dulcis saluam ingreditur. Et opulēta illa ciuitas Temixtitan est fundata in illa magno saluo lacu & a continentē ad dictam ciuitatem, qua est iter duarum leucarum, quatuor habet ingressus stratis manu fabricatis uijs latis quantum extenditur lara Hispana equestris lancea. Ciuitas est tam ampla quantum est Hispalis aut Corduba. Illius præcipui uici amplissimi & recto tramite procedentes cernuntur, & omnes alij quorundam mediā pars in aquis, mediā in terris est, per quos canoſ inuehuntur. Vicique omnes habent suos exitus, ut ab uno ad alium aqua permeare possint. Omnes isti exitus quorum aliquid sunt latissimi, habent magnas trabes optime dolatas, & tales quod quibusdam in locis possunt per eas transire decem iuncti equites. Porro cum considerarem, si incola uellent in me conspiciare quod cōmode id facere possent (cum eo in sinu constituta sit ciuitas) ut supra dixi, & amouendo pontes egressum & ingressum dictæ ciuitatis facillime nobis eriperere possent, sicq̄ nos fame enecare, priusquam ad continentem uenire possemus, ciuitatem ingressus prope Berganuinus quatuor erigendos curauit, & tam celeriter perfecti sunt & tales, ut eisdem ducentos uentos cum equis littori exponere possent, quotiescunq̄ nobis uideretur.

Habet

Habet ista præclara ciuitas plurimas plateas, ubi assidue sua habent fora & commertia ad uendendum & emendum. Est in eadem ciuitate platea, quæ est in duplo maior platea Salamaticæ ciuitatis undiq; porticubus circumdata, ubi quotidiè ultra sexaginta millia hominũ uendentium, ementiumq; cernuntur, ubi est inuenire omnia genera mercium, quæ in prouincijs illis inueniri possunt, tam ad eum quàm ad uestitum facultia. Venduntur res ex auro argenteoq; plumbo, cupro, aurichalco, lapidibus, ossibus, conchilibus, corallis, & ex plumis. Venditur calx, polita lapides & non polita, lateres crudi & cocti, ligna dolata uarijs modis, & non dolata. Est uicus in quo uenduntur omnia genera auium ad acupium, ut gallinæ, perdices, coturnices, anates, turdi, fulicæ, turtures, palumbes, passeris, arundinibus collo astridii, plitaci, milui parui, ascionis, tinunculi, accipitres, falcones & aquilæ, & aliquæ ex istis auibus rapina uiuentibus cum plumis capite, rostro & unguibus. Venduntur cuniculos, lepores, ceruos, canes castratos paruos, quos ad comedendum educant. Sunt uici ad herbas uendendas, sunt ibi omnes herbæ & radices medicinales quæ nascuntur in tota prouincia. Sunt domus phar, maca uendentium tam potabilia quàm ex unguentis & emplastris, sunt barbitonforuta domus, in quibus capita lauantur hominibus & raduntur. Sunt etiam ibi habitationes ubi conueniunt ad bibendum & comedendum pro pecunia. Sunt ibi plurimi baiuli, ut in Hispanijs, qui portant onera de domorum qui uendiderunt, ad domum eorum qui emerunt. Sunt plura ligna, carbones, focularia, stora uariæ ad lectisternia, aliæ subtiliores ad sedilia ornanda, cameras, aulasq;. Sunt omnia olera & præsertim cepe, porri, allia, nasturtiũ tam terrestre quàm aquaticum, caules, acetosa, carduus. Sunt ibi fructus uarij, inter quos sunt cerasa, pruna, quæ sunt simillima Hispanis. Sunt pomæ, uua, & alij fructus plurimi, quos producit illa prouincia multum singulares. Vendunt mel apum, ceram, & mel arundinũ ex Mayz, quæ arundines habent tantum mellis & sunt adeo dulces, ut sunt illæ ex quibus zaccarum conficitur. Vendunt mella ex arboribus quibusdam, quæ uocantur in reliquis insulis Magnæ, & sunt dulciora multo decocto. Vendunt etiam uinum inde confectum. Vendunt uaria genera fli omnium colorum in suis corollis, & est similis uico, ubi Grannatæ uenduntur res ex ferico, sed in maiori quantitate, Venduntur ibi colores pro picloribus & omnia genera, sicut in Hispanijs, & adeo illustra, ut meliora fieri non possent. Venduntur coria ceruina optime aptata cum pilo & sine, alba & tincta coloribus uarijs. Venduntur fictilia multa, & optima uernice suffulta. Venduntur dolia maxima & parua cœnophora, ollæ & alia uasa fictilia, & alia infinita genera uasulorum, & maiori ex parte uernice suffultorum. Vendunt multum Mayz tam solidum quàm coctum in panem conuersum, & de eo habent magna commertia, & in solido & in pane, quod eundem retinet saporem, quem in reliquis insulis retinere solet. Vendunt Artocreas ex auibus & piscibus recentibus, & salis, crudis, & coctis. Vendunt oua gallinarum, & anserum aliarumq; auium maxima in copia. Vendunt placentas ex ouis. Et deniq; uendunt in dictis foris quicquid gingitur & crescit in illis prouincijs, quæ ultra ea quæ exposui sunt talia & tam diuersa, quod propter proximitatem, & quia eorum nomina non teneo, non recensbo: & genus quodlibet mercium habet uicem pro prium nulla data alia mercium commixtione, & in hoc optimum habent ordinem, & omnia uenduntur bene computata uel mensurata, non tamen hæcenus uisum est, quod aliquid pondere uendant. In huiusmodi magna platea est domus ampla in modum iudicij, ubi semper moratur decem, aut duo, decem persone quæ iudicant & constituunt omnia quæ in dicta platea ueniunt, & dubia quæ insurgunt malosq; & delinquentes puniri iubent. Versantur in dictis plateis aliæ persone, quæ assidue diligenter explorant, quid uendatur, & mensuras quibus uenduntur bona, inspectant. In hac ciuitate sunt plurime Mescite, & domus idolorum pulcherrimis ædificijs, pro parochijs

& uici



& uicis eorum, & in dignioribus uersantur homines qui pro religiosis mo-  
 re suo habentur & continue resident, pro quibus præter loca ubi idola collo-  
 cantur, comperiuntur optimæ habitationes. Omnes illi sunt religiosi nigri  
 uelutibus utuntur, nec capillos minuunt, aut peñunt à die ingressi religio-  
 nis, donec exierint. Filij omnes fere primatum ciuitatis & dominorum prou-  
 uinciae eo habitu in religionibus uersantur à sexto & septimo anno, donec  
 eos parentes matrimonio copulare constituerint: & hoc frequentius accidit  
 in primogenitis, & eis qui in hæreditate succedunt, quam in ceteris. Moran-  
 tes in illis locis accessum ad mulieres non habent, nec ad eas domos mulieri  
 patet accessus, abstinent à cibis quibusdam, sed uno tempore plus alio. Et in  
 ter Meschitas est una suprema, cuius magnitudinem & illius particulas &  
 res humana lingua exprimere non posset, quoniam eius amplitudo tantum  
 protenditur, ut intra ipsam (quæ altissimo & ualido muro circumdata est)  
 possit locari ciuitas quingentarum domuum. Continentur intus in circuitu  
 circum circa pulcherrimæ habitationes, quibus insunt magnæ aule, & deam  
 hularoria, quibus resident religiosi ibi collocati: sunt eo in circuitu quadra-  
 ginta turres altissimæ, & bene constructæ, ad quarum penetralia itur per quin-  
 quaginta gradus, & minor inter eas est tantæ proceritatis, quantæ est turris  
 Cathedralis Ecclesiae Hispanensis, & tam bene constructæ uidentur, tam ex-  
 politis lapidebus quam extignis, ut eis poltiores fieri non possent, aut fabri-  
 cari ubiq; locorum. Omnes enim politu lapides Sacellorum ubi idola collo-  
 cantur, uarijs imaginibus constant & tecta & tigna omnia quæ ibi posita cer-  
 nuntur, uarijs picturis & linamentis decorata & elaborata consistunt, & ua-  
 rijs monstris, figuris, & ornamentis picta. Omnes supradictæ turres sunt se-  
 pultura dominorum istius prouinciae. Et capellæ in eisdem constructæ quæli-  
 bet suo idolo est dicata, cui plus deuotionis attribuebant. In hac ampla Me-  
 schita sunt tres latissimæ aule, in quibus sunt plurima idola miræ magnitudi-  
 dinis & altitudinis, uarijs figuris & artibus sculpta, tam in lapidibus quam  
 in tecto. Et dictis aulis insunt alia parua facella angustis portis constructæ,  
 & facella similiter nullam continent coeli claritatem, ea facella non ingredi-  
 untur nisi religiosi, & illi non omnes, & in illis sunt imagines & statuarum ido-  
 lorum, quamuis etiam extra, ut superius dixi, reponantur. Digniores dicto-  
 rum idolorum statuas & eorum, quibus plus fidei adhibebant, suis sedibus  
 deturbauit, deiecitq; per gradus. Sacellaq; ubi cõsisterant mundare & lustrare  
 commisit, ea enim omnia sanguine sacrificatorum mortalium aspersa cerne-  
 bantur. Ibiq; gloriose protectricis Mariæ & reliquorum sanctorum imagi-  
 nes collocauit. Quæ omnia Muteezuma & incolæ moleste tulerunt, & pri-  
 mo mihi significarunt, quod talia committere non deberem, quoniam si res  
 diuulgaretur per reliquas communitates, et loca, eos mihi facillime rebelles  
 reddere possem, quia illis arbitrabantur omnia bona temporalia à dictis ido-  
 lis sibi exhiberi & concedi, & si incolæ paterentur, quod sibi tales contume-  
 liae inferrentur, succenserent, nec ulterius quicquam illis exhiberent, & fru-  
 ctus terræ exicarentur, quare homines fame perire cogerentur. Eos quoti-  
 dianis adhibitis interpretibus admonui, quod maxime decipiebantur, ipsem  
 in illis idolis collocare, quos proprijs manibus ex immunditijs conflauerat,  
 & eos scire oportere, unum esse deum omnium uniuersalem dominum, qui  
 creauerat cœlum & terram, & omnia alia tam uisibilia quam inuisibilia, qui  
 pariformiter illos creauerat, & nos alios omnes, deumq; esse sine principio,  
 & immortalem, & quod illi soli credere, eundemq; solum adorare, nec aliam  
 creaturam, aut rem aliam præter solum deum deberent, reliquaq; alia expla-  
 nauit, quæ tali in re exponere sciuit, ut illos à sua idololatria abducere pos-  
 sem, & ad cognitionem ueri summi & omnipotentis dei inducere. Omnes  
 & potissimum Muteezuma, responderunt, quod illi iam mihi exposuerant,  
 se non esse oriundos ex hac regione, & longa ante tempora maiores suos ad  
 has prouincias aduentasse, fieri potuisse, ut illi sint aliquo errore ducti in his

rebus quæ colebant, cum iam diu patriam suam exissent. Cæterum ego qui nouissimè ueneram, melius recordari possem quæ ipsi colere & credere deberent, & illis ea impartiri deberem ac eos docere, ipsiq; se paratos offerre, bant ad ea, quæ ipsis tanquam meliora proponerem. Et didici Muteezuma & alij plures ex primatibus affuere, dum idola è sacellis deicerem. & dum illa mundarentur, & nouas imagines imponerem, & omnes hilari fronte ut conijcere potui. Illisq; seriose mandauit, ne in posterum idolis pueros sacrifici carent, ut prius soliti erant, quia hoc Deo Opt. Max. admodum displiceret, & Vestra Maiestas suis sacris legibus prohiberet & præciperet, quod quicunq; interficit, interficiatur. Illico ab ea sacrificandi consuetudine abstinerunt, & eo toto tempore quo moratus sum in ea ciuitate nusquam usum esse, pueros aliquos interfici aut idolis immolari. Imágenes quibus isti fidem adhibent, sunt maioris proceritatis statu cuiuslibet maximi hominis. Conficiuntur ex omnibus seminibus & leguminibus, quæ ipsi in usu habent tritis & mixtis insimul, illaq; interemptorum pro sacrificijs cordium sanguine incorporant, quæ pedore adhuc uiuentium extrahunt, & illo ex corde effuso sanguine farinam humedant in tanta quantitate, quæ sufficere possit ad perficiendas magnas illas statuas, & eisdem perfectis & in sacellis collocatis plurima mortalium corda offerunt, & similiter eisdem sacrificant & eorum faciem sanguine inde effuso illiniunt. Et pro qualibet necessitate homini incumbenti habent propria idola, more præcorum gentiliū, qui sua olim uenerantur idola. Ita ut pro captando fauore in bello idolum habent, pro suarum segetum cultura aliud, & deinde pro re qualibet quam querunt, aut optant bonos sortiri successus, præcipuum idolum habent, quod uenerentur. Hac celebri in ciuitate sunt multe magnæ & optime domus, & propterea sunt tot egregiæ domus, quia omnes primarij domini illarum prouinciarum, & uasalli domini Muteezuma in ea suas habent habitationes, & resident in ea quadam anni parte. Sunt ulterius primi incolæ ciuitatis, citissimis, qui similiter egregijs potiuntur domibus ultra speciosas habitationes domus, egregios hortulos habent uarijs floribus tam in superioribus quam in inferioribus habitationibus. Per uiam ex quatuor stratis, quibus ciuitatem ingrediuntur, protenduntur gemini aquæ ductus, quorum amplitudo est ad passus duos, altitudo uero ad hominis statum, & uno ex illis inuehitur dulcis aqua saporis optimi ad crassitudinem humani corporis, quæ progreditur in medium ciuitatis, ex qua bibunt, & reliquis in rebus necessarijs utuntur: alter uero alueus uacuus est, & dum ab uno ex illis immunditias deicere uolunt, in alium aquas ducunt, donec mundetur: & quia transit per pontes propter interualla, quibus aqua falsa ingreditur, & egreditur, conducunt aquas prædictas dulces per cannales quosdam in crassitudinem unius magni bouis, qui extenduntur quantum trabes dictorum pontium, & illa est omnibus incolis communis. Conducunt undique aquam uenalem canois, quam hoc pacto è cannalibus accipiunt, canoas pontibus subiiciunt, in quibus stant homines, & aqua canoas implent, & implentibus factis faciunt, & similiter in omnibus ingressibus ciuitatis, & ubi exonerant canoas, qui locus est ad quem maior pars comætuum, qui apportantur ingrediuntur ciuitatem, sunt parua casula, quibus resident cottodes, qui pro re qualibet ingrediente, aut illata ciuitati, certum quid pro uectigali recipiunt, & nescio an domino Muteezuma proueniat, aut præcipua ciuitatis, quia hæcenus non inuestigauit, credo tamen esse domini, quoniam in nundinis aliarum prouinciarum, illud uectigal usum est colligi in emolumentum dominorum prouinciarum. Sunt plurimi in omnibus publicis foris istius ciuitatis quotidie operarij, & magistrj cuiuscunq; artificij præsolantes, qui operas suas conducunt. Huius ciuitatis incolæ meliorem modum habent, & sunt subtiliores circa uicium, & alia domestica cæteris aliarum prouinciarum & ciuitatum, quia dominus Muteezuma semper in ea uersabatur. Et omnes

Idolorum con  
fictio

A mnes  
rea ha  
in reli  
rem,  
modu  
sticid  
gnit  
eit ut

quas  
nue p  
do si  
Quia  
poter  
rea e:  
mini  
ut ar  
hum  
confi  
ricis:  
mini  
gna  
omn  
cume  
mini  
ra le  
uitat

B stati  
Sed  
sunt.  
resid  
mur  
ni M  
& in  
mod  
bent  
chara  
gunt  
tion  
teez  
perit  
los n  
quar  
dici  
in ci  
bile  
fere.  
unur  
re ne  
quib  
orna  
tion  
quic  
uim  
um a



**A** mnes prouinciarum domini illius uasalli conueniebant in eadem, propterea habebant meliorem ordinem, & politiam in omnibus. Et ne longior sim in rebus istius magnæ ciuitatis recensendis, quia tam cito me non expedirem, ulterius non sequar, nisi hoc unum, quod in obsequiis & uictu habent modum in Hispanijs obseruatum, & similiter in suis ordinationibus & constitutionibus. Et dato, quod hæ gentes sint barbære, & tam segregatæ a cognitione summi opificis, & a communione reliquarum nationum, mirabile est uidere modum ab eis in omnibus obseruatum.

Circa obsequia domestica ipsius domini Muteezuma, & res miras, quas ad magnanimitatem status habebat, est aliquid scribendum, & ingenue polliceor Maestati Vestræ, quod unde incipiam ignoro, nec quomodo finem imponere ualeam, ut eorum minimam portionem finire possim. Quia ut Maestati Vestræ alias retuli, quæ barbari Domini qualis iste est potentia, aut opulentia maior hac esse potest, qui simulacra aurea & argentea ex plumis & gemmis & omnibus generibus quæ sub cælo sunt in domino possidere posset, & simulacra aurea & argentea tam bene effigiata, ut artifices quilibet aptare non posset. Ea uero quæ sunt ex gemmis, humanum iudicium conijcere non posset, quo instrumento tam perfecte conficiantur. Ea uero ex plumis talia erant, quod nec in cera, nec in rebus ferreis acupictis mirabiliora fieri possent. Non ualui cognoscere quantum domini dicti Domini Muteezuma extēdebat: ille enim undiq; à sua magna ciuitate mittit nuncios cum suis mandatis per leucas ducentas, quibus omnes parent, quamuis habuisset quasdam prouincijs quasdam cumdatas, quibus cum bella gerebat: & ut comprehendere ualuit, eius Dominium erat tam latum quantæ sunt uniuersæ Hispaniæ, quia ad sexaginta leucas ultra Putunchan, qui est ritus Grifalua, nuncios suos militat ad ciuitatem nomine Cumatan, ut illi uenirent præfatum obedientiam Maestati Vestræ, quæ distabat à magna ciuitate per ducentas & uiginti leucas. Sed usque ad centum & quinquaginta nostri Hispani à me uisum ire iussi sunt. Omnes fere Domini istarum prouinciarum, & maxime circumuicini resident in illa ciuitate pro maiori parte anni, ut superius retuli. Et ut plurimum, dicti domini habent suos filios primogenitos ad seruitia dicti Domini Muteezuma, & quilibet eorum dominorum suis in locis habent castra, & in eis milites suos, & suorum reddituum, & obsequiorum collectores & moderatores, quæ ex omnibus prouincijs sibi eueniunt, & computum habent de omnibus, quæ quælibet prouincia contribuere obligatur. Habent characteres & figuras quasdam in papiro quam faciunt, quas ipsi intelligunt. Et quælibet prouincia habebat separatim obsequium, & contributiones secundum qualitatem seruitij, ita quod ad manus dicti domini Muteezuma perueniebant omnia genera rerum, quæ in dictis prouincijs commperiri poterant, & eum tam præsentem quam absentes metuebant, quo nullo mortalium dominos plus timere crediderim. Habebat tam in ciuitate, quam extra, domos plurimas uoluptatis gratia melius constructas quam dici possit, & quæ uere erant dignæ magno principe, & domino. Habebat in ciuitate ad usum suum palatia tam lata & mirabilia, quod mihi impossibile uidetur magnitudinem, amplitudinem, & bonitatem illorum recensere. Idcirco me non intromittam, ut aliquid de eis enarrem, sed tantum hoc unum, quod in Hispanijs non sunt illis similia. Habet aliud palatium fere non minus bonum, quam illud, in quo erat pulcherrimum usfidarium quibusdam prospectaculis eidem insidentibus, & marmora, reliqua que ornamenta erant ex iaspide optime elaborato. Illi palatio inerant habitations, quibus possent hospitari duo magni principes cum eorum obsequio, in hoc palatio erant decem stagna, ubi habebantur omnia genera aquarum aquatiliam istarum prouinciarum, quæ sunt multa & uaria, & omnium altitum, & ad usum uolucrum quæ marialuntur, erant stagna salte a

Dominium  
Muteezu.

quæ, & ad usum fluminibus uersantium erant aquæ dulces, quas aquas quodam constituto tempore emittebant, ut stagna emundarent, & postea sua canalibus ea replebant, & cuiuslibet speciei uolucrum impartiebantur cibum, qui eis erat proprius, ita quod illis quæ piscibus nutritur pisces dabant, & quæ uermibus uermes, & quæ Mayz, Mayz, & quæ alijs minoribus seminibus, minora semina concedebant. Et certa refero Maiestati Vestra, quod uolucris pisces edentibus ducentæ & quinquaginta libræ quotidie exhibebantur ex illis, qui in dicto falso lacu capiebantur, his alijs uolucris dabant operam trecenti uiri, nulli negotio, ulterius incumbentes. Erant præterea alij ad auius præstanda medicamina præpositi, cuiuslibet stagno prospectacula imminabant, & deambulatoria egregia & sumptuosa, quo dictus Muteezuma solatij gratia secedere solebat. In huius palatij particula tenebantur homines, pueros, fœminas quæ a natiuitate candidos in facie, corpore, capillis, supercilijs, & palpebris. Habebat aliam etiam domum amplissimam & munitissimam, in qua erat latum præstitillum pauimento ex crustis marmoreis egregijs ornatum in modum latrunculariæ tabulæ, & domus erant profundæ, quasi ad statum hominis cum dimidio, & ad magnitudinem sex passuum in quadrangulo, & in medio quarum libet istarum habitationum, cernebatur uolucris rapina uitam quærens à tinuculo usque ad aquilam, quotquot, comperiuntur in Hispanijs, & plura genera quæ nunquam in Hispanijs uisa sunt, & in quolibet genere magna copia, & in quolibet istarum erat lignum, ubi uolucres residebant, & aliud extra infra rete, & uni insidebant aues nocturno tempore, cum plurius uisum erat tempus, in altero uero poterant esse exeuntes ad solem, & aera, dum aliqua ægritudine laborant. Ictis omnibus uolucris pro eorum cibo gallinas impartiebantur, & non aliud. In eodem palatio inferius quædam aulæ magnæ plenæ sunt magnis caueis & gradibus lignis fabrefactæ & coniuuata, & in eis, ut plurimum, continebantur leones, tygrides, lupi, uulpes, catti uarij. Et omnium horum animalium tam uolantium quam quadrupedum erat maxima copia, quibus ad saturitatem gallinas apponebant, & ad horum animalium custodiam erant alij trecenti uiri. Erat illi alia domus, ubi plurimos uiros & fœminas monstruosos, pumiliones, gibbosos, & adulteros, & alios maximæ deformitatis uiros habebat, & genus quodlibet monstri suas obtinebat separatas habitationes, & præerant eorum infirmitatibus electi homines. Reliquas domus uoluptatis causa constructas in dicta ciuitate prætermitto, cum & plures sint & diuersimodæ. Obsequij sui ordo talis erat. Illucescente die, quingenti aut sexcenti uiri principales domum suam petebant, qui sedebant & spaciabantur per aulas, & de ambulatoria, quæ erant in domo, & ibi morabantur, non tamen ingrediebantur ad eius conspectum, & eorum familiares, & illi, qui cum eis associati erant, occupabant duo aut tria palatij impluua, & uicum maximum, & hi per diem continuuum sibi moram trahebant, nec discedebant nisi adueniente nocte, & eodem momento, quo discumbebat dominus Muteezuma, ipsi quoque discumbebant, & non minus lauta conuiuia eisdem apponebantur, quam eorum dominos, & familiaribus suis portionem suam impartiebantur. Penuriam cellæ & uinariæ omnibus ueniens patebant, omnibusq; esurientibus & sitientibus cibum, potumq; impartiebantur. In afferendo eidem cibo talis obseruabatur consuetudo, trecenti aut plures adolescentes epulas innumeras afferunt, & tam in prandio quam cœna, omnia genera rerum comestibilium tam ex carne quam piscibus, fructibus, & oleribus, quæ ea in regione haberi poterant, & ob frigiditatem regionis cuiuslibet scutellæ & paropsidi accensis prunis prunarium suberat, ne epulæ frigiditate deteriores fierent, & epulas eas omnes in aula magna, ubi cibum capere solebat, in simul collocabant, & pene omnis aula steris ornata & munda epulis implebatur. Ipse uero Muteezuma paruo puluino coreacco insidebat egregie elaborato,

Domesticum  
Muteezuma  
obsequium



A borato, tempore quo discumbebat, ab eo distantes quinque aut sex senes discumbebant, quibus ex apposisis sibi epulis porrigebat. Aderat unus familiarium, qui epulas apponebat & amouebat & ab alijs, qui extra erant, cibaria magis domino seruitentia expetebat. Lauabat manus ab initio, & in fine prandij aut coenae, & ea mappa qua semel manus excicabat amplius non utebatur. Similiter & paropsidibus aut scutellis, quibus semel fuerant fercula allata, nefas erat epulas imponi, nisi nouiter essent fabricatae, & de prunarijs similis obseruabatur modus. Quater quotidie uestiebatur, nunquam eadem utebatur ueste, quicumque palatium ingrediebatur, nudis pedibus illum ingredi oportebat, & cum uocati coram eo se exhibebant, capite & oculis inclinatis ibant, & corpore humillimo, & cum alloquentes uultum non inspectabant, quod magnae uenerationis & reuerentiae signum erat. Id quod in causa fuisse cognoui, cur quidam illius prouinciae domini aliquos ex Hispanijs increpabant, eo quod dum me alloquerentur, erecti me intuebantur, quod paruae reuerentiae & uerecundiae ascribebant. Cum domo exhibat dictus Muteezuma, quod raro eueniebat, omnes eum associantes, & qui sibi obuiam fiebant, eidem uultum auertebant, nec pacto aliquo eum inspiciebant, & omnes donec transiret, immoti permancebant. Illum assidue praecedebat suorum aliquis tres subtiles & reccias gestans uirgas, quod ideo fieri putauit, ut homines monerentur, eum adesse, quando uero lectica descendebat unam ex illis manu ipse gestabat, eam que donec ad constitutum locum peruenisset, retinebat. Erant tot & tam uariae ceremoniae & modi, quos iste dominus Muteezuma in suo obsequio seruari uolebat, quod multo maiore indigerem ocio, quam impraesentiarum nactus sum, & tenaciori memoria, ut eas omnes possem retinere. Arbitror enim nullum ex Saladinis aut dominis infidelibus, de quibus cognitionem habeamus, tot et tales in coru obsequijs retinere ceremonias. Fui in hac celebri ciuitate, ut rebus, quas ad Celsitudinis Vestrae seruitium pertinere cogitabam, prouiderem, consulereque, & ut prouinciam pacarem, alliceremque eidem Maiestati Vestrae regiones, & habitata loca plurimis maximis ciuitatibus, uillis & castris, & inuestigarem aurifodinas, intelligeremque prouinciarum secreta tam ipsius domini Muteezuma, quam aliorum, qui sibi contermini erant, quibus cum cognitionem habet. Sunt res tales, & tam admirabiles, quod pene incredibiles uideri debeant, & haec erant bono animo suo, & incolarum a me facta, non aliter quam si ab initio Celsitudinem Vestram in regem uerum & proprium dominum cognouissent, & non minori animo a me regali Celsitudinis uestrae nomine imperata exequerentur. Et in quibusdam non minus Celsitudinis Vestrae seruitio utilibus fui ibi praepeditus ab octaua mensis Nouemb. Anni M. D. XXI. usque ad ingressum mensis Maij instantis anni. M. D. XX. quo in dicta celebri ciuitate quiete & tranquille agebam, & Hispanos multos fueram partitus uarias & plures regiones pacando, & colonias erigendo in istis prouincijs, maximo detinebar desiderio, expectabamque nauem cum responso relationis, qua ab istis regionibus ab initio Maiestati Vestrae transmisseram, ut eidem impartirer ad Maiestatem Vestram, quae in praesentiarum transmitto & omnia illa aurea & emblemata, quae hic habueram pro Celsitudine Vestra.

Ad me profecti sunt non nulli incolae prouinciae istius domini Muteezuma uasalli. ex eis quierant contermini maris littori, significantes prope montes Sancti Martini, qui sunt in litore ante portum, seu stationem Sancti Iohannis, aduentasse decem & octo naues, & qui forent, dicebant ignorare, quia eis uisus illico mihi nunciatum properarant. Et post hos uenit alius insulae Ferdinandinae incola, & attulit mihi literas ab uno Hispano (quem in ipso maris littore collocaram, ut si forte naues aliquae illuc aduentarent, eidem cognitionem mei dare curaret, & illius ciuitatis quae prope portum a me habitanda serat suscepta, ne illis uagari contingeret ignorantibus qui-

*Aemulus Cor,  
tey Velaz,  
quez classes  
transmittit*

bus in locis confisterem) qualiter quodam die unica nauis ante portum san-  
 ctu Johannis uisa erat, & quantum eius uisus extendi poterat, diligenter per  
 maris littora prospexerat, & nullam aliam in conspectu uiderat, & eam nau-  
 uim esse cogitabat, quam Maieſtati Veſtræ tranſmiſeram, cum tempus eius  
 reditus appropinquauit, & ut certior fieret ibi præſolabatur, donec dicta  
 nauis applicaret, uel portum ingrederetur, ut ab ea in formationem capere  
 poſſet, & illico ad me aduolaret omnia nunciatum. His literis uisus, duos ex  
 Hiſpanis expediti, ut unus iret una uia, alter uero alia, ne eueniret, quod illi  
 qui forte miſſerentur à dicta nauis obuij illis non fierent, quibus inſinxi nul-  
 libi moram traherent, donec ad dictum portum peruenirent, & cognoſce-  
 rent quot naues aduenerant, & ex qua patria eſſent, & quid importaretur  
 nauibus, & reuerterentur mihi nunciatum. Alium etiam deſinaui ad ciuita-  
 tem ueræ Crucis declaratum ea, quæ audiveram de prædictis nauibus, & tu-  
 bebam, ipſi quoq; inueſtigarent & inuenta referrent, & alium præfecto illi,  
 quem cum centum & quinquaginta peditibus (ut Maieſtati Veſtræ ſuperi-  
 us declarauit) ire iuſſeram ad fundandam coloniã in prouincia & portu Qua-  
 eucalco, cui per meas literas mãdauit, ubi cunq; locorum nuncius eum oſten-  
 deret, ibi conſiſteret, nec ulterius progrediretur, donec aliud haberet à me in  
 mandatis, allatum enim mihi fuiſſe dicebam, naues quasdam portui applicu-  
 iſſe, qui ut deinde apparuit iam eorum aduentum cognouerat, priuſquam ſi-  
 bi literæ meæ redderentur. Et poſt eorum diſceſſum quindecim continuè de-  
 fluxerunt dies, quod nihil penitus auditum eſt, nec reſponſum ab eorum ali-  
 quo, ex quo non parum accepi admirationis. Quibus tranſactis uenere alij  
 Indi, uasalli quoq; dicti Domini Muteezuma, qui mihi indicauerunt dictas na-  
 ues in ipſo portu ancoras ieciſſe, & quod homines ex nauibus deſcenderant,  
 & eorum numerum ſecum afferbant, quod erant octuaginta equites, & o-  
 ſtingenti pedes, & decem aut duodecim tormenta. Et hæc omnia piſca uis-  
 debantur in quadam patria papiro, ut ea oſtenderent dicto domino Mute-  
 ezuma. Et nunciauerunt, quod Hiſpanus ille quem littori præpoſueram, & nun-  
 cij alij quos ego miſeram, erant apud homines qui è nauibus deſcenderant,  
 commiſerantq; dictis Indis, ut exponerent mihi, quod eorum præfectus illos  
 reuerti non permittebat. Hoc intellecto, conſtitui mittere preſbyterum, quem  
 mecum adduxeram, cum meis literis, & literis iudicum, & regentium ciui-  
 tatis ueræ Crucis, qui mecum erant in præfata ciuitate, que literæ dirigeban-  
 tur præfecto, & uiris, qui applicuerant illi portui, nota eis faciendo pluribus  
 omnia, quæ mihi in his partibus eueniant, & quod plurimas ciuitates, uil-  
 las, & caſtra ſubegeram, acquiſieramq; & eas pacifice ſubditas retinebam re-  
 gali Ceſtitudinis Veſtræ ſeruitio, & captum detinebam primarium Domi-  
 num harum prouinciarum, & me eſſe in illa celebri ciuitate, & de ipſius ci-  
 uitatis qualitate & auro et emblematis quæ pro Maieſtate Veſtra obtine-  
 bam, & me iam miſiſſe Maieſtati Veſtre relationem iſtarum prouinciarum,  
 rogabamq; eos, ut mihi indicarent, qui forent, eſſent ne ex regnis & domi-  
 nijs Veſtræ Ceſtitudinis oriundi: & ſcriberent, ſi ad has prouincias ſuo re-  
 gali mandato profecti fuiſſent, aut ad ponendas colonias, & morari in eis:  
 uel utrum ulterius progreſſuri, aut an uellent reuerti: & ſi premerentur ne-  
 ceſſitate alicuius rei, quod daturus eſſem omnem operam, ut ſubleuarentur.  
 Si autem non eſſent e regnis, ſimiliter mihi nunciandum curarent, ſi re ali-  
 qua premerentur. Oſtendebam namq; me, ſi poſſem, remedium præſtaturum,  
 ſi minus, quod eos Ceſtitudinis Veſtræ nomine iuberem à ſuis prouincijs  
 diſcedere, nec in eas deſcenderent, & ſi aliter feciſſent meis omnibus uiri-  
 bus tam Hiſpanorum quam incolarum, eos eſſem aggreſſurus, ipſosq; aut  
 captiuos, aut ut interficerentur diligentiam adhibiturus, tanquam alieni-  
 genæ audentes ingerere ſe regnis & dominijs noſtri regis et domini. Et poſt  
 dicti preſbyteri cum prælibatis ad eos literis diſceſſum, quinta luce ad me  
 profecti ſunt uiginti Hiſpani in dicta ciuitate Temixtitan commorãtem ex  
 illis,



**A** illis, quos in custodia ciuitatis ueræ Crucis dimiseram, adducentes Presbyterum, & seculares duos in dicta ciuitate ueræ Crucis inuentos, ex quibus cognoui classem & uiros, qui ad dictum portum aduenit erant, eo Didaci Velazquez mandato peruenisse, qui est gubernator insulæ Ferdinandæ, & locumtenens. Et Dux, & præfectus illius classis, erat quidam Pamphilus de Narbaez dictæ insulæ incola, & secum adduxerat equites octuaginta, tormenta plura, & pedites octingentos, inter quos retulere octuaginta esse pixides gestantes, & gestantes balistas centum & usquæ. Et proficiscebatur præfectus generalis, & locumtenens gubernatoris istarum omnium prouinciarum uicæ, & nomine præfati Didaci Velazquez. & illum habere mandatum à Vestra Maiestate, et illum quem in littore dimiseram, ac nuncios à me missos esse apud præfatum Naruaez, qui eos redire non permittebat, qui cognouerat ab eis me in ea prouincia coloniam posuisse à dicto portu per leucas duodecim, & gentes quæ in ea erant, & pariformiter quos uiros miseram in prouinciam Quacucalco, & ab eo portu abesse per leucas triginta in prouincia Tuchitebecq; nuncupata, & omnia quæ in seruitio Celsitudinis Vestræ in his prouincijs gesseram, uillasq; & ciuitates quas Celsitudini Vestræ acquisieram & pacatas reddideram, & celebrem ciuitatem Temixititan, aurumq; & emblemata quæ in dictis prouincijs habueramus, & ab eis certior fieri uoluit de omnibus quæ mihi hæcenus euenerant, eos que destinauerat dictus Narbaez ad ciuitatem Veræ Crucis, ut si fieri posset eos, qui in ea morabantur suo nomine alloquerentur, eisq; suaderent, ut illum sequerentur, & contra me arma sumerent, secumque adduxere ad centum forte epistolas, quæ mittebantur à dicto Narbaez, & eius socijs commorantibus in dicta ciuitate, in quibus continebatur, quod omnibus exponendis nomine suo per præfatum presbyterum, & alios eius socios fidem induciam adhiberent, promittens de illis qui eo modo fecissent, eum optimam habiturum rationem, & eos qui non obtemperarent, male mulctare minabatur, multa que alia quæ in dictis literis continebantur. Hæc prælibatus presbyter, & hi qui secum uenerant exposuere. Et quasi eodem instanti superuenit alius Hispanus ex eis, quos miseram in prouinciam Quacucalco, & attulit ad me literas à Iohanne Velazquez leone eorum præfecto, eisdem significabat, quod gens illa quæ portui applicuerat, erat Pamphilus de Naruaez, qui huc proficiscebatur mandato dicti Didaci Velazquez una cum militibus quos secum conducebat et literas, quas dictus Naruaez cuidam Indo ad eum præfectum dederat tanquam consanguineum dicti Didaci Velazquez, & sororium dicti Naruaez, per eundem ad me deferri curauit, quibus inscribatur ex meis nuncijs illum cognouisse, dictum præfectum meum ibi cum illis militibus constituisse. Suadebat que ut illico ille cum commilitonibus ad eundem Naruaez proficisceretur, quod si exqueretur, ea quæ officij sui essent, & ad quæ teneretur præstaret. Sed optime scire, quod apud me non uolens, sed ut coactus degeret: Qui præfectus tanquam homo deuinctus, & obnoxius Maiestatis Vestræ seruitio, non solum ea, quæ à dicto Naruaez in literis proponebantur, respuit, sed missis ad me literis illico, ut se mecum coniungeret cum omnibus commilitonibus discesserat, & optima habita informatione à dicto Presbytero & à duobus socijs de plurimis, & de his quæ animo conceperant dictus Didacus Velazquez, & à Naruaez, & qualiter classe illa & uiris qui inuehebantur, contra me mouerat, ex eo quia relationem & res istius prouinciæ Catholicæ Maiestati Vestræ, & non dicto Didaco Velazquez transmiserat, quem admodum malo animo proficiscebantur, ut me una cum multis quos mecum habebam, quos iam proscripserant, neci traderent. Audiueram præterea licentiatum Rodoricum de Figueroa iudicem presidentiæ insulæ nouæ, iudices & reliquos Celsitudinis Vestræ officiales qui in ea resident, quam primum ad aures suas peruenerat dictum Didacum Velazquez eam

classem parare inspecto eius animo quo mittebat, cum eis pateret & consta-  
 ret manifestum damnum & incommodū, quod ex eo euentu Maiestati V-  
 stra redundare posset, misisse licentiatum Lucam Velazquez Aylon ex præ-  
 fatis iudicibus unum cum procuratorio, ad monendum et iubendū dicto Di-  
 daco Velazquez, quod dictam classem nullo modo mitteret: qui eo profes-  
 citus est, & offendit dictum Didacum Velazquez cū classe & uiris in ingres-  
 su dictæ insulæ Ferdinandæ, qui uentis uela dare parabat: eum, & omnes  
 cum dicta classe proficiscentes, ne uenirent admonuit, quia ex eo Maiestas  
 Vestra multum incommodi, & damni perpessura esset, & insuper pœnas ad-  
 didit, quibus non obstantibus & omnibus illis, quæ per dictum licentiatum  
 mandata fuerant, nec monitione, classem abire iusserat, & dictum licentia-  
 tum esse in dicto portu affirmabat, & cū ea intentione eū classe aduenisse co-  
 gitando damnum quod ex tali itinere resultaret, auertere posse cum eisdem  
 & omnibus malus animus, & mens, quibus dicta classis uentis uela dedisset,  
 optime innotesceret. Jam dictum presbyterum cum meis literis ad Naruaez  
 destinauit, quibus significabam, me ab eo presbytero, & ab eis, qui secum ue-  
 nerant, certiorum factum illum preesse uiris, qui nauī ea conducebantur, qua-  
 re multum letabar, alioqui mali quid suspicaturus, cum nuncijs quos mis-  
 ram, non reuertentur, & me mirari, quod postea quam acceperat me in his  
 prouincijs Maiestatis uestræ seruitijs inniti, nil literarum ad me dedisset, aut  
 nuncium misisset mihi aduentum suum significatum (cum certosciret me, e-  
 ius cognito aduentu plurimum letatum iri, partim quia olim amicitia iun-  
 cti fueramus, partim quia arbitrabar eosdem ad inseruiendum Ma. V. huc  
 aduenisse, quo nil iucundius mihi euenire potuisset) sed contra mitteret sub-  
 ornatores, ut facitabat, & suaforias literas commilitonibus meis in Maie-  
 statis V. seruitio existentibus, ut contra me arma caperent, & ad eum transfu-  
 gerent, non aliter quam si nostrorum aliqui essent Christicolæ, alij uero infi-  
 deles, aut aliqui Maiestatis Vestræ, alij uero minime, rogabamq; ab eo, ut in  
 posterum ea non uteretur uia, sed sui aduentus causas mihi insinuaret. Præ-  
 terea mihi dixisse illos, se generalem præfectum locum tenentem, gubernator/  
 remq; pro Didaco Velazquez nominari, & quod tali se publice nomine ap-  
 pellari mandauerat in uniuersa illa prouincia. Et cum iam constituisset iudi-  
 ces & regentes, & iusticiam ministrarat, quod erat contra seruitium, et leges  
 Vestræ Maiestatis, cum istæ prouinciæ eidem Maiestati Vestræ subijcerentur  
 & colerentur a suis subditis, & in prouincijs constituti essent ius dicētes,  
 & regimen non debebat uti titulis istis, cum à nullo fuisset admissus, quam-  
 uis ut ea exerceat haberet mandatum à Vestra Maiestate, quæ si haberet pe-  
 teriam, & monebā, ut ea mihi & regimini ciuitatis Vestræ ueræ Crucis ex-  
 hiberet, quibus ego & regimen parati eramus obedire tanquam mandatis  
 nostri Regis, & ueri domini, ut opere complerentur, quantum regali serui-  
 tio Maiestatis Vestræ conduceret. Eram enim in ea ciuitate, & dominum ca-  
 ptium in eadem detinebam, & in ea congesseram maximam auri quantita-  
 tem tam pro Vestra Celsitudine, quam his, qui mecum erant, & me ipso,  
 quod ego dimittere non audebam, timens quod post meum ab ea ciuitate  
 discessum, eius habitatores à me deficerent, & talis ciuitas, & tanta auri, &  
 & emblematum copia amitteretur, qua ciuitate amissa omnes illæ prouin-  
 ciæ deficerent. Et similiter dicto presbytero dedi literas ad dictum licentia-  
 tum Aylon, quem ut postea rescui, cum dictus presbyter eo peruenit di-  
 ctus Naruaez ceperat, & captiuum cum duabus nauibus remisit. Eodem  
 die quo dictus presbyter discessit, ad me profectus est nuncius ex illis qui e-  
 rant in ciuitate ueræ Crucis, quo significarunt omnes incolæ prouinciæ  
 defecisse ad dictum Naruaez, & potissimum illos è Cempoal, & illis fode-  
 re iunctos nullum ex incolis dictarū prouinciarum ulterius uelle accedere  
 ad dictam ciuitatem præstatū obsequia tam in arce quam in rebus alijs, quas  
 antea præstare soliti erāt. Asserebāt enim Naruaez illis retulisse, me malū,  
 & cum



A & eum ea de causa aduenisse, ut me, & commilitones meos omnes caperet, & nos captiuos abduceret, & prouinciam defereret, & quod secum adduxerat gentes plurimas, & meae erant paruo numero, & adduxerat equos multos, & plura tormenta, quam mea essent. Et illi sequi partes uictoris uolebant, & ulterius dicebant ab Indis eisdem illi innotuisse dictum Naruaez uenturum hospitatum in dicta ciuitate Cempoal, quia optime sciebat quantum aberat à ciuitate Verae Crucis, & arbitrabantur considerato malo animo dicti Naruaez in omnes, ab eo loco contra eos castra illum moturum, & praesertim cum sibi indos dictae ciuitatis coniunctos retineret, & propterea significabant se ciuitatem deserturos, & ascensuros montem ad quandam procerem celsitudinis Vestrae uasallum, & nobis amicum ibique permansuros, donec nunciarem, quid sibi agendum esset. Et illico considerato detrimento magno quod incumberebat, cum dictae prouinciae deficere coepissent ex dicti Naruaez suasione, uidebatur, quod si me conferrem eo, ubi ille extitisset, multum cohsiberentur incolae me praesentem cernentes, nec contra me arma capere auderent, & etiam cogitabam modum inuenire, ut malum quod inceperat, sopiri posset. Inde eadem die discessi, fortilitium Maysplenum relinquens, & in eo centum & quadraginta homines, aquam, & aliqua tormenta: & cum reliquis, quos ibi habebam (qui erant sexaginta) sum meum iter profecutus, comitantibus quibusdam proceribus domini Muteezuma, quem antequam discederem pluribus sum allocutus, proponendo, quod consideraret se esse Celsitudinis Vestrae uasallum, & nunc erant sibi agenda gratiae à Vestra Maestate de omnibus, quae in Maestatem Vestram contulerat obsequijs. Hispanos eos, qui remanebant, sibi admodum commendauit, cum auro & emblematis, quae mihi fuerat elargitus pro Celsitudine Vestra, & ab alijs dari iusserat, proficisci enim uolebam exploratum, qui forent illi, qui ad portum nostrum applicuerant, quia eouique qui fuerat, ignorabam, arbitrabar tamen eos improbos, & minime Celsitudinis Vestrae subditos. Ille pollicitus est prouisum iri eisdem de omnibus, quae essent eis necessaria, & custodiam habiturum de his, quae ibi dimittebam, cum illud Sacrae Maestati Vestrae pertineret, iussit que ut illi, qui mecum proficiebantur me per ea itinera deducerent, quo ab eius prouincijs non exirem, & de omnibus mihi prouidendum curarent. Me quoque enixe rogabat, si inuenirem homines eos improbos, ut illico nunciarem, collecturum enim illico se maximas copias, quae eos oppugnatum proficiscerentur, & ad eos à prouincia eiciendum. At ego illi de omnibus gratias egi, & ingenue affirmavi Maestatem Vestram propterea aliqua gratitudine eum profecuturam, & multa emblemata, & uestes uni ex filijs suis, & alijs plurimis dominis, qui secum comperiebantur, impartitus fui. In ciuitate Churultecal factus est mihi obuius Iohannes Velazquez, quem alias profecum fuisse recensui, & miseram ad Quacualco, qui ad me cum omnibus commilitonibus proficisceretur, & demptis quibusdam aduersa ualitudine detentis, quos in ciuitatem ire iussi, cum eo & eius commilitonibus, & reliquis ceptum iter profecutus sum, & quindecim leucis ultra istam ciuitatem Churultecal inueni presbyterum, qui unus ex meis socijs erat, quem quaesitum miseram, qui nam essent illi, qui portum classe ingressi fuerant: mihiq; dicti Naruaez literas praesentauit, quibus continebatur, eum habere quadam mandata, ut sibi consignarentur dictae prouinciae pro Didaco Velazquez, & illico ad eum irem illis obtemperaturus, & illum iam aedificasse ciuitatem, iudices & regentes constituisse. Et accipi à dicto presbytero, qualiter captiuarat dictum licentiatum Aylon, & scribam suum & executorem, & impositos duabus nauibus dimiserat, illumq; donis sollicitauerat, ut aliquibus ex nostris socijs, quo transfugerent ad dictum Naruaez, suaderet, & quo recensuerat quosdam Indos, qui secum uentant. & tam equites quam pedites, emiseratq; omnia tormenta tam in nauibus

uibus existentia, quam in littore, ut illis timorem incuteret. Considerate, inquit, quomodo poteritis uos à nobis protegere, si nobis non morem gesseritis. Retulit etiam se uidisse apud dictum Naruaez unum ex dominis istius provinciae uasallum domino Muteezuma, quem praeposuerat omnibus suis prouincijs à montibus ad littora ipsius maris, & sciuit eundem allocutum Naruaez nomine dicti domini Muteezuma, & illi fuerat impartitum quaedam aurea emblemata. Et è conuerso dictus Naruaez eidem uaria munuscula, & etiam sciuerat eum ab eo loco expedituisse nuncios quosdam ad dominum Muteezuma, promittendo se illum soluturum, & hac de causa huc aduentasse, ut me caperet una cum meis commilitonibus, & illico eum discessurum, dimissurum que prouincias: nec aurum cupere, sed tantum me capto cum meis commilitonibus uelle reuerti, & prouincias & earum incolas libertate donare. Postremo percepto eius sententiam esse collocare se in his regionibus propria autoritate nemine eum recipiente, meque & commilitonibus meis illum in ducem, & iudicem recipere nolentibus nos aggredi, & bello expugnare, & ad id foedus iniuili se cum incolis prouinciarum, & potissimum cum dicto domino Muteezuma per eius nuncios, & cum manifeste prospicerem damnum & incommodum, quod Sacrae Maiestati Vestrae ex praemissis emergete potuisset, quamuis mihi recenserent illum maximam asserere potestatem, & in mandatis habere à dicto Didaco Velazquez, ut me & ex meis quosdam, quos iam proscriperat, si in eius potestatem deueniremus, quamprimum laqueo uitam finire cogeret, non recusauimus propius accedere animo uoluentis aliquo modo sibi demonstrare maximum incommodum & detrimentum, quod Maiestati Vestrae inferebat, & posse eum auertere à malo animo & cogitatione, inceptum iter secutus sum, & per quindecim leucas antequam ad ciuitatem Cempal, in qua dictus Naruaez moram trahebat, peruenirem: ad me reuersus est ille presbyter, quem milites ciuitatis uerae Crucis ad me misisse dixi, & cui literas dederam ad dictum Naruaez, & licentiatum Aylon alio comitante presbytero, & quodam Andrea de Ducro incola insulae Ferdinandinae, qui etiam cum dicto Naruaez illuc aduenerat, qui loco & uice responsionis mearum literarum mihi nomine dicti Naruaez imposuerunt, & omnino ad sibi parendum proficisci deberem, & illum in ducem habere, eique prouinciam dimittere, aliter enim mihi maximum damnum euenire posset, asserentes, dictum Naruaez maximam habere potestatem, & nos minimam, & fere nullam, & ultra Hispanos, quos ad duxerat, incolae quoque eidem fauebant. Et si constituerem illi prouincias tradere, mihi naues, & comitatum ad libitum pollicebantur, & me posse cum omnibus qui mecum proficisci cuperent, & cum omnibus que exportare uellemus, absque impedimento aliquo discedere. Et alter ex presbyteris retulit ita fuisse constitutum à dicto Didaco Velazquez, ut hoc pactum mecum inirent & ad hoc dederat procuratorium dicto Naruaez, & illis duobus presbyteris coniunctum, & circa hoc parati erant mecum quomodocumque uellem pacisci. Respondi, me à Maiestate Vestra mandatum uelle prospicere, ut deberem dictas prouincias tradere, & si quod haberent, mihi & regimini ciuitatis uerae Crucis exhiberent, prout est ordo & consuetudo in Hispanijs, eram enim illi pariturus, idque executioni mandaturus, & donec illud non uiderem, nulla conditione illis, quae dixerant, morem gerere constitueram. Sed potius ego, & omnes commilitones mei pro defensione prouinciarum uitam exponere parati, eramus posteaquam illas acquisiueramus pacificas tuto que detinebamus pro Vestra Maiestate, ne proditores, infidosque nostro Regi nos exhiberemus. Proposuerunt praeterea conditiones plures, ut me in suam sententiam allicerent, nulli tamen earum uolui acquiescere, nisi prius uiso Celsitudinis Vestrae mandato: quod tamen nunquam uoluerunt ostendere, Tandem

Nuncijs Naruaez ad Cortes.

A den  
dic  
bar  
ret  
c  
su  
qui  
mer  
con  
gn  
ip  
diu  
con  
cep  
anim  
cisc  
dun  
ner  
nom  
na e  
qui c  
rent  
cium  
in Ce  
si fec  
prod  
uinc  
quib  
comp  
contr  
h  
pro  
man  
ti fun  
tum u  
& mi  
cogn  
ciens  
gis in  
eueni  
das et  
milit  
ual me  
tes u  
lioni  
cum r  
quag  
ibus o  
dictus  
gnus e  
Narua  
ostua  
dimise  
ciuitat  
aduena  
quem e



A dem duo illi presbyteri, Andreas de Duero, & ego concordēs fuimus, quod  
 dictus Naruæz cum decem uiris, & ego totidem comitatus, præmissis am-  
 barum partium saluo conductu colloqueremur, ibique mandata, si qua habe-  
 ret ostenderet, & illi respondere deberem. Ego uero mihi saluum conductum  
 subsignatum, & similiter ipse ad me milit suum manu propria subscriptum,  
 qui ut postea apparuit, insidias mihi parauerat, ut illo in colloquio me inter-  
 merent: & huic negotio elegerat duos ex illis decem, quos secum ducere  
 constituerat reliqui uero cum eis, quos mecum ego adducere deberem, pu-  
 gnarent. Asserebant enim me mortuo, se iam negotio finem imposuisse, ut re-  
 ipsa fuisset, nisi Deus. Opt. Max. qui in similibus opem ferre solet, reme-  
 dium attulisset. Factus enim sui certior eodem tempore, quo nobis saluum  
 conductum attulere ab eisdem, qui contra me coniurauerant: quod ubi per-  
 cepi, dicto Naruæz nunciaui per meas literas, me suum malum in me a-  
 nimum percepisse, nolleque me eo, ut inter nos conuentum fuerat profici-  
 scisci, & eo instanti ei monitionem, & mandatum meo nomine conficien-  
 dum commisi, quo monebam dictum Naruæz, si aliqua mandata obti-  
 neret, à Maiestate Vestra, ea mihi exhiberet, & eousque non usurparet sibi  
 nomen ducis, & iudicis, nec se in re aliqua pertinenti dictis officiis sub pœ-  
 na eidem imposita impediret, & præcipiebam dicto mandato omnibus,  
 qui cum dicto Naruæz aduenerant, quod nullo modo eum in ducem habe-  
 rent, aut eidem parerent tanquam duci, aut iudici. Imo intra certum spa-  
 cium in mandato assignatum coram me comparere deberent audituri, quid  
 in Celsitudinis Vestræ seruitio acturi essent, præmissa protestatione, quod  
 si fecus agerent contra eosdem tanquam rebelles procederem, & pro-  
 ditores, infidos, & malos subditos à suo Rege deficientes, & illius pro-  
 uincias usurpantes, & dominia, & earum possessionem eis dare cupientes,  
 quibus non spectat ius, nec actio competit. Et si in uim talis mandati non  
 comparerent, nec illud quod in dicto mandato continebatur, exequerentur,  
 contra eos procederem secundum formam iustitiæ. Et responsum, quod mi-  
 hi dictus Naruæz dedit, illud fuit, quod notarium, & eum, qui cum meo  
 procuratorio profectus erat ad indicandum præceptum meum, carcere mancipauit,  
 una cum quibusdam indis, quos secum habebant, qui detenti sunt,  
 donec eo peruenisset alius nunciatus meus, quem miseram desciscita-  
 tum ubi se continerent, coram quibus omnes milites denuo recensuerunt,  
 & minati sunt eis, & mihi, si prouincias eisdem non traderemus. Et cum  
 cognoscerem non posse tantum malum, & scandalum euitare, & prospici-  
 ens, quod incolæ prouinciarum iam tumultuari cœperant, & indies magis  
 insurgebant, me Deo commendans, & deposito timore damni, quod  
 euenire poterat, animo uoluens mori in seruitio nostri Regis, et ad protegen-  
 das eius prouincias, & si eas usurpare nō permitterem, maxima mihi & com-  
 militonibus meis gloria inde nasci poterat, Mandauit Condifaluo de Sando-  
 ual meo magno executori, ut dictum Naruæz, & eos qui se iudices et regen-  
 tes uocari uolebant, capere studeret, & ei traditi octuaginta ex meis commi-  
 litionibus, quibus mandauit, ut illum sequerentur, & eos caperent, ego uero  
 cum reliquis centum septuaginta qui in uniuersum erant ducenti, & quin-  
 quaginta sine tormentis, & nullis comitantibus equitibus, sed solum pedi-  
 tibus dictum maiorem executorem subsecutus fui, ut eidem opem ferrem, si  
 dictus Naruæz, & alij nolent se capi permittere. Eadem die, qua dictus ma-  
 gnus exequitor, & ego simul peruenimus ad ciuitatem Cempoal, ubi dictus  
 Naruæz cum suis militibus confiterat, ille ut audiuit aduentum nostrum,  
 octuaginta equitibus, & quingentis pedibus præter eos, quos in hospitio  
 dimiserat, & ciuitate egressus esset, erat autem eius hospitium Meschita maior in illa  
 ciuitate, quæ erat munitissima. Et his comitantibus equitibus, & pedibus  
 aduenit per leucam ab eo loco, ubi eram, & si aduentum meum præseruat,  
 quem ex indorum relatione intellexerat: sed cum me non inuenisset, ratus  
 quod

quod illum deluderent, reuersus est ad suum hospitium; semper tamen milites suos paratos retinens; & quasi per leucam ad dicta ciuitate duos dimisit exploratores. Et quia maxime cupiebā scandalū euitare, mihi uisum est, quod commodius, & minori scandalo noctu proficisceretur, si fieri posset tam tacite ingressurus, quod me non audirent, iremusq; recto tramite ad hospitium ipsius Naruaez, quod ego, & commilitones mei optime noueramus, ad ipsum capiendum, quo capto putabam ulterius nullum scandalum euenturū, quia reliquos iustitiæ parituros censebam, & precipue quoniam maior eorū pars coacta huc accesserat, & ui, quam dictus Didacus Velazquez eis intulerat, & timore ne Didacus Velazquez eisdem seruos, quos in insula Ferdinandina obtinebant, auferret. Et ita successit, quia die Pentecostes parum post mediu noctis dictum hospitium aggressus sum, offendi tamen prius exploratores, quos dictus Naruaez in itinere collocauerat, & illi quos præmiseram, alterum cepere, & altera uigili, ex quo percepi, quem ordinem obtinerent, & ne explorator, qui fuga captiuitatem euitauerat, eo antequam ille perueniret, quantum fieri potuit festinaui; tamen tantum festinare non eualui, quin ille me per mediæ horæ spatium præueniret. Et cum ego adueni, dictus Naruaez & socij omnes arma induerant, equosq; suos præparauerant, & militū præparati ducenti uiri pro quolibet quadrangulo uigilabāt. Verum tam tacite eo deuenimus, quod cum nos adesse cognouere, & ad arma clamantū est, iam ingressus fueram impluuium sui hospitij, in quo omnes hospitabantur, & congregati morabantur, & ceperant tres, aut quatuor turres in eo existentes, & reliquas omnes munitas habitationes. In gradibus uero unius ex dictis turribus, quam dictus Naruaez inhabitabat, decem & nouem tormenta susulis æris collocata erant, nos autem tam ueloces in eis ascensu fuimus, quod tormentis ignem admouere non potuere, præterquam uni, quod etiam Deo sic uolente globum non emisit, nec damnum alicui intulit, & sic turrim prædictam ascendimus, donec deuentum est ad habitationē ipsius Naruaez, quam quinquaginta comitatus commilitonibus optime tuebatur, & cum magno executore decertabant, & socijs suis. Quamuis multoties eos monuisset, ut sese captiuos Maestati Vestre dederēt, nunquam tamen annuere uoluerunt, donec turri ignis apponeretur, & igne præmente, sui deditio, nem fecere. Dum dictus magnus executor operā dabat ut dictū Naruaez capere posset, ipse cum reliquis, qui apud me remanserant, turris ascensum tunc bar aduersus eos, qui ei suppetias ferebant, & tormenta illa omnia capienda curauit, & me illis adeo munitum reddidi, quod sine cæde hominum, præterquam duorum, qui tormenti scū perierant, unius horæ intervallo omnes, quos capere uolebam, in mei potestatem deuenere, & armis concessis reliqui omnes mihi, iusticieq; parere promiserunt, & Maestati Vestre: se deceptos hæcenus asserentes, quia professi erant eoussq; se à Cellitudine Vestra mandati obtinere, & quod ego una cum prouincia defecerim, essemq; Cellitudinis Vestre proditor, plurimaq; alia eisdem exposuerant: & cognita reueritate, & malo animo atq; intentione, quibus dictus Didacus Velazquez & Naruaez moti fuerant, maxima affecti sunt uoluptate, quod Deus ita fieri permisisset. Et certiore reddo Maestatem Vestram, si deus solita sua misericordia, & pietate huic negotio manum nō apposuisset, & dictus Naruaez fuisset uictoriam adeptus, maius damnum & incommodum fuisset secutum, quamdiu fuerit secutum inter Hispanos, data comparatione. Mandato enim Didaci Velazquez, ut me una cum socijs meis multis suspenderet, morem gefisset, ne aliquis superesset, qui de gestis per eos notitiam aliquam exhibere posset. Quia, ut ab Indis postea percepi, si forte euenisset, quod dictus Naruaez me caperet (ut ipse eisdem aperuerat) quia non posset res tanta fieri sine damno eius, & suorum quin multi ex suis & meis commilitonibus, periret constituerant ipsi interim interficere eos, quos in ciuitate dimiseram (ut etiam conati sunt) & deinde omnes in unum conuenientes aggregati eos, qui hic

Capitulum Naruaez à Cortes



hic super essent, adeo quod suae provinciae remaneret liberae, & Hispano-  
 rum memoria non super esset. Et Ma. V. dubitare non debet, quod si ita fe-  
 cissent & eam sententiam executi fuissent, quod viginti annorum circulo pro-  
 vinciae, quae subactae & pacatae erant, non uincerentur & parcerentur. Per tres  
 dies post captiuitatem dicitur Naruaez cum in dicta ciuitate tanta multitudo  
 alii non posset, & iam pene esset destructa (quia dicitur Naruaez & eius socij  
 eandem depradati fuerant, incolae enim aberant, & domus erant solae) ex-  
 pediui duos praefectos, & cuilibet eorum tradidi trecentos uiros, unum de-  
 stinaui ad ceptam coloniam, de qua iam Ma. V. mentionem feci, in portu  
 perficiendam. Alterum ad fluuium illum, in quo naues Francisci de Garat  
 uidisse dicebant, quia eum locum mihi certum habebam, & ducentos ad ci-  
 uitatem uerae Crucis, quo naues omnes quas dicitur Naruaez adduxerat,  
 ancoras firmasse audieram, cum reliquis militibus ire iussit, ut ibi consu-  
 rem rebus, quae ad commodum V. M. pertinere putarem, & nuncium desti-  
 nauit ad ciuitatem Temixtitan, quo omnia, quae mihi euenerant, significabam  
 Hispanis, quos ibi dimiseram, qui duodecim dierum spacio reuersus est, & mihi  
 attulit literas a praefecto ibidem & militibus quibus me certiore reddebant,  
 Indos fortilitium acriter oppugnasse, & multis locis ignem imposuisse, &  
 cuniculos quosdam subterraneos effodisse, eosque fuisse in maximo uitae di-  
 scrimine & labore, & quod omnes illi fuissent interfecti, nisi dominus Mute-  
 ezuma eis imperasset, ut a dicta oppugnatione desisterent. Adhuc tamen eos  
 obfideri quamuis non oppugnarentur, affirmabant, nullumque ex eis per bi-  
 nos passus extra fortilitium Indi exire patiebantur, & dum pugnantur ma-  
 ximam commeatuum portionem quam dimiseram, ipsi ereptam, fuisse, &  
 combusserant eos quatuor Bergantinos, quos construendos curaueram in  
 dicta ciuitate Temixtitan, & uersabantur in maxima rerum omnium egesta-  
 te, rogantes ut illis opem ferre festinarem. Et uisa eorum necessitate & confi-  
 derato, quod ultra interfectos Hispanos omne aurum, argentum, & emble-  
 mata, quae ex provinciis habita fuerant amitterentur, amitteretur melior &  
 nobilior ciuitas, quae si in uniuerso nouiter adinuenito orbe, qua amissa om-  
 nia quae haecenus in his provinciis acquisueram amitterentur, cum illa es-  
 set primaria, cui omnes reliquae parebant, statim nuncios subsequi iussit qui  
 praefectos subsequerentur, qui profecti fuerant cum dictis militibus enume-  
 rans eisdem omnia, quae ad me scripserant milites Hispani ab ea ciuitate, &  
 quod illico ubicunque eos offenderent, pedem referre admonerent breuiori  
 itinere quo fieri posset, ad ciuitatem Tascaltecal, ut cum militibus, qui me-  
 cum erant, & tormentis omnibus quibus potui, & cum septuaginta equiti-  
 bus me illis coniungerem. Et postquam eo aduenere, milites omnes perlu-  
 strauit, erant autem septuaginta equites, & pedites quingenti, & eisdem co-  
 mitantibus maiori celeritate, qua potui discessi Temixtitan uersus, in eo iti-  
 nere nullus ex subditis domini Muteezuma mihi obuiam ueniebat, ut pri-  
 us facere consueuerant, & provinciae illae omnes erant tumultuantes, & do-  
 mus pene inhabitatae. Hac re in suspicionem maximam adducebar Hispano-  
 nos, quos in dicta ciuitate Temixtitan dimiseram, iam interemptos, & quod  
 omnis provinciarum multitudo in unum conuenerit, expectantes me ali-  
 quo in arduo loco, aut angustijs quibus mihi facilis obesse posset, & hac  
 suspicionem paratior meos continui quo fieri potuit, donec perueni ad ciui-  
 tatem Telnacan, quae (ut superius aperui) est in ipso lacus littore, & ab in-  
 colis quibusdam quaeliui quid esset actum de Hispanis, quos in Temixti-  
 tan reliqueram, qui eos mihi uiterere retulere, eisque iniunxit, ut canoam adduce-  
 rent, uolebam enim ea Hispanum Temixtitan ire usum. Et dum eo proficis-  
 ceretur unum ex incolis mecum morari oportebat, ex incolis dictae ciuitatis  
 unus, qui mihi aliquantulum ex primatibus uidebatur, reliqui uero quibus  
 cum consuetudinem habebam, non apparebant. Hic igitur quemadmodum  
 a me iussus fuerat, canoam adducendam curauit, & Hispano, quem mitte-  
 bam

ham adiunxit Indos quosdam, ipse uero mecum remansit. Et dum di *His* A  
 spanus iturus ad ciuitatem Temixtitan canoam ascenderet, aliam canoam  
 eo tendentem conspexit, eamq; ut propius accederet, expectauit, in ea uehe  
 batur ex Hispanis unus quos in dicta ciuitate dimiserat, ex quo cognoui Hi  
 spanos omnes uiuere præter quatuor aut sex, quos Indi interemerant, reli  
 qui uero obfidebantur, nec eos exire Indi patiebantur è fortilitio, & nil sibi  
 impartiebantur nisi maxima pecunia, quamuis audito meo aduentu, mitius  
 cum eis egissent, & Muteezuma nihil aliud desiderare nisi meum aduentu,  
 ut sibi copia daretur spacandi per ciuitatem, ut antea facere solitus fuerat, &  
 se optime perpendere ea, quæ in dicta ciuitate successerant, me iam præci  
 uisse, & propterea me iratum, & animo aliquid damni inferendi eo proficisci  
 ei. Ideo ipsum enixis me precibus rogare iram deponerem, quia ipse non mi  
 nus ea molesto, & ægro animo tulerat quam egomet, & nil ex suo consensu,  
 aut uoluntate factum, & alia multa mihi exponenda commisit, quo me abi  
 ra quam concepissem cogitabat ex commissis, auerteret, proficiscereturq; ad ci  
 uitatem is, qui ante fueram, quia impræsentiarum non minus executioni  
 mandata mea quam prius, & illis obedirent. Respondi, me in il  
 lum nullam iram concepissem, cum optimum eius animum cognoscerem, &  
 esse credebam. Et sequenti die in uigilia Sancti Ioannis Baptistæ discessi, &  
 hospitatus fui per leucas tres à ciuitate Temixtitan. Et alio die postquam di  
 uinis solennijs interfui, iter meum profecutus sum, & serè ante meridiè ciuita  
 tem ingressus sum, & uidi homines non multos in ciuitate, et portas aliquas  
 in trijs, quadrijs amotas, quod mihi minime placuit, ratus tamen sum ex  
 timore eorum, quæ commiserant fecisse, & ut cum ibi essem illis securitatem  
 impatirer, ego autem recto itinere progressus sum ad fortilitium, in quo, &  
 Melchita illa maiori, quæ fortilitio hærebat, omnes qui mecum proficisce  
 bantur, hospitati sunt. Illi qui in fortilitio oppugnabantur eo gaudio & ani  
 morum exultatione nos exceperunt, tanquam eisdem uitam attulissetus, aut  
 de nouo donauissetus, quam se iam amisisse putabant. Eum diem magno  
 gaudio & exultatione transegitus nos quietem habere sperantes. Altera  
 uero die post missam solennia miseram nuncium ad ciuitatem ueræ Cru  
 cis noua bona nuncians. Christianos adhuc uiuere, & me ciuitatem ingres  
 sum, & tuto esse in ea, qui nuncius mediæ horæ interuallo uulneribus plu  
 rimis affectus redijt clamans, Indos omnes ciuitatis bello aptos, ut in nos  
 irruerent aduentare, & eos pontes ciuitatis amouisse, & post cum tanta  
 hominum multitudo undique confluens, nos aggressa est, ut nec uici nec  
 subdialia pauimenta præ multitudinem apparerent, & proficiscebantur maio  
 ribus ululatibus, & terribilioribus uociferationibus quæ unquam excogita  
 ri possent. Et tot erant lapides, quos in fortilitium fundis iniecerant, ut cœlū  
 lapides pluere uideretur, & tantus erat sagittarum & iaculorum numerus,  
 quod illis omnes parietes & impluua erant referta, & per ea iri fere non po  
 terat. Ego uero domo egressus in eos irui, & nobiscum acriter pugnauerunt,  
 & ab uno latere ex præfectis meis unus cum ducentis uiris fortilitio exierat,  
 priusquam posset pedem referre quatuor ex suis trucidati sunt, & eundē præ  
 fecum, & alios plures uulnerarunt, nos uero paucos ex eis interficiebamus,  
 quia illi se ultra pontes recipiebant, & ex subdialijs pauimentis lapidibus  
 nobis maxime oberant, ex quibus expugnauius & combussimus aliqua  
 tamē erant tam crebra & adeo munita, & tot uiris, & lapidibus, alijsq; uarijs  
 armorum generibus referta, ut potentes non essemus ad omnia oppugnan  
 da, & tuendum, quod illi obesse nobis non possent ad libitum. Fortilitium  
 nostrum tam acriter oppugnarunt, ut uarijs in locis ignem apposuerint, &  
 in uno combusta est maior pars, antequam opem ferre possemus, donec pa  
 rietum incisione eum euitauerimus, & ex uiolenta parietum eiectione ignis  
 exinctus est, & nisi ibi maximum præsidium collocašem, uidelicet homi  
 nes balistis, & pixidibus utentes, alijsq; tormenta, eorum profectio repen  
 tino

Ingressus ci  
 uitatem Temi  
 xitan Cor  
 tesius



A tino aduentu nobis obistere non ualentibus fortilitum ingressi fuissent.

Eam diem certando usq; in obscuram noctem consumpsimus, nec tamen ea secuta tuti fuimus ab eorum uociferationibus & tumultu, donec dies superuenit. Ea nocte per eos destructa reficienda, & alia multa, quibus fortilitum indigere uidebatur, preparanda curauit, & stationes aptauit, & in eis milites qui eas tuerentur, & sequenti luce essent pugnaturi collocauit, & militum uulneribus medicamenta sunt adhibita, qui erant ultra octuaginta numero. Luce uero accedente hostes nos acrius, quam præcedenti die oppugnare cœperunt, & tanta illorum aduenerat multitudo, ut illi qui tormentis præerant in illis arte dirigendis diligentia uti nõ indigerent, sed tantum uiso indorum agmine ignem tormentis admouere. Et quanquã tormenta illis multum damni inferrent, quatuordecim enim in hostes utebamur tormentis nõ enumeratis pixidibus & balistis, ea tamen omnia tam leuia damna tantæ multitudinĩ inferrebat, ut nil eis obesse uideremur. Emisso enim tormento, decem aut duodecim interfecit, alij succedebant. Relicto in fortilitio condecenti præsidio, & quod dimitti poterat, illico exiit, & pontes aliquos occupauit, & domos quasdam igne consumpsit, & plures ilorum interfecimus, qui eas tueri nitentur. Verum tanta illorum erat multitudo, quod quamuis maximam stragem illis intulisset, eorum tamẽ uires parum minui uidebantur. Nos enim continuo integro die certare cogebamur, illi uero per horas aut uicissitudines habebant, & semper abundabant. Eodem quoque die uulnera intulerunt quinquaginta aut sexaginta Hispanis, quamuis nullus obierit. In noctem usq; pugnauimus, et lassii retro effimus ad fortilitum. Considerato maximo damno ab hostibus nobis illato, & quod hostes non toto loco consistentes uulnerabant, & interfeciebant, & damnum quod illis inferebamus, non uidebatur cum tanta eorum esset multitudo, eam noctem & sequentem diem in machinis tribus ligneis conficiendis, & confirmandis consumpsimus, quorum quælibet intra se milites uiginti continere poterat, ut eos lapidibus, quos à subdialibus pauimentis faciebant, ostendere non possent. Aliqui intus existentes pixidibus aut balistis, reliqui uero acutis ferreis malleis, ligonibus, & massis ferreis ad effodiendas domos, destruendosq; aggeres per eos in uicis postros utebantur. Cum machinis conficiendis operam sedulo impenderemus, hostes nihilominus nos oppugnare non desistebant, adeo ut dum nos fortilitio non exiremus, illi illud ingredi totis uiribus nitentur, quibus ne ingrederentur maximo cum labore uix restitimus. Dicitur autem Muteezuma, qui semper apud nos remanserat una cum filio et multis proceribus, qui à principio detenti fuerant, dixit, ut illum ad subdialia pauimenta fortilitij deduceremus: alloquit enim consistuerat duces illius multitudinis & sperabat ita efficere, quod desisterent ab ea oppugnatione. Extrahendum eum commisi, qui cum peruenisset ad fortitium, ut ab eo illos alloqueretur, sui eius caput lapide percussere, & tam uiolenti uulnere est affectus, quod trium dierum spacio ab humanis excelsit. Quem extrahendum è fortilitio imposui duobus Indis, quos captiuos detinebam qui illum multitudinĩ apportarunt: quid tamen fuerit actum, ignoro. Propterea tamen oppugnatio non cessauit, & indies augebatur, & acrior, maiorq; reddebatur. Eo ipso die me ad eundem fortitium: ubi dominum Muteezuma uulnerant, uocauerunt asserentes eo accedere, quia quidam ex illorum ducibus mecum colloqui desiderabant. Et ita feci, multaq; fuimus colloquuti, & interrogauit, cur me oppugnarent, cum nullam causam haberent, prospicerentq; bona, quæ à me habuerant & quam me secum bene gessissem. Respondebant, si prouincia uellem excedere, illico cessatura esset oppugnatio. Alioqui ratum haberem, aut eos omnes perituros aut nos penitus eradicatoros. Qui, ut postea apparuit, ea proferebant, ut fortilitio excederem, & me in egressu ciuitatis intra pontes pro libito interireperent. Respondi, eos cogitare non oportere, quod ideo pacem ab eis impe-

Muteezuma  
à suis uulneribus  
morsus

trarem, quia in aliquo timerem, sed ea tantum causa, quia dolebam, & moleste ferebam à me illis illatum damnum, & quod tam celebrem ciuitatem destruere cogerer, qualis erat illa. Idem præstabant responsum, quod nusquam ab oppugnatione prædicta desistere uellent, nisi ciuitatem exiuissem. Perfectis machinis subito exiti, ut subdialia quædam pauimenta expugnarem, & pòtes, præcuntibus Indis, & post eos quatuor tormentis, multisq; alijs ballistis & parmis utentibus, & plus tribus millibus Indis, qui mecum aduenierant ex prouincijs Tascaltecal, & Hispanis inferuebant. Et postquam peruenimus ad pontem, machinas parietibus applicuimus quorundam pauimentorum, & scalas, quas ad ascensum attuleramus. Sed tanta multitudo hominum dictum pontem tutabatur, & pauimenta, & tam crebri & ponderosi erant lapides, qui ab eis ui faciebantur, quod machinas nostras dissiparunt, & Hispanum unum interfecerunt, & plures uulnerunt. Et quamuis acriter pugnatum fuerit, tamen egressum aliquem habere non potuimus, certauimus enim à summo mane ad meridiem, et maxima repleti mœsticia ad fortilitium deuenimus. Quapropter tantum hostes animis creuere, ut ad portas fortilitij irruerent, & Melchitam illam magnam occupauere, & ampliorum, & editiorem illius turrim forte quingenti uiri ex primatibus conscendunt, & sibi commeatum amplum constituerunt, ut panis, aqua, & aliorum esculentorum, & maximam lapidum copiam: quorum maior pars habebat lasas hastas cuspidibus ex silice nostris amplioribus, & non minus acutis, & ab ea turri multum officiebant nostris in fortilitio uersantibus, quod eadem adharebat. Ea turris bis aut ter ab Hispanis frustra oppugnata est, & ut eam ascenderent audester irruerunt. Verum cum esset excelsa, & ascensu ardua (quæ habebat ultra centum gradus) & superius existentes essent lapidibus muniti, multisq; alijs armorum generibus, & animis aucti, quia eisdem subdialia pauimenta occupare nõ potueramus, nunquam Hispanorum aliquis ascendere cœpit, qui rotatim non descenderet, & multis uulnera inferebant. Tum illi qui hæc ab his geri uidebant, tantum animi accipiebant, ut in fortilitium irruerent sine timore. Prospiciens, si illi diu possideret eam turrim, ultra nobis allata ab eis indies damna animis augerentur, ut nobis obessent, fortilitio exiui. Quanquam sinistra manu parum utilis ob illatum mihi à eis primo die uulnus, brachio parma alligata cum quibusdam Hispanis, qui me subsequuti sunt, turri applicui, & radicem illius diligenter circumdandam curauim: & illi, qui eam circumdabant, nõ quiescebant, Imò undiq; certamen cum hostibus committebant, & ut fauerent existentibus in turri multum accurrerunt. Nos Hispani gradus cepimus ascendere, & quamuis ipsi ascensum maxime tuerentur, tantum tres aut quatuor Hispanos è gradibus eiecerunt Saluatoris nostri auxilio, & beatissimæ matris sue Mariæ, cui dicta turris dicata fuerat, & in ea illius imago apposita, ascendimus, & in superiori parte turris tam acriter certauimus, quod eos coegimus è turri proflitre in quodam deambulatorium, quod circumdabat dictam turrim in latitudinem unius hominis status. Et erant circa eam turrim tria, eidem similia distantia inter se per hominum status fere tres, aliqui uero eorum cecidere à summitate turris ad radicem ipsius, qui ultra ea, quæ casu patiebantur, ibi ab Hispanis necabantur. Illi uero qui in prælibatis de ambulatorijs constiterant, tam acriter nobiscum decertarunt, ut tres consumpsimus horas, antequam illos omnes neci daremus, ex quibus nullus superfuit, sed omnes trucidati fuere. Et fidem uerbis meis adhibeat Sacra Maiestas Vestra, tam ardua res fuit hanc turrim expugnare, quod si deus eisdem uires, & animum non abstulisset, uiginti ex illis facillime mille Hispanis ascensum prohibere potuissent, & si acriter ad necem usque decertauerint. Turri illi, & reliquis omnibus, quæ in dicta Melchita continebantur, ignem injiciendum curauim, quibus iam imagines omnes, quas apposueramus, ademerant. Aliquid animi amittere expugnata hac turri, & adeo quod pluribus in locis se maxime



A remifere, & eo instanti redij ad illud subdiale pauimentum, & accerfui eos duces, qui prius fuerant me allocuti, qui uidebantur aliquantulum animo remiffiori ob ea, quæ uiderant, qui eodem instanti applicuere. Et eos mihi iam obfistere non poffe demonftraui, & quod nos fingulo quoque die eisdem plurimum damni inferremus, & ex eis plurimi caderent, & eorum celebrem ciuitatem comburemus, nec ceffaturi efferemus, donec aliquid ex ea & illis aliquid fuperelfet. Refponderunt, fe optime cernere à nobis damnum ingens pati, & multos ex eis perire, tamen eos decreuille nos omnino interficere. Et dicebant ut profpicerem uicos, plateas, & subdialia illa pauimenta uiris maxime referta, quia computaffe afferebant, fi ex eis uiginti millia caderent, & ex noftris unus, quod cito nos in nihilum deducerent, afferentes nos elfe paucos numero, illos uero fine numero, & nobis fignificabant uias omnes ftratas elfe demolitas, quem admodum re ipfa euenerat, quia omnes præter unam erant demolitæ, & nulla ex parte nobis patebat iter, nifi aqua & optime fcire poffent nos commeatu non abundare, & aqua, & nos diu obfiftere non poffe, quoniam iam periremus, dato quod ipfi nos non interficerent. Et uere uera proferebant quia fi aliam oppugnationem non habuiffemus præter famem, annonæ commeatuum que caritatem, fatis erant, ut mori cogereur. Diu altercati fuimus, & quilibet caufam fuam tuebatur. Noctæ uero fecuta egressus fum quibusdam Hispanis comitantibus, & eos incautos offendens uí uicum occupauimus, & in eo igne confulimus ultra trecentas domos: dum ad eum multitudo confluere, per alium reuerfus fum, & eo pacto combuffimus plures domos illius uici, & præfertim quædam subdialia pauimenta proxima fortilitio noftrò, ex quibus maxime nos offendebant. Et ex geflis illius noctis aliquid timoris illis incuffimus, & nocte eadem illas ligneas machinas reficiendas curauí, quas alio die nobis diffipauerant, ut uictoriae incumberemus, quam omnipotens condonabat. Exiui ad eundem uicum, in quo hæfterna die nobis machinas destruxerant, ubi non minus acriter, & uiriliter obfiterunt, & tamen cum ageretur de uita, & honore, quia ea erat unica integra ftrata uia, ex illis quæ ducebant in continentem, quam uis priusquam ad eam deuenire potuiffemus, intercedere duo maximi & profundi pontes, & uicus omnis multis & excellis parietibus, domibus & turribus munitus, tantum uigoris & animi nobis refultit fic que certauimus, ut deo auxilium & opem ferente quatuor ea die ex pontibus occupauerimus, & ea omnia subdialia pauimenta, domus, & turres, ufque ad ultimam eorum combuffæ funt, quanquam fecerant nocte antecedenti plures aggeres lateribus crudis & creta fabricatos in dictis pòtibus ob ea quæ fuc cellerant nocte antecedenti, adeo, ut tormenta, & baliftæ fibi obelfe nò poffent, quos quatuor pontes terra oppleuimus, & crudis illis lateribus & plurimis lapidibus & tignis combuffarum domuum: tamen non potuit fieri tantum fine periculo, ut multi Hispani non uulnerarentur. Magnam adhibui diligentiam ea nocte in custodiendis illis pontibus, ne denuo nobis eos occuparent. Alta die fupmo mane exiui, & deus omnipotens eundem bonum fuccelfum concessit, quoniam quamuis multitudo elfet innumera, que aflos pontes tueretur, follæ que & maximi aggeres, quos illi nocte ea erexerant, intercederent, nos eisdem cepimus & impleuimus, & equeftrium aliqui eos infecuti funt uictoriae in hærentes in continentem ufque. Dum ego aptandos eos pontes, & replendos curarem, uenerunt me uocatum fupma celeritate afferentes indos, qui oppugnauerant fortilitium, eon cordiam cupere, & pacem, & eos expectare quofdam eorum dominos, & duces. Ibi relictis omnibus commilitonibus, & quibusdam tormentis omni equitatu profectus fum uifum, quid nam illi proceres cuperent: qui afferueret, fi eis fidem præftarem eos de perpetratis impunes dimittere, ipfi me ulterius non oppugnarent, denuosque pontes, & demolitas ftratas uias reficien-

das curarent, & Maieſtati Veſtræ, ut antea fecerant, inferrent, & ut eo ad, A  
 ducendum curarem quendam ex religioſis ſuis apud me captiuum, quem ſi  
 ueluti generalem ſuæ religionis uenerantur. Qui aduenit, & illos allocu-  
 tus inter illos & me pactū ſanciuit, et illico uſum eſt (ut ipſe aſſerebat) nun-  
 ciaſſe Ducibus multitudinis in ſtationibus collocatis, ut à dicti fortilitij op-  
 pugnatione abſtinerent, & ab omni alia offenſione, & eb pacto diſceſſimus.  
 Ingreſſus fortilitium prandere cœperam; maxima feſtinatione mihi allat-  
 tum eſt, Indos denuo pontes occupafſe, quos eo die ab eorum manibus ac-  
 quiſiueramus, & quosdam Hiſpanos occidiſſe, quo nuncio quantum mihi  
 mœroris acceſſerit, Deus teſtis eſt, ratus enim fueram occupatis pontibus,  
 cum mihi egreſſus ad continentem pateret, maximum negocium non ſuper-  
 eſſe, maior, qua fieri potuit celeritate eo equitauit, atque quo potui celerius  
 cum aliquibus equitibus, qui me ſubſecuti fuerant, totum illud iter emen-  
 ſus ſum, & nullo in loco moram trahens denuo in medios Indos irruui, & o-  
 mnes pontes iam dictos occupauit, & eos uſq; incontinentem inſecutus fui.  
 Et cum mei pedites eſſent ex labore laſſati, uulneribus affecti & timore per-  
 culſi, & præſens periculum conſpicerent, nullus eorum me ſubſecutus eſt.  
 Vnde factum eſt, cum uellem poſtea pedem referre, pontes iam ab Indis oc-  
 cupatos offendi, exemerantq; multum illius materiei, qua prædictos pontes  
 oppleueram, et ubiq; in ciuitate multitudine omnia reſerta uidebantur, tam  
 terra quam lacu in canois quæ multitudo tam crebro in nos undiq; tela &  
 lapides immittebat, quod ſi omnipotens nos miraculoſe non ſeruafſet ab eo  
 periculo, euadere non erat poſſibile. Et iâ publice fama uagabatur inter Hi-  
 ſpanos qui in ciuitate remanſerant, me iam uita functum. Et perueni ad ulti-  
 mum pontem ciuitati proximum, comperi equites omnes, qui mecum pro-  
 ſecti fuerant in eum dilapſos & equum unū qui nullus inſidebat, quem tran-  
 ſire non eualui. Itaq; coactus ſui ipſe unus impetum in hoſtes facere, & eo  
 modo tantum ſpacij relictuſ eſt equitibus, ut pontem ſuperarent. Inueni  
 pontem uacuum & tranſiij, magno tamen periculo, quia locus ab utraque  
 pontis parte ferme ad hominis ſtatum è quo tranſiliendus erat, & dum è  
 ponte exirem, me, & equum lapidibus & ſuſtibus percuſſere tamen quia  
 armis optimis uſtegebamur, ultra dolorem in ipſo icu paſſum, nil mali uer-  
 rius intulere. Quare uictores remanſere quatuor occupatis pontibus, & re-  
 liquis quatuor pontibus bona relicta cuſtodia, ad fortilitium proſectus  
 ſum, & ligneum pontem conſtruendum curauit, quem quadraginta homi-  
 nes portare commode poterant. Conſiderato magno periculo, in quo con-  
 ſtituti eramus, & maximo damno nobis quotidie ab Indis illato, & timens  
 ne eam quoque ſtraram uſam, quæ ſola ſupererat demolerentur, quemadmo-  
 dum alias demoliti fuerant, qua de molita fame mori cogeremur, & etiam  
 quia multoties à commiſſionibus meis monitus fueram, ut à ciuitate diſce-  
 deremus, quia eorum maior pars erat uulnerata, & adeo male, quod ulterius  
 cum hoſtibus congregari non poſſent, ea nocte me morem geſturum eis con-  
 ſtitui, & accepto Maieſtatis Veſtræ auro, & emblematicis, quæ extrahi  
 poterant, in aula illa quibusdam ſarcinulis officialibus Maieſtatis ueſtræ  
 conſignauit, quos ego regali Maieſtatis ueſtræ nomine conſtitueram, iudici-  
 busque & regentibus & alijs, qui aderant, rogauitq; eos, & monui, ut o-  
 peram, & fauorem præſtarent ad illa extrahenda, & ad id exhibui eiſdem  
 unam meam equam, cui impoſuere eam portionem, quam ferre poterat,  
 & Hiſpanos quosdā tam meos, quam alienos familiares, ut dictam equam  
 comitarentur conſtitui, reliquum uero dicti auri officiales, iudices, regen-  
 tes, & ego dedimus, & partiti ſumus inter Hiſpanos, ut illud extraherent,  
 & relicto fortilitio magnis diſtitijs tam ueſtræ Ceſtitudinis, quam Hiſpano-  
 norum, & meis exiimus ſecretiori modo, quo potuiſmus, abduximusq;  
 nobiſcum unum è filijs, & filias dicti Muteezuma, & Cacamacin domi-  
 num in Aculuacan, & ipſius fratrem, quem dominum ipſius loco conſtitue-  
 ram,

Expellitur ci-  
 uitate Teni-  
 xitlan Cor-  
 teſius

A ram-  
 tinc-  
 cim-  
 enim-  
 rant-  
 dum-  
 bis o-  
 quit-  
 teriu-  
 relſc-  
 bant-  
 quoc-  
 nobi-  
 rant-  
 que a-  
 heba-  
 ſuffi-  
 bus, c-  
 bus c-  
 ba, q-  
 tum h-  
 egrec-  
 troqu-  
 uero-  
 teban-  
 eſſet-  
 Eo la-  
 uulne-  
 non m-  
 rat in-  
 tior ſ-  
 appar-  
 quid-  
 extre-  
 cupar-  
 collo-  
 te cor-  
 ſtaui-  
 mnr-  
 auri i-  
 dis, e-  
 quo e-  
 dam-  
 colle-  
 quia-  
 curer-  
 non i-  
 in eo-  
 per ha-  
 ſcruta-  
 quagi-  
 indor-  
 inter-  
 capti-  
 hoſpi-



**A** ram, & aliarum prouinciarum, & ciuitatum dominos, quos captiuos detinebam. Et cum peruenissem ad pontes per Indos occupatos, in primo iecimus pontem, quem nobiscum portari feceram sine magno labore, nullus enim nobis resistebat, præter utigiles quosdam, qui in eo ponte confederant, per eos acclamatum fuit, & antequam peruenire potuissem ad secundum pontem, innumera hostium multitudo conuenerat, & undique nobis obesse studebat aqua, & terra. Ipse confestim transiui cum quinque equitibus, & forte centum peditibus, quibus natando pontes omnes præteritimus, eosque usque in continentem occupaueram, & peditibus in fronte relictis ad secundum pontem redi ad eos, qui extremo in agmine consistebant, ubi comperi tam acriter decertari, ut exprimi non possit damnum, quod Indi nostris inferebant tam Hispanis quam Indis ex Churultecal, qui nobiscum uenerant, quos pene omnes consumpserant, & etiam interfecerant plures mulieres, quæ Hispanis seruebant, & Hispanos, & equos, iamque amisserant omne aurum, emblemata, uestes, aliaque multa, quæ nos extra hebamus, ac tormenta omnia. Collegi eos, qui uiui supererant, & eos anteire iussi, ipse uero comitatus forte quinque equitibus, & septuaginta peditibus, qui mecum permanere ausi sunt, post alios remansi, semper cum hostibus certando, donec peruenimus ad ciuitatem quandam nomine Catacuba, quæ continetur ultra omnem stratum uiam, ubi Deus est testis, quantum laboris, & periculi subierim, quia quotiescumque in hostes iruebam, egrediebar plenus sagittis, & fustibus, & saxis undique percussus, quia ab utroque latere erat lacus, & nos existentes in canoïs tuto uulnerabant. Illi uero, qui terram capiebant, quamprimum ferebar in illos, se aquis committebant, & eo modo parum damni patiebantur nisi aliqui, qui, cum plurima esset multitudo, unus in alium cespitabant, cadebant, & interficiebantur. Eo labore & ærumnis eos omnes conduximus usque ad dictam ciuitatem, & non uulnerarunt nisi unum equestrem, qui mecum proficiscebatur à tergo, & non minori uehementia pugnabatur à fronte, & lateribus, sed maior uis erat in extremo agmine, quia multitudo, quæ erant in ciuitate semper recentior succedebat, & cum uenissem ad dictam ciuitatem Catacuba, cum dicebatur apparet, inueni milites nostros in una ex plateis illius in globum redactos, qui dicebant se ignorare quorsum tenderent, quibus iniunxi, ut festinarent exire ciuitatem, antequam hostes auerentur, & subdialia pauimenta occuparent, quia ex illis plurimum nobis obesse possent. Illi, qui erant in fronte collocati, dixerunt quorsum irent nescire: hos à tergo collocaui, & ipse à fronte constitui donec exiremus ciuitatem, eosque ibi quibusdam cultis campis expectaui, & cum eo peruenere qui à tergo remanserant, se iui ipsos maximum damnum accepisse, interfecerantque aliquos ex Hispanis, & Indis, multumque auri in itinere remanserat, quod hostes colligebant. Et ibi certauimus cum Indis, donec mei præirent quos sustinui, donec nostri collem occuparent, in quo erat turris, & hospitium satis munitum, quod occuparunt sine nostro damno, quia inde non discessi, nec hostes progredi passus sum, donec illi collem ascendissent. Vbi Deus est testis, quem laborem sustinuerimus, quia iam ex equis, qui numero usque quatuor supererant, nullus poterat curere, nec eques, qui brachia posset extollere, nec aliquis ex peditibus non infirmus, qui posset se ulterius mouere. Ingressi illud hospitium, nos in eo muniuimus, ibi que oblidebamur usque in noctem, & adeo quod nec per horam quiescere poteramus. Et ex hac perturbatione inuentum est per scrutationem facta qui obierant, ex Hispanis perisse homines centum & quinquaginta & equas, quos quadraginta sex, & plus quam duo milia Indorum, & mulierum Indarum, quæ Hispanis in seruebant, inter quos interfecere filium & filias domini Mutezuma, & reliquos, quos nobiscum captiuos ducebamus. Media nocte cogitantes nos à nemine audiri à dicto hospitio discessimus tacite in eo ignes plures relinquentes, & nullus inter nos

fuerat, qui sciret ubi essemus, aut quorsum tendere deberemus, nisi unus ex regione Tascaltecal, qui assererat se nos ducturum in suam regione, nisi iter nobis impediretur. Apud iam dictum hospitium multi collocati erant uigiles, qui ubi nos audierunt, clamauere ad colonias circumuicinas, & ab illis uocata magna Indorum multitudo, nos usq; ad diem insecuta est, et equites quinque qui præcursorum loco antebant, irruerunt in quoddam agmen Indorum, quod erat in itinere sibi obuium factum, & aliquos ex eis interfecere qui non seruatim ordinibus dispergebantur, arbitrabantur enim plures equites & pedites subsequi. Quia autem undique augebantur hostes, ex omnibus militibus qui inter nos erant, magis sanos elegi, & in agmina constitui, collocauique eos à fronte, à tergo, & utroque latere, uulneratos uero in medio stare iussi, & equites partitus sum, & eo ordine tota ea die progressi fuimus undique certando, adeo quod ea nocte, & tota die non emensi fuimus plus spacij trium leucarum, & deo sic concedente uidimus nocte iam accedente turrim quandam & optimum hospitium, ubi nos manuiimus, & ea nocte ab oppugnatione desistite, nisi quod fere in aurora habuerimus aliquem tumultum. Quamuis nesciremus quid plus nobis esset metuendum quam timebamus ex multitudine, quæ nos insequabatur. Sequenti die prima ora diei ordine iam dicto discessi deducens milites à tergo, & in fronte collocatos paratos. Ab utroque tamen latere hostes nos insequabant uociferantes, & clamantes per uniuersam illam provinciam quæ est maxime habitata. Erant quæstres, quamuis essemus pauci numero, in eos irrueramus, parum tamen damni illis inferebamus, quia cum collis ille esset asper sese in collem recipiebant, & sic iuimus eo die ad latus quorundam lacuum, donec perueniremus ad quandam coloniam, ubi aliquam controuersiam habere perabamus cum incolis illius. At quamprimùm ad eam peruenimus, illi relictiis domibus ad alias colonias profecti sunt circumuicinas, & ibi eo die, & sequenti moram traximus, quia tam sani, quam infirmi erant lassati, & labore, fame, & siti maxime confecti, & equi non poterant se sustinere, & ibi inuenimus aliquod Maiz, ex quo comedimus, & portauimus nobiscum in itinere clixum & torrefactum: & postero die discessi, semper hostibus nos insequentibus, qui nos à tergo & fronte continuo inuadebant uociferantes, & secuti fuimus illud iter, per quod incola è Tascaltecal nos deducebat, in quo fuimus uarios labores, & erumnas passi, quia multoties cogebamur exire, & deuiare à recto itinere. Et cum iam ad uesperasceret, deuenimus ad planiciem quandam, in qua aliqua parua erant habitationes & ea nocte ibi fuimus hospitati summa egestate & pænuria cibariorum, & commeatuum, & alio die summo mane cepimus nos ad iter dirigere, & adhuc iter ingressi non fueramus, cum hostes à tergo nos insequi cœperet, & leuia prælia cum his committendo deuenimus ad magnam coloniam, & ad dextrum latus illius insidebant aliqui Indi paruo collis uertice, nos arbitantes eos capere posse, erant enim proximi itineri, & etiam ut exploratum haberemus, an essent plures, quam apparebant, illuc quinque equitibus, & pedibus duodecim comitatus profectus sum ambiendo collem iam dictum: post quem erat maxima hominum multitudo, in insidijs collocata, quibuscum tantum certauimus, quod cum locus, in quo constitit, esset aliquantulum asper, & saxosus, & gens illa innumera, & nos pauci, necesse fuit nos retrocedere ad coloniam, ubi nostri existebant, & inde discessi male uulneratus geminis lapidum ictibus, & post ligata uulnera Hispanos è colonia migrare iussi, quia hospitium nobis non uidebatur esse tutum, & sic procedendo insequentibus Indis processimus ad aliam coloniam, quæ ab antedicta per duas leucas distat: & ibi in itinere nos aggressi sunt alij Indi sinu numero, qui nobiscum adeo certarunt, ut quatuor aut quinque Hispanos, & totidem equos uulnerarent, & equum unum interficerent, & quamuis eius defectus maximo nobis esset incommodo, & eius mortem ægre tulisset,

semus,

semus  
refecti  
oppr  
ter eli  
fatur  
Indies  
ui uul  
dunc  
dum f  
bus af  
hanc p  
tio dif  
ranta à  
speci  
iniuer  
ciseeb  
um co  
in nob  
omni  
est, qu  
illis pl  
diendo  
nec om  
terfici  
lum fu  
ad qua  
mus fu  
è Tasc  
mus pr  
compe  
debam  
uita no  
tantum  
stibus  
ter plan  
quod p  
mæ & l  
quæ lor  
Anno  
uincia  
domor  
tulum è  
quæ no  
nisi aur  
Hic fui  
omnes  
nobis e  
tores e  
uoluer  
re uelle  
ua mihi  
indoleb  
ab eis i  
poribus  
& uere



semus, quia post Deum nullam tutelam habebamus, nisi equos, nos maxime refecit, eius carnes, & coriū comedimus, ut ex eo nil superesset, tanta enim opprimebamur fame, quia post nostrum à magna ciuitate discessimus, nil præter elixum, & torrefactum Maiz comederamus & non semper utebamur ad saturitatem, herbasq; quas colligebamus ex campis. Porro cōsiderato, quod Indies hostium copiæ augebantur nosq; Indies minuebamur, ea nocte cura, ut uulneratos, & infirmos quos ducebamus, equis insidere iussit, alij uero ad duncos scipiones brachijs submittendos, & alia auxiliij genera ad iter faciendum fabricanda curauit, quo Hispani nulla aduersa ualitudine, aut uulneribus affecti, essent liberi ad pugnam. Equidem arbitror à Deo mihi insulam hanc prouidentiam, ut sequenti die euenit, quia cum eo mane à dicto hospitio discessissem, nos magna & innumera Indorum multitudo aggressa est & tanta à tergo, à frōte, & ab utroq; latere, quod nil ex campis, qui mihi in conspectu erant, uacuum uiderem, qui nobiscum tam acriter undiq; certamen inuere, ut nos ad inuicem noscere non possemus, tam iuncti, & mixti proficiscebamur, & profecto credidimus illum supremum esse diem uitæ, omnium considerata hostium multitudine, & leuitate, quam ad eis obfistendum in nobis inuenere, cum omnes pene uulnerati essemus, atq; exanimati, tamē omnipotens magnam suam misericordiā nobiscum demonstrare dignatus est, quia nostra lassitudine illorū ferociam confregimus, & superbiam, & ex illis plurimi periere primates, quia tanta eorum erat copia, ut certando, & audiendo impediretur: & hoc labore profecti fuimus magna portione diei, & nec omnipotens concesserit eum, qui inter hostes primus esse debet, interfici, eo enim adempto omnis cessauit oppugnatio, & eo modo aliquantum fuimus quietiores, quamuis semper mordendo nos insecuti fuerint, usq; ad quandam paruam domum, quæ erat in planicie, ubi ea nocte hospitati fuimus sub dō, unde prospectabamus quosdam montes ex prouincia illorum

**B** Tascaltecal, qua ex re non parum uoluptatis accepimus, quia cognoscebamus prouinciam, & sciebamus quorsum tendere deberemus, quamuis procomperto non haberemus Incolas illius prouinciæ fidos nobis amicos, credebamus enim quod cum nos adeo debiles cernerent, illi esse deberent, qui uitæ nostræ finem imponerent, ut pristina potirentur libertate, quæ suspitio tantum nobis afflictionis attulit, quantum sustinebamus, quando cum hostibus certauimus. Die sequenti, cum illucesceret, coepimus ingredi per iter planum, quo recto tramite proficiscebatur ad prouinciā Tascaltecal, per quod pauci ex hostibus nos subsecuti sunt, quamuis sibi uicinæ essent pluri, mæ & maximæ coloniæ, tamen ex eis paruis colliculis quidam tam à tergo quā longe uociferabant. Et sic exiimus eo die, qui fuit dominica VIII. Iulij. Anno. M. D. XX. ex omni prouincia Culua, & peruenimus ad loca dictæ prouinciæ Tascaltecal ad coloniam Gualipan quæ ascendit ad quatuor millia domorū, in qua ab Incolis fuimus optime recepti, & refecimus nos aliquantulum à fame & lassitudine quā patiebamur, quanquam multa ex esulentis quæ nobis porrigebant, ea duce pecunia concedebant, aliqui etiam uolebāt nisi aurum, & illud dare cogebamur necessitate impulsit, qua premebamur. Hic fuimus tribus diebus, quo me uisum uenero Magiscacim, Secutengal, & omnes domini illarum prouinciārum, & me solari conati sunt circa ea quæ nobis eueniant, asserentes eos sæpius significasse mihi eos è Culua proditores esse, mihiq; ab illis cauere deberem: tamen nunquam fidem adhibere uolueram. Sed postquam uita euaseram, deberem lætari, quia mihi opem ferre uellent, dum eis uita superesset, ut reficerent me à damno, quod illi è Culua mihi intulerant, quia ultra uinculum, quod erant Celsitudinis V. subditis, indolebant & tristabantur morte plurimorū fratrum, et liberorū suorum, qui ab eis in mea societate fuerāt interempti, uarijsq; alijs iniurijs transactis temporibus ab illis eis illatis, & uere animo conciperem eos futuros fidos mihi, & uere amicos. Et quia ego & reliqui omnes socij mei eramus uulnerati, proficiscere,

ficisceremur ad ciuitatē, quæ aberat ab ea colonia per leucas quatuor, ibiq̃  
 quiesceremus, curarentq̃ nobis medicamina adhiberi, ut resiceremur à no-  
 stris laboribus & lassitudine. Eis gratias egi, & rogationi eorū acquiesci, &  
 eis imperitus sui emblemata aliqua ex illis quæ attuleramus, quamuis pau-  
 ca quibus maxime latati sunt, & profectus sum cum eis ad ciuitatē, & for-  
 titi fuimus bonū hospitium, & Magificacini offerri curauit lectisternium ex li-  
 gnis compactum cum aliquibus ornamentis, quibus illi utuntur, in quo dor-  
 miui, quia nullum nobiscum attuleramus, & omnia quæ habebat & potuit  
 ad nostrī refectiōnē impertitus est. In hac ciuitate quidā familiares mei, & a-  
 lij ex societate mea cum transibam iter faciens ad ciuitatē Temixtitan, quæ  
 dam dimisere, quæ fuerunt argenti, uestes, & alia ornamenta domestica &  
 comestibilia aliqua, quæ mecum adducere faciebam, quo expeditiores esse-  
 mus in itinere, si aliqua nobis euenirēt, ut nullo præmerentur pondere, nisi  
 uestium suarum & armorum; & eo loci percepi alium familiarem meum ad  
 ciuitate ueræ Crucis profectū commeatum, & alia plura ad me perferentem,  
 & cum eo fuisse quinq̃ equites, & pedites quadraginta quinq̃ aduersa uale-  
 tudine oppressos, qui similiter adduxerant quædam, quæ ibi remanserant,  
 & iam conualuerant, & omne argentum, & alia tam mea, quam sociorum  
 meorum, septies mille pondera auri fusi. Continet autem auri pondus ual-  
 lorem circiter duorum florenorum, quæ ibi reliqueram duabus capsis, & a-  
 lia emblemata, & ultra alia quatuordecim millia Castellanorum aurea in fru-  
 sta, quæ habuerat in prouincia Teuchitibeq̃ illæ præfectus, quem mitte-  
 bam ad coloniam erigendam in Quacucalco, & ea ibidem dimiserat, & alia  
 multa ad ualorem ultra triginta millia pondera auri. Sed dicti Indi è Culua il-  
 lum, cum dictis Hispanis interfecerant in itinere, & eis abstulerant omnia,  
 quæ adducebant, & aliquas scripturas, quas congesseram cum istarum pro-  
 uinciarum Incolis. Et similiter percepi illos interfecisse Hispanos plures in  
 itinere, qui iter faciebant ad ciuitatem Temixtitan, arbitantes me ibi pa-  
 cifice degere, & itinera esse tuta ut prius habere solebam. Quare (uera  
 assero Maiestati Vestræ) tantum omnes tristabamur, & dolebamus, ut  
 plus dolere, & tristari non possemus, quia præter Hispanorum amissio-  
 nem, & ea, quæ fuere deperdita, quæ multa fuere, in memoriam sugges-  
 rebat mortem Hispanorum, quos interfecerant in magna ciuitate, & pon-  
 tibus, & quæ postea in itinere successerant, & maxime quia suspicionem  
 mihi iniecerant, quod eos quoque aggressi fuissent, qui remanserant in  
 ciuitate ueræ Crucis, & illi, qui amici nostri erant audita nostri profliga-  
 tione defecissent. Mox igitur expediui quosdam nuncios cum quibusdam  
 Indis, qui eos conducerent, quibus iniunxi ut per communia itinera non  
 proficiscerentur usque ad dictam ciuitatem, & breui mihi indicarent, quæ  
 ibi agebantur. Et altissimo placuit, quod Hispani incolumes inuenti sunt,  
 & omnes incolæ, quos amicitia iunctos habebamus pacificos & quie-  
 tos esse, quod nuncium attulit maximum leuamen nostræ amissioni, &  
 tristitiæ. Ipsi quoque nostrum successum, & profligationem moleste tu-  
 lere. Fui in ista prouincia Tascaltecal uiginti diebus meis uulneribus me-  
 dicamina adhiberi curando, siquidem propter itineris diuturnitatem, &  
 non adhibita medicamina inoleuerant, & præsertim uulnera capiti illa-  
 ta, & similiter uulneribus sociorum meorum, quorum aliqui mortui sunt,  
 partim uulneribus, partim nimij perperis laboribus, & aliqui remanse-  
 re manci, & claudt ob illata magna uulnera, & ad medelam comperieban-  
 tur pauca medicamina, & apparatus, ipse autem remansi mancus duobus  
 digitis in sinistra manu.

Cum socij mei uiderent multos iam perijisse, & eos qui supererant debi-  
 les, uulneribusq̃ confoslos, timidores effecti periculis, & laboribus, in qui-  
 bus constituti fuerant, uentura timentes multoties à me petiere, ut ad ci-  
 uitatem ueræ Crucis proficiscerent, & ibi nos munitos redderemus, ante  
 quam

A quam  
 & ex  
 & tra  
 li è ci  
 essen  
 donec  
 quod  
 quod  
 na bo  
 & tan  
 & in e  
 bellun  
 uincia  
 cio tra  
 litis, c  
 dedecu  
 admo  
 ueram  
 tum pe  
 dum p  
 exiui p  
 re & fa  
 eos de  
 gnam  
 uincia  
 B est am  
 nobis  
 quant  
 sistam  
 nim ut  
 nirent  
 gebant  
 dem, &  
 gali M  
 dedim  
 Et quan  
 ras ciui  
 ni & pa  
 illis om  
 incolan  
 quod u  
 semper  
 quædam  
 rante fa  
 prouin  
 lis seru  
 consigr  
 les, &  
 di Hiss  
 scuntur  
 ieltati V  
 rem, qu  
 uincia  
 nunci  
 à



A quam incolæ provinciarum amici nostri cernentes profligationem nostram,  
 & exiguas vires, sedes inirent cum hostibus nostris, & occuparent fauces,  
 & transitus per quos ire debebamus, & nos aggredieretur ab uno latere, & il-  
 li è ciuitate ueræ Crucis ab alio: & cum essemus cōiuncti, & ibi essent naues,  
 essemus tutiores, & melius nos defendere possemus, si nos aggredi uellent,  
 donec ad insulas ad euocandum subsidium mitteremus. Ego autem uidens  
 quod si incolis, & potissimum amicis timorem ostēderem, posset esse causa,  
 quod citius nos desererent, & contra nos insurgerent: & memoria tenens,  
 quod semper audentes fortuna iuuat, & nos esse Christicolas, & fretus Diui  
 na bonitate, & misericordia, quod ex toto nō periremus, & amitteretur tor-  
 & tam nobiles provinciæ, quas Maiestati Vestræ tam pacifice possidebam,  
 & in eo statu, ut eas pacarem, nec tale seruitium desereretur, quod fiebat,  
 bellum continuando, Cuius belli gratia sequi debebat omnium illarum pro-  
 uinciarum pacatio, ut prius fuerat. Propterea montes uersus mare nullo pa-  
 cō transire constitui, omnibus laboribus, qui nobis euenire possent, postpo-  
 sitis, dixi quæ me à bello hoc non desitutum, quia in eo ultra ignominiam, &  
 dedecus personæ meæ & focij meis impingendum, erat res Maiest. Vestræ  
 admodum periculosa, & contra eandem conspirare uidebamur. Imo decre-  
 ueram, quibuscumq; modis mihi possibilibus in hostes reuerti, eisq; inquan-  
 tum possem obesse. Et sic consumptis in hac Prouincia uiginti diebus, non-  
 dum pristinæ pœnitentia à uulneribus restitutus sanitati, focij debilibus, eam  
 exiti prouinciam ad aliam, quæ Tepeaca appellatur, quæ iuncta erat fœde-  
 re & factione cum incolis è Culua hostium nostrorum, in qua perceperam  
 eos decem Hispanos interfecisse, qui ueniebāt à ciuitate ueræ Crucis ad ma-  
 gnam ciuitatem Temixtitan, per eam enim rectum est ad illam iter, quæ pro-  
 uincia Tepeaca est contermina, & cōfinia habet cum illis è Tascaltecal, que  
 est amplissima prouincia. In ingressu ad dictam prouinciam Tepeaca obuig-  
 nobis ad certandum plurimæ gentes factæ sunt, ingressumq; prohibuerunt,  
 quantum illis fuit possibile, insistendo locis difficilibus & munitis, & ne in-  
 sistam recensendo sigillatim omnia quæ nobis euenire in bello, maxima e-  
 nim uter prolixitate et uolumen multum augerem. Facta monitione, ut ue-  
 nirent ad obediendum mandatis, quæ nomine Maiestatis Vestræ sibi iniun-  
 gebantur circa pacem, ea cum adimplere nollent, bella gessimus cum eis-  
 dem, & multoties prælia nobiscum commiserunt, auxilio tamen diuino, & re-  
 gali Maiestatis Vestræ fato damna eisdem semper intulimus, multosq; neci  
 dedimus, & omni eo bello Hispanum nullum uulnerarunt aut interfe-  
 re. Et quanquam ista prouincia est latissima, uiginti tamen dierum spacio mul-  
 tas ciuitates, & colonias eisdem mihi subegeram pacifice, & quiete, & domi-  
 ni & primates earum uenerunt oblatum se in uasallos Maiest. Vestræ, & ab  
 illis omnibus multos è Culua expulsi, qui uenerant ad eam prouinciam, ut  
 incolarum eiusdem animos ad bellum gerendum inflārent, obstandumq;  
 quod ut nec sponte nostra coniungerentur amicitia. Adeo quod haecenus  
 semper impeditus fui in hoc bello, quod adhuc non est cōfectum, quia adhuc  
 quadam uillæ & coloniæ pacandæ supersunt, quas spero breui diuino aspi-  
 rante fauore, & regali Maiestatis Vestræ dominino subijcere, in quadam istius  
 prouinciæ portione, ubi interfecere illos decem Hispanos, quosdam ex inco-  
 lis seruituti ascripsi, ex quibus quinta portio Maiestatis Vestræ officialibus  
 consignata fuit, quia incolæ in ea semper fuerunt Martiales & multum rebel-  
 les, & armorum ut capti fuere, & ultra illud facinus commissum interficien-  
 di Hispanos, & deficienti à Maiestate Vestræ omnes carnis humanis ue-  
 scuntur, & quia hoc publice & notorie patet, aliquid in signum ueritatis Ma-  
 iestati Vestræ non transmittō, & etiam mouit me, ut illos seruituti ascriberem,  
 quo timorem aliquem incolis è Culua iniicerem, fuit enim ea in pro-  
 uincia multi his non dissimiles, & si forte seueri in eos nō animaduerteteretur,  
 nunq; à malo discederent. In hoc bello nobis opitulati sunt incolæ è Tascal-  
 tecal

tecal, Churustecal, & Guafucingo qui nobiscum amicitiam confirmarunt, & credimus quod semper inferuent tanquam fideles Maiestatis Vestrae uas-  
 falli. Cum degeremus in hac prouincia Tepeaca hoc impliciti bello, mihi li-  
 tera à ciuitate Verae Crucis reddita sunt, quibus me certiore reddebant duas  
 Francisci de Garai ad portum Verae Crucis naues applicuisse proflagatas, &  
 ut appareat iam dictus Franciscus de Garai denuo miserat ad illud flumen, de  
 quo iam superius mentione feci Maiestati Vestrae, & incolae illius prouinciae  
 cum eis certauerant, & ex illis sedecim aut septemdecim interfecerant & plures  
 uulnerauerant, & septem equos interfecerant & illi qui euaserant natando, na-  
 ues ingressi fuerant, & salutem fuga sibi comparauerant, & praefectus & illi  
 erant maxime oppressi, & uulneribus affecti, & locum tenens quem sibi praef-  
 feceram, eos benigne exceperat, & medicamina eisdem adhiberi curauerat,  
 & ut melius conualescerent, miserat aliquam partem Hispanorum praedicto  
 rum ad quendam dominum illius prouinciae uicinum dictae ciuitatis, & no-  
 bis amicum, ubi optime eis prouidebat. Quod nobis non minus molestum  
 fuit audire, quam nostri perpessi labores. Et forte ea sibi non euenissent, si a-  
 lias ad me profectus esset ut superius retuli Maiestati Vestrae, quia cum co-  
 gnoscerem omnia quae sunt in istis prouincijs, potuissent à me reddi certio-  
 res, & ea quae sibi euenere non successissent. Illius enim fluuij dominus & pro-  
 uinciae qui uocabatur Panuco, sese Maiestati Vestrae subdiderat, & in signum  
 obedientiae nuncios suos cum muneribus quibusdam transmisserat ad ciuitatem  
 Temixtitan, ut dixi superius Cel. V. scripsi quod si ille praefectus dicti Fran-  
 cisci de Garai uellet abire & illis modis omnibus faueret, opem ferret, ut illi  
 cum suis nauibus possent se expedire.

Postquam quietam reddideram portionem istius prouinciae, quae adhuc  
 quieta est, & subiacet regali seruitio Celsitudinis Vestrae, sui officiales, & ipse  
 multoties consulimus, quis nam ordo pro istius prouinciae conseruatio-  
 ne esset adhibendus. Cum prospicerem incolas dictae prouinciae postquam il-  
 li sese Celsitudini Vestrae subdiderant, ab eadem defecisse, & dictos Hispanos  
 neci dedisse, & etiam quia per eam prouinciam est iter, & transitus omnium  
 commerciorum à portibus maritimis ad reliquas prouincias in continentem  
 illo sitas, & si dicta prouincia sola remaneret, licuti prius, incolae prouinciae  
 & Dominiū e Culua, quod est illis conterminum, denuo eos inducerent,  
 & persuaderent, ut iterum in nos insurgerent, & à Maiestate Vestra defice-  
 rent. Vnde impedimentum, & damnum incredibile insurgeret pro tutela ha-  
 rum prouinciarum, & seruitio Celsitudinis Vestrae, & cessarent commercia,  
 maxime, quia in toto eo litore non habentur nisi duo portus, & hi multum  
 asperi & difficiles qui sunt proximi illi prouinciae, & facile incolae ipsius ad  
 eos descendere possunt, propter ea, & alias multas rationes ad rem facientes  
 nobis uisum est ad supra dicta euitanda, quod loco magis apto illius prouin-  
 ciae Tepeaca ciuitas edificari deberet, ubi concurrerent qualitates, & neces-  
 saria pro illius habitatoribus, & ut executioni mandarem ciuitatem finit-  
 um securitatem appellauimus, & constitui iudices, regentes, aliosque officia-  
 les licuti fieri solitum est, & pro maiori munimine incolarum huius ciuitatis  
 in eum locum, ubi cepta est edificari ciuitas, necessaria ad arcem construendam  
 apportari curauimus, hac enim in prouincia optima inueniuntur, & in hoc  
 maiori quam potero utar diligentia.

Dum hanc relationem scriptis mandarem, ad me nuncij Domini cuiusdam  
 ciuitatis profecti sunt, quae abesse dicitur per leucas quindecim ab hac prouin-  
 cia quae uocatur Guacachula, & est in fauce unius montis, qua transitur  
 ad prouinciam nominatam Mellico, & mihi eorum nomine exposuere, quod  
 à paucis diebus uenerant ad exhibendam obedientiam Sacrae Maiestati Vesti-  
 debitam, & se in subditos & uasallos subdiderant, & eos non arguerem ra-  
 tus eius consensu fore, quia me certiores faciebant plures militum praefe-  
 ctos e Culua ea in ciuitate hospitari, & in ea, & per leucam in circuitu erant  
 in ar-



A in armis viginti & quinque, aut triginta millia hominum custodientes fauces, & transitum, ne illac transire possemus, & etiam, ut prohiberent incolas dictæ ciuitatis, & aliarum prouinciarum eidem adherentium, ne Cellitudini Vestrae insequerentur, nec mecum amicitia coniungerentur: & aliqui iam aduenissent ad Regale Maiestatis Vestre seruitium, nisi illi obstissent. Et me morabantur, ut huic rei remedium afferrem, qui ultra impedimentum præstitum, illis, qui bono erant animo, dictæ ciuitatis incolæ, & circumuicini omnes maximam iacturam patiebantur, cum innumera esset multitudo bello apta, & plurimum grauabantur, & ab eis male habebantur, & eorum bona, & uxores accipiebant, & alia, uiderem quid eis faciendum committerem. Subiunxere, si eis fauorem præstarem, ea ipsi exequerentur, & postquam eis gratias egi de sua monitione, & oblatione, eis consignauit equites tredecim, pedites ducentos, & triginta millia Indorum nobis amicorum, & composuerunt se eos ducturos per locum, ubi ad hostium aures peruenire non posset. Vbi autem peruenerint prope ciuitatem, Dominus & illius incolæ uasalli & foedere secum iuncti, essent circumdaturi & oppugnaturi hospiti, ubi præfati præfati hospitabatur, illosque aut capturi aut interfecuri, antequam illi ipsi opem ferre possent, & cum multitudo compareret, illi Hispani iam ingressi ciuitatem, certaturi essent cum illis, & eo pacto futurum, ut eos debellarem. Illi igitur discedentes transierunt per ciuitatem Churultecal, & per aliquam partem prouinciæ Guafucingo, quæ est contermina prouinciæ huius ciuitatis Guacachula, per quatuor leucas ab illa, & in quadam colonia dictæ prouinciæ Guafucingo fertur relatum fuisse Hispanis, quod incolæ dictæ prouinciæ essent foedere iuncti illis & Guacachula, et illis & Culua, et eo pretextu ducerent Hispanos ad eam ciuitatem, ut simul omnes Hispanos aggredierentur, & eos neci traderent. Et cum iam timor insurgeret, quæ illi & Culua in sua prouincia, & ciuitate nobis incussere, ista relatio multum timoris attulit Hispanis, & investigarunt suamque habuerunt questionem, & postquam rescituere, captiuarunt omnes dominos ex Guafucingo, qui secum proficisciebantur, una cum nuntijs ciuitatis Guacachula, & eis captis reuersi sunt ad ciuitatem Churultecal, quæ aberat quatuor leucarum spacio ab eo loco, & inde ad me miserunt omnes captiuos cum quibusdam equitibus & pedibus una cum habita informatione. Et scribebant præfecti, quod nostri milites a deo erant effecti timidi, uidebaturque eisdem bellum illud periculosum, & postquam aduenere quotidianis interpretibus adhibitis eos sum allocutus, et habita diligentia exacta ad ueritatem eruendam uisum est Hispanos non bene percepisse, eosque illico solui mandauit, & illis blanditus sum affirmando me penitus credere eos fideles Ma. V. uasallos, & ipse uolebam proficisci ad debellandos illos & Culua, & ne pusillanimitatem, aut timorem præ me ferre uiderer incolis prouinciarum tam amicis quam hostibus, uisum est, ut postquam bellum eis inferre cœperam, ab eo non desisterem, & ut timorem, quem Hispanis incussim cornebam, eximerem, constituit dimittere negocia & expeditio nes, quibus operam dabam pro M. V. & illico celerius quam potui discessi, & eo die perrexi ad ciuitatem Churultecal, quæ abest per leucas octo ab ea ciuitate, ibique Hispanos conueni ad huc afferentes se proditionem pro comperito habere, eodem die hospitatus sum in colonia subiecta prouinciæ Guafucingo, ubi domini illi fuerant captiuati, & sequenti die composito ordine cum nuntijs & Guacachula, & quomodo dictam ciuitatem ingredi debebamus, discessi ab illa per horam ante lucem, & pene hora decima diei peruenimus prope eam, ad quam proficisceremur, & per leucam obuij mihi facti sunt, ut me exciperent, nuncij quidam Domini dictæ ciuitatis, & nuntiarunt omnem ciuitatem iam negotio esse accinctam, & hostes aduentum meum non perecepisse, quoniam exploratores quosdam, quos in itinere collocauerant ex incolis ciuitatis, captiuos fecerant, & pariformiter alios, quos præfati à Culua turres ascendere iusserant, & mœnia ut inde per planticem inspe-

spectarent, & ea propter omnis hostium multitudo imparata, & ociosa exi-  
 ssebat excubijs collocatis confidens, quod sine earum scitu appropinquare  
 non possem. Idcirco etiam festinaui, ut eo peruenirem antequam aduentare  
 nos perciperent, iter enim in planicie faciebamus, & à ciuitate nos facillime  
 uidere poterant, & ut apparuit fuimus ab incolis ciuitatis uisi, qui cernen-  
 tes prope ciuitatem nos esse, illico hospitia, in quibus erant præfecti hostiũ  
 è Culua, circumdedere & coepere certare cum reliquis, qui hospitabantur  
 per ciuitatem, & cum ad factum baliste ab ea abessem, mihi obuiam ducebãt  
 quadraginta captiuos, semper tamen ciuitatem ingredi festinaui. Inerant ci-  
 uitati maximæ uociferationes præstantium cum hostibus per uicos omnes.  
 Duce incola ciuitatis deueni ad hospitium, in quo morabantur præfecti, quod  
 erat circumdatum à tribus millibus hominum certantium & ingredi uo-  
 lentium, qui occupabant omnia loca alta, & subdialia pauimenta. Præfecti  
 uero et hi qui cum eis comperti sunt, acriter & uiriliter decertabant ut ingre-  
 di non possent, quamuis pauci essent numero, quia ultra id quod maxime &  
 strenue pugnantem eorum hospitium erat munitum, tamen quem primum il-  
 luc peruenimus, intrauimus, & secuta nos est tanta incolarum dictæ ciuita-  
 tis multitudo, ut nullo modo possemus opẽ ferre aliquibus è Culua, quo mi-  
 nus ab eis non interficeretur, ex eis enim aliquem uiuum capere uolebam, ut  
 fierem certior de statu magnæ ciuitatis, & qui illius dominio poriretur post  
 obitum domini Muteezuma, & alia plura scire desiderabam & non eualui  
 aliquem habere præter unum semimortuum, à quo factus sum certior, ut infra  
 exponam. In ciuitate autem plures ex eis qui in illa hospitabantur interem-  
 pti sunt, superstites uero cum ingressus sum ciuitatem, audito meo aduentu  
 fugierunt eorum, ubi confederant præsidia illorum è Culua, & eos insecuti  
 multos neci dedimus. Iam autem cito auditus est tumultus ab his qui in præ-  
 sidio erant (cum in alto & adito loco consisterent) qui ciuitati, & planicie  
 imminere circumcirca & ferè tam celeriter uenere ad ciuitatem, ut opem  
 ferrent suis, sicut illi, qui intus erant, exiuerunt: & proficiscebantur ad trigin-  
 ta milia hominum in eorũ subsidium, quæ gens erat ornatior quam aliqua,  
 quam hactenus uiderimus. Portabant multa emblemata ex auro, argento, &  
 plumis. Et cum ciuitas sit ampla, ignem iniicere coepere per eum locum, per  
 quem ingrediebantur. Quod mihi ab incolis nuntiatum est, & ideo cum ex-  
 quitibus progressus sum (pedites enim iam erant labore affecti) & irruimus  
 in eos, hostes uero retrocessere ad difficilem transitum, tamen illum occupa-  
 uimus, & secuti fuimus eos in ascensu lanceis feriendo multos montemar-  
 dum ascendendo, & adeo arduum quod cum deuenimus ad montis cacu-  
 minæ, nec nos, ne hostium aliquis, se mouere poterat, & multi ex illis nimio  
 calore oppressi moriebantur, sine aliquo sibi illato uulnere, & duo ex equis  
 nostris steterunt, quorum alter mortuus est. Opem nobis tulere multi Indi  
 ex amicis nostris, quorum aduentu hostibus maximum damnum intulimus,  
 quia cum hostes essent lassitudine oppressi, nostri autem à quiete recentes, pa-  
 rum obstiterunt hostes, & adeo, quod campus qui prius uiuis plenus cerne-  
 batur eis esset uacuus, mortuis autem refertus. Deuenimus ad casulas, & ho-  
 spitia ab eis nouiter constructa in tribus locis, quorum quilibet magnæ colo-  
 niæ situm occupabat, qui præter milites familiaribus plurimis utebantur, &  
 apparatus pro castris multos congesserant ibidem, quia inter eos erant plu-  
 rimi primates, quæ depopulata, & igne consumpta fuere per Indos nobis a-  
 micos, ex quibus (uera refero Mafestati Vestre) conuenerant ad centum mil-  
 lia hominum & ultra, & hac uictoria expulimus omnes hostes à prouincia  
 usq; ad quosdam transitus pontium, & difficiles egressus, quos illi occupa-  
 bant. Nos uero reuersi sumus in ciuitatem, ubi ab incolis benigne fuimus re-  
 cepti, & ibi quiesimus per dies tres, quiete enim agebamus. Interim uero  
 magnæ colonie incolæ accessere ad me oblatum se seruitio Celsitudinis Ves-  
 stræ, quæ colonia est sita in cacumine montium illorum perleucas duas à ca-



**A** stris hostium iam dictis, & etiam in ipsius montis radice, unde alias dixi illū fumeum globum exire, quæ colonia nuncupatur Occupatio: & asserere Dominum, qui prius eisdem dominabatur, secutum illos è Culua eo tempore, quo per ea loca fuimus. Ratus nos non prius moraturos, quam veniremus ad eius coloniam, & iam per multos dies uoluerat meam amicitiam inire, & accessissent ad præstandum obedientiam Maiestati Vestræ, sed Dominus eorū noluerat, nec passus fuerat, quamuis multoties ab eo petissent, nunc autem uelle eos Celsitudinis Vestræ seruitio subijci. Ibi remansisse fratrem dicti eorum Domini qui eius semper fuit opinionis, & sententiæ impresentiarum ille dicto Domino potiretur. Paterer æquo animo, & quamuis ille reuerteretur consensum non præstare, ut in Dominū reciperetur, quia nec illi eum reciperent. Respondi, quod & si hæcenus secuti fuissent factiones illorum è Culua, defecissentq; à Vestræ Maiestatis seruitio, tamen condonare uellem tam bonis quam personis eorum, eo quo se excusatum uenientes dixissent dominum defectionis & elationis suæ fuisse autorem. Quamobrem ego nomine Celsitudinis Vestræ præteritis eorum erroribus indulgebam illosq; recipiebam, & admittere ad eius Regale seruitium, ea quidem conditione, ut si in futurum in huiusmodi errores incidere, à me grauius punirentur, castigareturq; si uero fideles Celsitudinis Vestræ uasalli existerent, ego regali nomine Maiestatis uestræ maximo fauore & auxilio eos prosequer. Et tales quidem futuros se polliciti sunt. Ista ciuitas Guacachula sita est in planicie ab uno latere magnis, & asperrimis uerrucis adhaerens, ab alio uero latere undiq; planiciem circumdāt duo flumina per factum balisæ inter se distāta, & eorum quodlibet altissimos habet anfractus, & profundos adeo quod obstantibus dictis anfractibus ad eam ab eo latere paucissimi ingressus, & qui reperiuntur sunt difficiles in ascensu, ut uix equitando superari possint. Ciuitas est circumdata munitissimis mœnijs ex politis lapideibus, & calce fabrefactis ad altitudinem quatuor hominis status extra ciuitatem. Intus autem mœnia serè solū æquat, & ubiq; mœnijs supereminet murus altus ad dimidium hominis statum circumquaq; quo eidem præstanteæ fetueri ualeant. Habet quatuor ingressus tam latos quantum eques commode ingredi potest, & quilibet ingressus habet tres, aut quatuor reflexus in ipsis mœnijs, ubi pars muri aliam ingreditur, est semper in mœnijs quantitas lapidum maxima, quibus in certamine utantur. Ciuitas autem continet ad quinque, aut sex millia domorum, & sunt in pagis sibi subiectis totidem, & ultra, est maximi ambitus, quia in ea habentur multi hortuli, & fructus uarij. Postquam per dies tres in ea ciuitate nos quieti dedimus, profecti fuimus ad aliam ciuitatem nomine Izzuacan, quæ abest per leucas quatuor à dicta ciuitate Guacachula. Audieram enim plures ex hostibus è Culua in ea in presidio contineri, & incolæ ciuitatis, & aliorum circumuicinarum locorum eis subditorum maxime fauebant illis è Culua, quia Dominus illius erat oriundus è Culua, & affinis Domino Muteezuma. Proficiscebantur mecum tot ex incolis illarum prouinciarum Maiestatis Vestræ uasallis, quod serè operiebant campos, quos prospicere poteramus, & in rei ueritate confugerant ultra ceterum, & uiginti millia hominum. Et deuenimus ad iam dictam ciuitatem Izzuacā hora serè decima: quæ erat uacua mulieribus, & pueris, & confederant in ea quinq; aut sex millia militum optime ornatorum, & dum Hispani aliquantulum processissent, ciuitatem tueri inceperunt, tamen cito eam deseruere. Et quia locus ille, per quem fuimus ducti ut eam ingrederemur, erat mediocris, & facilis, eos per uniuersam ciuitatem fuimus insecuti, & eos ex mœnijs se deicere cogimus in fluuium, qui ab alio latere rotam dictam ciuitatem circumdat, cuius fluuij pontes omnes confregerant & deiecerant, & aliquantulum more traximus in eo tanseundo & eos per leucam cum dimidia, & ultra insecuti fuimus, & ex eis qui fuga salutē non compararunt, paucos superfuisse arbitror. In ciuitatem reuersus mihi duos ex incolis dictæ ciuitatis,

uitatis, quos captiuos detinebam, ut primates ciuitatis alloquerentur, nam  
 eorum Dominus hostes è Culua fuerat securus, qui ibi in praesidio collo-  
 cati fuerant, ut illis quo in ciuitatem reuerterentur, suaderent, & ego Ve-  
 stræ Maiestatis nomine illis pollicebar, quod si in posterum fideles Maie-  
 statis Vestrae uasalli essent futuri à me optime haberentur, & post eorum dis-  
 scellum ad tres dies affuere aliqui ex primatibus dicte ciuitatis ueniam pe-  
 tentes commissorum, excusantes se alter facere non potuisse, quoniam  
 domini sui mandata fuerant executi, pollicebanturq; quod postquam ille di-  
 scellus & eos deseruerat, post hac Maieitati Vestrae optime & fideliter  
 inferuire uelle. Ego eis fidem meam sum pollicitus, & commissi, ut tuto do-  
 mum reuerterentur, adducerentque uxores suas & filios qui erant in alijs  
 locis & pagis eiusdem factionis, iussiq; ut alios quoq; Incolas illius provin-  
 ciæ alloquerentur, ut ad me proficiscerentur, quia parcerem commissis per  
 eos, nec expectarent, donec aggrederer eos, quia maximum inde damnum  
 essent perpessuri, quod ego moleste ferrem. Et ita euenit, quoniam post duos  
 dies reuersi sunt Incolæ ad dictam ciuitatem Izzuacan, & omnes circumui-  
 cinæ coloniz uenere oblatum seruitium suum Vestrae Maiestat. seq; in uasal-  
 los. Et prouincia illa remansit maximo iuncta foedere Incolis de Guacachula.  
 Fuit dissensio cui pertineret dominium illius prouinciæ in absentia domi-  
 ni illius, qui discesserat & iuerat ad Mescico, & quamquam aliqua intercesse-  
 rant altercationes, & factiones inter filium quendam spurium dicti domini na-  
 turalis illius prouinciæ, qui fuerat interfectus à domino Muteczuma, & im-  
 posuerant eum, qui modo dominabatur, & collocauerat ei in matrimonium  
 nepotem suam, & nepotem dicti naturalis domini filium cuiusdam filiz legiti-  
 timæ, quæ erat iuncta matrimonio domino ciuitatis Guacachula, & procrea-  
 uerat illum filium nepotem domini naturalis de Izzuacan. Tandem inter  
 eos conuentum est, ut ille filius domini Guacachula hæreditate possideret,  
 qui descendebat à legitima linea veri domini illius domini, & quamuis il-  
 le alius esset filius, cum esset spurius non debebat succedere in Dominio. Et  
 in mei presentia obedientiam præstauerunt dicto puero, qui ætatis annorum  
 decem erat. Et quoniam non erat ætatis adulta, ut regnare posset, constitu-  
 rūt, quod ille eius patruus spurius, & alij tres primates, unus ex ciuitate Gua-  
 cachula, & duo ex Izzuacan essent gubernatores prouinciæ, pueriq; in sua  
 haberent potestate, donec esset ætatis ad regendum apte. Ista ciuitas Izzua-  
 can habet ad mille & quingentas habitationes, & est egregie constructa in  
 uicis suis. Habebat centum domos ad Mescitas, & oratoria munitissimas  
 cū suis turribus, quæ omnes combustæ fuere, est autē sita in planicie ad radi-  
 cem unius collis mediocris, ubi est munitum fortilitium ab una parte, à par-  
 te uero alia planiciem uersus circumdatur profundo fluuio, qui præterlabi-  
 tur mœnibus & fluuius anfractu circumdatur, qui maximæ est profunditatis,  
 & anfractui insidet paruus murus ad dimidij hominis status altitudinem, in  
 quo erant multi congesti lapides. Habet uallem rotundam uberrimam fru-  
 ctibus, & bombice, nam in superioribus montibus non nascitur ob inge-  
 nua frigora, ibi autem est callidior tellus, & ea ex causa proccedit, quia monti-  
 bus circumdatur, & omnis hæc uallis irrigatur plurimis riuis bene compo-  
 sitis & paratis, hæc in ciuitate moram traxi, dum suæ restituerentur pristinae  
 habitationi. Illuc accesserunt, ut offerrent in uasallos M. V. dominus uni-  
 us ciuitatis, quæ uocatur Guagucingo, & dominus alterius ciuitatis, & sunt  
 per decem leucas ab ista ciuitate Izzuacan, & sunt conterminæ prouinciæ  
 Mescico. Venerunt etiam ab octo colonijs illius prouinciæ Caastocina, quæ  
 est una ex prouincijs de quibus in antecedentibus capitulis memini, quam  
 Hispani uiderāt, quos ad colligendū aurū ad prouinciā Cucula miserā, in  
 qua & illa de Tamacula, quæ est sibi cōtigua, dixi esse maximas colonias &  
 bene constructas, & ex melioribus politis lapidibus, quam in aliqua istarum  
 partū uiderimus hæctenus, quæ prouincia Castaoceca abest quadraginta  
 leucis



A Iucis è ciuitate Izzuacan. Incolæ dictarum coloniarum obtulerunt se simi-  
liter in uasallo uestræ Celsitudinis, & affirmare quatuor quoq; esse colo-  
nias in dicta prouincia quæ breui uenturæ essent, & à me petierunt, ut illis  
indulgerem, quod prius non uenerat, quia prius non ausi fuerat uenire timo-  
re illorum è Culua, quia illi nunquam cepissent arma contra me, nec aliquo-  
rum Hispanorum nec interfuissent, imo post prestitam obedientiam animo  
semper fuissent boni & fideles Celsitudinis Vestre uasalli, tamen non ausi  
fuissent demonstrare metu eorum è Culua, ut prius dixerant: A deo quod Sa-  
eræ Casarea, & Catholicæ Maiestati Vestre promitto, quod si Deo optimo  
Maximo placuerit, & Celsitudinis Vestre fato, breui acquiremus ea quæ a  
mislimus, aut partem eorum quia indies ueniunt plurimæ prouinciæ, & ciui-  
tates oblatum se seruitio Vestre Celsitudinis, quæ prius subiiciebantur Do-  
minio Domini Muteezuma. Et qui id faciunt, breui cognoui, nempè post Domini  
habentur, & qui reuunt, indies destruuntur. Ab eis, qui in ciuitate Guaca-  
chula capti fuerant, & præcipue ab eo, quem uulneribus affectum me cepisse  
memorauit, res ciuitatis Temixtitan sigillatim cognoui, nempè post Domini  
Muteezuma obitum fratrem eius Dominio potitum Dominum ciuitatis Iz-  
tapalapa uocaturq; Cuerauacin, de quo iam memini, qui idem fuit, quia  
in pontibus apud ciuitatem Temixtitan desideratus fuerat filius primogeni-  
tus dicti Domini Muteezuma: duo uero alij, qui uiuebant erant dominij in-  
capaces, alterum enim fatuum, alterum paralyticum asserabant: propterea fertur  
fratrem suum alterum potitum, & etiã quia nobis bellum intulerat, &  
habebatur uir strenuus, martialis, pariter, & sapiens, & audiui quod ipsi mu-  
niebant tam magnam ciuitatem, quam alia loca Dominij sui, & noua multis  
in locis mœnia construebant, & fossas, & præparabant multa genera ar-  
morum, & præsertim longas lanceas, quas picas appellamus, contra equos,  
è quibus aliquas uidimus, quæ in ista prouincia Tepeaca repetere sunt ali-  
quæ, quibus nobiscum pugnabant in illis magnis habitationibus, in qui-  
bus hospitabantur in Guacachula, & similiter inuenimus quosdam ex eis in  
dictis hospitij. Et alia plurima cognoui, quæ ne tædoso sim Celsitudini Ve-  
stræ, prætermitto. Mitto ad Insulam Hispanam naues quatuor, ut illico acce-  
ptis militibus, & equis in nostrum subsidium reuertantur, & alias quatuor,  
ut in dicta Insula emanent equos, arma balistas, & puluerem ad tormenta, quia  
istis in partibus magis indigemus, pedites enim tanta multitudine premen-  
te parnis breuib; parum profunt, habenturq; in his partibus tot munitæ,  
amplic, & egregiæ ciuitates, & fortilitia. Scribo præterea Licentiato Rodo-  
rico de figueroa, & officialibus Vestre Celsitudinis, qui resident in dicta Hi-  
spana insula, ut huic negotio omnem fauorem & possibilem operam exhibe-  
ant, cum illud conducat seruitio Vestre Celsitudinis & conseruationi eo-  
rum quæ acquisiuimus, & tutelæ nostrorum corporum, quia postquam ue-  
nerit dictum subsidium, animo insidet uelle reuerti ad illam magnam ciuita-  
tem Temixtitan, & diuino confido auxilio, quod illam breui in meam redi-  
gam potestatem, quemadmodum prius habebam, & amissa recuperabimus.  
Interim do operam, ut fabricentur duodecim bergantini, & alie Imphratæ  
naues ad lacum transeundum, & modo sumus in labore clauorum, tabula-  
rum, & reliquorum lignorum, quæ omnia terra aportiari curabimus, ut cito  
conijungi possint, ad quos in promptu sunt uela, pix, stuppa, remi, & omnia  
necessaria. Et certiorè Maiestati Vestræ reddo, quod usq; quo huc finè fuero  
consecutus, nõ arbitror posse quiescere, & cessare, ut perquiram omnes mi-  
hi possibiles uias postpositis periculis omnib; & expensis, quæ fieri possunt.

A duobus diebus redditæ mihi sunt literæ à locum tenente meo in ciui-  
tate Vere Crucis, ex quibus percepi nauim paratam ad portum applicuisse  
cum triginta hominibus connumeratis nauitib; & militibus, quæ aduentasse  
dicebatur ad perquirendum eos quos Franciscus de Garai ad has prouinci-  
as destinauerat, de quibus alias Celsitudini Vestre retuli, & maximam com-

meatum se passos egestatem asserabant, & talem quod nisi auxilium sibi al-  
 latum fuisset, ad unum omnes fame, & siti perisissent, & ab eis cognoui illos  
 peruenisse ad portum Panuco, & cum per dies quadraginta in eo moram tra-  
 xissent, aliquem in eo fluuio, & prouincia non uidisse. Propterea arbitraban-  
 tur ex his, quæ succellere, prouinciam illam inhabitatam permanisisse. Et pa-  
 riformiter eis narrauerant idem, quod immediate duæ naues dicti Franci-  
 sci de Garai eos sublequi debebant, cum militibus, & equis, & credebant  
 eos iam ad inferiora littora penetrasse. Idcirco mihi uisum est eoducere Cel-  
 situdinis V. seruitio, quod illæ naues, & in ea existentes non amitterentur,  
 eo prius monito de gestis et actis in prouincia, quia incolæ illius plus dam-  
 ni inferre possent. Iussi dicam nauem alias ire quaesitum, illasq; certiores red-  
 deret de his, quæ succellerant, & uenirent ad portum dicte ciuitatis Veræ  
 Crucis, ubi præfectus, quem primo dictus Franciscus de Garai destinauerat,  
 eos præstolabatur. Deo Opt. Max. placeat, ut eos antequam in litus descen-  
 dant, inueniant, quia cum incolæ prouincie iam ad hoc animaduertant, His-  
 spani uero non, timeo ne maximam subeant calamitatem, & hoc esset con-  
 tra seruitum omnipotentis dei, & V. celsitudinis, & esset plus dictorum ca-  
 num audaciam augere ut reliquos aggrediatur, qui impolterum essent illuc  
 profecturi. In proximo superiori capitulo exposui me percepisse post mortem  
 domini Muteezuma constitutum in dominum fratrem suum nomine Coreta,  
 cuius, qui genera uaria armorum congererat, & magnam ciuitatem, & om-  
 nes lacui adherentes muniebat: nunc à paucis diebus ad me delatum est,  
 Coreta uacua nuncios suos misisse ad omnes prouincias, & ciuitates sibi sub-  
 iectas, nuntiarum suis uasallis, cum eis omnia tributa & obsequia, quæ sibi  
 præstare tenerent, ex gratia remittere & nil eidem dent, aut soluant, quomodo  
 modis omnibus, quibus possent contra Christicolæ bella gererent, admo-  
 nec eos aut interficerent, aut à prouincia expellerent, & similiter bella infer-  
 rent omnibus istarum prouinciarum incolis, qui nobis amicitia ut scedere  
 iuncti essent. Confido tamen in Deo Opt. Max. nil ad eorum uota successu-  
 rum, uersor tamen maxima in necessitate, ut opem feram Indis amicis nostris,  
 Indies enim confluunt è multis ciuitatibus & colonijs ad auxilia exposcen-  
 da contra Incolæ Culuæ, suos & nostros hostes: qui illis quantum facere pos-  
 sunt bella inferunt, quia nobis amicitia, & scedere iuncti sunt. Ego autem locis  
 omnibus ut animo concipio, opem ferre non possum, tamen ut dixi, Deo  
 Opt. Max. nostris exiguis uiribus supplere placebit, & propediem mittere  
 auxilium suum, & quod ex insula Hispana accersitum destinauit.

Per ea quæ uidi, & comprehendere ualui circa similitudinem, quam  
 omnes istæ prouinciæ habent cum Hispanijs, tam in fecunditate, quam in  
 magnitudine, & frigidibus, quæ in illis habentur & multis alijs rebus qui-  
 bus illi æquiparantur, mihi uisum est conuenientius nomen eisdem imponi  
 non posse, nisi quod appellentur Noua oceanî maris Hispania, quod nomē  
 Sacræ & Catholicæ Maiestatis Vestræ nomine eisdem impostum est. Sup-  
 plico, Celsitudo Vestra dicto nomini assentire digneur, & ita cam no-  
 minari committat.

Scripti Maiestati Vestræ (quamuis inculte) omnium quæ in his parti-  
 bus succellere ueritatem, & ea quæ Maiestatem Vestram plus scire oportet,  
 & alijs meis annexam mitto supplicationem, ut illa huc destinata uirum  
 cui maxime per Maiestatem Vestram sit fides adhibenda, qui de omnibus  
 informationem capiat.

Altissime ac Potentissime Princeps, Deus Optimus Maximus uitam, &  
 Regalem personam, & Potentissimum statum Vestræ Catholicæ Maiesta-  
 tis conseruet, & augeat per longa tempora, cum augmento maiorum Re-  
 gnorum, & Dominiorum, ut Regale cor suum desiderat. Ex securitate fir-  
 mium Nouæ Hispaniæ maris oceanî, tricesima Octobris Milleesimo Quin-  
 gesimo Vigesimo.

BEATISS.

Dominus Teo-  
 mixitan bella  
 lose præ-  
 parat

A B  
 TI



sta, a  
 der  
 hori  
 poru  
 sta n  
 ostes  
 pijs  
 aqu  
 ci na  
 sed e  
 mag  
 oper  
 cons  
 sci il  
 B rand  
 stus,  
 tur, c  
 tes, c  
 & n  
 & to  
 um r  
 nom  
 gerit  
 diffu  
 hoc  
 tas in  
 ret. M  
 facu  
 us in  
 dente  
 Quo  
 cord  
 dum  
 elect  
 stes u  
 Reip  
 nillie  
 fauif  
 uinca  
 stiano  
 mini  
 ut to  
 quies  
 mem  
 idy



**BEATISS. AC SANCTISS. CLEMEN**

**TI VII. SACROSANCTÆ ROMANÆ, AC VNIVERSÆ,**  
lis Ecclesiæ Pont. Max. Doct̃or Petrus Saurorganus deditissimus  
seruus, post beatorum pedum humillima  
oscula, felicitatem.



**I**TA in rebus humanis compertum esse cernimus Beatiss. ac  
Sanctiss. pater, ut præsentia quodammodo fordere uideantur,  
prisca uero tantum, & uetustiora in cœlum usque laudibus fer-  
rantur: Hinc Liberi patris, hinc Hercules, hinc Salomonis,  
hinc antiquorum præcipue Aegypti regum celebrantur ge-  
sta, admirationi sunt expeditiones, maxime tam longinquæ. Hinc Alexan-  
der ille Macedo Magni fortissus est nomen, quoniam sine uiribus magnis, la-  
boribus magnis, & animo magno talia perfici nequierint. Cæterum si tem-  
porum nostrorum æqui iudices esse uelimus, inueniemus nostræ ætatis ge-  
sta non inferiora, sed longe etiam admirabiliora esse. Quod uel unus nobis  
ostendit Ferdinandus Cortesius. Is siquidem non maximis, ut prisca illi, co-  
pjis, non classe ingenti, sed nauibus ac militibus perpaucis ea permen-  
sus est æquora, ad longinquas profectus est oras, & tam celebrem munitionem & lo-  
ci naturam, ac deienforibus ciuitatem expugnauit, ut non solum admirationi,  
sed etiam miraculo esse possit & debeat. Quanta uero industria, qua animi  
magnitudine, quo demum labore, & periculo tam ingentia peregerit facta,  
operæ præcium haud est recensere, quum id manifesto ex his narrationibus  
constet. Quapropter Ferdinandus Cortesius æterna non minus, quàm pri-  
sci illi dignus est memoria, meritoq; inter magni nominis uiros connume-  
randus. Sed & Sereniss. Carolus V. Rom. Electus Imperator semper Augu-  
stus, & Hispaniarum, &c. Rex inuisus merito hanc ob rem maximus habe-  
tur, quod eius auspicijs & impendijs alter repertus sit orbis, subactæ tot gen-  
tes, deuicti rebellantes, tam potens, tam munita, & celebris tot prouinciarum  
& nationum dominatrix ciuitas Temixtitan uel expugnata, soloc; æquata,  
& tot populû daemionorum cultu, ac nephando sacrificandorum mortali-  
um ritu prohibiti fuerint, & æterni redemptoris domini nostri Iesu Christi  
nomen in ignotis antea regionibus celebrari, prædicari, annunciariq; conti-  
gerit. Eiusdem quum tanti Imperatoris inuictum nomẽ per uniuersum iam  
diffusum esset orbem, potentiaq; adeo longe ac late se extendisset, ut iam in  
hoc nostro continenti minime contineri posset, necesse fuit alias antea igno-  
tas indagare terras, quo tanti Imperatoris honor, potentiaq; latus claresce-  
ret. Nec Deus Opt. Max. ceptis tam mirandis desuit, sed nouas & omnibus  
sæculis hæctenus ignotas patefecit oras. Ut quem admodum ante ingens illi  
us in omnes fines cognitas se extendisset gloria: ita etiam per ultimum occi-  
dentem ad populos Eoos, & per ultimum orientis solis peragraret terminû.  
Quod equidem præcipuum iudicium est, serenitatem suam deo immortalis  
cordi esse, sine cuius auspicijs & gratia res tam admirandæ uix cogitari, ne-  
dum peragi potuissent. Vnde certissima spes est eum à deo Imperatorẽ esse  
electum, ut eo duce mortalibus hæc deprauata ac lutea ætate, mundo cele-  
stes uires suas ostendat. Addidit etiam Deus Opt. Max. Iabenti Christianæ  
Reip. religioniq; Bear. V. tutum præsidium & leuamen, ut unanimes imma-  
nissimum Turcharum Tyrannum ouium uobis commissarum ceruicibus  
sæuissimè imminentem, ac reliquos uere Christianæ fidei hostes feliciter de-  
uincatis, prosternatisq; & pacem, ac aurea illa sæcula à uobis geminis Chri-  
stianorum luminibus diu expectata, aliquando miseris mortalibus impartia  
mini. Quod quidem nõ tam iucundum, quàm admodum esset necessarium,  
ut à tot caedibus bellis & ærumnis mundus cessare, & in sacrosanctâ pace  
quietescere posset. Deus omnipotens Christianæ Reip. Beat. V. diu incolu-  
mem seruet, Ex Norimberga die ultima Martij. M. D. XXIIII.

T 4 Eiusdem

100

EIVSDEM DOCTORIS PETRI SAVORGNANI  
 ni ad lectorem, Carmen.

Durior ista phrasis, fateor, stilus undiq; non est  
 Narranti similis aspera multa crens.  
 Sed quisnam Domini monitis obfistere posset,  
 Mandantis uerbo reddere uerba suo,  
 At mihi si faueat numen, si uita manebit,  
 Omnia erunt studio condecoranda nouo,  
 Interea excipias angusto hæc tempore scripta,  
 Si non facunda, at fortia gesta leges.

ARGVMENTVM.



**E**RDINANDVS Cortesius natione Hispanus, sacra-  
 tissimi ac potentissimi Caroli v. electi Rom. Imp. & Hi-  
 spaniarum, & cætera regis, innoua maris Oceani Hispa-  
 nia præfectus, illatas sibi ab incolis Temixtitan, & alia-  
 rum prouinciarum, ut magnanimi uiri mos est, iniurias ul-  
 cisci desiderans, à Finium Securitate quadraginta comi-  
 tantibus equitibus, & quingentis ac quinquaginta pedi-  
 tibus, nouemq; campestribus tormentis unanimi omnium, aut mori, aut ui-  
 ctoria potiri consensu decimaquinta Decembris discessit ciuitatem Telsai-  
 co uersus, post ardua, & difficilia maximo labore superata montium iuga,  
 in hostilis patriæ planitiæ descendit. Obuij sūt hostes, quos fundit, multosq;  
 neci dat. Telsaico ciuitate egregia, & eleganti potitur, et illius incolæ, una cū  
 domino, & eorum bonis ad ciuitatem Temixtitan confugiunt. Ciuitatem  
 Iztapalapan capit, diripit, comburit que. Incolæ ciuitatis Orumba & aliarū  
 quatuor ciuitatum Sacre Cæsareæ Maiestati deditiōe faciunt, & Cortesij  
 mādata capessunt. Potitur & Condisaluuus è Sandoual à Cortesio missus pro-  
 uincia Calco. Fratres Domini ciuitatis Telsaico, qui baptisma Christi susce-  
 perat, & don Ferdinandus nominabatur, unanimi incolarum consensu ciui-  
 tati, & uniuersæ prouinciæ Aculuacan prefecit. Applleuic ciuitati Veræ  
 Crucis interim nauis aliquibus equitibus & pedibus in subsidium Corte-  
 sio, quorum aduentu plurimum lætatur exercitus. Condisaluuus è Sandoual  
 negotium dat ad bergantinos à prouincia Tascaltecal ad ciuitatem Telsaico  
 conducendos, quos miro ingenio, ordine, & celeritate adducendos curauit.  
 Narratur à Cortesio modus, quo Hispani quidam ab Indis fuerint interfecti,  
 & idolis in uictimas dati Comitantibus Hispanis & triginta millibus Indo-  
 rum plures colonias, & urbes lacu proximas diripit & comburit. Et ad ciui-  
 tatem Temixtitan peruenit, colloquium cum hostibus habet, an deditio-  
 nem facere uelint, tentat. Quibus deditiōem facere nolentibus, Telsaico re-  
 uertitur. Condisaluuus è Sandoual ad prouinciā Calco mittit contra ho-  
 stes è Culua, eorum castris potitur & colonias ui capit & igne consumit,  
 perulstrat lacus litora Cortesius & ciuitates & colonias iuxta illum sitas,  
 quibus ad cingendam oblidione celebrem ciuitatem præsidia locari possint,  
 ex quibus aliquas comburit. Ab Hispanis in Chinanta morantibus literas  
 recipit Cortesius, & quid actum sit intelligit. Perfectis bergantinis, incolas  
 è Tascaltecal, Guaxacingo, & Churaltecal in armis esse iubet, ut ciuitas To-  
 mixtitan terra lacuq; oblidione prematur. Tres creat præfectos, qui tribus  
 prælint castris seu stationibus. Magnanimus autem Cortesius bergantinos  
 ascendit, partitus tamen prius Indos Hispanis amicos in tres illas stationes.  
 Quibus constitutis Cortesius bergantinos ascendit, innumeram hostium ca-  
 noarum multitudinem fugat, & aquis mergit, plurima intercedunt inter Hi-  
 spanos, & Indos certamina, omnes circumuicinas ciuitates, & colonias, aut  
 capit, aut comburit, & maiorem ciuitatis portionem occupat, pontes, & lo-  
 ca ubi



ca ubi aqua uersari solebat, ut pedites & equites tuto ire, & redire possint, opplet, & semper uictoria potiuntur Hispani. Vna tamen luce fato nescitur quo maligniore, non oppletos uictoria elati Hispani pontes transilire, quo errore Hispani plures deliderati, plurimi uulnerati, & aliqui in captiuitatem ducti sunt, & ab Indis dijs suis sacrificati. Inuictio tamen animo Cortesius ea profligata non consternatus acrius obsidioni instat, & Andream de Tapia destinat ad debellandam prouinciam Marinalco. Chichime catede duobus incolarum è Tascaltcal egregium narrat facinus. Otumienfium precibus ad debellandam prouinciam Matalcingo Condifaluum è Sandoual maiorem executorem ire iubet, qui felicissime pugnans uictoria potitur, & domini illius una cum prouincia Marinalco, & Guyscon sacre Cesaree & Cath. Maiestati se subdunt. Et hostes eruptione facta stationes Petri de Aluz rado nocte aggrediuntur, & strenue repelluntur, pluries colloquium habet cum incolis ciuitatis Cortesius, & nunquam modus concordie inueniri potuit. Tandem ferro, igneque res agitur. Ultra centum millia hostium ceduntur, antequam ciuitate potatur Cortesius, & capto Domino ciuitatis una cum aliquibus è primatibus, ciuitate (pro maiori parte solo & quatuor) potitur, prædam ingentem diuidunt Hispani, & quedam ex plumis, mira arte, ingenioque contexta non partiuuntur, sed sacre Cesaree, & Cat. Maiestati donantur. Quorum aliqua uniuersi fere Germanie principes, apud Sereniss. Ferdinandum Hispaniarum prin. & Archiducem Austriae ac Sacri Romani Imperij locum tenentem Generalem, uirtutum omnium, & ingenuitatis uberrimum fontem, non sine admiratione conspexere. Capta ciuitate plures prouincie obedientiam præstant, & ad reliquas rebelles subigendas, partim aurifodinis, & gemmis, partim aromatibus affluentibus potitur. Tres in illis regionibus nouas Hispanorum locat colonias. Mare del Sur (quod Australe Indicum pelagus putamus) duobus in locis detegunt, & ad ulteriora perscriptanda naues duas (quas Hispani carauellas uocant) & bergantinos duos, conficiendos curat Cortesius. Videbis præterea plura lestor optime, que te mirifice delectabunt. Et demum quanta Hispana sit uirtus intueberis.

IOHANNIS ALEXANDRI BRASSICANI LEG.  
Doctoris, Poetæ ac Orat. à Cæsa. Laureati, Epigramma.

Iussit Anaxagoras permultos querere mundos  
Pellei quondam Martia corda regis.  
Vere equidem, quoniam ignoti sunt undique mundi.  
Atque orbis claudit plurima terra nouos.  
Magnus Alexander mundo est tantum inclytus unus.  
Namque animi attentis lumina nulla habuit.  
Carolus insano hoc quantum est felicior, acris  
Nempe oculo mentis regna subinde ferens.  
Ecce nouum mundum, quem nunc Cortesius heros  
Repperit, Hispano nomine præcipuum.  
Ecce hominis quantum indefessa industria possit.  
Cæsaris innumeris regna iuuare plagis.  
Solutus Anaxagoram Cortesius intellexit  
Illius ignotos quando ita querit agros.

TERTIA

## TERTIA FERDINANDI COR-

TESII NARRATIO.



ALPHONSO de Mendoza oriundo e Medelin, que ab ista Noua Hispania quinta Martij, præteriti Anni Millelimesi quingentesimi uigesimali primi expediuit, Relationem Maieſtati Vestræ perferendam tradidit de omnibus, quæ in ea successerant: quam perfeceram tricesima Octobris Anni Millelimesi uigesimali. Et quia tempus non erat secundum, & etiam naues tres naufragium passæ erant (quas habebam, ut una Maieſtati uestræ dictam relationem transmitterem, reliquas uero mitterem ad adducendum presidium ab insula Hispana) dicti Alphonsi de Mendoza discessus diu prorogatus est, quemadmodum etiam latius eadem Maieſtati Vestræ significauit. Et in calce dictæ relationis Maieſtatem Vestram certiore feci, quod postquam Indi incolæ celebris ciuitatis Temixtitan ui nos ab ea expulerant, eiecerantque, castra moueram cõtra prouinciam Tepeaca, quæ illis subijciebatur, & à Maieſta. Vestrâ defecerat: & Hispanis, qui supererant, comitantibus, & Indis nobis amicis, eis bellum mouerã, et eos seruitio Maieſtatis Vestræ submiseram. Ad hæc cum proditio transacta, maximum damnum, & illa Hispanorum tam recens oppressio, nostris cordibus inledissent, constitueram aggredi illos è dicta celebri ciuitate qui fuerant tantæ cladis autores, & ad hoc incipiebam præparare tredecim bergantinos, ut illis per lacum possem dictæ ciuitati omne possibile damnum inferre, si ipsi perſisterent in eorum malo animo. Scripsi quoque Maieſtati Vestræ, quod dum dicti bergantini fabricarentur, & dum ego & Indi nobis amici præparabamus eos aggredi, mittebam ad insulam Hispanam, ad adducendum in nostrum subsidium uiros, equos, tormenta, & arma: & ad hoc scribebam officialibus Maieſtatis Vestræ, qui in ea resident, & trans mittebam pecunias pro omni sumptu, & expensis ad dictum presidium conducentibus. Et etiam significauit Maieſtati Vestræ, quod donec consequeretur uictoriam contra hostes, non cogitabam quiescere, nec uolebam cessare, & ad hoc adhibere omnem possibilem diligentiam, posthabitis omnibus periculis, laboribus, & sumptibus qui euenire possent, & ea sententiã parabam me, ut discederem à dicta prouincia Tepeaca.

Similiter significauit Maieſtati Vestræ, qualiter portui ciuitatis Veræ Crucis applicuerat nauis Francisci de Garai locum tenentis, & gubernatoris in sula Iamaica cum maxima rerum pænuria, quæ uehebantur forte triginta uiri, & retulerant alias duas naues uentis uela dedisse, ut proficiscerentur ad fluuium Panuco, ubi proſtigarant præfectum quendam Francisci de Garai, & timebamus si eo peruenirent, essent accepturi aliquid incommodi ab accolis dicti fluuij. Et similiter Maieſtati Vestræ, significaueram, me illico subsequi iussisse nauem, ut eas quæreret, & præterea eisdem nunciaret. Et postquam ea scripsi, deo placuit, quod una ex dictis nauibus peruenit ad dictam ciuitatem Veræ Crucis, quæ uehebantur forte centum & uiginti milites: & factus fui certior, præfectum illum Francisci de Garai, qui primo aduenerat proſtigatum fuisse, & allocuti sunt præfectum eundem, qui interfuerat cladis: & illum monui, si illuc irent, non posse id fieri sine magna sui clade, & damno, & dum essent in portu certa sententiã eundi ad dictum flumen, cepit tempestas acri uenio comitata, & rudentibus fractis, nauem exire coegit, & portum cepit in superiori littore per leucas duodecim à dicta ciuitate Veræ Crucis ad portum Sancti Iuan, & cum è nauibus descendissent, octo equis, & totidẽ equabus, quas adducebãt, subduxerunt nauem, quia nimium imbrem accipiebat, & quamprimum hoc audiuit, ad eorũ præ-



A prefectum literas dedi, quibus significabam me admodum moleste talisse mala, quæ eidem evenerant, & qualiter iam commiseram Locum tenenti meo in ciuitate Veræ Crucis relicto, ut ipsi, & hominibus, quos adduxerat, se benignum exhiberet, & eis impartiretur omnia necessaria, & circumspiceret quid constitueret uellet, & si omnes, aut aliqui eorum uellent reuerti in naues, quæ ibi erant, ut auxilio tutos dimitteret, opibusque iuaret. Didici autem perfectus, et illi, qui secum erant constituerant remanere, & ad me profecti sunt. Et de alia nauî nil ad nos allatum est hæcenus, & cum hoc tam diu sit, multum dubitamus de illius salute. Deus uelit, ut incolumis euaserit.

Cum constituisssem discedere à prouincia Tepeaca mihi allatum est, duas prouincias, quæ appellatur Cecatami, & Xalacingo, quæ subijciuntur domino è Temixtitan, defecisse. Et cum ad has partes à ciuitate Veræ Crucis sit transitus, in illa aliquos Hispanos neci dederant, & incolæ defecerant, & pessimæ erant intentionis. Et ut tutum esset per eam iter, & eos aliquantulum punirent, nisi uellent mecum pacifice agere, unum ex profectis, cum uiginti equitibus, & ducentis peditibus expediui, una cum Indis nobis amicis. Cui Maiestatis Vestræ nomine seriole iniunxi, ut moneret dictarum prouinciarum incolas, ut se concorditer in Maiestatis Vestræ uasallo subderent, quemadmodum alias fecerant, et ad hoc omnem possibilem industriam adhiberet. Et si illum pacifice excipere nollent, eis bellum inferret, & eo profecto, & captis dictis duabus prouincijs, cum uniuersis militibus reuertetur ad ciuitatem Tascaltecal, ubi ipsum præstolarer, & sic initio mensis Decembris Anno millesimo quingentesimo uigesimo profectus est, secutus iter suum ad iam dictas prouincias, quæ distant ab eo loco per leucas uiginti.

B His profectis, potentissime domine, medio mense Decembris dicti anni, discessi à ciuitate finium Securitatís, quæ continetur in prouincia Tepeaca. In eadem profectum dimisi cum sexaginta militibus, quoniam ut eos ibi relinquerem, illius habitatores enixis precibus contenderunt. Et pedites omnes ire iussi ad ciuitatem Tascaltecal, ubi bergantini construebantur, quæ abest à prouincia Tepeaca per nouem aut decem leucas. Ego autem, ea nocte profectus sum dormitum ad ciuitatem nomine Chulula, quia eius habitatores aduentum meum maxime desiderabant, morbo enim Variolarum, qui etiã incolas harum prouinciarum (quemadmodum reliquarum insularum) corripit, plures illius domini ab humanis exempti fuerant. Et optabam, quod per me & suum consilium & meum, alij in demortuorum locum sufficerentur. Et cum eo peruenissemus optime suimus recepti, & eo quod supra diximus confecto negotio. Et postquam eorum morem gesseram uoluntati, eisdem significauî rogamus uolui, ut bellum inferrem prouincijs Mexico & Temixtitan, eos iterum uolui, cum essent Maiestatis Vestræ Vasalli, ut ipsi modis omnibus studerent amicitiam nobiscum manutenere, & nos alios idem facere deceret, quoad uixerimus. Et quia bellum cum supradictis eram habiturus, petij ut mihi uiris auxilio esse uellent, & cum Hispanis quos mittere in eorundem prouinciam, & qui in ea degerent, ita agerent, quemadmodum amici cum amicis agere tenentur. Et promissione ab eis habita, se ita facturos, post biduum aut triduum ab ea discessi Tascaltecal uersus, quæ sex leucarum spacio abest: & cum eo peruenissem, comperi omnes Hispanos adesse, una cum dictæ ciuitatis incolis, qui meo aduentu maxime letati sunt. Sequenti uero die, uisus domini præfate ciuitatis, & prouinciæ, ut me alloquerentur conuenerunt, et mihi significarunt Magiscacin, qui primus habebatur inter reliquos dictæ prouinciæ Dominos, uitam cum morte commutasse, morbo illo uariolarum, & optime cognoscebant, me mortem illius ægre laturum, cum ita me cum iunctus esset amicitia, tamen eundem supersistitem reliquisse filium suum, ætatis duodecim annorum, & eidem paternum Dominium pertinere, & me enixe rogabant, ut eum, ueluti hæredem, Dominum constituerem, & ipse

ipse Sacræ Maiestatis V. nomine, eorum uotis obtemperauit, qua ex re plurimum uoluptatis adepti sunt.

Cum peruenissem ad hanc ciuitatem, comperi bergantinorum magistrōs & fabros lignarios, multum properare in perficiendis compagibus, tabulisq; pro eisdem & opus conueniens peregrisse. Et illico à ciuitate Veræ Crucis, ferrum & clauos, quos ibi habebam, uela, rudentes, & alia necessaria ad eos perficiendos adduci curauit. Et quia picem non habebam, eam per Hispanos quosdam, in alto monte ibi propinquo, colligendam curauit, ut omnia præparamenta ad dictos bergantinos perficiendos præsto esse possent. Ut postquā diuino auxilio essem in prouincijs Mexico & Temixitan, possem curare eos adducendos, quia hæc prouinciæ absunt per decem aut duodecim leucas à ciuitate Tascaltecal. Et illis diebus quindecim quibus ibi fuimus, ne gocijs alijs non incubui, sed solum diligentia adhibui circa dictorum bergantinorum magistrōs, & paranda arma, & ordinem ponendū circa iter nostrum.

Duobus continuis diebus ante Natiuitatem domini, reuersus est præfectus, cum peditibus & equitibus, qui profecti fuerant ad prouincijs Zarami & Xalacingo, & intellexi aliquos ex dictis incolis, cum eis pugnasse, & denique aliquos ex eis sponte, aliquos uero ut ad cōcordiam uenisse. Et adduxerunt mihi aliquos illarum prouinciarum proceres, quibus (nō obstant, te quod maxima essent digni animaduersione, propter eorum defectionem, & Christianorum mortem, quia mihi fidem adstrinxerunt, se post hæc futuros, optimos & fideles, Maiestatis Vestræ uasallos) ego sub Regalis Maiestatis Vestræ nomine peperi, & ut in patriam reuerterentur dimisi, & ita conclusimus eo die, quod redundauit in maximum Maiestatis Vestræ seruitium, tam propter pacationem incolarum iam dictarum prouinciarum, quam securitatem Hispanorum, qui erant ituri & reuersuri per dictas prouincias à ciuitate Veræ Crucis.

Secunda die Natiuitatis in dicta ciuitate Tascaltecal, milites omnes recensui, & inueni equites quadraginta, pedites quingentos quinquaginta, ex quibus erant octuaginta balistis, et pixidibus utentes, et habuimus octo, aut nouem tormenta castris commoda, & modicum pulueris. Et partitus equites in quatuor turmas, quarum quaelibet decem habebat equites, & peditibus nouem præfectos præposui, & cuiuslibet illorum sexaginta pedites ascripsi, & omnes in simul sum allocutus, & illis commemorauit, qualiter ego, & ipsi omnes, ut Maiestati Vestræ in seruiremus, has prouincias habitandas suscepimus, & sciebant omnes incolæ illarum prouinciarum, se in Maiestatis Vestræ uasallos subiecisse, & uasalli aliquamdiu perseuerarant, uicissim bona opera inter nos exercendo, & qualiter incolæ e Culuua, qui sunt habitatores celebris ciuitatis Temixitan, & omnes incolæ reliquarum prouinciarum eidem subiectarum, sine aliqua causa, non solum defecerant à Maiestatis Vestræ, sed etiam multos nobis amicos, & consanguineos interemerant, & nos eiecerant ab uniuersa sua prouincia. Recordarenturq; quot pericula & labores perpessi fuissent, & circumspicerent quantum ad rem Dei omnipotentis, & Maiestatis Vestræ faceret, si denuo amissa recuperarem, maxime cum ad hoc iusta moueremur ratione, quia bella gerebamus ad incrementum Sacrosanctæ fidei nostræ, & in homines Barbaros, & Maiestatis Vestræ commodum, & pro tutela corporum nostrorum. Postremo quia plurimi ex incolis dictarum prouinciarum nobis amici, ceptis nostris fauebant, qui corda nostra ardentiora reddere debebant. Quapropter eos rogatos uolebam, ut cœstum mitterent timorem, & uires reassumerent, & quoniam ipse quosdam ordines Maiestatis Vestræ nomine constitueram, & ad bellum futurum concernentia, ea aperiri, & publicari curauit. Similiter eos rogatos uolebam, ut ea obseruarent & adimplerent, quoniam inde plurimum seruitij Deo opt. Max. & Maiestati Vestræ emanaret. Et unanimes polliciti sunt

Verba Cortesii  
ad milites Hispanos



**A** sunt, se ita facturos, & executioni demandaturos, & lubenti animo pro Sa-  
cro sancta nostra fide, & Maieſt. Vestræ ſeruitio mori uolebant, aut amiſſa  
recuperare, & ulciſci proditorem ab incolis è Temixtitan, & eorum con-  
federatis, contra nos perpetratam. Et ego Maieſtatis Vestræ nomine, eis  
dem gratias egi immortales, & eo pacto, maxima exultatione & lætitia ad  
hoſpitiâ noſtra reuerſi fuimus.

Sequenti uero die, qui fuit dies Sancti Iohannis Euangelistæ, omnes do-  
minos prouinciæ Tascaltecal conuenire iuſſi: & postquam conuenerant,  
eiſdem aperui qualiter iam optime cognoſcebant, me ſequenti die caſtra mo-  
turum cõtra hoſtes, & eorũ prouinciã ingreſſurum, & optime proſpicie-  
bant, ciuitatẽ Temixtitan expugnari non poſſe ſine illis bergãtinis, quos ibi  
fabricandos curabam, propterea ab eis petebam, quod tam fabris lignarij,  
quam Hiſpanis, quos ibi dimittebã, omnia neceſſaria impartirẽtur, eoq; mo-  
do cum eis agerent, quo nobiſcũ eouſq; egerant, & eſſent parati, quando à ci-  
uitate Teſaico (ſi omnipotens deus nos uictoria potiri concederet) mitterem  
pro compagibus, tabulis, cæteriſq; ornamentis diſtis bergantinis pertinenti-  
bus. Et ipſi polliciti ſunt ſe ita facturos, & ſimiliter dixere, uelle eo tunc mili-  
tes deſtinare meũ, & quando adducerẽtur bergantini, ipſimet Domini uole-  
bant in caſtra contra hoſtes, cum omnibus uiribus ſuarum prouinciãrum  
proſciſci, & mori, ubi me mori contingeret, aut uindictã ſumere contra  
eos è Culua, acerrimos eorum hoſtes. Et alio die XXVIII. Decembris, qui  
fuit dies Innocentium, compoſito agmine diſceſſi, & iuimus dormitum per  
leucas ſex à ciuitate Vaſcaltecal, ad coloniã quandã Tezmolucã nomine,  
quæ ſubiacet Prouinciæ Guaxacingo, cuius incolæ ſemper habuerunt, &  
habent nobiſcum eandem amicitiam, & fœdus, quod habent incolæ è Ta-  
ſcaltecal, & ibi quieti nos dedimus ea nocte.

**B** Alia relatione catholice Rex Maieſtati Veſt. ſignificauit incolas è Mexi-  
co & Temixtitan, arma plurima congerere, & in omnibus ſuis prouincijs,  
innumeras foſſas excauabant, & ageres, aliãq; deſenſionum genera, quo no-  
bis obſiſtere, & obefſe poſſent, præparabant. Quoniam illi iam cognoue-  
rant, me contra eos caſtra moturum. Et cum hoc præſciſſem, & cognoſce-  
rem, quantum acuti & audaces eſſent ad res bellicas, multoties mente reuo-  
lueram, qua prouincia ingreſſi poſſemus, ut aliqua ex parte incautos offen-  
deremus: & ipſi optime ſciebant, nos triplicem in prouinciã ſuã ingreſ-  
ſum cognoſcere, & illorum notitiã habere. Conſtitui ingreſſi itinere hoc  
Teſmolucan, quia cum illius aditus ſit aſperior, & magis ſaxis reſertus, quã  
ſint aliorum ingreſſuum cacumina, arbitrabar eos nobis minus obſtituros,  
ut in quo cuſtodiendo non tantum inuigilarent. Sequenti uero die poſt miſ-  
ſarum ſolennia, nos Deo Opt. Max. commendauimus, & à dictã coloniã  
Teſmolucã diſceſſimus: & ego frontem occupauit, cum decem equitibus, &  
ſexaginta peditibus leuibus, & bello aptis. Et perreximus inceptum tenen-  
tes iter proximum montẽ aſcendendo, omni ordine & apparatu nobis poſ-  
ſibili, & proſeciũ fuimus dormitũ per leucas quatuor à dictã coloniã in cacu-  
mine montis, ubi ſunt conſinia eorũ è Chulua, & quamuis maximi eſſent al-  
gores, plurimis lignis (quorũ ibi maxima eſt copia) ea nocte frigora expul-  
ſimus. Sequenti die Dominico ſummo mane cœpimus iter noſtrum prolequi  
per planiciem ipſius faucis, & deſtinauit quatuor equites, & tres, aut quatuor  
pedites, ut prouinciã luſtrarent, & ſequentes iter noſtrum, cœpimus de-  
ſcendere montem, & ego iuſſi equites præire, & poſt eos immediate pixedi-  
bus & baſitis fulcitos milites, & reliquos ſuo ordine ſubſequi, ut facilius  
hoſtes incautos offenderemus. Illos tamen nobiſcum congreſſuros cogita-  
bam, cũ certe hoſtes nobis inſidias aliquas, aut ſtratemata paruilliſſe cogitare  
mus, ut nobis obefſe poſſent. Et dũ quatuor equites, & quatuor pedites ulte-  
rius procederent, inuenerunt iter obſtruſum arboribus, ramisq; & plures  
& magnas incifas, atque in eo tranſuerſas pĩnos, & cupreſſos offenderunt,

In prouincia  
Culua exerci-  
tum ducit

quæ uidebantur eo instanti incisise. Et arbitantes sequens iter non fore im-  
 peditum, profecti sunt inceptum iter, & quanto plus procedebant, tanto  
 magis pinis, & ramis obstaculum illud comperiebant. Et cum uniuersum ca-  
 cum esse arboribus crebris, & sepius maximis refertum, magna cum dif-  
 ficultate procedebant, & cum uiderent illud iter, multum eis atulit timoris  
 & arbitrabantur postquamlibet arborem hostes latere, & etiam, quia ob in-  
 cisarum arborum impedimentum equis uti non potuissent, & quanto plus  
 progrediebantur, tanto plus pavor augebatur, & cum eo pacto aliquamdiu  
 processissent, equitum unus reliquos alloquutus est. Fratres, si uobis rectum  
 iustumque uideatur, ulterius non progrediamur, sed pedem referamus, & num-  
 ctemus præfecto nostro impedimentum quod offendimus, & periculum quod  
 subimus, cum equis uti non possimus. Sin minus, progrediamur, quia uita  
 mea est morti obnoxia, quemadmodum cæterorum omnium, donec huic  
 cepto finem imponamus. Reliqui responderunt, optimum esse eis consili-  
 um. Sed illis consultum non uideri, reuerti antequam aliquem ex hostibus  
 conficerent, aut scirent, quousque iter progredieretur. Et subsequi coepere.  
 Et cum uiderent dictum iter longius progredi, sublitere, & peditem mihi  
 ea quæ inuenerant nunciatum destinauerunt. Et cum collocaſsem me in fron-  
 te cum equitibus, commendauimus nos Deo omnipotenti, eo malo itinere  
 ulterius profecti fuimus, & nunciandum committi illis, qui postremo se-  
 quebantur agmine, ut properarent, quoniam cito perueniremus in planici-  
 em. Et quamprimum inueni quatuor illos equites, ceppimus progredi,  
 multo tamen impedimento & difficultate, & per medietate leuata spaci-  
 um, Deo Optimo Maximo placuit, ut descenderemus in planiciem, & eo loci  
 confiti, ut reliquos expectarem, quibus, postquam aduenerant, gratias  
 omnipotenti agerent nunciaui, quod eouſque non incolumes peruenire  
 permisisset, unde uidere ceppimus omnem prouinciã Mexico & Temi-  
 xtitan, quæ sunt in lacubus, & circum ipsos, quamuis maxima exultatio,  
 ne eas aspiceremus, considerantes damnum præteritum, quod die ea per-  
 pelli fueramus, aliquid mœstitiæ nobis atulit, & omnes unanimes polli-  
 citi sumus, nunquam ab ea sine uictoria exire, aut tibi uitam cum morte  
 commutare. Et hæc sententiã, omnes adeo læti procedebamus, non aliter,  
 quam si proficisceremur ad rem aliquam uoluptuosam. Et quamprimum  
 hostes nos audire, ceppere per omnem prouinciã illico maximos susci-  
 tare fumos. Et denuo Hispanos precatus sum, in futurum agerent, quem-  
 admodum prius egerant, & sperabam eos facturos, & nullus ab agmine di-  
 scederet, & omnia optimo ordine procederent in itinere. Etiam Indi inci-  
 piabant clamare ex aliquibus habitationibus, & pagis paruis, significan-  
 do incolis, ut in unum conuenirent, ut nobis. obessent in quibusdam pon-  
 tibus & angustis itineribus, quæ ibi erant. Tamen nos alij tantum accelera-  
 uimus, quod antequam ipsi conuenirent, peruenimus iam ad planiciem.  
 Et cum egredieremur, opposuerunt se nobis aliqua Indorum turmæ. Ego  
 uero iussi quindecim equites irruere, & re ipsa irruerunt uulnerando, & abs-  
 que læsione aliqua nonnullos ex eis interfecere, & ceppimus profecti in  
 ceptum iter ciuitatem Theſaico uersus, quæ est ex maioribus & elegantio-  
 ribus quæ sunt in omnibus istis prouincijs, quamuis omnes aliæ sint pul-  
 cherrimæ. Et cum pedites aliquantulum itineris labore premerentur, &  
 nox iam appropinquaret, dormiuimus in colonia nuncupata Coatebecq,  
 quæ subiacet dictæ ciuitati Theſaico, & abest ab ea trium leucarum spa-  
 cio, eam uacuum inuenimus. Atque cum hæc ciuitas, & illius prouinciã  
 (quæ Acuiluacum dicitur) sit maxima, & tot hominibus referta, ut facile  
 creditu sit, quod eo tempore eidem inerant centum & quinquaginta milia  
 hominum, futurum arbitrabamur, ut ea nocte nos aggredierentur. Ipse igitur  
 decem equitibus sui in primis excubijs, & milites omnes paratos esse iussi.  
 Sequenti die Lunæ, ultima Decembris, profecti fuimus iter nostrum or-  
 dine

dine  
 A  
 A  
 per  
 sent  
 bis  
 ris  
 ferre  
 ea in  
 subli  
 (inte  
 licre  
 min  
 nom  
 quo  
 tan a  
 tis, &  
 stran  
 secre  
 di, ec  
 amio  
 tra m  
 quos  
 ciden  
 quini  
 onul  
 Et pe  
 di el  
 existi  
 cum  
 B  
 B  
 rigor  
 min  
 omni  
 profi  
 tanq  
 per le  
 nes.  
 nolle  
 runc  
 Hisp  
 neru  
 runt  
 rem,  
 que f  
 hosp  
 ce m  
 deret  
 nes h  
 ideo  
 deba  
 cont  
 nulli  
 E  
 quan  
 uis a  
 uidel  
 re, &



dine solito, & per intervallum quartæ leucæ, à dicta colonia Coatebecq, dum  
 perplexi iremur, & colloqueremur, an pacifice nos excepturi, aut bello es-  
 sent decertaturi, & pro certo eos nobiscum congressuros arbitraremur, no-  
 bis obuij facti sunt quatuor Indi ex Primatibus, uexillo aureo in uirga ponde-  
 ris quatuor marcarum auri: & eo uexillo significabant eos pacem nobis of-  
 ferre, quam (Deus testis est) quantum desiderabamus, & etiam quantum  
 ea indigebamus, cum essemus adeo pauci numero & penitus diuisi ab omni  
 subsidio, & inter hostes constituti. Conspectis autem illis quatuor Indis  
 (inter quos erat unus, cuius notitiam habebam) iussi milites omnes substi-  
 tere, & ad eos sum profectus: & facta salutatione, retulere, se nomine Do-  
 mini illius ciuitatis, aduentasse, & prouinciæ Guanacacín nuncupati, & suo  
 nomine supplices rogabant, non inferrem, nec inferri paterer damnum ali-  
 quod in sua prouincia, quia damna, quæ nos passi eramus, illis & Temixti-  
 tan ascribi deberent nõ illis. Et ipsi desiderabant esse uasalli Vestri Maestris-  
 tis, & amicitia nostra coniungi, & in futurum semper essent obseruaturi no-  
 stram amicitiam, & ciuitatem ingrederemur, & ex eorum operibus cogno-  
 sceremus, quam mentem haberent. Ego uero adhibitis interpretibus respon-  
 di, eorum aduentum mihi cordi fuisse, & maxime lætabar eorum pace, &  
 amicitia, & postquam excusationem fecerant circa oppugnationem con-  
 tra me in ciuitate Temixtitan factam, tamen dixi, eos optime cognoscere,  
 quod per leucas sex ab eo loco, & ciuitate Tesaico, in quibusdam colonijs  
 eidem subiectis alias mihi interfecerant equos quinque, & quadraginta aut  
 quinquaginta pedites Hispanos, & trecentos Indos è Tascaltcal qui erant  
 onusti, & nobis abstulerant multum argenti, auri, uestium, aliarumq; rerum.  
 Et postquam eatenus se excusare non poterant, quin ea saltem pœna placen-  
 di essent ut nobis nostra restituerent, ea conditione (quamuis morte digni  
 existeret, cum tot Christicolos interfeissent) pacem cum illis inire uolebã,  
 cum illi eam exposcebant, alioqui contra eos processurus omni quo possem  
 rigore. Illi autem responderunt, quod quicquid ibi nobis ablatum fuerat, Do-  
 mini & primates è Temixtitan secum exportauerant, tamen se inquisituros  
 omnia, quæ inuenire possent, & cuncta restituturos. Et petiere, ut ea nocte  
 proficere ad ciuitatem, aut in altera è colonijs me collocarem, quæ sunt  
 tanquam suburbia ciuitatis, quæ dicuntur Coatican & Guaxuta, quæ distant  
 per leucam, aut dimidiam à dicta ciuitate, & semper continuantur habitatio-  
 nes. Quod ipsi optabant secundum ea quæ postea succedere. Respondi, me  
 nolle quiescere, donec peruenissem ad dictam ciuitatem Tesaico. Ipsi dixe-  
 runt, irem bonis auiibus, & ipsi uolebant præcedere, ut disponerent hospitium  
 Hispanis & mihi, & sic discessere. Et cum peruenissemus ad has colonias, ue-  
 nerunt nobis obuiam quidam è primatibus illarum, & benigne nos suscep-  
 runt, & necessaria uictui concessere. Et in meridie peruenimus ad ciuita-  
 tem, ad domum ubi debebamus hospitari, & erat latissima domus, & ampla,  
 quæ fuerat genitoris ipsius Guanacacé, Domini ipsius ciuitatis. Et antequam  
 hospitium intraremus, cum omnes essemus adhuc iuncti, iussi præconia uo-  
 ce mandari, quod sub pœna capitali nullus me inconsulto ab hospitio disce-  
 deret, & dicta domo, quæ est adeo lata, ut in ea commode nos Hispani om-  
 nes hospitari potuissemus, etiamsi in duplo maiori essemus numero. Et hoc  
 ideo commissi, ut dictæ ciuitatis Incolæ confiderent, & domi morarentur, Vi-  
 debatur enim mihi, tertiam multitudinis hominum partem, in dicta ciuitate  
 contineri solitam, non conspicerem. Nec apparebant foeminae, aut pueri, quod  
 nullius signum erat quietis.

Ea die qua hanc ciuitatem ingressi fuimus, in uesperis noui anni, post-  
 quam operam dedimus, ut in prædicto hospitio nos collocaremus, quam-  
 uis admiraremur, considerantes dictorum incolarum raritatem, & eos, quos  
 uidebamus inquietos, credidimus pauore perterritos, non audere compare-  
 re, & per ciuitatem deambulare, & ea de causa aliquantulum eramus impa-  
 rati.

ratū. Et cum sero effet factum, quidam Hispani ascenderunt quædam subdia  
 lia pavimenta, ex quibus poterant totam civitatem oculis lustrare. Et conspexere omnes incolæ illius discedere, & cum rebus suis se lacui committerebant, suis canois, quas incolæ acaler nominant. Et aliqui montes ascendebant, & quamvis commisissem, ut iter eorum impediretur, cum tamen hora esset tarda, & nox aduenisset, & ipsi multum festinarent, nil profuit. Et sic dominus dictæ civitatis, quem desiderabam habere pro salute nostra cum primatibus dictæ civitatis, profectus est ad civitatem Temixtitan: quæ ab est ab eo loco per lacum sex leucis, & omnia bona secum apportarunt: & propterea, ut ad vota rem perficerent, quam conceperant, obuiam venire illi quatuor, de quibus superius dixi, ut me deturbarent, ne illis damnum in ferrem, & ea nocte, tam nos quam suam civitatem deseruere.

Postquam suimus spatio trium dierum in hac civitate, absque aliqua oppugnatione nobis ab Indis illata (quoniam eo tunc ipsi non audebant nos aggredi, & nos alij non quærebamus à longe illos aggredi quia mea sententia semper extitit, si uellent gratiose mecum agere, uellem eos pacifice exciperem, & omni tempore pacem ab eis querere) allocutum me uenerunt Domini Coatinchan, Guaxuta, & Autengo, quæ sunt colonie latissimæ, & sunt (ut retuli) contiguæ, & hærentes dictæ civitati, rogantes ut eisdem parcerem; quod aufugerant à suis colonijs. Et certe non pugnaverant nobiscum propria uoluntate, & ipsi constituebant, uelle omnia subire, quæ Maiestatis uestræ nomine eisdem esse mandaturus. Ego autem, adhibitis interpretibus retuli, illos optime nosse, à me semper bene tentos, & quod patriam suam deseruerant, & in reliquis, ipsimet erant qui causam prestiterant. Sed postquam pollicebantur uelle esse nostri amici, iussi ut domi suæ remanerent, & adducerent uxores, & filios: & quemadmodum ipsorum fuerint opera, ita à me tractandos dixi. Sicq; discessere, ut conijcere potuimus, non admodum contenti.

Quamprimum domini è Mexico Temixtitan, ut omnes alij domini è Culua (appellatione Culua intelliguntur omnes prouinciæ harum regionum; subditæ domino ciuitatis Temixtitan) audierunt dominos illarum coloniarum obtulisse se in uasallas, & subditos V. M. ad eos nuncios destinarunt, quibus significabant, eos minus belle fecisse, quoniam si timore adducti se erant, optime scire deberent, eos esse numero infinito, & maxime potentia ut nos Hispanos omnes cum incolis è Tascaltecal propediem essent interempturi. Sin autem ideo fecissent ne patriam desererent, eam de ferendam esse, & confugiendum ad ciuitatem Temixtitan. Illi enim maiores colonias, & meliores impartiri uellent in quibus uitam ducerent. Isti domini Coatinchan & Guaxuta apprehenderunt nuncios & eos uinctos misit adduci eurarunt, & illico coram me facti sunt ea, quæ dominorum è Temixtitan nomine nunciatum uenerant. Tamen dixere eo uenisse nunciatum, ut illuc irent ut mediatores esse possent, postquam nostra iuncti erant amicitia, si possent res pacifice componere inter dominos è Culua & me. Illi autem è Guaxuta, & Coatinchan asserebant eo modo non procedere, & quod illi è Mexico & Temixtitan omnino bello decertare constituerant, tamen simulauit, quamuis sic procederet ueritas, me credere nuncijs, quia cupiebam allicere dominos celebris ciuitatis ad capefendam amicitiam nostram: ex ea enim pædebat pax, et bellum omnium reliquarum prouinciarum, quæ à Maiestate uestrâ defecerant. Solui mandauit dictos nuncios, & significauit ne timerent, quia eos ad ciuitatem Temixtitan reuerti uolebam, & rogabam eos dicerent dominis ciuitatis, me bellum cum illis non desiderare, quamuis iustâ suscipiendi aduersum eos belli causam haberem, sed pacem & amicitiam; ut prius habere solebamus. Et ut magis eos ad Ma. uestrâ seruitutem inducerem, eis nunciatum misit, me optime cognoscere, omnes autores bel-



**A** It mihi illati, iam ab humanis decessisse. Vt præterita missa haberemus & nollent præstare causam, ut provinciæ suæ destruerentur & ciuitates quia hoc moleste ferebant. Et soluti discessere, promittentes ad me cum responso se redituros, Domini Coatincham & Guaxuta & ipse hoc tam bono opere remansimus amici, & fœdere iuncti. Et ego nomine Maiestatis vestræ ueniam dedi erratis suis præteritis, & ipsi maxime lætati sunt.

Post septem aut octo in hac ciuitate Telsaico consumptos dies absq; prelo aliquo, aut controuersia, hospitium nostrum muniendo, & ordinem ponendo rebus necessarijs, & opportunis nostræ tutelæ, & ut hostes nostros offendere possemus, prospiciens hostes cõtra me non moueri, ciuitate egressus sum ducentis Hispanis, inter quos erant X V I I I. equestres, & triginta, qui balistis utebantur: & qui pixidibus decem, & tribus aut quatuor millibus Indis amicis nostris. Et profectus per littora lacus, usq; ad ciuitatē quamdam nomine Iztapalapa: quæ abest spatio duarum leucarum à celebri ciuitate Temixtitan, & sex ab hac ciuitate Telsaico, quæ ciuitas ascendit ad decem millia habitatorū, & eius mediætas, & forte è tribus portionibus, duæ sunt in aquis. Et dominus, qui erat frater domini Muteezuma, quem Indi post mortem dicti Muteezuma, dominum constituerant, primus fuerat, qui nobis bellum intulerat, & à ciuitate eiecerat. Et ea propter, & etiam, quia cognoueram incolas dictæ ciuitatis, in nos malo esse animo, illuc ire constitui. Et cum aduentum meum presensissent, per duas leucas, antequam eo peruenirem, illuc affuere aliqui Indi milites in planicie, & aliqui in lacu cano is uecti, & sic toto illo spatio duarum leucarum, iuimus mixti, semper certando, tam contra eos, qui erant in continenti, quam eos, qui exibant aquis, donec peruenimus ad dictam ciuitatem & ante, quasi per duas tertias Leucæ, referabatur usam stratam quæ est inter Lacum aquæ dulcis, & Lacum aquæ salis, in obiectis similitudinem, quemadmodum ex figura ciuitatis Temixtitan, quam Maiestati Vestræ transmisi, uideri potuit. Qua uia strata, aut obice aperto, maximo impetu aqua exire cepit à Lacu aquæ dulcis, in lacum aquæ dulcis, quamuis distent dicti Lacus ab inuicem maiori dimidiæ leucæ spatio, & non prospicientes eas insidias desiderio uictoria, qua potius batur, optime transiimus, & eos insequuti fuimus donec ingressi fuimus admixti hostibus, dictam Ciuitatem, & cum iam essent admoniti omnes domos in continenti litæ erant uacua, & omnes persone cum rebus suis se collocauerant in domibus in lacu sitis, & ibi permansere illi, qui fugiebant & acriter nobiscum pugnaere. Tamen omnipotens tot uires suis subministra re dignatus est, quod ingressi fuerimus, usq; quo aquas ingrederentur, aliquando ad pectus usq; & aliquando nando. Et cepimus plures domos ex illis, quæ in aquis sunt constitutæ, & præterea ex illis ultra sex millia inter uiros, fœminas, & pueros. Quoniã Indi nobis amici, cõspecta uictoria, q; omnipotens concesserat, nil aliud negotij habebãt, nisi à dextris & à sinistris interficere. Et quia nox iam aduenerat, milites collegi, & igne inieci quibusdã domibus & dũ combureretur, uisum est, quod Deus Opt. Max. spiritum meum suscitauerit, & in memoriam reuocauit uiam stratã, aut obicem demolitũ, quæ uideram in itinere, & occurrit maximum damnum in ea re possum, & properando cum meis, ordine positis, Ciuitatem exiui, Cum nox esset iam obscura, & peruenissem ad eam aquam cum iam hora noctis nona esse posset, iam tantum emanauerat, & habebatur tanto cum impetu, quod eam ueloci passu transiimus, & aliqui ex Indis nobis amicis submersi sunt, & amisi omnem prædam à dicta Ciuitate ablatam, Et Maiestati Vestræ uera refero. Si ea nocte non transiuissemus, aut per tres horas plus fuissemus morati, nullus nostrum euasisset. Circumdabamur enim aquis, absq; egressu aliquo, quo possemus exire. Et illicefcente uidimus Lacum unum esse plenum sicuti alterum, & aqua amplius non fluebat, & omnis lacus Salis aquæ erat Canois

Proficiscitur  
Cortezius ad ci  
uitatem Iztap  
alapa

refertur, quibus uehebantur homines ad pugnandū, qui arbitrabatur nos ibi posse intercipere, et eo die reuersus sum ad ciuitatem Tesaico, aliquando pugnando cum illis, qui è lacu exibant, quamuis parum damni illis possimus inferre, quia illico ad suas cauos pedem referebant, & cum peruenissem ad ciuitatē Tesaico, inueni milites ibi relictos bene tutos, nec aliquam controuerſiam sustinuerant, & ex nostro aduentu, & adepta uictoria, maximam uoluptatē adepti sunt. Sequenti die, postquam eo peruenimus, perijt ille Hispanus, qui uulneratus aduenerat: & ille fuit primus, quem Indi mihi hæcenus interfecerunt.

Sequenti die ad me profecti sunt quidam nunciij è ciuitate Otumba, & alijs quatuor ciuitatibus, eidem contigujs, quæ distant per quatuor, quinque, & sex leucas à dicta ciuitate Tesaico, & supplices rogarunt, ut illorum præteritis erratis parcerem, præterito bello commissis. Ibi enim in Otumba uniuersæ uires à Mexico, & Temixitan conuenerant, quando in fugam uersi ab ea discessimus, arbitrantes nos posse penitus delere. Et bene cognoscēbāt ipsimet incolæ ex Otumba, quod se excusare non poterant, quamuis eo argumento se excusarent, asserentes. sibi hoc fuisse commissum. Et ut me impellerent, & profuorem in sui amicitiam traherent, dixerunt: Dominos è Temixitan ad eos nuncios destinasse, ut suam factionem sequerentur & nullo pacto amicitia mea coniungeretur, aliter contra eos mouerent castra. & illos destruerent: sed ipsi mallent esse uasalli Vestræ Maiestatis, & à me imperata exequi. Respondi, eos optime scire, quæ animaduersione digni existissent circa præterita, & ut illis parcerem, & crederem esse uero animo dicta, quæ iam mihi exposuerant, prius ad me ducerent nuncios illos captiuos, quos ad eos uenisse dixerant, & omnes incolæ è Mexico, & Temixitan, qui in sua prouincia reperirentur, alias eorum erratis non parcerem. Et reuerterentur domum, & eas inhabitarent, & ita se gererent, ut cognoscerem ex illorum operibus, eos Maiestatis Vestræ fidos esse subditos. Quamuis autem plures alias rationes in medium adduxerint, nunquam tamen à me aliquid obtinere potuerunt, & reuersi sunt ad suam prouinciā, pollicentes se præcepta mea & mandata exequi desiderare, & deinde semper extitere & sunt fideles Maiestatis Vestræ subditi.

Alia Relatione, fortunatissime, & excellentissime Domine, Maiestati Vestræ significauit, quod eo tempore, quo me in fugam uerterunt, & à dicta ciuitate Temixitan expulerunt, deducebam mecum filium unum & duas filias ipsius Domini Muteezuma, & dominum è Tesaico, qui dicebatur Cacamacin, & duos eius fratres, & plures alios Dominos, quos captiuos detinebam, & quemadmodum hostes eos omnes interemerant, quamuis eorum essent nationis, & aliqui ex ipsis Dominis suis, præter fratres duos germanos dicti Cacamacin, qui bono fato uix euadere ualuerunt, quorum alter nominabatur Ipasuchil, & etiam alio modo Cucascacín, quem antea Maiestatis Vestræ nomine, communicato consilio cum Domino Muteezuma, & à dicta ciuitate Tesaico, & prouinciæ Aculuacan, Dominum constitueram. Cum in ciuitate Tascaltecal illum captiuum retinerem, solutis uinculis aufugisset, & ad dictam ciuitatem Tesaico reuersus esset, & iam creauerant in dominum alium eius fratrem nomine Guanacacín, de quo superius memini. Alium commisisse interimi dictum; Quacuscacín fratrem suum hoc pacto. Quoniam quam primum ingressus est prouinciā Tesaico, custodes illum captiuerunt, & hoc nunciarunt Guanacacín eorum Domino, & ipse etiam significauit domino è Temixitan, qui ut presensit dictum Quacuscacín aduentasse, ratus est illum non potuisse uincula fregisse, & fugisse, sed uenisse è nostro nomine, ut inde nobis aliquid significaret. Illico commisit dicto Guanacacín, ut interimeret dictum Quacuscacín suum fratrem. Qui sine dilatione illud executioni mandauit. Alius uero frater, qui erat minor inter illos, qui apud nos remansit



**A** mansit, cum esset puer, imbibit nostros mores, & effectus est Christianus, & illi nomen imposuimus. Don Ferdinando, & quando discessit à provincia Tascaltcal, provincias Mexico, & Temixtitan uersus, cum ibi cum aliquibus Hispanis dimissi, de quo in posterum, & quæ circa eum successerunt. Maestati Vestræ abunde referam.

*Regulus qui,  
dam ex idolo,  
lata efficitur  
Christianus*

Sequenti die postquam reuersus fueram à ciuitate Iztapalapa, ad ciuitatem Tesaico, cõstitui destinare Condifaluum de Sandoual executorem maiorem Vestræ Maestatis præfectum cum uiginti equitibus, & ducentis pedibus, balistis pixidibus, & parmis utentibus ad geminos necessarios effectus. Vnum, ut comitarentur extra dictam provinciam quosdam nuncios, quos mittebam ad ciuitatem Tascaltcal, ut scirem in quo statu essent illi tredecim bergantini, qui ibi parabantur, & ad comparandas alias res oportunas, tam relicti in ciuitate Veræ Crucis, quam eorum, qui mecum erant. Ad alium uero, ut eis provinciam partem tutam, & securam redderem, ut Hispani tuto & securi ire & reuerti possent, quia tunc temporis non poteramus exire hanc provinciam Aculuacan, nisi transiremus per hostium loca.

Nec Hispani, qui morabantur in ciuitate Veræ Crucis & alibi, ad nos sine maximo discrimine proficisci poterant. Et commisi dicto executori maiori, postquam conduxisset nuncios ad loca tuta, perueniret ad provinciam quandam nomine Calco, quæ fines habet cum hac provincia Culuaacan. Pro comperto enim habebam, quod incolæ illius quamuis essent factionis illorum è Culua, uolebant se Maestati Vestræ subdere, & non audebant exequi, metu cuiusdam præsidij, per eos è Culua apud illos constituti: & dictus præfectus discessit, quem omnes Indi è Tascaltcal comitati sunt, qui facinas nostras eo adduxerant, & aliqui qui adueniant nobis opem latu-

**B** ri, & aliqui prædæ fuerant potiti in bello, & quamprimum progressi sunt, præfectus, ratus, si Hispani extremum agmen occuparent, hostes eos agredi non auderent. Hostes uero qui erant in colonia lacus & in litore illius aggressi sunt agmen eorum è Tascaltcal & prædam omnem abstulerunt, & quosdam ex eis interfecerunt, & cum præfectus cum equitibus eo peruenit, acriter in hostes irruerunt & uulnerauerunt, & interfecerunt multos. Qui superfuere in fugam uersi, retrocessere ad aquas & ad colonias quæ lacui adhærent: & Indi è Tascaltcal profecti sunt cum rebus quæ eis superfuere, in patriam, & pariformiter nuncios quos illuc destinabam: qui postquam loco tuto, & absque omni timore erant constituti, dictus Condifalvus de Sandoual, direxit iter ad dictam provinciam Calco, quæ propinqua erat. Et die sequenti summo mane plurimi ex hostibus in unum conuenere, ut eos pugna exciperent, & cum utraque pars esset in campis, nostri irruerunt in hostes, & equitibus, duo agmina disparunt adeo, quod breui nostri uictoria potiti sunt & iuerunt comburendo, & eos interficiendo. Hoc factis, & eo itinere pacato, illi è Calco descenderunt, & benigne Hispanos excipere, & utraque pars maximam lætitiã consecuti sunt. Et primates eorum asseruere, uelle me uisum & allocutum proficisci, & eo pacto discessere, & dormitum tenere ad ciuitatem Tesaico, & cum eo peruenissent, dicti primates cum duobus filijs domini dictæ provincie Calco, mihi præsto fuerunt, & donarunt nobis trecenta auri pondera in frusta, & retulere parentem eorum ab humanis excessibus, & tempore quo perijt, eis dixerat, se nullum maiorem mererem perpeti quam quod mereretur antequam me uisisset, & diu me expectauerat: eisq; mandarat, quod quamprimum ad hanc provinciam peruenirem, me allocutum & salutatum uenirent, & me loco patris obtinerent, & cum audiuerant meum aduentum ad ciuitatem Tesaico, illico desiderabant proficisci ad me, tamen non ausi fuerant metu illorum è Culua, & etiam eo tunc ausi non fuissent, nisi ille præfectus quem destinauerat, peruenisset ad suam provinciam, et quando reuerteretur opus fore, ut eis impartiret totidè Hispanos ut reuerti possent, & asseruere me optime scire, eos nec in bello

nec extra mihi unquam fuisse hostes, & etiam me scire, quod eo tempore cum incolæ à Culua oppugnabant fortilitium, & domum in ciuitate Temixtitan & Hispanos quos ibi dimiseram, quando Cempoal profectus sum al, locutum Narbaez, & etiam existentes in sua prouincia duos Hispanos ad custodiam certe quantitatis Mayz, quod colligendum mandaueram in dicta prouincia, extraxerant usque ad prouinciam Guaxocingo, quoniam cognoscebant incolæ illius nobis esse amicos, ne illi à Culua eos interficeret, ut omnes inuentos extra fortilitium in ciuitate Temixtitan interfecerant. Hæc, & alia multa, flentes protulere. Illis gratias egi circa eorum bonum in nos animum, & bona opera, & pollicitus sum me omnia facturum, quæ illi cuperent, & à me bene haberentur. Ethacenus ostenderunt semper bonum in nos animum, & obediunt in omnibus, quæ ego nomine Maiestatis Vestræ eis præcipio.

Filij dicti Domini de Calco, & illi qui secum aduenerant, sibi unius diei moram traxere, & quia cupiebant in patriam reuerti, rogabant, ut illis milites impartiret qui eos tutos conducerent: & Condifaluus de Sandoual, quibusdam comitatus equitibus, & peditibus, cum illis profectus est, quibus præcepi, postquam eos in prouinciam commitati essent, perueniret ad prouinciam Tascaltecal, et adducerent quosdam Hispanos qui ibi morabantur, & Don Ferdinandus fratrem dicti Canamacin, de quo superius memini, et post quatuor, aut quinque dies dictus maior Executor reuersus est cum dictis Hispanis, & adduxit dictum don Ferdinandum. Et inde ad paucos dies audiui, quod cum esset frater dictorum Dominorum, dictæ prouinciæ dominium eidem pertinebat, quamuis haberet alios fratres, & propter hoc, & etiam quia dicta prouincia erat sine Domino, quia Cacamacin Dominus illius, omnia dimiserat, & aufugerat ad ciuitatem Temixtitan, & istis de causis, & etiam quia erat maxime Christianus amicus, nomine Vestræ Maiestatis curauit, ut illum in Dominum susciperent, & incolæ illius ciuitatis, quamuis pauci essent, illum acceperunt, & postea illi paruenerunt, & reuersi sunt multi ad dictam ciuitatem, & prouinciam Aculuacham, qui abierant, & aufugerant, & seruiebant dicto don Ferdinando Et postea cœpta est reformari, & habitari dicta ciuitas.

Hinc ad duos dies post hæc, uenerunt ad me Domini à Coatinchan, & Guazuta, & asseruere, mihi certo proponerem, omnes eorum è Culua uires in me moueri, & contra Hispanos, & omnis regio erat hostibus referata, ut dicerem illis, an adducerent uxores, & filios ubi ego eram, uel eos in montes deducerent, quoniam ipsi maxime timebant. Ego autem eos forti animo esse iussi, ut non timerent, & domi suæ morarentur, nec mouerent se, quoniam nulla re magis oblectabar, quam cum illis è Culua pugnam committere, & essent parati, & collocarent, disponderentque suos uigiles in uniuersa prouincia, & uidendo, aut audiendo hostes aduentare, illico me monerent, & sic discessere animo gerentes ea, quæ commiseram uelle exequi. Ego autem, ea nocte preparauit milites meos, & uigiles disposui omnibus in locis, ubi opus esse cognoui, & tota ea nocte nos non dedimus somno, nec alijs negotijs incubuimus, & tota ea nocte expectauimus, & die alio, arbitantes illud quod nobis retulere illi è Guazuta, & Coatinchan euenturum. Sequenti die mihi allatum est hostes uagari per lacus littora, cogitantes capere posse aliquos ex Indis è Tascaltecal, qui ibant, & reuertebantur ad necessaria castrorum afferenda, & audiueram illos fœdera iniisse cum duabus colonijs. subditis ciuitati Tesaico quæ erant proxime aquis, ut inde nobis omne possibile damnum inferrent, & ad muniendum se constituiebant aggeres, fossas & alia uaria ad sui tutelam. Hoc audito, sequenti die acceptis duodecim equitibus, ducentis peditibus, & duobus paruus campestribus tormentis eo, ubi uagabantur, hostes, profectus sum, qui locus abest à ciuitate per spatium unius leuicæ cum dimidia. & cum exgrederer



A grederer offendi quosdam exploratores ab hostibus missos, & alios qui erant in insidijs collocati, & irruimus in eos, & insecuti aliquos neci dedimus, qui superuere a que se credidere, & partem dictarum coloniarum igne consumpsimus, & exultantes adepta uictoria, reuersi fuimus ad ciuitatem. Ee die sequenti, tres primates dictarum coloniarum, ad me profecti sunt supplices uentiam petentes, rogantesq; ne ulterius eos destruerem, & pollicebantur se in posterum nullum ex illis e Temixtitan in eorum colonias suscipituros, & quia istæ non erant personæ magni momenti, & erant subditæ don Ferdinando. Maiestatis Vestræ nomine eisdem uentiam dedi. Et alio die, uenerunt alij incolæ dictarum coloniarum uulnerati, & male habiti, & nunciauerunt, quod illi e Mexico, & Temixtitan, reuersi fuerant ad eorum colonias, & quia in eis non suere adeo gratiose excepti, ut prius excipiebantur, male eos multauerant, & aliquos ex eis captiuos abduxerant, & si ego eos non defenderẽ, omnes abducerent. Et rogabant, ut promptus, paratusq; existerem opem laturus eisdem, si forte denuo illuc reuertentur, quoniam ipsi certo credebant eos reuersuros maioribus copijs ad eos ultimæ internitioni dandos. Et solatus eos, commisi ut attenti, & parati existerent taliter, quod cum illi e Temixtitan contra eos mouerent castra, tẽpestiue scire possem, ut illis opem ferre, & hoc habito responso, ad suas colonias reuersi sunt.

B Homines, quos dimiseram in ciuitate Tascaltcal, ut bergantinos fabricandos curarent, audiuerant portui ciuitatis Veræ Crucis, applicuisse nauim, ultra nauas cum triginta, aut quadraginta Hispanijs, octo equis, alijs quibus balistis, pixidibus, & puluere: & cum adhuc ignorarent, quomodo res in bello eo procederet, nec considerent ad nos posse peruenire, maxime tristabantur. Erant ibi aliqui Hispani, qui non audebant ad me profectisci, quamuis plurimum optarent tale bonum nouum ad me deferre. Quamprimum familiaris meus, quem ibi dimiseram, hoc audiuit, aliquos uolentes tentare uenire eo ubi ego eram, præconia uoce nunciari madauit, graui præmissa pœna, ne quis ab eo loco discederet, donec à me haberent in mandatis. Et feruus meus prospiciens, me nulla ex re maiori affectum iri lætitia, quam aduentu istius nauis & præsidij, quod nobis adducebat (quamuis iter non esset tutum) noctu discessit, & ad ciuitatem Tesaico peruenit, qua exre plurimum cepimus admirationis, illum eo uiuum peruenisse, & nouis huiusmodi maxime fuimus lætati, quia subsidio plurimum indigebamus.

Eadem die catholice domine, peruenere ad ciuitatem Tesaico quidam probi uiri nuncij dominorum e Calco, & significauerunt, quoniam se Maiestati Vestræ in uasallo obtulissent, omnes illos e Mexico, & Temixtitan contra eos castra sua mouere, ut eos destruerent, & interimerent. Et ad hoc conuocauerant, & paratos esse iusserant omnes circumuicinos suos, & rogabant, ut illis opem ferrem in tali necessitate, quia cogitabant se maxime passuros, nisi eis opem ferrem. Et ingenue fateor, Maiestati uestræ, quem admodum alias alia relatione Maiestati Vestræ significauis, ultra nostros labores, & necessitates, maius onus, & dolor erat, non posse opem ferre, & auxiliari amicis nostris: qui, quoniam se subdiderant Maiestati Vestræ, ab hostibus nostris e Culua maxime molestabantur. Et tamen ego, & omnes cõmilitones mei, omnem in eo adhiberemus diligentiam, quoniam uidebatur nobis in nullo plus Maiestati Vestræ complacere, quam si subditis suis opem ferremus, & fauorẽ præstaremus: tamẽ quia tẽpus quo illi e Calco ad me profecti sunt, non permittebat me illis elargiri, quæ desiderabant, dixi, quod eo tempore uolebã mittere ad bergantinos adducendos, & ad id se parauerant omnes incolæ e Tascaltcal, unde dicti bergantini in frustra adduci debebant, & ad hoc cogebat destinare aliquam quantitatem equitum, & peditũ, & cognoscebam in colas prouinciarum Guaxocingo, Churultecal & Guacachula, esse Maiest. V. uasallos & nobis amicos, eos adirent, & meo nomine ab eis peterent, cum eis essent contermini, illis opem ferrent, et illuc præsi-

dia sua mitterent, ut tuti interim esse possent, donec ipsemet eis opem ferret, quoniam aliter providere non poteram. Et quamvis ipsis ea tam grata non essent, quam si eisdem aliquos Hispanos fuisset impartitus, gratias tamen mihi egere, & à me ut fides adhiberetur, literas meas illis decernerem petere, & etiam ut securius illud expetere possent ab eisdem, quoniam inter incolas è Calco, & alias duas prouincias, cum diuersæ essent factionis, semper uiguerat controuersia. Et forte dum hoc negocium componerem, ad uenere nuncijs quidam à dictis prouincijs Guaxocingo, & Guacachula, & presentibus nuncijs è Calco dixere, Dominos dictarum prouinciarum nulla de me noua habuisse, postquam disceseram à ciuitate Tascaltecal, quamuis & uigiles suos retinerent in montium cacuminibus, qui uniuersæ prouinciæ Mexico, & Temixtitan supereminent, ut cum uiderent crebros fumos (qui sunt inditia belli) mihi cum suis subditis, & militibus opem laeturi uenirent. Et quia à paruo tempore plures fumos solito uiderant, accesserant cognitari, quomodo me haberem, & si subsidio aliquo mihi opus esset, illico comparare possent exercitum. Ego autem eisdem gratias egi, & respondi dei optimi maximi auspicio Hispanos omnes, & me recte ualere, & semper uictoria potius esse contra Hostes nostros. Et ultra uoluptatem, quam capiebam ex bono eorum animo, & presentia, plus tamen eorum aduentu lætabar, ut eos foedere iungerem illis è Calco qui aderant, & eos ad id rogabam cum essent. Vestræ Sacræ Maiestati uasalli, ut essent boni amici, et alter alteri opem ferret contra incolas è Culua, qui iniqui & pessimi existebant: & maxime in presentiarum cum illi è Calco ope eorum indigerent, quoniam incolæ è Culua uolebant eos aggredi. Et eo pacto remanserunt amici & foedere iuncti, & cõsumptis sibi mecum duobus diebus omnia discescere, multum læti & contenti, & postea semper alter alteri opem tulit.

Inde ad tres dies cum sciremus iam tredecim bergantinos esse perfectos, & homines qui eos adducere debebant esse paratos, mihi Condissaluum de Sandoual executorem maiorem cum quindecim equitibus & ducentis pedibus, ut eos adducendos curaret. Cui mandauit ut destrueret, & solo æquaret amplam coloniam subditam huic ciuitati Tefatico, quæ contermina est ciuitati Tascaltecal. Incolæ enim illius neci dederant quinque equites, qui proficiscebantur à ciuitate Veræ Crucis, ad celebrem ciuitatem Temixtitan, quando ego in ea oppugnabar, nullo modo cogitantes talem nobis euenire posse proditorem: & eo tempore, cum primo hac uice ingressi fuimus hanc ciuitatem Tefatico, inuenimus in oratorijs & Meschitis dictæ ciuitatis coria dictorum quinque equorum cum pedibus, manibusque & ferramentis insuta, et adeo aptata, quod melius in uniuerso terrarum orbe fieri non posset, & in signum uictoriæ ipsos, bona multa, & res uarias Hispanorum obtulerunt idolis suis, & inuenimus sanguinem comilitonum, & fratrum nostrorum sparsum & sacrificatum in omnibus illis turribus & Meschitis. Fuit res tantæ mœstitiæ ut nos reinteegræ coegerit omnes nostros labores & ærumnas. Et proditores illius coloniz & alij circumuicini, eo tempore cum dicti Christicolæ illac transiuerunt, eos optime exceperunt, ut illi se tutos crederent, & in eos maiori sæuitia uti possent, quæ nunquam mortalium aliquis usus fuerit, quoniam dum illi descenderent à cliuo quodam, & difficile emittentur iter, & equis descendere coacti, freno equos trahentes, & impeditos hostes à dextris & sinistris in insidijs collocati, eo in difficili loco circumdederunt. Ex quibus aliquot interfecerunt, & alios captiuos tenuere, ut eos ad ciuitatem Tefatico perducerent, & illos sacrificarent, & corda eorum è pectoribus extraherent, ante ipsorum idola, & hoc euenisse credimus. Quoniam cum dictus maior executor illac transiuit, quidam Hispani qui secum proficiscebantur, in quadam domo unius coloniz, quæ consistit inter ciuitatem Tefatico & illam coloniam, ubi interfecti sunt & capti dicti Christicolæ in pariete alba scriptum

Hispani pedes  
equorum ante  
riores, manus  
appellant

inue



**A** inuenere. Hic fuit captiuus infortunatus Iohannes Iuste, qui erat quidam nobilis ex illis quinque equitibus, quod spectaculum sine dubio uidentibus maximam cordis attulit moestitiam atque dolorem. Quum maior exequor illuc peruenisset, quam primum incolae illius coloniae cognouere suum magnum errorem, & facinus, fuga salutem quaerere coeperunt. Equites uero, & pedites nostri, & Indi nobis amici eos insequi sunt, & multos neci dederunt, & captiuas habuere plurimas foeminas, & pueros tot quot potuerunt, & in seruitutem abduxere. quamuis pietate motus noluit interficere & destruere quantum potuit, & antequam discederet superstitis conuenire, & in sua colonia degere iussit, & in praesentiarum habitat, & erroris suis eos maxime poenituit. Et dictus maior executor ulterius progressus est, per quinque aut sex leucas, ad coloniam quandam e provincia Tascaltecal, quae est proximior confinibus e Culua, & ibi offendit Hispanos, & homines adducentes bergantinos, & sequenti die discessit cum tabulis & compagibus, quas adducebant optimo ordine, plusquam octo millibus hominum. Quod ut erat uisu mirabile, sic & cogito esse creditu mirabile, portare tredecim bergantinos terra, per decem & octo leucas. Quoniam uera refero Maestati Vestræ quod ab agmine quod procedebat ad extremum, intercedebat intercedo duarum leucarum, & cum primum progressi coeperunt, praecedebant octo equites Hispani, & centum pedites. In lateribus uero, ultra decem millia hominum, e provincia Tascaltecal tuebantur. Quibus praerant Iutecad, & Teutipil, qui sunt duo domini e primatibus provinciae Tascaltecal. Extremum defendebat agmen centum Hispani & ultra, pedites, & octo equites, & forte ad decem millia hominum bello aptorum & bene compositorum, quibus praerat Chichimecatecle, qui est ex primatibus illius provinciae cum alijs ducibus, quos secum adducebat, qui eo tempore quo discesserant in primo agmine adducebantur tabulae. In extremo uero compago. Et ut ingressi sunt provinciam e Culua, bergantinorum magistri iussere, quod in primo agmine compago locaretur, & tabulae essent in extremo agmine, quoniam maiori future erant impedimento, si eis aliquid euenisset. Quod si eueniret uerisimiliter esset futurum in primo agmine, & Chichimecatecle, qui adducebat tabulas, quemadmodum eouique cum suis militibus fuerat sortitus primum agmen, durae fuit ceruicis, & obstitit plurimum, & maxime laborarunt, ut extremum locum obtineret, quia ipse uolebat subire discrimen, quod inde euenire posset, & hoc concessio etiam uolebat pati, quod in extremo agmine aliquis Hispanorum moraretur, cum sit uir maximae fortitudinis, & uigoris, & ipse quaerebat potiri eo honore. Adducebat dicti duces duo millia hominum onustorum comitibus, & eo ordine & serie profecti sunt iter suum, in quo fuit tribus diebus, Quarta uero luce ingressi sunt hanc ciuitatem maximo gaudio & exultatione, & strepitu tympanorum. Et ego ut eos exciperem, illis obuiam progressus sum. Et ut superius dixi, illa multitudo tantum extendebatur, quod ab eo tempore quo primi ingredi coeperunt, intercederet spacium sex horarum, antequam nouissimi ingrederentur, nunquam cessantibus, qui ordine ingrederentur. Et postquam ad illos perueni & gratias egi illis dominis de beneficijs in nos collatis, illis hospitia consignauit, & necessaria prouideri curauit, quam fieri potuit optime, & ipsi mihi retulere, desiderare cum illis e Culua congregari, & uiderem quid uellem illis iubere, & retulere, eos una cum alijs quos secum adduxerant, eo animo uenisse, & una cum Hispanis, aut mori, aut uindictam sumere uolebant. Ego gratias egi & dixi, ut quieti se darent, & cito eorum morem gererem uoluntati.

Post qua omnes isti e Tascaltecal, in ciuitate Tesaico quiescerunt tribus aut quatuor diebus, qui equidem (comparatione uirorum, qui in istis regionibus habentur) erant strenuissimi, in armis esse iussi uiginti quinque equites, trecentos pedites

pedites & quinquaginta balistas, & pixidibus utentes, & sex parua tormen-  
ta campis conducentia, aptari iussi, & insens omnibus quo pergeremus, no-  
na diei ab hac ciuitate discessimus, & mecum uenere Duces prædicti, cum  
& in fine triginta millibus hominum, suis agminibus bene compositis, secun-  
dum eorum consuetudinem, & per leucas quatuor ab ista ciuitate, cum iam  
esset hora tarda, offendimus agmen hostile, & nos equites irruimus in eos,  
& in fugam uertimus. Illi uero è Tascaltecal, cum sint agiles, nos sunt sequu-  
ti, & ex hostibus multos interemimus. Ea nocte sub dio semper ad omnia pa-  
rati noctem duximus maximis uigilijs. Sequenti die, summo mane, inceptū  
iter proficere cepimus, & eoufque nulli quo progredi uellem significaueram,  
& hoc ideo feceram, quia cauebam à quibusdam è Tefaiico, qui proficisce-  
bantur nobiscū, ne illud incolis è Mexico, & Temixtitan significarent quia  
adhuc illis non fidebam, & peruenimus ad coloniam nomine Xaltoca, quæ  
est sita in medio lacus, & circum eam inuenimus plures, & magnas fossas a-  
quarum, et muniēbāt circum circa dictam coloniam, ne equites ingredi pos-  
sent, & hostes maxime uociferabant, & coniciebant in nos fustes, & spicu-  
la. Et pedites, quamuis magno labore, eam ingressi sunt, & illos à colonia ex-  
pulerunt, & magnam dictæ colonie partem igne consumperunt, & ea no-  
cte iuimus dormitum per leucam, & orta iam luce secuti nostrum iter offen-  
dimus hostes, & à longe cœpere uociferare, ut solent in bello facere, quæ uo-  
ciferationes sunt mirabiles auditu, & nos alij incepimus illos sublequi. Et e-  
os insequendo peruenimus ad magnam & pulchram ciuitatem, quæ dicitur  
Guantitlan, & eam inuenimus inhabitatam, ea nocte ibi moram traximus.

Sequenti die ulterius progressi, peruenimus ad quandam ciuitatem Te-  
nainca nomine, in qua nullum obstaculum inuenimus, & absq; eo quod nos  
quieti daremus, progressi fuimus in aliam ciuitatem Acapuzleo nomina-  
ram, quæ totaliter est in circuitu lacus, nec in ea quieuius, admodum enim  
desiderabam peruenire ad aliam ciuitatē, quæ Atacuba dicitur, quæ est pro-  
xima ciuitati Temixtitan, & cum ellemus illis propinqui, inuenimus circū  
circa multas aquarum fossas, & hostes promptos, paratosq;. Et quam primū  
eos uidimus, & Indi nobis amici similiter irruimus in eos & ingressi sumus  
ciuitatem, & interficiendo eos expulimus à ciuitate, & ea nocte cum hora  
esset tarda, nil aliud fecimus quā hospitio nos collocauimus, quod erat adeo  
amplum, ut commode in eo nos collocare potuerimus. Sequenti die illuce-  
scente Indi nobis amici, cœpere ciuitatem depopulari, & comburere præ-  
ter hospitium ubi hospitabamur, & in hoc tali usi sunt diligentia, ut combu-  
sta fuerit etiam quarta pars nostri Hospitiū, & hoc ideo commissum est, quo-  
niam alias quando profligati discedebamus à celebri ciuitate Temixtitan,  
incola ipsius, una cum illis è Temixtitan, in ea nos maxime oppugnarunt,  
& interfecere plures Hispanos.

Illis sex diebus, quibus fuimus in hac ciuitate Atacuba, nullus extitit di-  
es, quo non fuerimus cum hostibus congressi, & leuia prælia inuicimus, &  
Duces illorum è Tascaltecal, & commilitones sui plurima duella inibant cū  
illis è Tascaltecal, & inter se acriter & strenue prælia bātur, & inter eos multa  
intercedebant, & alter alteri minabatur, & conuitia proferebant adinui-  
cem, quæ sine dubio erant spectatu digna, & omni hoc tempore mortui sunt  
plurimi ex hostibus, absq; aliqua nostrorū morte, quia multoties ingressi su-  
mus stratas illas uias & pontes ciuitatis, quamuis cum tot munimina obui-  
nerent, acriter resisterent, & multoties fingeabant cedere, ut ciuitatem ingre-  
deremur, asserendo. Ingrediamini ciuitatem, ut in ea uos uoluptati (ut super-  
riori tempore) dare possitis. Aliquando dicebant. Cogitatis adesse aliū Mu-  
teezuma, qui uotis satisfaciat. Et dum sic ista fierent, perueni semel ad quem-  
dam pontem, quem expugnaueram. & cum ipsi essent ultra illum pontem, si  
gnificauit meis, ut qui elcerent, & similiter illi cum signum meum conspexer-  
re, inuenerunt suis, ut silerent, & eis retuli quare essent effecti fatui, & uellent  
destrui,



A destrui, & si inter eos comperiretur aliquis ex Primatibus ciuitatis, illuc ac-  
 cederet, quoniam desiderabam illum alioquin illi uero responsum dedere, o-  
 mnem illam hominum multitudinem, quam ibi uidebam esse dominos, &  
 propterea ea, quae uellem in medium proferrem, & cum ego nullum respon-  
 sum dedissem, coepere in conuicia prolabi, & quidam ex nostris eis nuncia-  
 uit eos fame perituros, non permittentibus nobis ut inde exirent questum  
 cibaria. Responderunt, se non indigere, & si indigerent, manducaturi essent  
 rios Hispanos & Incolas e Tascaltecal. Et quia iter meum ad hanc ciuitatem à  
 Tacuba fuerat potissimum, ut tractarem cum illis e Temixtitan, & cogno-  
 scerem, quali essent intensione, & mora mea ibi nil proderat, post sex dies de  
 creui reuerti Tefaiico ut properarem ad conficiendos bergantinos, & ut ter-  
 ra marisq; eos obsidione premerem. Eo die, quo discessimus, uenimus dor-  
 mitum ad ciuitatem Goaxotitan de qua superius memini, & hostes nos sem-  
 per sunt insecuti, & nos equites saepius in eos iruebamur, & sic aliqui per-  
 manere in nostra potestate. Sequenti die coepimus iter nostrum profectus,  
 & cum hostes nos discedentes prospicerent, rati sunt nos id timore faceret  
 conuenire multi ex illis. & nos insequi coepere. Cum ego hoc prospicerem,  
 iussi pedites anteire, & cum susterent, in extremo eorum agmine essent quin-  
 que equites & ipse remansi cum reliquis uiginti; & iussi sex equites se collo-  
 care in insidijs in quodam loco, & alios sex in alio, & quinq; in alio, & ipse  
 tribus equitibus in alio. Et quam primum hostes transuissent, cogitantes nos  
 omnes insimul anteire, audientes uocem (Sancti Iacobe) proflitent, & eos  
 à tergo aggredientur. Et cum tempus affuit proflituimus, & coepimus lan-  
 ceis illos impetere, & insequuti fuimus eos per duas leucas semper in plani-  
 tie quae fuit usui digna, & sic ex illis multi perire, tam à nobis quam ab In-  
 dis nostris amicis interempti, & remansere, & ulterius nos non sunt insecu-  
 ti. Nos uero pedem retulimus, et consequuti fuimus nostros, & ea nocte per-  
 mansimus in colonia quadam insigni Aculman nomine, quae abest duabus  
 leucis à ciuitate Tefaiico. Vnde discessimus sequenti die. Et in meridie per-  
 uenimus ad ciuitatem, & fuimus hilari uultu à maiore executore, quem pre-  
 feceram, & ab omnibus reliquis recepti, & maxime letati sunt nostro aduen-  
 tu, quoniam postquam inde discesseramus, nunquam aliqui de nobis ad  
 eorum aures peruenerat, nec quid euenisset, & maxime desiderabant scire.  
 Sequenti die postquam eo perueneramus, Domini & duces milium e Tasc-  
 altecal à me dimitti petierunt, & profecti sunt ad eorum ciuitatem, admo-  
 dum læti aliqua hostium præda.

Per dies duos, postquam ingressi eramus ciuitatem Tefaiico, uenerunt ad  
 me aliqui Indi nuncij dominorū e Calco, & significarunt dominos suos ius-  
 sisse, ut mihi suo nomine nunciarent, quod illi e Mexico & Temixtitan eos  
 aggredi uellent, & inuadere ut eos destruerent, & me rogabant, ut eo subli-  
 dium destinarem, quemadmodum alias petierant. Et ego illico curam misitte  
 Condifaluum de Sandoual cum uiginti equitibus & trecentis pedibus,  
 cui præcepi ut properaret, & cum illuc peruenisset, curaret omnibus modis  
 opem ferre, & fauorem possibilem prestare illis Maiestatis Vestræ uasallis,  
 & nobis amicis, & cū eo peruenisset, comperit plurimos ex prouincijs Gua-  
 xocingo, & Guacachula conuenisse & expectare, & compositis rebus dis-  
 cessere profecturi ad coloniam nomine Guastepeque, ubi incolæ e Culua e-  
 rant collocati, unde damna inferebant incolis e Calco, & hostium plures  
 exterunt e quadam colonia, quae erat in itinere, & cum In di nobis amici el-  
 sent magno numero, fidentes Hispanis equitibus insimul ingruerunt in eos,  
 & castris potiti sunt, & ea in colonia prope Guastepeque ea nocte morati  
 sunt, & postera luce discessere, & cum peruenissent prope coloniam Guaste-  
 peque, incolæ e Culua incepte conferere manus cum Hispanis, tamen bre-  
 ui eos in fugam uerterunt, & eos interficiendo efecerunt à colonia. Equites  
 uero morati sunt, ut equis cibum subministrarent, & hospitarentur, & dicitur  
 X essent

essent ita imparati, peruenire hostes usque ad plateam ante hospitium exstentem uociferando, proiciendo lapides, lances, & sagittas, & Hispani sumptis armis una cum Indis nobis amicis, eos aggressi sunt, & à dicta colonia denuo expulerunt, & insecuti sunt eos per leuicæ spacium, & interfecere multos ex hostibus, & ea nocte admodum lassii, reuersi sunt ad dictam coloniam Guastepeque, ubi quiescere per dies duos. Eo tempore maior executor audiuit in colonia ulteriori Acapichtla nomine, conuenisse hostium maximam multitudinem, & constituit illic proficisci uisum, si pacifice se dedere uellent & pacè uellet querere. Ista colonia erat admodum munita, & loco alto sita, ubi ab equitibus lædi non poterat, & cum Hispani illuc peruenissent, illico hostes manus conferere coeperunt, & à loco alto lapides proicere. Et quia uis multi essent ex amicis nostris, cum dicto maiori executore, considerantes loci munimen, non audebāt hostes aggredi, & quam primum dictus maior executor, & Hispani hoc conspexere, constituerunt, aut mori, aut ut ascendere in excelsum illius coloniae, & inuocatione Sancti Iacobi inceperunt ascendere, & Deo optimo maximo placuit, tantum uirum eisdem subministrare, quod quamuis maxime obliterent & offenderent, ascenderunt tamen quanquam multi fuerint uulnerati, & cum Indi nostri amici eos essent insecuti, & hostes se uictos uiderent, fuit tanta eorum cædes ex Hispanis manibus & illis qui cadebant ab alto, quod omnes illi qui ibi interfuerunt, affirmant fluuium paruum, qui coloniam illam circumdabat, rubicundum mortuorum sanguine effluxisse, & diu morati sunt, antequam aquam potabilem extrahere possent. Cum enim ingens esset æstus, aqua multum indigebant, & cum modum huic negotio imposuisset, dimittens duas eas colonias quietas, & bene condigna castigatione mulctatas, quia pacem primo negassent, dictus maior executor reuersus est omnibus comitantibus ad ciuitatem Tesaico. Et credat. V. S. C. M. hanc fuisse insignem uictoriam, in qua Hispani optime uires suas demonstrarunt.

*Utinus quidā  
interfectorum  
sanguine rubet.*

Cum incolæ à Mexico, & Temixtitan audiuerent maximum damnū illatum suis ab Hispanis & incolis à Calco, constituerunt in eos mittere duces quosdam maximis copijs, quo audito incolæ à Calco mihi significarunt, rogantes, ut illis celerissime præsidium transmitterem, & illico expediti uictorem maiorem executorem quibusdam peditibus & equitibus.

Tamen cum eo peruenit, iam hostes à Cufua & incolæ à Calco, confixerant acriter hinc inde, ut deo placuit, ut amici nostri à Calco uictoria fuerint potiti, & neci dedere multos ex hostibus, & captiuos obtinuerunt quadraginta, inter quos erat dux quidā ex Mexico & duo alij ex primatibus quos omnes incolæ à Calco consignarunt dicto maiori executori, ut ad me eos adduceret. Quorum aliquos ad me destinauit, reliquos secum retinuit. Voluit enim morari ad præsidium incolarum à Calco, in quadam colonia infinitis hostium à Mexico. Et postea dum ei uisum est moram suam non necessariam, rediit Tesaico, et adduxit reliquos captiuos, qui apud eum remanserant. Interim habuimus alia multa leuia certamina, & occursum cum incolis à Cufua, quæ omnia ad euitandam prolixitatem prætermitto.

Cum iter à ciuitate Vera Crucis, ad hanc ciuitatem iam esset tutum & possent ire, & redire tuti illi à ciuitate iam dicta, quotidie aliquid à nobis audiebant, & nos similiter ab illis, quod prius fieri non poterat. Et nuncio quodam miserunt ad me quasdam balistas, pixides, & puluerem: quibus maximam cepimus uoluptatem. Et inde ad duos dies, miserunt alium nunciū, quo nunciarunt portui applicuisse naues tres quibus uehebantur multi milites, & equi, & eos illico ad nos erant transmissuri. Et cum in tanta esset subsidij penuria, nobis à deo Opt. Max. subsidium transmissum credidimus.

Omnibus modis possibilibus inquirebam in nostram amicitiam allicere incolas à Temixtitan, partim ne eorum causa destruerentur, partim ut quiesceremus à laboribus præteritorum bellorum. Et maxime, quia cognosce,



**A** sciebam inde prouenire maximam utilitatem Vestrae Maestatis: & ubicumque poteram habere aliquem ciuitatis incolam, illum remittebam, ut illos monerem, quod pacifice deditioem facerent. Et in die Mercurij Sancti Anni M. CCC. CXXI. coram praesto esse iussi primates incolas & Temixtitan, quos illi è Calco captiuauerant, et nunciaui an aliquis eorum proficisci uellet ad ciuitatem, & meo nomine Dominos illius alloqui, & eos rogare, quod uictus non quererent mecum bella gerere, & se subderent in uasallos Vestrae Maestatis, ut prius fecerant, quoniam ego illos perdere non cupiebam, sed in amicos tenere. Et quamuis non libenti animo irent, quoniam timebant, si nuncium illud afferentes irent, eos interficerent, duo tamen ex illis ire constituerunt, & à me literas petiere. Et quamuis illi non perciperent ea, quae in eis continebantur, sciebant tamen talem uigere consuetudinem, ut cum eo peruenirent incolae ciuitatis eisdem fidem adhiberent. Ideo interpretibus adhibitis eis nota feci, quae in dictis literis continerentur, scilicet ea, quae ipsismet imposueram, & eo pacto discessere, & precepti quinque equitibus, ut eis assisterent, donec ad loca tuta peruenissent.

Die sabbati sancti, incolae è Calco, & sui confederati, et amici mihi nunciandum curarunt, incolas è Mexico, contra eos moueri, & ostenderunt panno quodam albo pictas omnes colonias, quae aduersus eos proficiscerentur, & itinera, quibus proficisci debebant, & supplicabant, quod omnino subsidium eisdem transmitterem, & dixi eis, quod inde ad dies sex subsidium eisdem destinarem, & si intra hoc tempus necessitate aliqua premerentur, mihi significandum curarent, & ego eisdem opem essem laurus. Tertia die Pascatis reuersi sunt me rogatum, ut celerrime subsidium transmitterem, quia citius quam fieri poterat hostes appropinquabant: & ego eis aperui me uelle ire ad opem eis ferendam, & uoce praeconia mandari iussi esse in armis uiginti quinque equites, & pedites trecentos.

**B** Die Iouis ante hoc, uenere ad ciuitatem Tesaico, quidam nuncij è prouincijs Tazapan, Mascalango, & Neuten, & aliarum prouinciarum, & significauerunt aduentasse, ut se dederent in uasallos Vestrae Maestatis, & ut amicitia nobiscum iungerentur: quoniam ipsi nunquam aliquem ex Hispanis interemerant, & se erexerant contra seruitium Vestrae Maestatis, & attulere quasdam uestes ex bombice. Eis gratias egi, et pollicitus sum, si essent boni, & fideles, illos bene tractarem, & sic lati reuersi sunt.

Sequenti die Veneris, qui fuit quintus dies Aprilis, dicti Anni Millesexmi quingentesimi uigesimali primi, digressus sum ab hac ciuitate Tesaico, comitantibus triginta equitibus, & trecentis pedibus qui erant parati, & in ea dimisi triginta equites & trecentos pedites, quibus praefeci Condifaluum de Sandoval executorem maiorem, & mecum exiure ad uiginti millia hominum è Tesaico, & agmine composito, iuimus dormitum ad coloniam prouinciæ Calco, Tamalco nomine, ubi optime fuimus recepti & hospitati, & ibi ( quoniam est locus munitissimus ) postquam incolae è Calco amicitiam nostram inuenerant, semper praesidium tenuere, est enim in finibus prouinciæ è Culua. Postera uero die peruenimus ad Calco, nona hora diei, & nullam moram fecimus, nisi in alloquendo dominos illius, & illis sententiam meam aperui, quae erat semel ambire lacum, cum cogitarem, quod eadem die transacta quae magni erat momenti tredecim illi bergantini essent perfecti & parati, ut eos lacubus credere possemus. Et cum essem allocutus dominos è Calco, hora uesperarum discessimus, & deuenimus ad eorum coloniam ubi se nobis coniunxere ad quadraginta millia hominum militum nobis amicorum, & ea nocte ibi quietimus. Et quia incolae dictae coloniae mihi retulere, incolas è Culua, me in planicie expectare, iussi in aurora gentes omnes esse in armis, & expeditas, & sequenti die post missarum solennia progredi coepimus, et ego primum agmen occupauit comitantibus uiginti equitibus. In extremo uero agmine, remansere equites

decem, & eo pacto transiimus cacumen arduum. Post meridiem peruenimus ad montem arduum & altum, & in eius cacumine erat magna multitudo mulierum & puerorum, & illius latera plena armatis uiris, & illico uociferare ceperunt, fumos multos faciendo, in nos tum fundis, tum abscis fundis multos lapides, sagittas, iacula & fustes iaciendo, ita quod cum peruenissemus ad nos, multum incommodi sustinebamus. Et quamuis uisidissimus, quod in planicie non ausu fuerant nos expectare, mihi uisum est (quamuis aliud foret iter nostrum) esse pulillanimitatem ulterius progredi, priusquam eis aliquid damni intulissemus, & ut amici nostri non arbitrarentur nos ex segnitie illud prætermittere. Circumspexi montem, qui erat in circuitu fere per leucam, & uere tam natura munitus & arduus, ut uideretur fatuitas uelle illum ascendere & occupare, quamuis eos obsidere possem, & eos ad deductionem cogere, non poteram me continere, & dum ita hærerem, constitui illum ascendere tribus locis, quos conspexeram, & commisi Christophoro Corral signifero sexaginta peditum (qui semper me comitabatur) ut suo uexillo in eos irrueret, & ascenderet locum magis arduum, & quibusdam militibus pixidibus utentibus, & balistis, ut eum intrepide sequerentur.

Et Iohanni Rodriguez à Villa Forti, & Francisco Verdugo præfectis, et socijs suis & quibusdam militibus balistis utentibus alio loco ascenderent, & Petro Dircio & Andree à Montaraz ut alio loco aggredierentur, quibusdam paucis militibus, pixidibus, & balistis utentibus. Et cum audirent pixidis sonum omnes constituerunt ascendere, & aut mori, aut uictoria potiri. Et cum audissent pixidis sonum illico montem scandere ceperunt, & hostibus ceperunt duos montis circuitus, & ulterius ascendere non præualere, quia nec pedibus nec manibus se sustinere poterant. Erat enim incredibilis asperitas, & arduitas dicti montis, & tot lapides manibus ab alto deieciabant, qui, quamuis frangerentur maximum damnum inferebant, & fuit tam strenua hostium defensio, ut duos nobis interfecerint Hispanos, & uulnerarint ultra uiginti, nullo pacto illac transire potuimus. Ego autem, cum uiderem impossibile esse, plus eo quod feceramus, posse efficere, & multos hostium conuenire, ut in monte constitutus opem ferrent, ut omnis planicies esset hostibus referta, præfectis mandauit, ut pedem referrent, & quum descendissemus eos aggressi fuimus, qui erant in planicie eos uulnerando, & interficiendo, & durauit persecutio plusquam hora cum dimidia, & quum maxima esset hostium multitudo, equites fuere dispersi, & postquam conuenerunt, factus fui ab eis certior, qualiter peruenerant per leucam ab eo loco, & uiderant alium montem, maxime refertum gentibus, tamen non tam arduum, & in planicie circum circa erant plurimæ colonie, & duo non deuisse sibi, quæ hic decerant. Primum erat aqua. Aliud, quod cum mons non tam arduus esset, non tantum obsisterent, & quia sine periculo gentes illæ non poterant capi, maxima cum mœstitia (quum ea uictoria potiri non potuissemus) inde discessimus, & profecti fuimus dormitum in alia colonia apud dictum montem, ubi maxime passus fuimus, quia nec sibi aquam potuissemus comperire, & tota ea die nec nos, nec equi eam attigeramus, & sic mansimus ea nocte, audientes hostiù tympana, buccinas, & uociferationes.

Quam illuceret quidam præfecti, & ego suspexitur crepidinem, quæ nobis non minus ardua uidebatur, quam primus mons. Habebat enim abrupta altiora quidem, non tamen ascensu ardua, & in illa erant plures pugna apti, ut ascensum prohiberent. Et præfecti, & ego cum alijs nobilibus, qui aderant, acceptis parmis pedites eoque progressi fuimus (conducebant enim equos, ut eisdem potum exhiberent per leucam ab eo loco) ut saltem uideremus montis situm, & unde possemus illum oppugnare. Et reliqui quamuis nihil eis fuisset commissum, nos subsequi ceperunt. Et quam, primum peruenimus ad montem, illi qui erant in abruptis illius, arbitrati sunt me medium uelle aggredi, & ea reliquerunt ut suis subuenirent. Ego uero



A Ego vero quamprimum conspexi eorum malum ordinem & cogitans, si ea duo abrupta occuparem, possem multum eis damni inferre: abique multo strepitu, iussi præfectum cum suis commilitonibus ut alterum ex eis ascenderet, occuparetq; magis arduum, quod uacuum reliquerant. Ego autem reliquos comitantibus montem scandere cœpi, ubi deniores erant hostes; & deo placuit ut illius gyrum unum occupauerim, & collocauimus nos in loco tam elato, ut pene illum ubi manus conferebant æquaret, quem uidebatur impossibile ut occupare posse. Saltem sine maximo periculo & damno. Iam præfectus unus collocauerat uexillum suum altiori in parte dicti montis, & inde iaculari cœpit in hostes balistis & pixidibus. Illi uiso incommodo, quod sustinebant & animo uolentes futura annuerunt uelle facere de ditionem, & arma deposuere humi, & semper mea exiit sententia, uelle illis ostendere, nos nolle eos offendere, & damnum aliquod inferre, quamuis maxima essent poena digni. Præsertim cum uellent esse Maiesatis Vestræ uasalli, & est gens tantæ rationis, ut hæc omnia optime percipiat. Iussi ut desisterent à damno eis inferendo, & cum me allocutum ueneret, eos lecto uultu recepi, & cum conspexissent, quam gratiose se cum agebam, illis illud in altero monte existentibus nuntiaturunt. Qui quamuis uictores mansissent, constituerunt tamen se dedere in Maiesatis Vestræ uasallos. Et accessere ueniam petentes errorum præteritorum. In ea colonia apud montem, fuimus per dies duos, & inde uulneratos milites ad ciuitatem Tesaico conducendos curauit.

Et inde discessi, & decima hora diei peruenimus ad ciuitatem Gualtepeque, de qua superius memini, & in domo Viridarij Domini ipsius omnes hospitati sumus, quod uiridarium est maius, pulchriusq; omnibus, quæ ullo unquam tempore uisa sunt. Continet enim intra se quatuor leucarum circuitum, & eo præterlabitur conspicuus fluuius, & de loco ad locum ad geminarum balistarum iactum, sunt domus cum uiridarijs suis paruis, uarijs arboribus diuersorum fructuum, & herbis & floribus odoriferis. Et certe est spectatu dignum uidere uiridarij huiusmodi elegantiam & amplitudinem. Et eo die in eo hospitati fuimus, & incolæ nos omnibus possibilibus officijs profecuti fuere. Postera autem die discessimus, & octaua hora diei peruenimus ad coloniam magnam Iantepeque, in qua nos multitudo hostium expectabat, & cum eo deuenimus, uisum est eos nobiscum uelle pacifice agere, siue timore quo premebantur, siue ut nos deciperent, quia illico sine aliqua compositione fugere cœperunt, & coloniam deserere, & ego non curauit in ea moram trahere, & cum illis triginta equitibus eos insectati fuimus per leucas duas, donec inclusimus eos in alia colonia, quæ Giluteque nuncupatur, ubi multos uulnerauimus, & etiam interfecimus. In ea inuenimus incolas admodum imparatos. Eo enim peruenimus, antequam eorum exploratores aduenissent, & aliqui eorum obiere, & cœpimus plures mulieres, & pueros. Reliqui omnes terga suæ dedere. Ego moram traxi in ea colonia diebus duobus, ratus dominum illius uenturum, ut se Maiesati Vestræ subderet, & cum non uenisset, in meo discessu ignem coloniam inscindendum curauit, & antequam ab ea discederem, uenerunt ad me quidam alterius coloniarum ulterioris Iactepeque nomine, & supplices petere, ut erroribus suis condonarem, quoniam uolebant Maiesatis uestræ esse uasalli, & ego eos benigne excepi, quoniam in eos iam condigne fuerat animaduersum.

Eadem die qua discessi, perueni ante coloniam quandam munitissimam Coadinabaced, & in ea erant multi uiri pugna apti, & erat colonia tam munita, & circumdata; tot monticulis, & anfractibus, ut aliqui eorum decem hominum obtinerent profunditatem, & equites non poterant ingredi, nisi locis duobus, & eos tunc temporis ignorabamus, & ut per ea loca ingredi

X 3 possemus,

Viridarium  
amplius et  
legantius.

possemus cogebat, ambire spatium leuce cum dimidia. Poteramus etiam in  
 gredi per pontes ligneos, tamen eos extulerant, & erant tam arduo loco con  
 situti, & tuto, ut si fuisset in decuplo pro nihilo nos habuissent. Et dum  
 appropinquaremus, iaculabantur in nos plurimas sagittas, lapides & fustes.  
 Et dum ita contederemus, Indus quidam e Tascaltecal ab hostibus non con  
 specus transiit loco admodum difficili. Quamprimum Indi eum conspex  
 re, rati sunt Hispanos, illac transiisse, & hoc pacto tanquam caeci, & admi  
 rantes dederunt terga fugae, & Indus ille, & quatuor familiares mei eos inse  
 quebantur, & duo alij praefecti, quamprimum uiderunt Indum transeuntem,  
 illum sequuti sunt, & transiuerunt. Ego autem cum equitibus cepti ambire  
 ea loca usque ad montem, ut possem inuenire ingressum ad coloniam. Indi  
 hostes uostri semper sagittas & fustes in nos iaculabantur, quia inter nos &  
 eos non intercedebat aliud nisi anfractus in modum fossae, & cum intenti es  
 sent pugnae nobiscum inita, & isti adhuc non conspexerant illos quinque e  
 quites Hispanos, aggressi sunt eos incautos a tergo, & uulnera illis inferre  
 coeperunt. Et quum eos tam incautos offendissent & non cogitantes, quod  
 a tergo aliquid damni eis inferri posset, (non enim ad aures has peruenierat,  
 socios transitum deseruisse, quo Indus ille & Hispani transiuerant,) erant ad  
 mirantes, & non audebant conferere manum, & ex illis interficiebantur ali  
 qui ab Hispanis. Et postquam uidere ueritatem rei, coepere se dare fugae. Et  
 iam nostri ingressi erant coloniam, & eam coeperunt comburere, & hostes  
 omnes aufugiebant, & ita fugiendo, confugiunt ad montem, quamuis mul  
 ti ex illis perierunt. Et equites Hispani multos interemerunt. Et postquam in  
 uenimus ingressum in coloniam circa meridiem, in ea constitimus in domo  
 sita in quodam uiridario. Erat enim iam colonia penitus combusta, & hora  
 iam tarda, Dominus coloniae, et alij primates cogitantes quod in loco tam  
 arduo, & tuto se tueri non potuerant, timentes ne montem ascenderemus ad  
 eos interficiendos, constituerunt uenire se oblatum in uasallas Vestrae Ma  
 iestatis. Et ego eos in tales recepi, & mihi polliciti sunt se in futurum uelle esse  
 nostros amicos. Isti Indi, & alij, qui ueniebant ad se subiendum in uasallos  
 Vestrae Maiestatis, post combustionem domorum, & depopulationem bo  
 norum, retulere hanc subesse causam, cur tam sero nostram inuissent amici  
 tiam, quia credebant luere penas errorum commissorum, nisi primo pate  
 rentur sibi damnum inferri, arbitantes si damnum fuissent perpeffi, uos eos  
 ulterius odio prosequi non deberemus.

Ea nocte dormiuimus ea in colonia, & sequenti die secuti fuimus iter no  
 strum per prouinciam, & pagos inhabitatos, & sine aqua, quam & unius  
 montis cacumina maximo labore, & arumnis transiuimus, & absque potu,  
 adeo, quod plurimi ex Indis, qui erant nobiscum, siti perire. Et per sex leucas  
 ab illa colonia, ea nocte quieuius in quadam habitatione, & die illucescen  
 te iter nostrum secuti, peruenimus in conspectum pulcherrimae ciuitatis Si  
 chimisco nomine, quae sita est in laeu aquae dulcis, & cum illius incolae ad  
 uentum nostrum diu cognouissent, aggeres multos, & fossas construxerant,  
 & pontes extulerant omnium ingressuum ad dictam ciuitatem, quae abest a  
 celebri ciuitate Temixtitan, tribus, aut quatuor leucis: & in ea erant strenui  
 multi, qui, aut ciuitatem tueri, aut mortem subire constituerant. Quum eo  
 peruenissem, & milites suo ordine collocaissem, equo descendi, & pedibus  
 quibusdam comitantibus, deueni ad aggerem quandam, quem extruxerant,  
 post quem latebat maxima hostium copia: & cum coepimus oppugnare ag  
 gerem, quia pixidibus & balistis uentres illis damnum maximum inferebant,  
 eos deseruere, & Hispani ingressi sunt aquas, & ulterius progressi terram in  
 uenere, & dimidia horae intervallo, quo cum eis pugnauimus, occupau  
 mus potiore portionem ciuitatis, & hostes retrocedentes ascenderunt  
 suas canoas, & nobiscum certarunt, donec nox superuenit, & reliqui quae  
 rebant



rebant pacem, & alij propterea à pugna non desistebant, & toties annue-  
runt paci, nunquam tamen eam executioni, demādarunt, donec fuerimus  
ab ipsis delusi & ideo id faciebant. Primo, ut interea temporis exportarent,  
bona & deinde moram interponerent, qua in subsidium illis aduentarent In-  
colæ à Mexico, & Temixtitan. Eo die interfecerunt duos Hispanos, qui pre-  
dæ gratia ab alijs seiuñcti proficiscebantur, & fuerunt in tanta angustia, ut  
nulquam auxilium afferri poterit. Et sub uesperam cogitarunt hostes, quo-  
modo efficere possent, quod nunquam à sua ciuitate uiui exire possent, &  
congregata magna eorum multitudine constituerunt nos aggredi ea parte,  
qua ingressi eramus, & cum eos uenientes uidimus, admodum admirati fui-  
mus eorum strenuitatem, & uelocitatem, quas præ se ferebant, & sex e-  
quites & ego, qui paratiores reliquis eramus, in eos irruimus, illi autem e-  
quorum strepitu percussi, terga uerterunt, & sic eos fuimus insecuti extra ci-  
uitatem plures interficiendo, quamuis fuerimus in maximo periculo quia  
cum tam acriter pugnarent, multi ex illis ausi sunt equites expectare suis  
enlibus, & parmis, & cum essemus mixti illis, & diu fueramus eos insecu-  
ti, equus quo ego insidebam sessus cecidit, & cum me peditem hostes con-  
spexissent, aliqui contra se mouerunt. Ego autem lancea me tueri cœpi, & In-  
dus è Tascaltcal (quem optime cognoscebam) cum me periculo inclusum,  
& in eo discrimine uideret, ut opem ferret aduolauit, & ipse cum familiari  
meo, qui aduenit, ereximus equum, & eo instanti aduenere Hispani, & au-  
fugerunt, & ego una cum equitibus, cum essemus sessi, reuersi fuimus in ci-  
uitatem, & quamuis nox appropinquaret, & quieti nos dare deberemus,  
iussu quod omnes pontes elati, quibus transibat aqua obstruerentur lapidi-  
bus, & cepitibus qui aderant, ut equites possent ciuitatem ingredi & egre-  
di sine labore aut periculo, & inde non discessi donec illa mala itinera opti-  
me fuissent resecta, & maximo ordine excubiari eam nocte consumplimus.

Sequenti die cum omnes incolæ è Mexico, & Temixtitan cognoscerent  
me esse in ciuitate Sichimileo, decreuere nos terra & lacu modo aliquo cir-  
cundare, cogitabant enim nos non posse euadere. Et ipse ascendi turrim idos-  
lis eorum dicatam, ut conspicerem, quo ordine progredierentur & unde nos  
aggredi possent, ut remedium quantum deceret apponerem, & cum omnia  
preparassem, aduentauit maxima canoarum copia, quæ ascendebant ad bis  
mille, quibus uehebantur ultra duodecim millia hominum, terra tiero pro-  
cedebat tanta multitudo hominum, ut planiciem omnem operirent, & di-  
ces eorum qui præibant habebant in manibus enses ex nostris, & clamando  
eorum prouincias, uidelicet Mexico Mexico, Temixtitan Temixtitan,  
proferentes in nos iurgia multa, & minabantur uelle nos interficere eisdem  
enlibus, quos nobis abstulerant in ciuitate Temixtitan, & cum iam decla-  
rasset, quem locum quilibet præfectus obtinere deberet, & quia continen-  
tem uersus erant maximæ hostium copiar, eos aggressus sum equitibus tri-  
ginti, & Indis quingentis è Tascaltcal, & diuisimus nos in partes tres, & eis  
in iunxi, quod postquam congressi essent, pedem referrent ad radices unius  
montis, qui per mediæ leuæ spaciū aberat, quia pariformiter ibi consite-  
rant multi ex hostibus. Et ita diuisa, quælibet turma per se aggressa est ho-  
stes, & illis prostratis & uulneratis, & multis interfectis retro cessimus ad ra-  
dicem montis, & mandauit quibusdam familiaribus meis peditibus qui mi-  
hi seruiuerant, & quierant agiles, ut experirent scandere montem ab ea  
parte, ubi asperior uideretur, & ipse cum equitibus circumdarem mon-  
tem ubi locus erat planior, & eos ita interciperemus, & sic euenit, quo-  
niam cum conspexere Hispanos montem ascendere, rati se tuto posse fuge-  
re, terga uerterunt & obuiarunt nobis, qui eramus quindecim equites,  
& eos aggressi fuimus, & similiter illi è Tascaltcal, ut breui spacio ubi  
quingentos ex illis fuerint desiderati, & reliqui omnes euasere, & au-  
fugerunt in montes. Reliqui sex equites, forte fortuna ingressi sunt latum &

planum iter hostes uulnerando, & per leucam & dimidiam e Sichimilco ostenderunt agmen hominum belligerorum, qui ueniebant hostibus opem, latuere eosque profligant, quosdam uulnerant, iam cum in unum conuersemus omnes circa decimam diei reuersi sumus in ciuitatem Sichimilco, & ingressus inueni Hispanos multos desiderantes nostrum aduentum, ut scirent quid nobis successerat, & mihi exposuerunt se fuisse in maximo periculo constitutos, & ipsos (ultra etiam uires suas) enixos ut hostes eijcerent, ex quibus maximam interfecerant multitudinem, & mihi elargiti sunt duos enses, quos nostri Indis abstulerant, & dixerunt milites balistis utentes amplius nullas obtinere sagittas: nec pixidibus utentes puluerem. Et dum sic essemus antequam equis descenderemus, aduenit maximum hostium agmen, per amplam stratum uiam maxima uociferatione, & illico in eos irruimus, & cum ab utroque uite strate latere esset lacus, se in eum proiecere, & eo pacto eos fudimus, & sic militibus conuictis admodum lassum ciuitatem fuimus ingressi, & uniuersam incendi iussu præter hospitium ubi moram trahebamus. Et sic fuimus tribus diebus in hac ciuitate & nullo die fuimus sine pugna. Postremo relicta ciuitate igne consumpta, & destructa discessimus, & certe erat spectiosa, in ea enim erant multe domus & turres suis idolis dicatæ ex lapidibus quadratis. Et ne sim prolixus, prætermitto multa miranda, quæ erant in ista ciuitate.

Ea die qua discessi, exiui extra ciuitatem ad quandam plateam, quæ est in continenti, & est prope ciuitatem, qui locus est ubi incolæ habent nundinas suas, & ordinem ponebam, ut decem equites primum obtinerent agmen decem medium agmen peditum, & ego una cum alijs decem extremum agmen obtinerem. Incolæ uero e Sichimilco ubi nos progredi conspexere, cogitantes nos eorum timore discedere, à tergo aggressi sunt magno clamore, & decem equites una mecum aggressi fuimus eos, donec in aquas proficere coegimus, adeo ut nos ultra non sint insecuti. Et eo pacto inceptum iter profecti fuimus, & hora decima diei peruenimus ad ciuitatem Cuiocan, quæ abest à Sichimilco duabus leucis, & à ciuitatibus Temixitan, Culucan, Uchilubuzco, Iztapalapa, Cuitagnaca, & Mizqueque (quæ omnes sunt sitæ in aquis, & ex istis nulla maiori leucæ cum dimidia intervallo ab alia distat) eam habitatoribus uacuam comperimus, & in ea fuimus hospitati in domo domini ipsius, & ibi fuimus eo die, quo eam ingressi fuimus & sequenti: & quia perfectis bergantinis constitueram oblidere ciuitatem Temixitan, uolui prius uidere situm huius ciuitatis, & ingressum egressum, quæ & quo in loco Hispani possent offendere, aut offendi. Et sequenti die qua perueneram assumptis quinque equitibus & ducentis pedibus, sic progressus sum ad lacus littora, qui erat prope per uiam stratum, quæ ingreditur ciuitatem Temixitan, & uidimus tot canoas militibus refertas, ut pene infinitus earum esset numerus, & deuenimus ad aggerem, quem constituerant in ipsa strata uia, & pedites eum oppugnare cœpere, & quamuis fuerit acris oppugnatio, & multum obstiterint, & uulnerarint decem Hispanos, eum tamen aggerem tandem occuparunt, & multos ex hostibus neci dederunt, quamuis balistis & pixidibus utentes remansissent sine puluere & sagittis. Et ex eo uidimus distantiam stratum recto tramite aqua procedere ad ciuitatem Temixitan per leucam cum dimidia, & eam cum illa quæ tendit ad ciuitatem Iztapalapa, refertas uiris sine numero. Et considerato eo quod uidere desiderabam, quoniam in hac ciuitate esse debebat prælidium ex equitibus & pedibus, collegi nostros, sic reuersi fuimus comburendo domos, & turres suorum idolorum, & sequenti die discessimus ab hac ciuitate ad ciuitatem Tacuba, quæ abest duarum leucarum spatio, & peruenimus illic decima diei hora præliando undequaque.

Hostes enim ex aqua prodibant aggressuri Indos, qui facinas nostras afferbant, & inueniebant sedulos, & sic nos pacifice prodire permittebant,



tebant. Et quia, ut dixi, mea sententia erat circumire omnem lacum, ut perlastrarem & melius cognoscerem situm provincie, & etiam ut opem ferrem Indis amicis nostris, nolui moram trahere in ciuitate Tacuba. Et quum incolae e Temixtitan quae est illi propinqua, (extenditur enim tantum ciuitas, ut fere in continentem usque protendatur ciuitatis Tacuba) conspexere nos ulterius progredi, animis creuere, & maxima alacritate coepere aggredi facinas nostras, & quum nos equites essemus optimo ordine constituti, & in planicie, hostibus damna multa absque nostro incommodo inferebamus, & dum modo huc, modo illuc curremus, & quum aliquando iuuenes quidam familiares domestici mei me sequerentur, una uice ex illis duo non sunt sequuti, & deueniunt eum in locum ubi ab hostibus capti fuerunt. Qua propter rati fuimus, hostes in eos maxime animaduersuros ut facere solent, quia ex re deus est testis doloris quem sustinui, tam quoniam erant Christianicolae, quam, quoniam erant uiri strenui, & hoc bello optime Maestati Vestrae inseruierant. Et quum exiuissemus ab hac ciuitate, coepimus iter nostrum prosequi per alias colonias circumuicinas, & appropinquauimus multitudini, & tunc sibi cognoui Indos captiuos habuisse eos iuuenes. Et ut mortem eorum uindicarem, & quia hostes nos insequerentur maiori uociferatione quam dici potest, ego uiginti equitibus in insidijs me collocaui post domos quasdam. Et quum Indi uiderent reliquos decem equites cum sarcinis, & reliquam multitudinem praeter, semper eos sequebantur per iter quod erat latum et planum nil suspicantes, et quum aliquos iam transisse conspicerem, inuocaui nomen Sancti Iacobi, & acriter in eos irruimus, & antequam nos deducerent in fossas, quae erant proximae, ex illis interfeceramus ultra centum, & ex primatibus & strenuis, & noluerunt ulterius nos persequi. Et ea die iuimus dormitum ad ciuitatem Coatinchan lasti & madefacti, quoniam multum pluerat, & iam hora erat tarda, & eam habitatoribus uacuum comperimus, & sequenti die inccepimus iter nostrum prosequi, semper certando cum aliquo ex Indis, qui nos uociferando aggrediebantur, & iuimus dormitum ad coloniam quendam nomine Gilotepeque, & eam inhabitatam inuenimus. Et alio die hora duodecima diei, deuenimus ad ciuitatem Aculman, quae subest domino e Tefatco, ubi ea nocte quiescimus, & fuimus optime ab Hispanis recepti, & letati sunt maxime aduentu nostro, quoniam post meum ab eis discessum, nil a nobis usque ad eum diem, quo illuc deuenimus, acceperant, quum multas suspiciones habuissent in ciuitate, & habitatores eiusdem quotidie eis significabant incolas e Mexico, & Temixtitan contra eos arma moturos, dum ego loca illa perlustrarem, & sic eo die constitutum fuit, quod fuit mirum, in quo Maestas Vestra maximum adepta est commodum multis rationibus, quas postea referemus.

Eo die potentissime & inuictissime domine, moram trahebam in ciuitate Temixtitan, ab initio quando illuc perueni, ut in prima relatione Maestati Vestrae significauimus, qualiter in duobus aut tribus provincijs ad hoc constitutis, pro Maestate Vestra domus quedam conficiebantur ad culturam, in quibus essent laboratores & alia conformia patriae, & ad unam illarum quae dicitur Chinanta, nisi duos Hispanos, & ista provincia non subiacet incolis e Culua, & in alijs quae subiciebantur tempore, quo me oppugnabant in ciuitate Temixtitan, interfecerant eos Hispanos, qui morabantur in illis locis, & depradati sunt omnia quae in eis continebantur, quae erant magni momenti data loci comparatione, & ab illis Hispanis, qui remanserunt in Chinanta transfusus fuit annus, antequam aliquid audierim, quia quae omnes illae provinciae defecissent, ipsi aliquid intelligere a nobis non poterant, nec nos ex illis: & isti incolae e Chinanta significauerunt quae essent Ma. V. uasalli, & hostes incolis e Culua) dicitis Christianicis, quod nullo pacto ab eorum provincia proficiscerentur, quia incolae e Culua nos plurimum oppugnarent,

& arbitrabantur paucos aut nullos superesse, & sic moram traxere dicti Hispani in ea prouincia, & alterum ex illis qui erat iuuenis et Martialis, eorum ducem constituerunt, & interea temporis cum eisdem hostes eorum aggressi diebatur, & pro maiori parte ipse & incolæ à Chinanta, uictoria potiebantur. Et quum diuino auxilio aliquantulum nos refecissemus, & uictoria potiebatur, qua potiri incepissemus contra hostes qui nos profligauerant & eiecerant à ciuitate Temixtitan, incolæ à Chinanta significauerunt Hispanis illis, eos aut diuise Hispanos esse in prouincia Tepeaca, & si desiderarent uera cognoscere, & ipsi destinarent duos Indos, quamuis iter essent facturi per multas hostiles prouincias, curarent tamen noctu proficisci, & extra consueta itinera, donec peruenirent ad prouinciam Tepeaca, & unus ex Hispanis, qui erat prudentior ad nos literas destinauit tenoris subsequenti.

Nobiles Domini, duas, aut tres literas Vestris Nobilitatibus exaravi, & ignarus sum an uobis reddita fuerint, nullum illarum responsum habui. Pariformiter dubito hanc ad manus uestras peruenire posse. Significo Nobilitatibus uestris, quod omnes Incolæ à Culua defecerunt, & bella gerunt, & pluries nos aggressi sunt, ad laudem tamen omnipotentis dei uictoria fuitis potiti, & cum incolis à Taxtebeque, & foedere iunctis illis à Culua assidue bella gerimus, Illi qui subiacent Casa, Maiesstati, & eius sunt uasalli, sunt septem ciuitates è prouincia Tenez, & ego, & Nicolaus semper morati fuimus in Chinanta, quæ primaria est, Maxime desiderarent scire, ut hi loco eorum comperiatu capitaneus, ut ad illum literas dare possemus & alium certiorum facere de omnibus hic gestis. Et si forte mihi significaueritis ubi se contineat & destinaueritis uiginti aut triginta Hispanos, proficiscere illuc cum duobus incolis harum prouinciarum, qui similiter exoptant capitaneum uidere & alloqui, & bene conduceret, quia quum iam tempus inisset colligendi cacap, illi à Culua bello non permittunt. Dominus custodiat nobis uestras personas, ut ipsæmet desiderant. E Chinanta, quo die Aprilis, ignoro M. D. XXI. ad Domina. V. seruitium Ferdinandus de Aarruntes.

Quamprimum dicti Indi peruenere ad dictam prouinciam Tepeaca cum dicta epistola, præfecimus, quem cum Hispanis quibusdam ibi dimiseram, illico eam ad ciuitatem Tesaico mihi perferendam curauit, qua accepta, maxima repleti fuimus læticia. Quia (quamuis fidissimum ossem illorum è Chinanta animum) cogitabamus, quod si foedere iungerentur incolis à Culua, eos Hispanos neci darent. Quibus illico rescripsi, significando omnia, quæ successerant, & sperare iussi, quod quamuis undique circumdarentur, cito Deo anuente futuri essent liberi, ut tuto plessent ingredi, & egredi.

Postquam circueimus lacum, ex qua inspectione plures modos ut dictam ciuitatem Temixtitan, tam maritima, quam terrestri oblatione cingeremus, concepimus, moram traxi in ciuitate Tesaico, parando melius, quam fieri potuit uiros, & arma, & diligentiam adhibendo ut perficerentur bergantini, & quædam machina, qua eos conducerem usque ad lacum, quæ machina cœpta est fabricari eo instanti, quo eo peruenere compages, & tabulæ ipsorum bergantinorum in fossato quodam quod erat ante domos ciuitatis, & progrediebatur donec lacum ingrederetur, ab eo loco ubi bergantini colligati sunt, & dicta machina cœpta est, distat ab ipso lacu fere per mediæ leuæ spacium, & huic operi incubuerunt quotidie ad octo millia hominum incolarum ex Aculuaan, & Tesaico. Machina enim ista erat profunditatis gemini hominis status. Ita, quod bergantini poterant conduci ad lacum sine periculo & labore, quod opus fuit maximum & admiratione dignum. Et perfectis bergantinis, & illis machinæ impositis uigesima octaua die Aprilis dicti Anni, recensui nostras copias omnes & compari octuaginta sex equites, centum & octodecim milites balistis, & pixidiibus utentes, & septingentos & ultra pedites ensibus & parmis sulcatis, & tria

magna



A magna ferrea tormenta, & quindecim parua tormenta fusilis ætis; & decem centipondia pulueris. Qua lustratione facta; commisi Hispanis omnibus ut custodirent, & adimplerent ordines; quos ego inter eos constitueram pro rebus belli, quantum illis esset possibile, & læto animo essent, & vires assumerent, quum cererent deum optimum maximum nobis modum elargiri, uiderent ut uictoria potiremur contra hostes nostros, & optime cognoscebant nos quum ingressi sumus ciuitatem Tesaico non habuisse ultra quadraginta equites, & deum nobis opem tulisse melius quam excogitaueramus, & aduentasse naues equis, uiris, & armis refertas. Quæ omnia ipsi nouerant, & ea etiam imprimis quia quum pugnauerimus pro Sanctæ fidei nostræ fauore & augmento, & ut ad seruitium Vestræ Maiestatis compelleremus tot ciuitates & provincias quæ iam defecerant, ipsi merito constituere deberent, aut eas uincere aut mori. Et ipsi responderunt & demonstrarunt ad hoc esse paratos, & illud desiderare & diem illum quo milites recensui, consumpsimus magna animorum exultatione, & desiderio nos uidere obsidionē & perficere hoc bellum à qua depēdebat omnis pax aut ruina istarum provinciarū.

Sequenti die nuncios destinauit ad ciuitatem Tascaltcal, Guaxacingo & Churultecal, eis significatum, bergantinos iam esse perfectos, & mecum omnibus militibus esse accinctum itineri, ut obsidione cingeremus ciuitatem Temixtitan. Quapropter eos rogatos uolebam, quod cum eos iam certiores reddidissem, & gentes suas paratas haberent, ipsi maioribus & ornatoribus ad bellum copijs ad me proficiscerentur ad ciuitatem Tesaico, ubi eos expectarem decem dierum spacio; & nullo pacto hoc prætermitterent, quoniam esset maximum impedimentum rebus omnibus; quas iam paraueram. Quum eo nuncij peruenissent, & incolæ essent parati, opantes congregati eū incolis è Culua, Incolæ è Guaxacingo, & Churultecal fecerunt ad ciuitatem Calco, ita enim eisdem mandaueram, quia illac ingredi debebant, ut ciuitatem obsidione cingerent. Duces uero incolarum è Tascaltcal militibus strenuis, & bello aptis comitantibus ad ciuitatem Tesaico profecti sunt per dies quinque, aut sex ante pasca Spiritus sancti, quoad fuit tempore eisdem assignato. Et quum scirem diem, quo appropinquabant, eis obuiam progressus sum magno gaudio, & ipsi ueniebant tam læti, & compositi, ut melius dici non possit, & secundum numerum à Ducibus nobis relatum, erāt ultra quinquaginta millia hominum bello aptorum, qui à nobis optime recepti sunt, & bene hospitati.

Die secunda post pasca, omnes copias tam peditum, quam equitum plenteam istius ciuitatis occupare iussi ut eas componerem, & consignarem præfectis eam quantitatem, quam adducere debebant presidio trium ciuitatum in quibus collocare præsidium conducebat, quæ circumstant ciuitatem Temixtitan. Et uni præsidio præfeci Petrum de Aluarado, & ei constitui triginta equites, decem & octo balistis & pixidibus utentes, & quinquaginta pedites ensibus & parmis falcatis, & ultra uiginti quinque millia uiro- rum bello aptorum ex incolis è Tascaltcal, & illi debebant castra ponere in ciuitate Tacuba.

Secundo præsidio præfeci Christophorum Dolid, cui impertitus sum triginta tres equites, & octodecim balistis, & pixidibus utentes milites, & centum & septuaginta pedites parmis & ensibus armatos, & ultra uiginti millia hominum ex Indis nobis amicis, & isti debebant castra sua ponere, in ciuitate Cuoacan.

Tertio uero præsidio præfeci Condifaluum de Sandoual executore maiorem & illi concessi uiginti quatuor equites, quatuor pixidibus utentes milites, & tredecim balistis, & centum quinquaginta pedites ensibus & parmis aptos, ex quibus erāt illi quinquaginta electi iuuenes, quos mecum semper habebam, & omnē multitudinē è Guaxacingo, Churultecal, & Calco, quæ ascendebat ad triginta millia hominum, & isti proficisci debebant ad ciuitatē

Iztapalpa

*Horatur Hispanos ut læto animo cum hostibus congregentur*

Iztapalapa, ut eam destruerent, ulterius progredi uia strata in auxilium & opem bergantinorum, & coniungere secum præsidio imposito ciuitati Cuioacan, ut postquam ingrederet lacum bergantinis, dicitur maior executor, sua poneret castra loco magis commodo & conuenienti.

Pro bergantinis, quibus ingredi debebam lacum, dimisi trecentos homines, ut plurimum mari affuetos & agiles, ita quod quilibet bergantino uehebantur uiginti quinq; Hispani, & quilibet bergantinus habebat præfectum suum, & nauclerum & sex milites balistis, pixidibusq; utentes.

Dato ordine supradicto duo præfecti, qui debebant esse cum militibus in ciuitatibus Tacuba, & Cuioacan, postquam acceperant instructionem omnium agendorum, discessere à ciuitate Tesaico decima Maij, & ierunt dormitum ad leucas duas cum dimidia ab ea in colonia optima Aculman nominata. Et ea die cognoui inter præfectos fuisse controuersiam circa hospitium, illico ea nocte modum imposui, omnia pacifica reddidi, & eo quendam destinauit qui eos reprehendit, & sequenti die ab eo loco discessere, & profecti sunt ad aliam coloniam Gilotepeque nominatam, quam inhabitatam comperere. Ingressi enim erant hostium prouincias, & sequenti die profecti sunt iter suo agmine composito, & ea nocte quieti se tradidere in quadam ciuitate nomine Guantican, de qua Maiesatij V. antea mentionem feci, quam pariformiter inhabitatam inuenere, & eadem die transgressi sunt ciuitates, & colonias, quibus etiam nulli homines inerant, & hora uesperarum ciuitatem Tacuba ingressi sunt, quæ similiter erat inhabitata, & hospitium in domibus Domini ipsius, quæ sunt egregiæ & amplæ, quamuis horam esset sera, profecti sunt ad uias stratas, quæ ducunt ad ciuitatem Temixtitan, & decurrunt per tres horas cum incolis ciuitatis, & cum nox eos aggressa esset, reuersi sunt absq; aliquo eorum discrimine ad ciuitatem Tacuba.

Sequenti die summo mane duo illi præfecti cõuenere, quib; modis ut illis in iunxeram, auerterent aquam dulcem, quæ cannalibus ingrediebatur ciuitatem Temixtitan, & eorum alter profectus est ad ortum fluminis, comitatus uiginti equitibus, & quibusdam alijs balistis & pixidibus utentibus, qui fluxu uis aberat quarta portione unius leucæ & ibi incidit fregitq; cannales, qui erant ex ligno et ex lapide quadrato, et acriter pugnam cum hostibus iniuit, qui illum impediiebant à lacu & terra, & eadem eos profligauit, negociumq; expeditiuit, ad quod perficiendum aduentarant, scilicet ut aqua ciuitatis inclusis auferret, quæ ciuitatē ingrediebatur, quod facinus fuit audens & ualidū.

Eadem die præfecti aptanda curarunt mala quædam itinera, pontesq; et fossata, quæ ibi circa lacum comperiebantur, ut equites huc, & illuc concurrere possent. Ad quam rem perficiendam mora fuit trahenda per tres, aut quatuor dies, in quibus pluries concursus est cum incolis ciuitatis Temixtitan, in quibus concursibus aliqui Hispani uulneribus affecti sunt, & plurimi ex hostibus interfecti, & occuparunt plures aggeres & pontes, & intercessere colloquia, & duella inter incolas ciuitatis, & eos è Tascaltecal, quod erat dignum admiratione. Christophorus Dolid præfectus, qui præsidio esse debebat in ciuitate Cuioacan cum commilitonibus suis discessit. Est autem Cuioacan per leucas duas à ciuitate Tacuba. Et præfectus Petrus de Aluarado remansit præsidio ciuitatis Tacuba, ubi quotidie pugnam & leuia prælia committebat cum incolis ciuitatis. Et eo die quo Christophorus Dolid discessit Cuioacā uersus, ipse & socij peruenere decima hora diei, & hospitium suū posuere in domibus Domini ipsius ciuitatis, & habitatoribus uacuam ciuitatē inuenere. Et sequenti die profecti sunt ad uiam stratam, qua proficiscitur in ciuitatem Temixtitan, uiginti comitantibus equitibus, & aliquibus balistis utentibus, & forte septem milibus Indis è Tascaltecal, & inuenere hostes maximo apparatu, & uiam stratam demolitam & aggeres multos fabrefactos & cum illis prælium iniuere, & milites balistis utentes aliquos uulneribus consecere, interfeceretq; et eo pacto secutum est per sex dies, in quorum quolibet



**A**libet fuit aliqua pugna, & leuia prælia. Nocte quadam hostium uigiles aliqui incolarum ciuitatis peruenere uociferatum prope castra & excubie Hispanorum ad arma conclamarunt & milites castris exiit, & nullum ex hostibus inuenere, quia multum longe a castris uociferati fuerant, que illis aliquid timoris iniecerant, & quum nostri essent diuisi in tot partes, cupiebant illi præfecti duorum præsidiorum meum aduentum cum bergantinis tanquam eorum salutem, & ea spe fuere per aliquos paucos dies, donec perueni, ut infra dicam, & his sex diebus, milites duorum castrorum quotidie iungebantur, & equites cum essent alter alteri proximi prouincijs uagabantur, & aliquos ex hostibus uulnerabant, & ex montibus conducebant multum Maiz ad usum castrorum, quod est panis quo utuntur in his partibus, & est perfectus illo, quod nascitur in insulis.

In capitibus superioribus retuli me permanere in ciuitate Tefatico trecentis militibus Hispanis & tredecim bergantinis, quia cum scirem prælidia esse in locis, ubi castra sua ponere deberent, ego bergantinos ascendere rem, & aliquid canois damnum inferrem, & ciuitatem lustrarem, & quamuis admodum desiderarem terra proficisci, ut castris ordinem imponerem, quum præfecti essent, quibus plurimum fidere possem rebus, quas in unxeram, & bergantinorum negotium esset multi momenti, & postulabat maximum ordinem & ingenium, decreui eos ascendere, quia maior fortuna, & fors expectabatur aquis, quamuis à principalioribus commilitonibus meis in forma fuerim monitus, ut proficiscerer cum præsidijs, quum ipsi cogitarent ibi plus periculi esse.

Sequenti die post festum Corporis Christi in aurora iussu exiit ciuitate Tefatico Condisaluum de Sandoual maiorem executorem cum suis copijs Iztapalapa uersus, & circa meridiem eo peruenere, quæ aberat sex leucarum spacio, & eam comburere cœpere, & pugnare cum incolis eiusdem, & quæ uiderent potentiam, quam habebat dictus maior executor (illum enim commitabantur ultra quadraginta millia hominum Indorum nobis amicorum) retrocessere ad aquas, & canoas ascenderunt. Et maior executor cum omnibus copijs, quas ducebat, collocauit se in dicta ciuitate, & ea die ibi moram traxit expectans quid mihi eueniret.

Quum dimissilem maiorem executorem, illico bergantinos ascendi, & uelis, remisq; incubuimus, & dum maior executor pugnabat, & comburebat ciuitatem Iztapalapa, deuenimus in conspectum unius collis alti, & muniti, qui est prope ciuitatem Iztapalapa, & totus est in aquis, & erat munitissimus, cui insidebat maxima hominum multitudo, tam ex colonijs circumuicinis, quam ex incolis Temixtitan. Iam enim illi optime cognoscebant, me primo congressurum cum incolis Iztapalapa, & ibi consistant, ut se à nobis tuerentur, & nobis obessent si possent, & quum conspicerent nos eo applicare, uociferare cœperunt, & fumos emittere, ut omnes ciuitates in lacu constitutæ cognoscerent, & essent paratæ. Et quamuis mea sententia esset proficisci oppugnatam eam partem ciuitatis Iztapalapa, quæ lacui hæret, tamen aggressi sumus existentes in dicto colle, & descendi cum centum & quinquaginta hominibus, & quauis esset arduus & excelsus, magna difficultate ascendere cœpimus, & ut expugnauimus aggeres, quos extruxerant ad sui tutelam, & ingressi fuimus eo modo, ut nullus ex illis euaserit præter mulieres, & pueros, & hac pugna uulnerarunt uiginti Hispanos, tamen uictoriam consecuti fuimus.

Quum incolæ ex Iztapalapa fumos emisissent à quibusdam turribus idolorum (quæ erant constitutæ in colle quodam excelso, & propinquo sitæ ciuitati) incolæ Temixtitan, & aliarum ciuitatum in lacu constitutarum cognouere, me iam ingredi lacum cum bergantinis, moxq; tanta canoarum multitudo in unum conuenerat, ut nos aggredierentur, & tentatum uenirent, quum uiderent bergantini. Et ut conijcere potui, erant ultra quingentas. Et quid uiderem

derem eos ad nos recto tramite aduentare, ego & illi qui ascenderamus collem, bergantinis descendimus maxima celeritate, & mandaui bergantinorum præfectis, ut nullo pacto se mouerent, ut illi in canoas existentes aggredi constituerent, & crederent nos timore percussos, non audere eos aggredi. Et sic cœpere magno impetu dirigere canoas in nos, ad binos tamen balistæ iactus remanere & quiescere. Et quum animo uoluerem, ut primo congressu maxima potiremur uictoria, & ira faceremus, ut hostibus timorem maximum incuteremus, quum summa totius belli in eis sita esset, & unde ipsi maiora damna pati poterant, & ipsi etiam aqua nobis maius damnum inferre poterant, Deo placuit ut dum alter alterum inspiceret, terrestris uentus afflaret admodum nobis fauorabilis & secundus, ut in eos inuehi possemus, & illico iussi præfectos eas aggredi canoas, & eas insequi, donec intrarent in ciuitatem Temixtitan, quum uentus esset secundus. Et quamuis illi quantum poterant, aufugerent, irruimus in medios hostes, & plures canoas fregimus, & ex hostibus multi interfecti & submersi fuere. Insecuti fuimus eos per leucas tres, donec eos ingredi coegimus domos ciuitatis. Et sic omnipotentis deo placuit ut potiremur maiori & meliori uictoria, quam nosmet ipsi petieramus, aut optaueramus.

Qui erant in præsidio ciuitatis Cuiocan, qui melius conspiciere poterant, quo modo bergantinis uehebamus, ut conspexerunt tredecim bergantinos per aquas, & uento secundo potiebamus, & profligabamus omnes hostium canoas (ut post mihi retulere) fuit res ea maximam eis uoluptatem afferens: Ut enim superius dixi, ipsi & præsidio existentes in ciuitate Tacuba, maxime desiderabant aduentum meum, & optima ratione, quoniam utrunque præsidium tanta hostium multitudine circundabatur, ut miraculose omnipotens eis animum adderet, & hostium animos minueret, ne exirent aggressum eorum castra. Quod si factum fuisset, non poterat esse sine Hispanorum damno, quamuis semper essent parati, & constituisent aut mori, aut uictoria potiri, ut illi qui erant separati ab omni genere cuiuslibet subsidij, præterquam eos, quod à deo sibi præstari sperabant. Quum illi in præsidio Cuiocan, nos contempserunt canoas insequentes, cœperunt iter suum maior pars equitum & pedum quæ aderat, ciuitatem uerius, & acriter pugnarunt cum Indis, qui stratam uiam occuparunt, & aggeres, quos extruxerant, & pedites & equites multos pontes transuere, quos amouerant, & ope bergantinorum, qui proficiscebantur prope uiam stratam, Indi & Tascaltecal nobis amici, & Hispani insequerantur hostes, & eorum aliquos interficiebant & aliqui committent se aquis ab alio latere ubi bergantini non existebant, & eo pacto insecuti sunt hostes ea uictoria ultra leucam, donec peruenerint ad eundem locum, ubi ego cum bergantinis constiteram, ut inferius referam.

Quum bergantinis fuisset insecuti canoas per leucas tres, illæ quæ euasere, ingressæ sunt domos ciuitatis, & quum iam aduenisset hora uesperarum ultra iussi in unum conuenire bergantinos, & cum eis peruenimus ad uiam stratam, & ibi constitui prosilire in terram, comitatus triginta Hispanis, ut expugnarem duas paruas turres idolis suis dicatas, quæ erant circumdatæ muro non multum edito ex lapidibus quadratis, & quum descendere mus, nobiscum acriter pugnam iniuere, ut eas tuerentur, & tandem magno periculo, & labore dictas turres cepimus, & illico littori exponenda curia, ut tria ferrea tormenta quæ bergantinis conducebam, quia reliquum stratæ uia ab eo loco ad ciuitatem (quod interuallum dimidiæ leucæ spatium esse poterat) hostibus refertum erat, & ab utroque latere stratæ uia ubi erat lacus, omnia erant, canoas aperta, quibus inerant homines bello apti. Dirigere iussi tormentum unum ex prædictis, per uiam illam stratam, & illius emissionem hostibus damni multum illatum est, & tormentum dirigentis igna uia puluis igne consumptus est quem ibi habebamus, quamuis illius non magna esset quantitas, & secuta nocte bergantinum Iztapalapa ite iussi, ubi

consti-



**A** constiterat maior executor, quæ poterat distare per leucas duas ut adduceret omnem puluerem quem habebat. Et quamuis mea ab initio erat sententia, quamprimum lacum bergantinis fuillem ingressus, proficisci ad ciuitatem Cuiocan & providere, ut omnia procederent bono ordine, hostibus inferendo maius damnum quod inferre possent; tamen quamprimum eodie descendî in illam stratam uiam, & eas geminas turres occupauit, constituit ibi castra ponere, ut bergantini essent ibi apud eas turres, & dimidia pars præsidij impositi ciuitati Cuiocan, & quinquaginta pedites maioris executoris sequenti die eo proficiscerentur. Et hoc aprato, ea nocte mansimus uigilantes, eramus enim in maximo periculo constituti, & omnis ciuitatis multitudo illuc confluere per illam stratam uiam & lacum, & nocte media aduenit maxima hominum multitudo, & canoas, & strata illa uia ut castra nostra adorirentur. Et certe nobis timorem maximum incussere & trepidationem, præsertim quia nocte contingebat, & ipsi nunquam eo tempore congregari solent, nec uisum est eos aliquando noctu prælia intuisse, præterquam in aperta & manifesta uictoria, & cum nos essemus parati, cum illis pugnare cœpimus, & ex bergantinis (quilibet enim illorum tormentum paruum habebat) cœpimus emitte in eos tormenta illa, & balistis pixidibusque utentes idem faciebant, & eo pacto non ausi sunt ulterius progredi, & tantum appropinquarunt, ut aliquid damni nobis intulerint, & eo peracto abique ulteriori aggressu reliquum noctis consumpsimus.

**B** Sequenti die quum illucesceret in castra nostra peruenire in ipsa strata uia constituta, in quibus degebam, quindecim balistis, & pixidibus utentes milites, quinquaginta parmis & ensibus, & septem aut octo equites ex præsidio Cuiocan, & quum ipsi aduentarunt, iam hostes inuicti canoas, & uia illa strata nobiscum certabant, & tanta erat hominum copia, ut terra & lacum nil aliud præter homines cerneremus, & tot uociferationes & clamores emittebant, ut mundus corruere uideretur, & nos cum illis pugnare cœpimus per uiam illam stratam, & occupauimus pontem unum, quem ademerant & aggerem unum, quem in ipsius pontis ingressu sabrefecerant. Et tormentis & equitibus tantum damni intulimus, ut pene illos ingredi cœgerimus primas domos ciuitatis, & quia ab alio latere stratae uiae, bergantini duci non poterant, multæ erant canoæ, & nobis maxime erant insensibiles sagittis & fustibus, quas iaculabantur nobis in uia strata existentibus, demoliri curauit dictæ uiae stratae partem, transire feci bergantinos quatuor, qui postquam transuerunt, canoas domos ciuitatis ingredi cœgerunt, ut nullo pacto egredi auderent ulterius. Et alio latere stratae uiae reliquis octo bergantinis insidentes milites, pugnam inibant cum reliquis canoas. & transerunt eas in domos ciuitatis, & in medio earum ingressi sunt, quamuis prius ingredi ausi non fuissent. Erant enim multa loca uadosa, & quæ eos impediebant, et quum inuenere ingressum profundum et tutum pugnant cum existentibus in canoas, & cepere aliquot ex illis, & cœbussere multas domos illius suburbij, & totum diem illum consumpsimus certando modo iâ dicto.

Postero die maior executor cum omnibus copijs, quas continebat in ciuitate Izatapalapa, tam Hispanorum, quam nobis amicorum, discessit Cuiocan uersus, & inde usque in continentem est uia strata longitudinis leucæ cum dimidia. Et dictus maior executor progrediens per quartam partem uicinis leucæ, peruenit ad ciuitatem quandam, quæ similiter sita est in lacu, & per plures illius loca equites ingredi possunt, & illius incolæ cum eo pugnare cœperunt, & ipsos in fugam uertit dictus maior executor, & ex eis multos neci dedit, & destruxit totam ciuitatem ac igne consumpsit. Et quia audiverant Indos demolitos esse magnam partem dictæ stratae uiae, & gens illa comode transire non poterat, eo ire iussi duos bergantinos, ut eis in transeundo opem ferrent. Ex quibus pontem confecerunt, & illac pedites transiuerunt, & postquam transiuerant iuerunt hospitatum in ciuitate Cuiocan. Et maior

executor decem comitatibus equitibus strata uia peruenit ad castra nostra, & quum eo peruenit, nos certantes cum hostibus comperit, & ipse una cum illis, qui secum aduenerant equis profligare, & pugnam inire cum hominibus, qui erant in illa strata uia, nos reliquis commixti eramus, & cum dictus maior executor pugnam inire cœperit, hostes fuisse sibi transfixere pedem. Et quamuis ipsum, et plures alios eo die è nostris uulneribus affecerint, tormentis tamen grandioribus, balistis, & pixidibus damnum maximum ipsis intulimus, ut nec qui uia strata infidebant, nec qui canois uehebantur, tantum ut prius appropinquare auderent, & præ se ferebant timorem & minus audaciam solito. Et eo modo fuimus per dies sex, quibus continuo certauimus cum illis. Et bergantini circumibant ciuitatem, comburendo omnes domos, quas inuenire dabatur, & offenderunt altum aquæ ingressum quo ciuitatem circumdare poterant, & omnia illius suburbia, & peruenire ad interiora ciuitatis, quod nobis fuit admodum proficuum, & eo modo impediti aduentum canoarum, quia nulla ex illis audebat appropinquare castris nostris, per quartam portionem unius leuæ.

Allo die Petrus de Aluaro, qui præerat militibus præsidio ciuitatis Tacuba relictis me certiores reddidit, qualiter ab alto latere ciuitatis per uiam stratam, quæ tendit ad quasdam colonias in continenti sitas, & per altam paruum sibi contiguam incolæ è Temixtitan ingrediebantur, egrediebanturq; ad libitum, & credebant quod cum omnes fuerint coacti ex eo loco exirent. Et quamuis ego potius exoptassem eorum egressum, quam ipsimet, quum nos melius damnum eis inferre possemus in continenti constitutis, quam in fortilitio, quod in aquis obtinebant, ut tamen undique circumdarentur, & in re nulla possent commodum capere è continenti, maiori executori (quanquam esset uulneratus) iniunxi, ut castra sua poneret in colonia quadam parua, quo perueniebat altera ex uis stratis. Qui discessit commitantibus uiginti tribus equitibus centum pedibus, & decem & octo balistis et pixidibus utentibus, & mihi dimisit quinquaginta illos pedites quos mecum semper ducere solebam, & sequenti die eo peruenit, & castra sua locauit eo in loco, ubi eidem iniunxeram, & postea ciuitas Temixtitan obsidione cincta est, ut nullus ea per loca, quibus stratis uis egrediebatur in continentem, egredi posset.

Habebam potentiss. domine, in castris in illa strata uia constitutis, ducentos Hispanos pedites, inter quos erant xxv. milites balistis, & pixidibus utentes absque militibus bergantinis custodiendis constitutis, qui erant ultra ducetos & quinquaginta, & cum aliquantulum clausos hostes teneremus, & haberemus multos bello apros ex Indis nostris amicis, constitui ingredi ciuitatem dicta uia strata, quam maxime possem, & bergantini ab utroque latere essent accincti, ut à tergo fauorem præstarent, & iussi aliquos equites, & pedites ex illis, qui moram trahebant in ciuitate Cuiuoacan, ad nostra castra proficiscerentur, ut nobiscum ciuitatem aggredierentur, & decem equites obliderent faucem illius stratae uia, fauorem præstantes à tergo nobis pugnantibus, & aliquibus remanentibus in ciuitate Cuiuoacan, quoniam incolæ ciuitatum Sichi milco, Culuacan, Iztapalapa, Chilubusco, Mechichalcingo, Guitagnaca, & Mizqueque (quæ erant in lacu sitæ, & desecerant) fauebant incolis ciuitatis, uolentes nos aggredi à tergo, à quibus eramus tui defendentibus dictis decem, aut duodecim equitibus, quos uidebam uagari per illam stratam uiam, & totidem semper erant in ciuitate Cuiuoacan, & ultra decem millia Indorum nobis amicitia functorum. Similiter iniunxi executori Maiori, & Petro de Aluaro, quod ex suis stationibus ea die ciuitatem aggredierentur, quoniam à meo latere occuparem maiorem ciuitatis partem, quam possem. Et eo modo summo mane castra egressi fuimus, & pedestres sequuti per illam stratam uiam, & prope illa hostes offendimus, ut ab eis demolitam uis stratae portionem tuerentur ad latitudinē

Hispanæ



**A** Hispanæ lanceæ & ad eandem profunditatē in ea extruxerāt aggerē, & inter nos strenue pugnauius, tandē eā occupauimus, & ulterius secuti fuimus eos, usq; ad ingressum ciuitatis, ubi erat turris suis idolis dicata, & in radice illius pons magnus elatus, & per eum progrediebatur uia lata, cū alio aggerē admodum munito. Quum eo peruenimus, nobiscum certare cœperunt, tamen quum bergantini essent ab utroq; latere, sine periculo occupauimus, quem occupare fuisset impossibile absque eorum ope & fauore, & quum ipsi cœpissent deserere aggerem, existentes in bergantinis terram cepere, & nos alij aquas tranauimus, & similiter incolæ e Tascaltecal, Guaxocingo, Calco, & Tefaiico, qui erant ultra octuaginta millia hominum, & dum lapidibus, & lateribus crudis implebamus pontem illum, Hispani occuparunt alium aggerem qui erat in uico, qui est ex principalioribus & latioribus qui sint in uniuersa illa ciuitate, & quum ille non fulciretur aqua, fuit occupare facillimum, & insequuti fuimus hostes per eundem uicum, donec peruenerint ad alium pontem, quem extulerant preterquam signum latum, per quod transibant, & ingressi sunt per illud & per aquam tuto, cito eum occuparunt. In alia pontis parte, alium quoq; aggerem magnum construxerant ex cespitiibus & lateribus crudis, & quum eo peruenissemus, non poteramus transire, nisi nos aquis commissemus, & istud erat maximo nostro periculo, maxime hostib; acriter pugnantibus, & ab utroq; dicti uici latere, innumera erat hostium magno animo expauimentis sub dialibus certatium multitudes, & quum illuc peruenerent plurimi milites pixidibus & balistis uententes, & emillis duo tormenta per uicum illum, illis maximū inferebamus damnum et quum hoc noscerent aliqui ex Hispanis, se aquis commisere, & ad aliam ripam tranarunt, & fuimus certantes, antequam eo aggere potiri possemus, per horas duas, & quum hostes eos tranantes conspexere, aggerem deserere, & subdialia pauimenta, & tradidere se fugæ per eum uicum, & eo pacto omnis transiit multitudo, & ipse illico dictum pontem oppellendum curauit, & aggerem disijciendum, & interim Hispani una cum Indis nobis amicis hostes insecuti sunt per eū uicum spatio duorum balistæ iactuum, usq; ad alium pontem qui est proximus foro ex principalioribus ciuitatis hospitibus, hunc non ademerant, nec aggerem construxerant. non enim arbitrati fuerant nos eo die aliquid ex his, quæ acquisiueramus, occupaturos. Nec nos alij cogitabamus dimidiā posse partem occupare, & in ipsius fori ingressu collocari tormentum unum, quod maximum hostibus damnum inferebat, qui erant tot numero, ut eos forum non caperet. Hispani autem quum conspicerent aquam ibi non contineri, in qua uersari solet periculum, constituerunt forum ingredi, & quum incolæ ciuitatis conspexissent decretum executioni demandatum, & uiderent maximam Indorum nobis amicorum multitudinem (quamuis eos sine nostri præsentia nihil penderent) dederunt terga fugæ. Et Hispani Indique nobis amici eos insecuti sunt, donec eos ingredi coegerint suorum ambitum Idolorum: qui est circumdatus calce & lapidibus, & ut alia relatione uisum est, habet tam amplum ambitum, ut in eo collocari possit ciuitas quadringentarum domuum, & iste ambitus illico fuit ab eis derelictus, & Hispani ac Indi nobis amici eum occuparunt, & aliquantulum constiterunt in illis turribus. Quum incolæ ciuitatis uidissent equites non adesse irruerunt in Hispanos, & ui eiecerunt eos e turribus & ex ambitu, qua de re uidere se in maximo periculo & discrimine, quā retro cederent, constitere inferius in ipsius ambitus porticibus, et quum hostes eos iam acriter uexarent, retrocessere ad plateam, & inde eos expulerunt, donec eos coegerint ingredi uicum, ita ut tormentum quod ibi erat, ab stulerent. Et Hispani quum impetum hostium sustinere non possent maximo discrimine retrocessere, & re ipsa fuissent maximo in discrimine, ni deo placuisset, ut eo instā aduenissent tres equites, & plateam ingressi sunt. Hostes illis uisus, cogitantes maiorem esse numerum, terga fugæ dare cœperunt, &

nostrum occupare impluuium & ambitum de quo supra meminimus, & in turri eminentiori illius, quæ habebat ultra centum gradus usque ad summum, decem aut duodecim ex primatibus ciuitatis se munierunt, & quattuor aut quinque Hispani eam ascenderunt, & quamuis illi acriter se defenderent, occupatum tamen eam Hispani, & eos omnes neci dederunt, & deinde aduenere quinque aut sex alij equites, & nouissimi una cum primis insidias parauerunt hostibus, & ex illis ultra triginta interfecerunt. Et quum aduesperasset iussu recepti cant, et dam millites retrocederent, tanta hostium multitudo ingruebat, quod equitibus opem non ferentibus Hispanis, impossibile fuisse non subire maximum incommodum. Quum tamen angustias, uias stratas omnes, ubi uersabatur discrimen tempore, quo retrocedebant, optime aprassem, & equites per eas ingredi & egredi poterant, & quum hostes irruerent in nostrum potestremum agmen, nostri equites inuehebantur in eos, & semper aliquos uulnerabant & interficiebant, & quum uicus esset longus, potuere ter aut quater eo modo in hostes inuehi. Et quamuis hostes cernerent sibi damnum maximum inferri, rabidi tamen canes tam acriter in nos irruerant, ut nullo pacto eos sustinere possemus, nec obstitere, quin nos insequerentur & omnem eum diem in hoc consumpserimus, si ipsi iam non occupassent plura subsidia pauimentra, quæ eminenti uico, & ea propter equites maximum subibant discrimen, & eo modo deuenimus eadem uia strata ad nostra castra, absque alio uicuius Hispani (quamuis multi fuerint uulnerati) amissione. Et in eodem agnem reliquitur maioribus, & elegantioribus domibus illius uici, ut alias, quum uicum ingrederemur, ex subsidialibus pauimentis nobis obesse non possent. Eodem die maior executor, & Petrus de Aluarado cum hostibus ciuitatis acriter certarunt, quilibet è suis stationibus, & dum certabamus, aberamus unus ab altero per leucam cum dimidia, & per leucam. Tantum enim extendebantur loca habitata ciuitatis, quamuis minimum interuallum intercederet, & amici nostri, qui apud eos erant numero infinito acriter certarunt, & retrocessere in castra eo die absque aliquo sibi ilato incommodo.

Interea temporis Don Fernão dominus ciuitatis Telsaico & provincie Aculucan, de quo superius Maifestati Vestre meminimus, studebat allicere omnes incolas ciuitatis & provincie sibi subiectos, & presertim primates in nostram amicitiam, quia eousque non erant confirmati, ut postremo se confirmarent, & quotidie confluebant ad dictum Don Fernando uarij domini, & fratres sui, ea intentione ut nobis fauerent, & pugnam inirent cum Incolis & Temixtitan, & Mexico. Et quum Don Fernando esset adolescens & Hispanis maxime affectus, & cognosceret beneficia Maifestatis Vestre sibi collata, à qua tam latum Dominium sibi condonatum uideret, presertim quum uideret alios iure sibi præponi debere, inuigilabat quantum eidem fieri poterat, ut omnes eius subditi uenirent pugnatum cum incolis ciuitatis, & subirent discrimina & labores quos nos patiebamur, & allocutus est fratres suos qui erant sex aut septem numero iuuenes bello apti, & iniunxit, ut cum omnibus incolis sibi subditis uenirent nobis opem laturi, & unum ex eis nomine Istrufuchil (qui est annorum uiginti quatuor) iuuenem strenuum dilectum ab omnibus in ducem destinauit, & peruenit ad castra uia strata comitantibus sorte triginta millibus hominum, bello aptorum suo more bene dispositorum, & ad alia duo castra peruenere ultra uiginti millia hominum, et ego benignè eos excepi, & gratias egi de suo bono in nos animo, & operibus, poterit optime nosse Vestra Sacra Ca. Maestas, si bona fuerit amicitia nostri Don Fernandi, & cuius sententia essent illi è Temixtitan, quum prospicerent illos in eos inuehi, quos pro subditis habebant, pro amicis, affinis & fratribus, & etiam pro patribus & filiis.

Post duos dies dictæ oppugnationis superius memoratæ, quum dicta subsidia aduenissent, incolæ & Sichimilco, qui sunt constituti in aquis, & quædam



A quædam coloniæ ex Otumienſibus, qui ſunt montani, & maiori numero illis e Sichiſnilco, & erant aſcripti ſeruituri dominiſ e Temixtitan, uenere oblatum ſe in uafallos Veſtræ Maieſtatis. Rogantes, ut indulgerem eorum diuturnitati, & eos optime excepi, eorum aduentu maxime lætatus. Quoniam ſi incommodum aliquid incolæ e Cuiſoacan perpeti poterant, ab eis pati poterant.

Quum e latere caſtrorum in uia ſtrata conſtitutorum ducibus bergantianorum igne conſumpſiſſemus plura ſubdialia pauimenta in ſuburbijſ ciuitatis, & nulla ex canois comparere auderet, mihi uifum eſt ad caſtrorum noſtrorum tutelam ſufficere ſeptem bergantinos. Ideo conſtitui deſtinare in caſtra maioris executoris tres bergantinos, & Petri de Aluaro tres alioſ: & commiſi ſerioſe præfectiſ illorum, quum ab amborum caſtrorum lateribus, hoſtes ſibi maxime prouiderent ex continenti ſuis canoiſ, & introducerent aquam, fructuſ uarioſ, Maiz, et uarioſ commeatuſ, & uagarentur modo huc modo illuc, & ulteriuſ prodeſſent ad auxilium ferendum militibuſ in caſtris exiſtentibuſ quouies uellent aggredi & oppugnare ciuitatem. Et eo profecti ſunt dicti ſex bergantini ad dicta caſtra, quæ res fuit proficua & neceſſaria, quum die noctuſ prælia mirabilia inter eoſ intercederent, & capiebant innumeras hoſtium canoas, & etiam ex illiſ plureſ.

Cum prædictiſ ordinem impoſuiſſem, & tot copiæ in noſtri ſubſidium & pacifice adueniſſent, ut ſuperiuſ memini: eoſ ſum allocutus, uelle ab hinc ad duos dieſ oppugnare ciuitatem, propterea tunc comparerent bene præparati, & eo tunc cognofcerem an fidi eſſent amici, Et ipſi ſe ita factuſ poſſe parati ſunt, & ſequenti die iuſſi militeſ eſſe in armiſ, & ſignificauit hominibuſ exiſtentibuſ in caſtriſ & bergantiniſ, quid conſtituiſſem, & quid illiſ agendum eſſet.

B Sequenti die poſt miſſarum ſolemnia, & datam præſectiſ informationem, quid ſibi eſſet agendum, caſtriſ noſtriſ exiit comitanibuſ equitibuſ, & trecentiſ Hiſpaniſ, & omnibuſ Indiſ nobiſ amiciſ, quorum infinituſ erat numeruſ, & quuſ uia ſtrata progredere, ad trinuſ balita iaciuſ, hoſteſ noſ iam morabantur maximis clamoribuſ, et quum treſ iam interceſſiſſent dieſ, quibuſ ſecum nõ fuerat certatum, demoliti fuerant omnia, quæ oppleueramus expugnatuſ difficultiora quam ante fuerant, & bergantini ab utroque uia ſtrata latere peruenerent, & cum eiſ poſſemur propiuſ tre tormentiſ, pixidiſ, & balitiſ multum damni eiſdem infererebamus.

Hoc proſpicientes in terram proſiliuimus & aggerem occupauimus, uia cum ponte, & progredi coepimus, & hoſteſ inſequi. At illi muniebant ſe in aliſ pontibuſ & aggeribuſ quos extruxerant. Quoſ maiori tamen labore & diſcrimine, quam aliaſ occupauimus, Et eieciſ eſt uico à platea, & magniſ illiſ domibuſ ciuitatiſ. Et tunc iniunxi Hiſpaniſ, ne ulteriuſ progredereſ, quoniam ego una cum amiciſ meiſ opplebam faxiſ, & lateribuſ aquarum meatuſ, in quibuſ erat maximuſ labor. Nam quamuiſ huiuſ negotio incumberent decem miſſia Indorum nobiſ amicorum, aduenit tamen hora ueſperarum antequam finiſ eſſet operi impoſituſ, & eo tempore ſemper Hiſpani & Indi nobiſ amici decertarunt cum incoliſ ciuitatiſ, eiſdem in lidiaſ inſtruendo, quibuſ plurimi periere. Et ego equitibuſ comitanibuſ ciuitatem peragraui, & in uiciſ illiſ, quibuſ habebatur aqua, uulnerauimus multoſ, & ita egimus, ut retrocederent nec ulteriuſ auderent progredi in continentem.

Cum cognofcerem incolæ ciuitatiſ eſſe rebelleſ, & talem præ ſe ferrent animuſ, ut uellent aut certe occumbere morti, aut ſe fortiter tueri, duæ ſententiæ inde meo inſederuſ animo. Vna quod modicaſ aut nullaſ ex diuitiſ, quaiſ nobiſ incolæ ciuitatiſ abſtulerant, recuperaturi eramus. Altera quod nobiſ anſam darent, ut eoſ extremaſ internecioni darem. Et poſtremā ſententiā ueritorem cogitabamus, quæ nobiſ maxime diſplcebat, & cogitabā

modum, quo eis timorem incutere possem, ut iam resipiscerent à suo errore, & cognosceret damnum, quod illis inferre possem: & semper comburebam, destruerebamq; turres idolorum & domorum suarum, & ut propius uiderent, hac die ignem iniiciendum curavi illis magnis domibus in platea constitutis, ubi alias, quum nos expulere à ciuitate, ego & Hispani hospitari solebamus, quæ erant adeo amplæ, ut quilibet princeps sexcentis hominibus in suo seruitio existentibus commode hospitari posset, & etiam alijs eisdem adhaerentibus, quæ quamuis non essent tam amplæ, & altquantulum minores, erant tamen pulchriores & elegantiores, in quibus dominus Mutezuma retinebat omnia genera auium, quæ reperiuntur in his prouincijs. Et quamuis illud mihi displiceret, tamen quum cognoscerem hostibus magis displicere, constitui eas igne consumere, quare hostes maxime sunt contristati, & similiter reliqui eis foedere iuncti in lacu constituti, quoniam nunquam rati sunt nostras uires tantum posse, & nostrum fore tam multos ut eo uique progredi possemus, & hoc sibi multo plus displicuit.

Ignem iniecto dictis domibus receptui cani iussi, & iunctis militibus, quoniam hora tarda erat, ad nostra castra deuenimus, & quum hostes nos retrocedere uiderent, maxima iruebat multitudo, & extremum agmen nostrum aggrediebatur, & quum uicus iam esset compositus, & equites possent ad libitum ire, & redire, & in eos iruebamur, & semper aliquos ex eis uulnebamur, propterea tamen non desistebant à tergo nos uociferationibus insequi. Po die demonstrarunt maximū dolorē, præsertim, quum nos ingressos eorum ciuitatem, & eam igne uastantes, & contra eos pugnantes, & eos insequentes incolas coloniarum Calco, Teſaico, & Sichiſimilco, similiter & Otumienſes (quum quilibet nomen patriæ pugnando clamaret) conspexerit, ab alio uero latere eos è Tascaltecal, qui una cum reliquis ostendebant eis incolas suæ ciuitatis in frustra concisos, & aiebant ipsos in cibum cenæ illius seruaturus, & in futurū prandū, quemadmodū re ipsa faciēbāt. Et eo pacto peruenimus in castra, ut nos quieti daremus, ea em die multū laboris passi fueramus. Septē autē bergātini, quos apud me retinebā eō die ingrediti sunt per æstuaris fossas, ciuitatis, & ex ea multū igne cōsumpsere. Præfecti uero aliorū castrorū, & sex alijs bergātini, strenue certarunt eo die. Et circa ea, quæ eis euenerit, posse diffusius enarrare, quæ ciuitadē prolixitatis gratia prætermitto, nisi quæ in castra sua uictoria potiti recessere absq; aliq; eorū discrimine.

Sequenti die summo mane ordine antedicto, post missarum solennia omnibus copijs sum in ciuitatem reuersus, ne hostibus tempus daretur euacuari di pontes, & reficiendi aggeres. Et quamuis summo mane surrexissim, nihilominus ex tribus portionibus aquarum & uicorum, qui intercedunt, duæ portiones à castris nostris usque ad illas magnas domos & plateam erant extractæ, ut præcedenti die, in quibus occupandis fuit maxima difficultas, ut certamen prorogatum fuerit ab octaua, usque ad horam primam post meridiem, quo tempore consumptæ sunt omnes sagittæ, & globuli, quos milites balistis, & pixidibus utentes atulerant. Et credat sacra Vestras, quod maxima subibamus discrimina, quoties illis dictos pontes eripiebamus, quoniam ut eos occuparem necesse erat natando transire, et commodo non poterant multum uiribus uti, quoniam ictibus ensium, & lancearum hostes in ripa obſistebant ne transirent. Tamen quum à lateribus non haberent subsidia pauimenta, ex quibus nobis obesse possent, & ab alio latere in eos spicula iaculabamur (non aberamus enim alter ab altero per lapidis iactum) Hispani indes augebantur animis, & constituēbant transire, et etiam quoniam uidebant meo sic animo insidere, et quod aut cadendo, aut surgendo non erat aliud faciendum. Videbitur fortassis Maestati Vestras, quum tot pericula iam dictis pontibus, et aggeribus occupandis subiremus, magnæ fuisse negligentia, postquam eos occupaueramus, deserere, nec manuteneri, ne singulis diebus talia subiremus discrimina in illis occupandis,



dis, quæ discrimina sine dubio erant maxima. Et certe sic uidebitur absentibus, tamen sciat Vestra Maiestas, quod nullo pacto fieri poterat, quoniam ut illud executioni mandaretur, è duobus alterum facere cogebamur, quod aut castra sibi locaremus in platea, & ambitu turrium Idolorum, aut quod aliqui custodirent nocturno tempore pontes. In utroque maxima discrimina, nec uitres suppeditabam, quoniam si castra locaremus in ciuitate, singula quæque nocte & hora, cum illi essent sine numero & nos pauci, milles ad arma clamaretur & certarent nobiscum, & labores essent intolerabiles, & undiq; nos poterant aggredi. Ut autem nocte pontes custodirentur, ideo fieri non potuit. Hispani enim sub uesperam erant adeo lassi, & fessi ex pugna dies, ut milites pontium custodiæ nullo pacto locare possemus, & propterea cogebamur quotidie denuo eos occupare, quo ciuitatem ingrediebamur. Eo die cum tempus consumpsissemus in occupandis illis pontibus & oppletis, non fuit tempus alia gerendi, nisi quod in uico alto, qui progreditur ad ciuitatem Tacuba, fuerunt occupati duo alij pontes, & oppleti, & plures magne & egregiæ domus illius uici igne consumptæ sunt, & eo modo aduenit hora uesperina, & tempus retrocedendi. Et tunc non minori uersabamur in discrimine, quam in occupandis pontibus, quia cum hostes nos retrocedere conspiciebant, tantum animis augebantur, non aliter, quam si uictoria potiti fuissent, & nos terga fugæ dedissemus. Et ad hoc necesse erat, quod pontes essent bene oppleti, & materies aquata solo uicorum, adeo ut equites sine impedimento possent ab utraq; parte currere, & cum hoc pacto recederemus, cum tam proclui nos insequerentur, aliquando fingebamus dare terga fugæ, & nos equites in eos reuertebamur, & semper capiebamus duos, decim aut tredecim ex illis ex fortioribus. Eo modo & quibusdam insidijs, quas ipsis semper parabamus, lædebantur. Et certe illud erat pulcherrimum & admiratione dignum, quoniam cum notissimum & notabile esset damnum, quod illis inferebamus ex tali insecutione, nos tamen insequi non desinebant, donec uiderent nos ciuitate egressos, & ita reuerli sumus in castra, & præfecti aliorum castrorum, me certum reddiderunt, qualiter eo die omnia eis prospera euenerant, & multos ex hostibus neci dederant, tam laetam quam terra. Et præfectus Petrus de Aluarado, qui moram trahebat in ciuitate Tacuba, mihi literis significauit occupasse duos aut tres pontes. Quia cum esset in uia strata, quæ exit è foro celebris ciuitatis, & ea itur ad ciuitatem Tacuba, tres illi bergantini quos illi dederam, poterant peruenire ab uno latere, & appropinquare eidem uia strata, non fuerat in tanto periculo, quanto transactis diebus, & ab eo latere Petri de Aluarado erant plures pontes, & plures aquarum meatus in dicta uia strata, quamuis non essent ita crebra subdialia pauimenta, ut in alijs locis.

Omni eo tempore incolæ ciuitatum Iztapalapa Otchilubuzco, Mechi, cacingo, Culuaacan, Mizqueque & Chuitaguaca (quæ ut superius memini in lacu dulcis aque constitutæ sunt) nunquam uoluerunt mecum pacem, nec etiam eo toto tempore incommodum aut damnum aliquod ab eis perpeffi fueramus, & quum incolæ è Calco essent fideles Maiestatis Vestræ uasalli, & considerarent nos negotium habere cum incolis celebris ciuitatis, cõiunxerunt se cum quibusdam colonijs, quæ lacu hærent, & omne possibile damnum inferebant existentibus in lacu, & quum cognoscerent nos semper uictoria potiti cõtra incolas è Temixitan, & considerantes sibi illam Damnum, & quod sibi inferri posset ab amicis nostris, se dedidere, et peruenere in castra nostra, & supplices rogauerunt, ut præteritis eorum erratis indulgerem, & committerem incolis è Calco, & uicinis eorum ne ulterius eis damnum inferrent. Eis mihi placere respondi, & me non molestè ferre hæc ab aliquo, nisi ab incolis ciuitatis Temixitan, & ut crederem suam amicitiam esse ex corde, rogabam postquam constitueram nunquam obsidionem solueret, donec aut per deditonem, aut per uim ciuitatem caperem, & ipsi

haberent

habere multas canoas, quibus auxilio mihi esse possent, ut pararent eas omnes, quas possent, una cum omni multitudine suarum coloniarum, ut in posterum aquis mihi auxilio essent, & etiam rogabam, quum Hispani haberent paucas, & malas casulas, & tempora essent pluuiosa, ut in castris nostris fabricandum curarent maiorum casularum numerum, & adducerent canoas, quibus uehi possentigna & lateres ex domibus ciuitatis proximo ribus castris, & illi retulere canoas, & uiros bello aptos esse accinctos ad quamlibet diem, & in construendis casulis fuerunt admodum diligentes, quod ab uno & ab alio latere illarum duarum turrium illius stratae uiae, ubi ego castra metatus fueram, tot aedificauerunt, quod à proxima ad nouissimam esset interuallum ad tres aut quatuor balistae iactus, & ultra. Et consideret Vestra Maiestas, latitudinem dictae stratae uiae, quae est sita in profundiori loco dicti lacus, & ab utroque latere dictae stratae uiae erant locatae dictae domus & remanebat tantum uacui in ea, ut commode equites, & pedites potuissent ad libitum ire, & redire, & in castris continebantur numerata Hispanis, & Indis qui illis inseruebant, ultra duo millia hominum. Reii, qui enim Indi nobis amici hospitabantur in Cuiocan, quae abest per leuicam cum dimidia à dictis castris, & etiam incolae earum coloniarum, multis roties nobis impartiebantur aliquos commeatus, quibus maxime indigebamus, & praesertim pisces, & cerasa, quae sunt tanta in copia, ut possint sufficere per menses quinque, aut sex (quibus continuantur) hominibus in duplum quam in istis partibus comperiantur.

Quum per duos, aut tres dies successiuè ingressi fuissetis ciuitatem à latere castrorum nostrorum, demptis illis alijs tribus aut quatuor, quibus ingressi eramus & semper potiti uictoria contra hostes, & tormentis, per xidibus, & balistis plures interficiebamus, cogitabamus, quod in horas uenirent oblaturi pacem, quam exoptabamus perinde ac salutem propriam, nil tamen nobis prodesse poterat, ut ad eam inducerentur. Et ut eos maioribus afficeremus incommotis, cogere uisumque eos, ut pacem nobiscum inirent, constitui quotidie ingredi ciuitatem, & eam oppugnare omnibus copijs, quas mecum habebam, à quatuor locis, & adesse iussi omnem multitudinem ciuitatum in aquis constitutarum, suis canoas, & eo die mane comperiebantur in nostris castris ultra centum millia Indorum nobis amicorum. Et mandauit tres bergantinos cum dimidia portione canoarum, quae ascendebant ad mille & quingentos numero, ire ab uno latere & tres alios cum reliquis canoas ab alio proficisci, ut circumdarent ciuitatem & eam comburerent, & maius sibi possibile damnum inferrent. Ego autem progressus sum primaria uia strata, & inuenimus eam sine impedimento usque ad magnas domos & nulli ex pontibus erant sublata, & progressus sum usque ad uiam stratam, quae ascendit ad uicum, quo itur ad ciuitatem Tacuba, in quo continebantur sex aut septem pontes, & ibi curauit praefectum quandam uicum alium occupare sexaginta aut septuaginta pedibus, & septem equitibus à tergo ut eis praesidio essent. Eos comitabantur decem aut duodecim millia Indorum nobis amicorum, & iniunxit alteri praefecto, ut alium similiter uicum occuparet, & ipse cum militibus qui supererat sequutus sum uicum, quo itur ad ciuitatem Tacuba, & tres occupauimus pontes, quos oppleuimus & reliquos occupandos reliquimus ad diem sequentem. Erat enim hora tarda, & melius commodiusque sequenti die occupari poterant, quoniam admodum desiderabam omnem uicum illum occupare, ut milites Petri de Aluarado se nobiscum coniungerent, & proficisci possent de castris suis ad nostra, & bergantini illud idem facerent. Et ille dies fuit nobis maxima uictoriae, tam aquis, quam continentibus, & aliquid praedae ceptum est ab incolis ciuitatis, & in castris Petri de Aluarado, & maioris executoris, non modica potiti sunt uictoria.

Postero die reuersus sum ad ciuitatem eo ordine, quo die antecedenti, & deus



**A** deus nobis tandem uictoriam concessit, ut quacunque meis militibus progrediebar, nullam comperiebam repugnantiam, & hostes tanta celeritate pedem referebant, ut eis uideretur nos e quatuor ciuitatis portionibus tres iam occupasse, & ex castris Petri de Aluarado eos maxime premebant. Et proculdubio eo die, & precedenti arbitrabar eos nobiscum pacem inuituros quam (adepta uictoria & sine) semper mihi proponebam, & tamen nunquam propterea in eisdem uidimus signum aliquod pacificum. Et eo die reuerli sumus maxima exultatione ad castra nostra, quamuis plurimum trista remur, quum uideremus incolae ciuitatis mori penitus constituisse.

Illis diebus praeteritis Petrus de Aluarado occupauerat plures pontes, & ut eos nocte tueretur, peditibus & equitibus utebatur, & reliqui proficiscerantur in castra, quae aberant sere per leucam. Et quia labor ille erat intolerabilis, constituit locare castra in fine uiae stratae, qua proficiscitur ad ciuitatem, quod forum est latius foro Salamantinae ciuitatis, & porticubus undiq; circumseptum, & ut possent, peruenire ad forum, non supererant occupandi nisi duo aut tres pontes, erant tamen lati & admodum occupatu difficiles, eo modo fuit per aliquot dies, & semper uictoria potitus fuit, & eo die de quo superius memini, quum uideret hostes praese ferre lassitudinem, & me assidue eos acriter oppugnare, uictoria adeo elatus ob pontes & aggeres occupatos, constituit ulterius progredi & occupare pontem, qui continebat latitudinem sexaginta passuum uiae stratae demolitae, profunditatem hominis staturae cum dimidio & ultra, & quum audacter inceperant, eo die hergantini illis maximo fure adiumento, aquam tranarunt & pontem occuparunt, & hostes fugientes insequabantur, & Petrus de Aluarado properabat locum illi oppleri, ut equites transire possent, & etiam quoniam cum quotidie commonefaciebatur, tam scriptis quam uerbo, ne palmum quidem loci occuparet, nisi esset tutus, & equites tuto possent ingredi & egredi. Illi enim sunt, qui eis bellum inferunt. Et quum incolae ciuitatis conspicerent, non transiisse nisi quadraginta, aut quinquaginta Hispanos, & aliquos ex nobis amicis, & nostros equites non posse transire tam tempestiue, in eos conuersi sunt, ut eos cogerent uertere terga fugae, & proijcerent se aquis, & tenuere tres, aut quatuor Hispanos captiuos, quos illico profecti sunt ad sacrificandum dijs suis, & interfecere aliquos ex nostris amicis, & tandem Petrus de Aluarado in castra sua est reuersus. Et quum eo die peruenissem in castra nostra, cognoui quae ei acciderant, maximam inde molestiam contraxi, quum illud esset ansam praebere hostibus, ut animis auergerentur, & crederent nos nullo pacto imposterum audere eos aggredi. Ratio cur Petrus de Aluarado constituerat expugnare illum difficilem locum, ea fuit ut superius, memini, quia uidebat se pro maiori parte expugnasse difficilia hostium loca, & illi aliquem timorem & lassitudinem praese ferebant, & praecipue, quoniam existentes in eius castris instabant, ut forum occuparet, illo enim occupato sere uniuersa ciuitas capta uidebatur, & ea omnia euenere spe & uirtutibus Indorum qui aderant, quum existentes in dictis castris, considerarent assiduas oppugnationes in ciuitatem a me factas, arbitrabantur me citius illis dictum forum occupaturum, & propterea dictus Petrus de Aluarado maxime sollicitabatur, & idem mihi eueniebat in nostris castris. Hispani enim omnes acriter sollicitabant, ut per unum ex tribus uicis quibus ingrediebatur, quum nullum haberemus obstaculum, quo occupato minor superesset labor, & ipse dissimulabam omnibus modis, quibus poteram, quamuis causam non aperirem, & hoc ideo erat propter discrimina, & perturbaciones, quae mihi se se offerebant, ante enim ingressum in forum plurima intercedebant subdialta pauimenta, pontes, & uiae stratae demolitae, ita quod domus omnes, qua transire debebamus, erant tanquam insulae in medio maris.

**B** Quum sero peruenissem in castra, & cognouissem profigationem Petri de Aluarado, sequenti die summo mane constitui proficisci in eius castra, ut

illum

*Equites potissimum Indos debellans*

illum erroris præteriti reprehēderem, & cognoscerem, quæ ipse occupasset, & ubi castrametatus esset, & ut illum monerem de omnibus ad tutelam suam, & ad hostium offensionem facientibus, & quom perueni in illius castra, maxima sui admiratione ductus quomodo potuerint tantum ciuitatis, & tormentosa pontes occupasse, & quom ea uidissem, non tanta dignus reprehensione uisus est, quanta prius uidebatur, & ordine constituto, quid esset agendum, in castra nostra eodem die reuersus sum.

Post hæc multoties ingressus sum ciuitatem locis solitis, & duobus in locis bergantinis, & canois insidentes de certabant, & ego in ciuitate quatuor in locis, & semper uictoria potēbamur, & multi ex hostibus peribant, indies enim multitudo sine numero in nostri subsidium confluēbat. Disserebam ulterius progredi. Primo, ut uiderem si hostes duritiem & malum animum quem habebant, deponerent. Secundo quia noster ingressus non poterat esse sine maximo discrimine. Illi enim erant admodum coniuncti & alacres, & mori constituerant, & cum Hispani rem hanc tam diu differri uiderent, & intercesserant iam uiginti dies, quibus nunquam destiterant à pugna, ultra quæ credi potest, mihi fuerunt importuni, ut superius dixi, ut ingrederemur, & forum occuparem, quo occupato hostibus minimum spatium relinqueretur, ubi se tueri possent, & si deditiōem facere nollent, fame, & siti mori cogerentur, quom potum non haberent, nisi aquæ falsæ illius lacus. Et quom me excusarem, Vestræ Maiestatis thesaurarius mihi significauit, omnes in castris existentes confirmare, ut forum occuparem, & ipsi, & aliquibus alijs probis uiris, qui aderant respondi eorum intentionem esse optimam, & me id plus alijs desiderare, illud tamen non exequēbar ob eam causam tantum (quam ipsi sua sollicitudine, ut profertē, cogebant) quæ taliserat, quod quamuis alij bono animo illud agerent, quom tamen ea in re maximum uersaretur discrimen, essent multi, qui illud non exequerentur, & tandem eorum importunitate coactus annui, me facturum eo in negotio omnia quæ possem, communicato prius consilio cum militibus reliquorum castrorum.

Postero die conueni aliquos ex primatibus, & constitui facere certiorē maiorem executorem, & Petrum de Aluarado, nos sequenti die ingressuros ciuitatem, & laborare, ut in forum perueniremus, & scriptis demādaui, quæ per eos essent agenda à latere ciuitatis Tacuba, & ultra literas destinaui illuc duos meos familiares, ut eos certos facerent de omni negotio. Et ordo, quo omnia procedere deberent, talis erat, ut maior executor accederet comitantibus decem equitibus, centum peditibus, & quindecim balistis, & peditibus utentibus in castra Petri de Aluarado, & in suis castris remanerent reliqui decem equites, & componeret inter illos, ut sequenti die quo certamē committi debebat, collocaret se in insidijs post domos quasdam, & sarcinas suas abducendas curarent, non aliter quam si abirent, ut incolæ ciuitatis egrederentur ad eos insequendum, & equites in insidijs collocati illos à tergo aggredērēt, & dictus maior executor tribus bergantinis quos habebat, & tribus alijs Petri de Aluarado illum distictilem transitum, ubi Petrus de Aluarado profligant, & acceleraret in opplendo dictum transitum, & ulterius progredierentur & occuparet, nullo pacto longius procederent, nec aliquid ulterius occuparent, nisi occupata opplerent & aptarent, & si possent sine magno eorum periculo occupare usque ad fortē, omnem darent operam, quoniam ego idem eram facturus, & aduerterent quod quamuis ea sibi nuncianda curarem, non obligabam tamen eos ad occupandum passum unum ciuitatis, ex quo aliquid incommodi subire cogerentur. Et hoc nunciaui, quoniam cognoscebam, eos esse tales, qui personas suas eo, ubi iuberem, constituerent, quamuis se morituros cernerent. Illi à me expediti profecti sunt in castra, & cōtulerunt dictos maiorem executorem, & Petrum de Aluarado, quibus aperuere omnia, quemadmodum in nostris castris constitue ramus. Et quoniam illi unicum locum erant oppugnaturi, iussi ad me mitte

rent



**A** rent septuaginta, aut octuaginta ex militibus peditibus, ut sequenti die mecum ciuitatem ingrederentur, qui ea nocte dormitum peruenere in castra nostra, ut eis iniunxeram.

Ordine iam dicto composito sequenti die post missarum solennia, e castris nostris exiit illi septem bergantini, quos comitabant ultra tria milia canoarum nobis amicorum, & ipsi uiginti quinque comitatus equitibus & reliquis quos in castris habebam, & illis septuaginta qui aduenerant ex castris Tacuba, secuti fuimus iter nostrum, & ciuitatem fumus ingressi. Quam postquam fueram ingressus, milites hoc pacto diuisi. Erant tres uici in locis occupatis, quibus patebat iter ad forum, quem Indi Tianguitico nominant, totus ille situs ubi est collocatus Tlatelulco appellatur, & unus ex his tribus uicis erat potior, quo ibatur ad dictum forum. Et thesaurario, & computatori Vestrae Maestatis significauit, ut ingrederentur septuaginta comitati peditibus & ultra quindecim, aut uiginti milibus Indorum nobis amicorum, & extremum occuparent agmen septem, aut octo equites. & quotquot pontes aut aggeres occuparent, illico eos opplerent & conducerent decem homines lagonibus, & alios Indos nobis amicos, qui erant nobis multum proficui ad opplandos pontes. Reliqui duo uici ex uico à Tacuba ingrediuntur forum, & sunt angustiores, & crebrioribus uis fratis, pontibus, & uicis a quibus plenis, & ampliori ex illis ire iussi praefectos duos, octuaginta peditibus, & ultra decem milibus Indis nobis amicis, & in fauce illius uici Tacuba dimisi duo magna tormenta, & illorum custodie imposui decem equites. Ego autem octo equitibus & ceterum peditibus, inter quos erant uiginti quinque balistis & pixidibus utentes, & infinito numero Indorum nobis amicorum, secutus sum iter meum, ut ingrederer alium angustum uicum, quantum possem: & in fauce illius esse iussi equites, & iussi quod nullo pacto ulterius progredirentur aut me sequerentur, nisi prius illis mandarem & equo descendi, & uenimus ad aggerem, quem extruxerant ante portem quandam, & quodam paruo campelstri tormento, & militibus balistis & pixidibus utentibus eum occupauimus, & ultra progressi fuimus per demolitam stritam uiam duobus uel tribus illis locis, & ultra, quod tribus illis locis pugnabamus cum incolis ciuitatis. Tanta erat Indorum nobis amicorum copia, qui ascendebant subdalsia pauimeta, ut uideretur nil nobis damni inferri posse, & cum illis occupauimus illos geminos pontes, aggerem, & uicum. Hispani & Indii nostri amici secuti sunt eos eodem uico absque mora aliqua & ego remansi comitantibus forte uiginti Hispanis in insula quadam propinqua. Videbam enim Indos quosdam nobis amicos impletos cum hostibus, & aliquando eos retrocedere cogebant, donec se aquis committerent, & nostro freti subsidio in eos irruerant, et ulterius custodiebamus, ne quibusdam transieris uicis incolae ciuitatis Hispanos a tergo aggrederentur, qui eo uico progressi fuerant. Qui eo instanti mihi nunciandum curarant, ipsos maximam ciuitatis partem occupasse, & non longe a platea ipsius forti eos abesse, & omnino constituerant ulterius progredi, quoniam audiebant pugnam initiam e castris maioris executoris, & Petri de Aluarado contra hostes ciuitatis, ipse autem eis denunciandum commisi, quod nullo pacto pedem mouerent, nisi prius pontes essent optime oppletis, ut si forte retrocedere cogerentur, qua eos non impediret, cum ipsi ibi omne discrimen uersari cognoscerent, ipsi mihi nunciandum commiserunt, omnia esse optimo ordine, & quod illuc progredere, & oculata fide prospicerem ita esse. Ego autem suspitione adductus ne aberrarent, & curam non adhiberent in opplandis pontibus, illic profectus sum, & comperi illos transiisse demolitam portionem unius uici latitudinis decem aut duodecim passuum. Aqua autem ascendebat ad profunditatem geminorum hominis statuum, & eodem tempore, quem transiueres, insecerant ligna, canasque, & cum paulatim transirent & cupide, materies in profundum non penetraret & ipsi uoluptate uictoriae, qua postgebant

tur erant adeo hilares, ut cogitarent materiam illam fixam diuturnam que permanfuram. Et eo tempore, quo ad portem perueni, comperi Hispanos, & alios plures ex amicis nostris terga fugæ dedisse, & hostes tanquam rabidos canes illos insequentes. Cumq; incompositū ordinem uiderem clamare ceppi. *Sistite, sistite* & quum essem proximus aque, cā Hispanis, & Indis refertam inueni, ut ne paleam quidem iniectisse uiderent, & hostes tanto impetu ferebantur in Hispanos, ut eos insequendo aquis committerent se, ut ipsos interficerent, & ex uico illo aqueo aduentabant hostium canore, & Hispanos uiuos captiuabant, & quā res fuisset tam repentina, & uiderem ipsos milites meos interficientes, cōstitui ibi consistere, & certando mori, & in eo, plus proficiebamus opem ferendo manibus quibusdam infortunatis Hispanis, qui submergebātur, ut aquis exirent, & aliqui exhibant uulnerati, aliqui uero aquis semisubmersi, & alij sine armis, eosq; anteire iubebam, & iam tanta hostium multitudo ingruerat, quod me, & duodecim, aut quindecim, qui mecum erāt, undiq; circumdederant, & quum essem intentus opem ferendo illis, qui aquis obruebantur, non prospiciebam, nec memor eram damni, quod euenire poterat, & me Indi aliqui ex hostibus ceperāt, & abduxissent, si non affuisset perfectus quidam comitantibus quinquaginta militibus, quē mecum semper deducere solebam, & ope iuuenis unius illius societatis, qui post deū Op. Max. me à morte seruauit, & ut me seruaret acerrime pugnando ibi suam effudit animam. Interim Hispani, qui aufugerant profligati proficiscebantur ea strata uia, & quum esset breuis, & angusta, & aqua aqua, līs, quam canes illi ex industria fabricauerant, & ea strata uia progrediebantur profligati multi ex Indis nobis amicis, iter tantum erat impeditum, & ipsi erant adeo tardi, ut hostibus tempus daretur ut ab utroque latere aquam transire possent, & capere, & interficere quotquot eis uidebatur, & ille perfectus qui mecum erat nomine Antonius equinones, Discedamus, inquit, & incolumē uos seruemus, cū certi simus, quod si uos miserimus nullus nostrū euadere possit, & uix mecum tantū agere potuit, ut inde discederem, et cū hoc uideret brachij mihi annuit, ut reuerteremur, & quamuis ipse plus exoptasset mori, quā uiuere, prelibati perfecti hortatione, et aliorū commilitonum, qui aderant cepimus retrocedere cum hostibus certando ensibus, & parmis nostris, qui nobis uulnera illatum ueniebant. Eo ipso tempore aduenit familiaris meus, & iter aliquantulum aperuit, tamen illico ab humili subdiali paruumiento illum gutture percussere, ut cadere coegerint, & dum uersarer in tali profligatione, expectans multitudinem transire, ut se tuto locarent, & nos hostium impetum sustineremus, interea aduenit quidam familiaris meus equo, ut equitare possem, tantum erat luti in ea angusta uia strata, propter ingredientium, egredientiumq; ab aquis multitudinem, ut nullus consistere posset, & ipse equum ascendi non pugnae gratia, quoniam ibi erat impossibile equitem posse pugnam inire, quoniam illi ea angusta strata uia ad insulam progredi potuissem, comperissem eos octo equites, quos ibi dimiseram, & non poterant aliter operari sed coacti sunt reuerti, & quum reditus esset tā difficilis, duæ equæ quibus insidebant duo familiares mei ex ea angusta strata uia in aquas dilapsæ sunt, & alteram hostes interemere, alteram uero pedites quidam uicati sunt, & tertius iuuenis familiaris meus Christophorus de Guzman nomine ascendit equum quem existentes in insula illa mihi adducendum curarant, ut me in tutū recipere possem, & hostes eundem una cum equo prorsusquam ad me peruenire posset, interfecere, cuius mors tanto omnibus existentibus in castris fuit dolori, ut in hanc usque diem recens sit illius mortis mæstitia omnibus, qui secum iuncti erant consuetudine & cognitione. Ex tot & tantis nostris laboribus omnipotenti deo placuit, ut superstitēs peruenerimus ad uicū, quo Tacuba peruenitur qui est spaciosus. Quo postquam milites conuenere, extremum agmen nouem comitantibus equitibus occupauit. Hostes autem in nos uictoria elati tanta superbia ferebantur, ut uideretur



**A** deretur nullum ab eorum manibus posse euadere, & meliori modo, quo potui retrocedens thesaurario, & computatori nunciandum commisi, ut in plateam multo ordine conuenirent, et illud idem nunciari iussi duobus illis prefeclis, qui ingressi erant uicium, quo itur in forum, & quilibet eorum strenue pugnauerat, multos aggeres, & pontes occupauerant, quos optime oppleuerant, quod fecit ut in reditu damnum nullum fuerint perpassi. Et priusquam thesaurarius, & computator redirer, hostes ciuitatis ex quodam aggeres, ubi certabatur, profecerant duo aut tria Christianorum capita, quamuis tunc nescierint an essent ex militibus Petri de Aluarado, uel nostrorum castroru. Quam conuenissemus ad plateam, tanta hostiu multitudo undiq; confluere, ut maximum fuerimus passi laborem, antequam diuenter egerentur quibusdam locis, ubi ante hanc profligationem expectare non audebant tres equites, & decem pedites. Et illico in turri quadam excelsa idolis suis dicata, quae erat contigua plateae, locarunt aromata, suffumigationes quae ex gummi quodam quod nascitur in his regionibus, quod ipsi dijs suis offerunt in signum uictoriae, & quamuis ipsis impedimento esse uoluimus, nunquam tamen eos impedire potuimus, quia milites celeri passu castra nostra uersus progrediebantur. Ea profligatione hostes interfecerunt triginta quinque, aut quadraginta Hispanos, & ultra mille Indos nobis amicos, & uulnerarunt ultra uiginti Christianos, & ipse uulnus accepi in crure. Amissum est tormentum illud paruum campestre, quod conduxeramus, & plures balistae, et pixides una cum multis armorum generibus. Illi e ciuitate, illico habita uictoria ut maiorem executorem, & Petrum de Aluarado exanimatos redderent, omnes Hispanos tam uiuos quam mortuos, quos ceperant ad Catebulco, in quo est forum, adduxere, in quibusdam turribus altissimis foro proximis nudos sacrificauerunt, & pectora eorum aperuerunt, cordaq; exemerunt, ut idolis suis offerrent. Quae omnia Hispani e castris Petri de Aluarado optime conspicerere poterant, ab eo loco unde decertabant, & quam uiderent corpora illa nuda alba, cognouere illos esse Christianos, & quamuis propterea maxime fuerint tristati, & exanimati rediere in castra per dies octo, eo et die sequenti hostes ciuitatis buccinis, & tympanis maximam animorum exultationem praese ferebant, ut uideretur ciuitas corruere, & aperuerunt omnes uicos, & pontes in quibus aqua uersatur, ut prius habuerant, & peruenere, ut ignes, & uigiles suos locarent per binos balistae iactus a nostris castris, & quam omnes euasissimus profligati, uulnerati, & inermes, indigebamus quiete, & refectioe. Hac occasione incolae ciuitatis spatium habuere transmittendi legatos ad plures prouincias illis subditas nunciatum se maxima potestatos esse uictoria, & interfecisse plures Christicolos, & sperabant propediem nos penitus delere, & nullo pacto nobiscum iungerentur, & ut fides sibi adhiberetur, circumferebant duo equorum, & aliqua interfectorum Christianorum capita, quae ostendebant per ea loca, quibus eisdem conducere uidebatur, quae res multum operata est ad contumaciores reddendos, qui defecerant, quam erant antea.

**B** Inde ad duos dies post profligationem, cuius fama iam innotuerat, & per omniam circumuicina loca uagabatur, incolae colonie nomine Quarnaquacar, qui subiegebantur ciuitati Temixtitan, & subdiderat se in amicos, profecti sunt in castra nostra, & mihi significarunt incolas coloniae Marimalco, qui sibi erant contentini, damna plurima illis inferre, & prouinciam suam destruebant, & tunc coniungebant se cum incolis prouinciae Guisco, quae maxima est, & constituerant eos aggredi, ut interficerent, quia se Maieslati Vestrae subdiderant, & nobis iuncti fuerant amicitia, & hostes affirmabant illis delictis constituisse nos aggredi. Et quamuis profligatio, quae nobis euenerat esset recens, & potius subsidio indigeremus, quam alijs subsidium ministraremus, quae maxime instabant, decreui subsidium illis impartiri, quamuis in ea re plures intercesserint contradictores, asserentes, quod ipsum et me de-

struerem, transmittendo milites extra castra. Expediui cum nuncijs, qui sub-  
 sidium postulauerant, lxxx. pedites & equites decem, quibus praefeci Andre-  
 am de Tapia, cui iniunxi ut illa ageret quae seruitio M. V. plurimum condu-  
 cere prospiceret, & tutela nostra, cum cereret necessitatem, in qua confli-  
 tuti eramus, & eundo, & redeundo non consumeret ultra decem dies. Et sic  
 discessit, & peruenit ad coloniam quandam exiguam, quae est medita inter  
 Marinalco, & Coadnoacad, ibi offendit hostes, qui eos praefolabantur, & i-  
 pse una cum Incolis e Coadnoacad, & illis militibus, quos seci adducebat,  
 pugnam inire coepit, & tam acriter nostri decertarunt, ut hostes in fugam  
 uerterint, & profligant, prosecutiq; sunt donec eos ingredi coegerint co-  
 loniam Marinalco, quae sita est in colle admodum arduo, quem equites scan-  
 dere non poterant, & hoc uiso destructioni ea omnia subieceret, quae in plan-  
 cie continebantur, et reuersi sunt in castra nostra hac potiti uictoria eo de-  
 cem dierum spatio eis assignato.

Vnus e dominis prouinciae Tascaltecal, Chichimecatecle nomine, de quo  
 alias memini, qui tabulas pro construendis bergantinis adduxerat, quae in ea  
 prouincia paratae erant, ab initio belli semper moram traxit in castris Petri de  
 Aluarado. Quum uideret post dictam profligationem Hispanos, ut prius fa-  
 cere consueuerant, cum hostibus non congregi, constituit ipse comitatibus  
 suis ciuitatem ingredi, eamq; oppugnare, dimittens quadringentos sagitta-  
 rios e suis ad pontem quandam ablatum satis discriminofum, quem eripue-  
 rat incolis ciuitatis, quod nunquam eueniebat sine ope nostra, progressus est  
 comitatus suis maxima uociferatione, inuocando suam prouinciam, & do-  
 minum. Eo die acriter pugnatum est, & undiq; plures uulnerati remanserunt,  
 & perierunt. Et in colle ciuitatis firmiter arbitrabantur, eos in cauea clausos  
 habere, quoniam quum sit natio, quae dum retrocedunt eorum hostes quam-  
 uis ipsi uictoria non potantur, animo obstinato insequuntur, futurum puta-  
 bant ut in transitu aquarum (ubi certum uersari solet discrimen) suas sibi in-  
 iurias ulcisci liceret, & propterea Chichimecatecle dimiserat in aqua tran-  
 situ dictos quadringentos sagittarios, & quum iam retrocederent, hostes ci-  
 uitatis in eos irruerunt maximo furore, & milites e Tascaltecal aquis se com-  
 misere, & fauore sagittariorum transuere, & hostes conspecta obstentia  
 quieuerunt, & admodum admirati sunt audaciam Chichimecatecle.

Post dies duos a reditu Hispanorum, qui bella intulerant incolis e Mar-  
 nalco, ut Maestas uestra capitibus praecedentibus uidere potuit, peruenere  
 in castra nostra decem Indi ex Otumensibus, qui erant seruituti ascripti Domi-  
 nis e Temixtitan, & ut retuli subdiderant se Vestrae Maestati, quot die no-  
 bis opem ferentes cum hostibus certando, & significarunt, quemadmodum Do-  
 mini prouinciae Matalcingo, qui fines habent cum illis, eis bellum infere-  
 bant, & coloniam quandam combusserant, abduxerantq; aliquos e suis, &  
 quantum poterant eos destruebant, animo aggrediendi castra nostra, ut hos-  
 tes ciuitate egredierentur, ac pensus nos deleterent, & ultra hoc propterea e-  
 tiam eisdem fidem adhibuimus, quoniam a paucis diebus, quoties ingredie-  
 bamur ciuitatem pugnandi gratia, minabantur nobis ducibus illis e prouin-  
 cia Matalcingo. Quae quamuis nobis non multum esset nota optime tamen  
 cognoscebamus esse latam, & distabat uiginti leucarum spacio a nostris ca-  
 stris, & ad quarelam, quam Otumien. proponebant contra hostes suos, pe-  
 tebant, ut illis opem daremus. Et quamuis petierint tempore multum disticti,  
 si auxilio fidens diuino, ut audaciter ciuitatis alas confringerem, qui quoti-  
 die nobis minabantur ducibus istis, & spem praese ferebant sperare ab eis  
 auxilium, & subsidium alifunde aduentare non poterat, nisi ab eo latere, illuc  
 Condifaluum e Sandoual maiorem executorem destinare constitui decem  
 & octo equitibus, & centum pedibus, inter quos unus comperiebatur ba-  
 lista utens, qui discessit illis comitantibus, & alijs Otumensibus nobis ami-  
 cis. Et deus est testis, quibus periculis subijciebantur, & in quo nos reliqui  
 permanere



permanebamus. At cum oporteret maius animi nostri robur quam unquam feceramus demonstrare & mori certando, dissimulabamus irium nostrarum debilitatem tam cum amicis, quam hostibus. Sæpius tamen optabant Hispani ut saltem uiui tandem euaderent, & se uictiores conspicerent contra ciuitatis incolas, quamuis in ea, & in omnibus reliquis prouincijs nullū fructum præterea consequi possent. Vnde conijci potest fortuna, & necessitas, in quibus constituti eramus corpore uitæ. Maior executor ea nocte profectus est dormitum ad coloniam quandam Otumienlium, quæ est opposita Matalcingo, & sequenti die mane discessit, peruenitque ad stationes Otumienlium, quas derelictas cõperit, & pro maiori parte combustas, & quæ peruenisset in planiciem prope fluuium quandam, offendit maximam multitudinem, qui finem combustioni alterius colonie imposuerat. Et quum nostros conspexere, terga fugæ dare ceperunt, & itinere, quo progrediebantur, post eos sequebantur multa onera plena Maiz, & infantium lactentium, quos comæatus causa secum adducebant, quæ dimiserant, quam primum audiuere Hispanos adesse. Et postquam trantiuere fluuium, qui ulterius labebatur, in planicie sistere cœpere, & Maior executor equitibus eos aggressus est eosque profligauit, & quum terga fugæ dedissent, recto tramite progressi sunt ad suam coloniam Matalcingo, quæ trium leucarum spacio aberat, & omnibus tribus leucis cõtinuata est insecutio, donec coacti sunt ingredi coloniam, & ibi prætolati sunt Hispanos, & amicos nostros, qui aduentabant interficiendo eos, quos equites intercludebant, & deserabant, & ea insecutione mortui sunt duo millia hostium. Quum pedites peruenissent ad locum, ubi equites subsisterant, & nostri amici (qui erant sexaginta millia hominum) cœpere proficisci ad coloniam, ubi hostes se opposuere, donec mulieres, & filij, et bona sua collocabatur in fortisilio quodam, quod erat situm in altissimo colle ibi prope existenti. Quamprimum tamen eos aggressi sunt, coegerunt ipsos quoque arcem ingredi, quam habebant in ea summitate admodum ardua munitaque, & deprædati sunt, & combussere coloniam breuissimo temporis interuallo, confugientibus hostibus ad arcem. Et quum hora esset iam uespertina, maior executor arcem oppugnari non est passus, & etiam quia labore erant admodum fessi, totam enim eam diem certando consumperant. Et hostes eam noctem duxere maximis uociferationibus, & strepitu tympanorum buccinarum que.

Sequenti die summo mane maior executor milites conducere cœpit, ut ascenderent collem, pugnaturi contra hostes in arce existentes, quamuis alij quo timore arbitantes hostes obstituros. Quum eo peruenire, neminẽ ex hostibus offenderunt, & Indi quidã nobis amici colle descendebãt, & retulere nullū ex hostib. adesse, sed in aurora oēs discessisse, & illico in planicie circumquaq; uidere maximam hominum multitudinẽ, & erãt Otumien. & equites rati esse hostes aduersus eos sunt progressi, & uulnerarunt tres aut quatuor. Et quii idioma Otumien. differat ab idiomate prouinciæ e Culua, eos nõ percipiebant, nisi quod armis proiectis ad Hispanos confugiebant, & nihilominus tres aut quatuor uulnerarant. Attamẽ ipsi optime cognouere illud uenisse, quoniam qui forent illis non innotuerat. Et quum hostes non expectassent, Hispani statuere reuerti per aliam eorum coloniam, quæ similiter defecerat. Quum tamen tot copias contra eos moueri cognouere eos pacifice exceperet. Et maior executor dominum prouinciæ allocutus est, eidemq; significauit, illum iam optime scire me læto uultu excipere omnes, qui sese oblatũ ueniebant in uatallos V. M. quamuis maxime errassent. Rogabatq; ut alloqueretur incolas e Matalcingo. ut ad me proficiscerentur, & se ita facturum pollicitus est, & inducere incolas e Marinalco ad concordiam. Et maior executor ea adepta uictoria, in castra reuersus est, & eo die aliqui ex Hispanis pugnabant in ciuitate, & ciues eis nunciauerant, ut interpres nosser illuc proficisceretur, uolebant colloquium habere de pace ineunda, quam

(ut postea apparuit) nolebāt admittēre, nisi recederemus ab uniuersa prouincia quod ideo effecere, ut aliquot dierum spacio eos quiescere pateremur, & a  
 mirentur se rebus quibusdā, quibus indigebant, quamuis nunquā eos inueniremus, ut pugnā detestaret. Et cum per interpretē talia tractaretur, quum nostri essent hostibus propinqui (non enim aliud spacium intercedebat, nisi pons elatus) senex quidam ex hostibus ē sinu suo eduxit magno interuallo quēdā quæ comedit, ut demonstraret illos nulla adhuc premi necessitate, nos em illis nunciabam⁹, eos ibi fame perituros. Et amici nostri significabant Hispanis, concordia eā esse simulatā, hortātes ut pugnā cōtinuarent. Ea tamen die pugnatū nō extitit. Primates enim interpreti inuicere, ut me alloquerer.

Ad dies quatuor post reditum maioris executoris à prouincia Matalcingo, Domini illius & Marinalco, & Domini prouinciæ Culfcon (quæ est latissima, & etiam defecerat) in castra nostra profecti sunt, & ut illis parcerem præterita supplices rogarunt, & polliciti sunt se uelle nobis inferuire, & promissa sua executioni demandarunt, & semper hæcenus inferuierunt.

Dum maior executor aberat in prouincia Matalcingo, hostes ciuitatis constituerunt nocte exire, & aggredi castra Petri de Aluaro, & in aurora ea aggressi sunt, & quum uigiles, & excubiæ eos audire, ad arma conlatum est, & illi, qui aderant eos inuasere. Hostes auditis equitibus aquis se commiserunt, & interim nostri aduolarunt, tribusq; cōtinuis horis pugnatum est. Nos uero existentes in nostris stationibus, audiuius tormenti parui bombū, quo ille in hostes utebatur. Et quia nos suspitione adducebamur ne eos profligarent, milites in armis esse iussi, ut ciuitatem ingrederentur, ut hostes animum demitterent in oppugnando Petrum de Aluaro, & quum Indii offenderent hostes tam acriter & strenue pugnantes, decreuerunt reuerti in ciuitatem. Nos reliqui ad ciuitatem pugnatam profecti eo die fuimus.

Eo tempore nos qui uulnerati euaseramus priori profligatione, pristina restituti eramus sanitati, & ciuitati Diuiti applicuerat nauis Io. Ponci & Leo  
 ne, quem profligauerant in prouincia insulæ Floridæ, & habitatores ciuitatis mihi afferendum curarunt puluerem quendam, una cum aliquibus halitibus, quibus maxime egebamus, & iam fauente Deo Optimo Maximo, circumcirca nulla erat prouincia, quæ nobis non maxime faueret, & quum ipse prospicerem incolas ciuitatis tam rebelles, & maiori demonstratione & certitudine moriendi, quam unquam aliqua fuerit natio, nesciebam quo modo me cum eis gerere deberem, quo pacto à tanto discrimine & laboribus euadere possemus, et quomodo illos, & ipsorum ciuitatem extrema internecioni non traderemus. Erat enim magis egregia, quam sit alia in uniuerso terrarum orbe. Nec nobis prodesse poterat quod illis significabamus, nos ab eo loco non discessuros, & tam è castris quā bergatinis non cessaturos damnum inferre. Nec quod destruxeramus incolas è Matalcingo & Marinalco, & quod neminem in omnibus prouincijs habebant, qui eisdem opem laturus esset. Nec habebant, unde sibi ministrari posset Maiz, caro, fructus, & aqua. Nec deniq; res aliqua ad comæatum faciens; & quanto plus & antedictis nota faciebamus, tanto minus animis deficere uidebantur. Sed pugnam inuencundo, & reliquis omnibus in rebus animosiores inueniebamus, quam unquam fuissent. Et ipse prospiciens rem ita agi, & iam præterisse ultra dies quadraginta quinque, quibus obsidebamus dictam ciuitatem, constitui ad nostri tutelam remediū adhibere, ut melius lassos hostes reddere possem. Quod fuit huiusmodi; quod quantum ciuitatis occupabamus, tantum ab uroque latere solo æquaremus, ita ut ne passu quidem progredieremur, nisi omnia solo equaremus, & loca ubi aqua uersabatur continentem redderemus, quamuis diu in eo moram trahere cogeremur. Et propterea conuenire iussi omnes dominos & primates nobis amicos, & decretum meum illis aperui, ut ad hoc conuocarent omnem rusticanam multitudinem, cum cois suis, quæ sunt ualli genera, quibus utantur in illis partibus, ut fossores lignonibus in Hispanijs.



**A** Hispanijs. Et ipsi responsum dedere, se læto animo perfecturos, & decretum esse sanum, & eo maxime sunt oblectati. Videbatur enim, eum esse modum, quo ciuitas solo æquaretur, quod omnes plurimum appetebant.

Interea dum hæc constituiebantur, tres aut quatuor dies præterire. Inco-  
læ ciuitatis animo concepere nos aliquid magni contra eos machinari: ipsi  
quoque per ea, quæ postea apparere, parabant omnia ad sui tutelam possi-  
bilia, quemadmodum etiam suspicabamur. Et ordine amicis nostris dato,  
quod terra, & aquis ciuitatē oppugnatam ire debebamus, sequenti die post  
missarum solennia proficisci cepimus ad ciuitatem, & quum peruenisse-  
mus ad transitum aque, & aggerem, qui est in initio magnarum domuum in  
platea constitutarum, & eum oppugnare uellemus, incolæ ciuitatis ut qui-  
esceremus innuerūt, asserentes pacem inire uelle, & ipse iniunxi nostris ne  
ulterius pugnam inirent, & significauit ut illuc dominus ciuitatis me allocu-  
tum aduentaret, si forte pax componi posset, & cum retulissent aliquos eum  
eucatum profectos, me ultra horam detinere. Ipsi enim reuera pacem non  
exoptabant, & hoc demonstrarunt, quoniam illico nobis profectibus in  
nos sagittas, fustes, & saxa faculari cæpere. Hoc uiso, aggerem oppugnare  
cepimus, eumq; occupauimus, & quum plateam ingressi fuimus, eam ma-  
gnis saxis referent inuenimus, ne equites ueloci passu currere possent. So-  
lido enim loco equites solos timent, & inuenimus uicem lapidibus solis ob-  
struam, & alium etiam saxis plenum, ne equites eo passim currere possent.  
Et ab eo die ita oppleuimus eum uicum, ubi aqua uersabatur, & quo ibatur  
ad plateam, ut nunquam postea eum inde aperire potuerint, & postea paula-  
tim cepimus solo equare eas domos, optime obstruere, opplereq; ea quæ oc-  
cupabamus ab aqua, & quum eo die peruenissemus ultra centum & quin-  
quaginta milia hominum bellatorum, multa gesta sunt, & eo pacto die illo  
pedem retulimus in castra, & bergantini una cum canois amicorum nostro-  
rum plurimum intulerunt damni ciuitati, & ut quiescerent retro cessere.

Sequenti die eodem ordine ciuitatem ingressi sumus, & peruenimus ad  
ambitū illum & peritillū, ubi sunt turres suorum idolorum. Iniunxi præfectis  
nil aliud faciendum curarent, nisi ut opplerentur uici, in quibus aqua uersa-  
batur, & æquarent malos transitus quos occupaueramus, & Indi nobis ami-  
ci aliqui domos comburerent & solo æquarent, reliqui irent pugnatum con-  
tra hostes locis solitis, & equites omnes tuerentur ne à tergo adorarentur, &  
ipse ascendi unum ex altioribus idolorum turrum, quoniam Indi me optime  
noscebant, & ascensum meum moleste tulerunt, ab ea turri animum adde-  
bam amicis, & suppetias ferendas committebam, quum necessitas ingruer-  
bat, quia cum assidue pugnant, hostes aliquando, & aliquando nostri re-  
tro cedebant, qui illico subleuabantur à quatuor equitibus, qui audaciam  
eisdem subministrabant, ut in hostes irruerent. Eo pacto & ordine ciuita-  
tem ingressi sumus quinque aut sex continuis diebus, & in reditu semper ami-  
cos nostros antere iubebamus, & aliquando in insidijs collocabamus ali-  
quos Hispanos in quibusdā domibus & equites remanebant, & uic nos retro  
cedere simulabamus, ut eos ad plateā ingrediendā alliceremus, hoc pacto u-  
na cum insidijs peditum quotidie hora uespertina aliquos uulnerabamus. Et  
quodam die ex prædictis in platea continebantur septē aut octo equites præ-  
stolates hostiū egressum, & cū eos egredi non uiderēt, simularunt recedere,  
& hostes suspitione adducti, ne in reditu eos uulnerarent, ut facere cōsue-  
rant, post parietē latebāt, & in subdialibus pauimentis, & eorū innumera erat  
multitudo, & cū hostes eos insequebātur (qui erāt octo, aut nouē numero) ip-  
si ex alto occupauerāt faucē unius uici, nō potuere insequi hostes qui ausu,  
giebāt, & reuerti coacti sunt, & hostes elati, quod eos retrocedere eoegerāt, rabi-  
de more canū in eos irruerunt. Illi uero qui maxima circumspectione pugna-  
bāt, eo se recipiebant, ubi damnū pati nō poterāt, nostri damna patiebant ab  
eis, qui in parietibus locati erāt, & coacti fuere retrocedere, & uulnerarunt

duos equos, quod effecit ut eisdem insidias struere constituerem, pro ut in futurum Maiestati Vestræ referam. Et eo die hora satis tarda deuenimus in castra, relictis omnibus occupatis tuto solo æquatis, & Incolæ ciuitatis erant admodum læti, arbitrabantur enim nos metu discessisse, & ea nocte nuncios destinauit ad maiorem executorem, ut ante lucem cum quindecim equitibus ex suis, & Petri de Aluarado uenirent in castra nostra.

Postero die summo mane maior executor in castra peruenit comitantibus quindecim equitibus, & ipse habebam ex equitibus in præsidio Cuior can impostis uiginti quinq; qui ascendebant ad numerum quadraginta equitum, & decem ex illis infunxi, ut illico mane descenderent omnibus reliquis pedibus comitantibus, & ipsi una cum reliquis pugnam inirent, solo æquarent, occuparentq; omnia quæ possent, quoniam ego cum tempus retrocedendi aduentasse, illuc irem comitantibus reliquis triginta equitibus, et cum scirent maiorem ciuitatis portionem solo æquatam quanto possent hostes insequerentur, donec eos ad loca tuta, & uicos, quibus aqua uersari solet ingredi cogerent, & ibi morarentur, donec retrocedendi tempus adueniret, & ipse me una cum illis triginta equitibus à nullo cōspectu in insidijs collocare possem, in quibusdam magnis domibus, quæ sunt proximæ reliquis illis magnis in platea constitutis. Et Hispani executi sunt mādata mea, & per horam post meridiem, assumptis illis triginta equitibus ciuitatē sum ingressus, & quum eo peruenissem, eos collocaui in illis magnis domibus, ipse discessi, ascenditq; turrim illam excelsum, ut moris erat mei. Et dum ibi moram traherem, Hispani aliqui sepulchrum aperuere, & in eo inuenere uarias res aureas, ad mille & quingentos Castellanos. Et cum iam adesset hora retrocedendi, iussi maximo ordine redire inciperent, & quod equites postquam retrocessissent ad plateam, fingerent uelle eos inuadere, non tamen audere demonstrarent: & istud fieret, quum circumcirca, & in platea esset maxima hostium multitudo. In insidijs collocati admodum desiderabant tempus aduentare. Optabant enim rem bene gerere, & iam molestia erat diuturna mora, & ego me illis coniunxi: & iam Hispani tam pedites, quam equites retrocedebant ad plateam, et etiam Indi amici nostri qui iam insidijs cognouerant. Hostes autem tot uociferationibus in sequebantur, ut maxima uiderentur potitū uictoria: & nouem illi equitesungebant aggredi eos per plateam, & postea retrocedebant, & quum hoc bis simulassent, hostes tantum feruorem conceperant, quod usq; ad eorum nates percutiendo uenerint, donec eos perducerent in uicium eum, ubi paratæ erant insidiæ. Quum uisidimus Hispanos anteire, & pixidis emissionem audisimus (quod signum nobis paratum habebamus) cognouimus tempus aduentasse, ut exiremus, & Diuiliacobi conclamato nomine, illico eos aggressi fuimus, & insecuti fuimus per plateam uulnerando, sternendoq; et intercludendo plures, qui ab amicis nostris, qui nos sequebantur, capiebantur, ita ut in his insidijs interfecti fuerint ultra quingentos ex hostibus & ex primatibus, robustioribus & magis strenuis, & ea nocte amici nostri lauta potiti sunt cœna. Omnia enim interemptorum cadauera cepere, & in frustra attulere, ut eadē in cœna comederent. Tanta fuit admiratio, quam concepere, quum se tā repente profligatos cōspexerent, ut nec locuti fuerint, nec uociferationes emisissent, omni ea nocte, nec ausi suntalicubi incipere comparere in uicis aut subdialibus pauimentis, ubi non essent plurimum tuti, & cum nox aduentaret, & nos discedebamus, apparuit incolæ ciuitatis misisse seruos quosdam uisum an recederemus, & quum quodam uico comparere cœperunt, eos aggressi sunt decem, aut duodecim equites insecutiq; & ita egere, ut nullus euaserit. Conceperunt hostes hac uictoria tantum timoris, ut nunquam omni hoc durante bello ausi sint plateam ingredi, quando recedebamus, quamuis unicus tantum esset, in ea eques, nec ausi sunt Indum aliquem, aut peditem ex nostris insequi uerentes ne denuo insidias eis parauissemus. Et gesta illius diei una cum uictoria,



**A** Floria, quam omnipotens elargitus est, fuit potissima causa, ut citius ciuitate potiremur. Incolæ enim illius maximam concepere exanimationem, & amici nostri animis creuere, & eo pacto profecti fuimus in castra certa sententia accelerandi, ut bellum hoc perficeretur, & nulli prætermittendi diem absq; ingressu in ciuitatem, donec bellum esset confectum. Et eo die nullum accipimus incommodum in castris nostris, eo dempto, quod cum ex insidijs prodibamus duo equites concurrerunt, & alter eorū cecidit ex equa, & earectio tramine progressa est ad hostium turmas, qui eam sagittis impetebant, & uulneribus confossa cernens impium sibi malum illatum ad nos reuerſa est, & ea nocte mortua est, & quamuis maxime tristati fuerimus, quum equi & equæ maxime faciant ad salutem nostram, tamen non tantum moleste tulimus, quemadmodum si mortua esset apud hostes, ut re ipsa euenturum putauimus, si enim ita euenisset maiori potius fuisset gaudio, quam premebantur dolore illorum, quos neci dederamus. Eodem die bergantini una cum canois amicorum nostrorum in ciuitate maximam hostium stragem commiserunt, absq; aliquo sibi illato incommodo.

Quum sciremus iam incolas ciuitatis perterritos pauore, percepimus à duobus ex illis modicæ conditionis, qui nocturno tempore clam ciuitate egressi fuerant, & ad nostra castra peruenierant, quum fame premerentur, quod nocte exibant piscatum inter domos ciuitatis. & proficiscuntur ab ea parte, quam occupaueramus quærentes ligna, olera, & radices, ut eas comederent. Et quum iam plures uicos, ubi aqua uersabatur, oppleuissimus, aptaueramus plures malos transitus, in ipsa aurora ciuitate ingredi constitui, & omne possibile damnum illis inferre, & bergantini ante lucem, & ipse decem aut quindecim comitantibus equitibus, & quibusdam peditibus, & Indis amicis nostris, ingressi fuimus, & prius disposuimus speculatores quosdam, qui, quum iam illucesceret, signum nobis in insidijs collocatis dedere, & aggressi sumus infinitum numerum, quum tamen maior pars esset ex miserabilioribus ciuitatis, ut plurimum erant uxores, & pueri, & tantum damni illis intulimus locis illis quibus poteramus progredi per ciuitatem, ut mortui, & captiui ascenderint ultra octingentos, & bergantini similiter ceperunt plures ex hostibus, una cum canois, quibus piscabantur & maximam ciuitati stragem intulere. Quum duces, & primates ciuitatis nos ea proficisci uiderunt hora non consueta, maxime mirati sunt, ut prius admirati fuerant insidias præteritas, & nullus eorum ausus est nobiscum congregari, & sic reuerſi fuimus in castra maxima præda, & cibo ad usum amicorum nostrorum.

Sequenti die summo mane in ciuitatem reuersi sumus, & quum amici nostri cernerent bonum ordinem, quem habebamus, ad eam extremæ damni interfectioni, tanta erat indies uenientium multitudo, ut numerari non posset. Et ea die occupandi uicum, quo progreditur ad Tacubam, finem impositum, et lateribus implendi malos transitus, qui in ea continebantur, ita ut milites castrorum Petri de Aluarado nobiscum conuenire possent in ciuitate. Et in uico, quo peruenitur in forum, duos alios occupauimus, & eos optime oppleuimus, & combussimus domos ipsius domini Guautimucit nomine iuuenis decem & octo annorum, qui secundus erat dominus post mortem Domini Muteezuma. In his ædibus hostes uaria locarant munimenta, erant enim amplissimæ, & munitæ, aquisq; circumuallatæ. Occupauimus quoque geminos pontes aliorum uicorum, qui sunt apud uicum, quo progreditur in forum, & oppleti sunt plures mali transitus ita ut ex quatuor ciuitatis illius portionibus, tres occupaueramus, & hostes nil aliud agebant, præterquam retrocedere ad loca tutiora, ad domos scilicet quæ in aquis constitutæ erant.

Postero uero die, qui fuit in festiuitate Sancti Iacobi, ordine iam dicto ciuitatem ingressi fuimus, & secuti iter nostrum uico illo, qui protenditur in forum

forum, & occupauimus uicum latum in quo uerbabatur aqua, ubi hostes maxime se tutos arbitrabantur. Et quamuis morati fuerimus multum in occupando eo uico, & discrimina passi fuerimus multa, tota ea die tantum efficere non potuimus, ut quum uicus esset latius cum penitus oppulerimus, ut equites transire possent ad alium uicum. Et quum omnes essemus pedites, & hostes conspicerent equites non transisse, multi recentes, & strenuiores ex illis nos aggressi sunt, & quam primum eis obstitimus, cum nobiscum plures milites balistis utentes haberemus, reuersi sunt ad suos aggeres, & munimina, quæ extruxerant, quamuis multi ex illis sagittis fuerint confossi. Et ulterius omnes Hispani pedites utebantur suis hastis, quas picas nominamus in Hispanijs, eas enim efficacitas curaueram post nostram profligationem, que res fuit nobis admodum proficua. Eo die ab utroque latere alijs rebus non incubuimus nisi combustioni, & æquationi domorum illius uici, quod erat uisum miserabile, quum tamen aliud facere non possemus, cum ordinem sequi cogebamur. Quum incolæ ciuitatis tantam stragem, ac ruinam conspicerent, ut animositatem præ se ferrent, Indis nobis amicos dicitabant, ut nihil aliud agerent, quam comburerent, & solo æquarent, quoniam futurum esset, ut illi noua ædificia construere in posterum cogerentur, quoniam si ipsi uictoria potiri essent, ita futurum optime nouerant, sin minus, quod ea ad usum nostrum construere cogerentur. Et deo placuit, ut ultimo suo dieo res fuerit uerificata, quamuis ipsimet sint qui ea construunt.

Alio die summo mane ordine solito ciuitatem ingressi fuimus, & quum peruuenimus ad uicum quæ præcedenti die oppuleramus, eo modo eum inuenimus, ut prius reliqueramus, & progressi ulterius per geminos baliste iactus, occupauimus duas magnas aquarum fossas, quas effoderant in ipso solido uico, et deuenimus ad paruum turrim idolis suis dicitantem, in ea comperimus quædam Christianorum capira, quos interemerant, & maxima fuimus ad ducti mœstitia, & ab ea turri erat rectus uicus ad castra Petri de Aluarado, et à sinistro latere erat uicus, quo peruenebatur in forum, in quo iam aqua non continebatur, præterquam in uno uico quem tuebantur, & eo die ulterius non processimus. Certauimus tamen acriter & diu cum hostibus, & quum quonidie omnipotens nobis uictoria potiri concederet, semper ipsi erant inferiores, eo die hora iam sera reuersi fuimus in castra.

Postero die quum componeremus nos ingredi ciuitatem hora nona diei, è castris fumum ex geminis altioribus foris, aut Tetebulco turribus exire conspeximus, & quid esset cogitare non poteramus. Et quum uideremus fumum illum maiorem esse, quam quando suffitus idolis suis efficiunt, suspicati fuimus milites Petri de Aluarado illuc peruenisse. Quod tamen ita se habere, non tamen id uerum esse posse putabamus. Et certe eo die Petrus de Aluarado una cum eius militibus strenue se gessit. Supererat enim plurimi potes & aggeres occupandi, & semper accedebat ad eos tuendus maior ciuitatis incolarum multitudo, quum tamen conspicerent nos è castris nostris hostes stringere, omnibus possibilibus modis laborauit, ut forum ingrederetur. Ibi enim erat omnium hostium robur, non tamen eualuit ulterius progredi nisi ad conspectum illius & duas illas turres occupare, & turres alias plures, quæ erant prope ipsum forum, quod fuit tam latum quam ambitus multarum turrium ciuitatis, & equites fuere in maximo labore, & coacti sunt retrocedere, & dum retrocederent tres equos uulnerarunt & eo pacto Petrus de Aluarado una cum militibus reuersus est in sua castra. Nos uero nolimus occupare eo die pontem unum, & uicini in quo aqua continebatur, qui solus occupandus erat ut in forum uenire possemus. Sed tamen incubuimus ut oppleretur quidam mali transitus, & in reditu nos acriter pressere, quamuis eis de potius dano cesserit.

Sequenti die summo mane ciuitatem ingressi fuimus, & quum donec perueniretur in forum, nil occupandum supererat, nisi uicus aqua plenus cum suo aggere, qui habebat turri, de qua superius memini, eum oppugnare cœpimus,



A pimus, & signifer quidam comitantibus tribus, aut quatuor Hispanis sese  
 quis commiserere, & incolæ ciuitatis illico locum delerere, & locus opple-  
 ri ceptus est, ut equites transire possent, Et dum ista agerentur, aduenit Pe-  
 trus de Aluarado eodem uico comitatus quatuor equitibus, & gaudium,  
 quo repleti sunt milites amborum castrorum, fuit incomparabile. Illud es-  
 nim erat iter, & modus cito finem imponendi bello, & Petrus de Aluarado  
 relinquebat præsidia à tergo & à lateribus, tam ut tueretur acquisita, quam  
 ad sui defensionem, & quamprimum transitus ille fuit aptatus, una cum ali-  
 quibus equitibus forum inspektorum sum profectus, & iniunxit militibus no-  
 strorum castrorum, quod nullo pacto ulterius progredierentur. Et cum ali-  
 quantum per plateam spaciati fuisset persequimus porticus, qui cum  
 subdialibus patimentis erant hostibus referti, & quum platea esset ampla,  
 & equites in ea progredi possent, quum equites conspicerent, appropinqua-  
 re non audebant, & ego ascendi illam magnam turrim, quæ foro adiacet, & in  
 ea inuenimus oblata Christianorum capita, quos nobis interemerant, & ab  
 ea turri prospexi quantam ciuitatis portionem occupaueramus, & procul  
 dubio ex octo portionibus septem occupaueramus, & quum cognosce-  
 rem tantam hostium multitudinem tam angusto loco contineri, maxime  
 cum domus illæ, quas possidebant essent tam angustæ, & quælibet ex se  
 super aquas constituta, & imprimis maxima apud eos erat fames, & quia  
 in uicis inueniebamus extractas cortices, atque radices arborum, contra-  
 tum nolle eos aliquot dierum spatio oppugnare, & mouere sibi aliquas con-  
 ditiones, quibus tanta multitudo perire non cogeretur, & mihi certe dolo-  
 rem incredibilem afferebat damnum, quod illis inferebamus, & assidue eos  
 moneri curabam, ut pacifice nobiscum agerent, illi autem respondebant  
 quod nullo pacto deditioem facere uellent, & quod unicuique qui superesset  
 certando mori deberet, & de omnibus quæ ab eis possidebantur, nil ad nos  
 deuenturum esse, sed combusturos se omnia, & aquis submersuros ubi non  
 uideri possent, nec apparere. Ego tamen ne malum pro malo redderem, dissi-  
 mulabam, nec eos oppugnari permittebam.

Mira hostes  
 pertinacia  
 mortem op-  
 petere, quæ  
 deditioem  
 facere ma-  
 lant

Quum modicum pulueris ad tormenta obtineremus per dies quin-  
 cim antea consuleramus machinam construere, & cum non adessent artifi-  
 ces, qui optime eam conficere callerent, quidam fabri lignarij sese illam per-  
 fecuros obtulere, paruam tamen: & quamuis cogitassem nil eos boni effi-  
 cere posse, annui tamen ut illam erigerent, & illis diebus, quibus hostes tam  
 angusto loco clausos tenebamus, perfecta extitit, & eam adduxere locan-  
 dam loco quodam instar theatri, qui est in medio plateæ ex calce & lapidi-  
 bus quadratis ad proceritatem gemini hominis staturæ cum dimidio, & ab  
 angulo ad angulum intercedere potest triginta passuum intercapedo, qui lo-  
 cus ab eis paratus extiterat, ut cum aliqui ludj edebantur, ibi ludos & specta-  
 cula edentes locarentur, ut uniuersi in foro constituti, & illi qui erant inter-  
 us, & in porticibus conspicerent, quid ederetur: & quum eo illam ad-  
 duxissent trium aut quatuor dierum spacium consumpsere, antequam loca-  
 retur, & Indi nobis amici ea machina minabantur in colis ciuitatis, asseren-  
 do ea machina omnes interficiendos: et quamuis nil aliud proficeret, quem-  
 admodum etiam nil profecit, tamen satis erat timor, quem Indi hostibus in-  
 ferebant, cogitantes eos deditioem facturos, & neutrum subsecutum est,  
 quoniam fabri lignarij machinam non perfecere, nec incolæ ciuitatis (quam  
 uis maxime timerent) pactum aliquod deditiois demonstrarunt, & ma-  
 chinæ defectum dissimulauimus, asserentes nos misericordia moueri, ne o-  
 mnes penitus interficeremus.

Sequenti die post locatam machinam reuersi fuimus in ciuitatē, & quæ  
 iam intercessissent tres aut quatuor dies, quod ciuitatē non oppugnaramus  
 inuenimus uicos quibus progrediebamur, mulieribus puerisque repletos, ac aliis  
 miserabilibus personis, qui fame moriebantur, semimortui debilesque exhibebant,  
 quæ

quæ erant res uisû miserabilior, quam in uniuerso orbe comperiri posset, & ipsæ amicis nostris iniunxi, ne pacto aliquo damnum aliquod inferrent, nullus tamen bello aptus exibat, ut aliquod damnum sibi inferri posset, quamuis uideremus eos in subdialibus pauimentis uestibus suis cooperatos, & inermes. Et ego illo die eos de pace commouendos curauî, & eorum responsiones erant dissimulationes, & quum maiori pro parte diei nos eo pacto protraherent, illis nunciandum curauî me eos oppugnare cõstituisse, & eorum multitudinem retrocedere mandarent, alias permitterem amicis nostris, ut eos interimerent, & ipsi retulere se pacem desiderare. Ipsis autem responsum dedi, me ibi dominum non conspicerem, quocum de pace agi debebat, et cum aduentasset, ad eius aduentum ipsis omnem saluum cõductum, quem postulabam, impartiebar, ut de pace ineunda colloqueremur. Sed quum conspicerem esse illusionem, & hostes omnes accinctos, quum eos pluries pacifice monuisssem, ut eos in angustiora deducerem, & illos ad extrema locaremus, iniunxi Petro de Aluarado, ut omnibus suis copijs ingrederetur à latere unius magni uici, quem hostes obtinebant, in quo continebantur ultra mille domus, & ipse ab alto latere pedes ingressus sum comitantibus omnibus nostrorum castrorum copijs, equites enim ibi nil prodesse poteramus. Et tam acriter à nobis, & ab amicis nostris est pugnatum, ut eum omnem uicium occupauerimus, & tam ingens fuit cades hostium nostrorum, ut eo die desiderata, captaq; sint ultra duodecim millia Indorum, quibuscum Indis nobis amici tantum seuitiæ utebantur, ut nulli uitam condonarent, quamuis etiam à nobis reprehenderentur, corrigerenturq;.

Alia sequenti luce in ciuitatem reuersi sumus, & ne pugnam committerent, præcepi, nec hostibus damnum aliquod inferrent, & cum ipsi conspicerent tantam hominum multitudinem in illos moueri, & cognoscerent uasallos suos, & eos, quibus præcipere solebant, mortem sibi minari, & se ad extremum deductos conspicerent, & ubi consisterent non haberent, nisi super sue ciuitatis demortuorum cadauera, optantes tandem eximi à tam acriter fortunio, clamabant cur iam illos non interficeremus, & maxima celeritate me aduocandum nunciarunt, quoniam me alloqui desiderabant. Et quum Hispani omnes finem huius belli maxime optarent, & moleste ferrent tantum damnum, quod illis inferebatur, maxima sunt affecti lætitiæ, cogitantes eos pacem cupere, magnoq; gaudio me accersitum uenere, & improbe contenderunt ut accederem ad aggerem quandam, in quo erant aliqui ex primatibus, qui mecum colloqui uolebant. Et quamuis iter meum parum profuturum ipse conspicerem, constitui tamen ire uisum quomodo res se haberet, cognoscebam enim, quod deditio omnis uerfabatur in domino solum, & in tribus aut quatuor alijs ex primatibus ciuitatis, quoniam reliqui (siue uiuere siue mori contingeret) desiderabant iam se extra eum locum constitutos. Et quum peruenissem ad aggerem, mihi significarunt, quod postquam illi me solis filijs cognoscerent, & sol tam breui spacio unius diei, ac noctis circumibat uniuersum terrarum orbem, quare eo breui spacio eos etiam non interficerem, & eos à tot pœnis non eximerem, quia ipsi iam mori exoptarent, & cœlum ascendere ad suum Ochilubum, qui eos sibi expectabat, ut eis requiem condonaret. Illud est idolum, quod Indi maiori prosequuntur ueneratione, ego autem multis respondi, ut ad deditiorem faciendam allicerem, nil tam proderat, cum in nobis ea pacis signa uiderent, quæ nunquam uicti præ se tulere, quum essemus nos auxilio diuino uictores.

Quum ad extremum hostes adduxissemus, ut ex tam dictis colligi potest, ut eos à malo eorum proposito persuaderemus, quum eorum animus esset mori, allocutus sum quandam ex primatibus inter eos, quem captiuum habebat, captiuumq; tenuerat antea per duos aut tres dies patrus Don Ferdinandi domini ciuitatis Tesaico, dum in ciuitate pugnaret: & quamuis esset uulneratus, eum sum allocutus, si uellet in ciuitatem reueri, & responsum mihi



**A** mihi dedit uelle, & quum sequenti die ciuitatem fuisset ingressus, illi cum aliquibus hostibus destinauit, qui illum consignarent in colis ciuitatis, & iam illum fueram allocutus diffusus, ut colloqueretur cum domino ciuitatis & primatibus de pace incunda, & ipse pollicitus est in eo se omnia quæ posset effecturum. Incola ciuitatis illum exceptere maxima obseruantia, tanquam ex primatibus unum, & quamprimum eum adduxere in conspectum Guautimucini, & sermonem de pace habere cepit, illico illum interficiendū & sacrificandum commisit. Et responsum, quod nobis dedere illud fuit, quod maxime uociferationibus aduenerat, asserentes se uelle mori, & fustes, sagittas, lapidesq; in nos proicere cœpere, & nobiscum acriter pugnare, & adeo ut nobis equum interficerent iaculo, quod ex ense quem nobis abstulerant, fabrefecerant. At equus hic tandem caro est illis ascriptus precio, plurimi enim ex illis obiere, & eo pacto in castra nostra reuersi fuimus.

Postero uero die reuersi fuimus in ciuitatem, & hostes eo redacti erant, ut in ciuitate Indorum nobis amicorum infinita multitudo pernoctare aduerteret. Et quum in conspectum hostium deuenissemus, nolimus cum illis pugnare inire, sed tantū deambulare per eorum ciuitatem, cogitabamus namque quod omni hora, & momento ad nos pacifice proficere tentent, et ut ad concordiam eos allicerem, equitando, perueni ad aggerem quandam munitissimum, & accessiui quosdam ex primatibus mihi notos, qui post eam latebāt & eis significauit, quod postquam se proficere conspicerent, & si uellem unica hora eos delere possem nullo superstitite, quare Guautimucini eorum Dominus me allocutum non ueniret, cum polliceret illi me nil incommodi illaturum. Si ipsi, & illi uellent mecum pacifice agere, à me optime exciperentur, haberētque, & alia cum eis multa sum locutus, quibus ad lachrymas propensos reddidi. Et sentes mihi responsum exhibuere, se optime nosse errorem suum, & exterminium, & ipsi proficisci uolebant allocutum eorum dominum, et una cum responso illico reuertī, ut ab eo loco non discederem. Et discessere, paruoque spacio reuersi fuere, asserentes, quum hora esset iam sera Dominus illorum non esset uenturus me allocutum. Sequenti tamen die procul dubio in meridie illum aduenturum putabant, ut me in platea fori alloqueretur. Et eo modo profecti fuimus in castra, & ego mandauit, ut in quadrato illo in medio plateæ existenti paratum haberent stratum pro domino, & primatibus ciuitatis, ut ipse habere solent, & ulterius sibi epulas pararent, & ita re ipsa factum extitit.

Sequenti uero die ingressi fuimus ciuitatem, & præcepi nostris copijs, ut paratæ essent, ne si hostes insidias pararent, nos incautos offenderent, & Petro de Aluarado ibidem existenti idem nunciaui, & quamprimum in forum deuenimus, nunciandum commisi Guautimucini me illum in platea præstolari, qui ut apparuit constituit se illum non uenturum, & destinauit quinque ex illis primatibus ciuitatis, quorum nomina (quoniam ad rem non multum faciunt) impræsentiarum non recenseo, qui ut aduenerat mihi significarunt, dominum illorum me certiore facere, & rogare per eisdem, ut illi parcerem, quod eo non aduenerat, metu enim me coram cōparere non fuerat ausus, & etiam aduersa detinebatur ualeitudine. Ipsos autem adesse & quicquid uellem suberem, quia ipsi illud exequerentur. Et quamuis dominus eorum non aduenerit, plurimum tamen lætati fuimus aduentu dierum primatum. Videbatur enim modus negotio cito finem imponendi, & ipse eos hilari uultu excepi, & illico illis cibum, potumq; exhibendum commisi, in quo demonstrant famem, quam sustinebant. Et postquam fuerant epulati, eis iniunxi, ut dominum suum alloquerentur, nec ducerentur metu, & illis huiusmodi meam astringebam, quod quamuis in conspectum meum aduenteret, nil eidem nocendum permitterem, nec aliquo pacto detineretur, quoniam sine illius præsentia nil boni tractari, aut concludi poterat, & mandauit ipsis comedibilia quædam exhiberi eorum refocillationis gratia, ut secum alpot

tarent; & eo in negotio promittere omnia, quæ possent se effecturos, & ita discessere. Et post duarum horarum intervallo, ad me reuersi sunt afferentes aliquas uestes ex bombice, quibus ipsi utuntur, & reserere Quantitatem in eorum Dominum eo non aduenturum, nec uenire constituerat, & se excusabat uerbum cum eo se habiturum. Ego autem replicavi, me causam ignorare cur timeret coram me comparere, postquam uidebat me eos, qui causam belli dederant & fomenta, optime tractare, & ipsos ire, redireq; permittere, absq; incommodo aliquo, & eos rogabam, illum allocutum reuerterentur, & multum adhiberent diligentia in illius aduentu, postquam illi aduentus erat proficiuus & ipse illud faciebam ad illius commodum, & ipsi responderunt se ita facturos, & sequenti die reuersuros ad me una cum responso. Sicq; ipsi recessere, & nos in castra nostra denenimus.

Postero die summo mane primates in castra nostra aduenere, & nunciarunt proficere ad plateam ciuitatis in foro existentem, dominus namque eorum mecum ibi colloqui uolebat, & ipse ratus ita futurum, equum ascendi, & iter nostrum profectus, cum in constituto loco per tres, aut quatuor horas morati sumus: nunquam tamen eo uenire uoluit, aut coram me comparere. Et quum uiderem illusionem, & esset hora tam tarda, nec ipse dominus, nec nuncij reuertebantur, Indos nobis amicos aduocandos commisi, qui remanserant in ingressu ciuitatis fere per leucam ab eo loco, ubi eramus, quibus præceperam, ne ulterius progredierentur in colæ enim ciuitatis exposcerant, ne alloqui de pace in eunda aliquis eorum interesset, & moram non traxerunt. Similiter illi, qui erant in castris Petri de Aluarado, & cum aduenissent, aggeres quosdam oppugnare coepimus, & uicos aquis repletos, qui adhuc in hostium potestate erant, nullum enim maius illis munimen supererat, & quousque nobis uisum est ingressi sumus tam nos, quam Indi nobis amici. Et quando castris exiui, iniunxeram Condalsaluo e Sandoual, ut ingrederetur ab alia parte domorum, ubi hostes se muniterant, ita ut eos circumdatos haberemus, pugnam tamen non iniret, antequam nos prius certare cognosceret. Quum ita essent circumdatis, & coarctati, nullum illis patebat iter, nisi per demortuorum caduera, & subdialia pauimenta, quæ illis adhuc supererant, & propterea non comperiebant sagittas, iustes, aut lapides, quibus nobis obesse possent, nobiscum proficiebantur Indi nostri amici ensibus parmissisq; accincti. Et tanta fuit eo die tam aquis, quam continenti in eos perpetrata cædes, ut cæsa, captaq; fuerint ultra quadraginta milia hominum, & tantus erat infantium, mulierumque plangens, & uociferatio, ut nullus adesset, cui corporitate non moueretur, & nos alij plus negotij habebamus in deturbandis amicis nostris, ne eos interficerent, & ne tanta uerterentur sauitia, quam in pugnando contra hostes, quæ sequita nunquam nationi alicui inesse uisa est, & aliena ab omni humanitate naturali, & ordine quemadmodum in incolis istarum provinciarum, Indi nobis amici eo die præda maxima potiti sunt, quibus nullo pacto obistere poteramus. Nos enim Hispani eramus sorte noningenti, & ipsi ultra centum, & quinquaginta milia, & impossibile erat talem curam adhibere, aut diligentiam, ut rapina eorum obliteremus, quâuis nos omnia egerimus, quæ poterimus. Et una ex rationibus cur recusat in tale certamen concurrere cum incolis ciuitatis ea erat, quia si uis illos expugnabam, id, quod possidebant aquis submergeret, & quâuis aquis non submergeret, amici nostri omnia, quæ inuenirent, deprædarent, uel eorum maiorem portionem, & propterea arbitrabar: quod parum cederet Maestati Vestræ ex tot diuitijs, quæ in ista ciuitate continebantur, & secundum ea, quæ prius pro Celsitudine Vestrâ habebam. Et quia hora erat iam tarda, nec fortiori caduerum sustinere poteramus, quæ per plures dies iacuerant in illis uicis, quæ res pestilentior uisa erat, quam dici possit, in castra reuersi sumus. Et in sero decreui, sequenti die nos ingressuros ciuitatem, & aptari iussi tria magna tormenta quæ habebamus ut eo adducerentur. Cogitabam enim quod



**A** quod cum hostes essent tam arctati, ut se circum agere non possent, quum uellemus ingredi absq[ue] pugna aliqua possent Hispanos aquis submergere, quamobrem uolebam à longe tormentis aliquid damni inferre, & inde discederent contra nos. Et pariter iniunxi maiori executori, ut sequenti die paratus esset ad ingrediendum cum bergantinis per lacum quandam magnum inter domos constitutum, in quo congelatæ erant omnes hostium canoæ, & postsidebant adeo exiguum numerum domorum, ubi esse possent, ut dominus ciuitatis, cum aliquibus primatibus canoæ insiderent, quum quidagerent, nescirent & eo die conuentum fuit, ut ciuitatem ingressuri essemus.

Sequenti die summo mane, quum iam illucesceret, omnes paratos esse iussi, & conduci tormenta illa magna, & die præcedenti mandaueram Petro de Aluarado, ut me in platea prestolaretur, & hostes non oppugnaret, donec illuc peruenirem. Quum iam conuenissemus, et bergantini essent parati post domos, in quibus erant hostes, iniunxi, ut quum pixidis emissionem audirent, quadam parte, quæ occupanda supererat, ingrederentur, & hostes se aquis committere cogerent uersus eam partem, ubi bergantini parati esse debebant: & illos commonefeci, ut curam adhiberent circa Guautimucin, & laborarent eum uiuum capere, quoniam eo instanti omne cessaret bellum, et ego ascendi subdiale pauimentum. Et antequam pugnam iniremus, quosdam ex primatibus ciuitatis allocutus sum, qui mihi noti erant, & eis dixi, quænam esset causa, cur eorum dominus ad me proficisci nollet: & postquam se ad extrema deuenisse conspiciebant ipsi ansam non darent, ut omnes perirent, & illum aduocarent, & nullo premeretur timore. Et uisum est dios ex primatibus cum euocatum esse protectos, & post pusillum reuersus est cum illis unus ex principalioribus inter illos nomine Cyguacoacin, qui erat Dux, & præfectus omnium ipsorum, & eius consilio omnia ad bellum pertinentia regebantur, & ego me sibi benignum exhibui, ut spem conciperet, & metum deponeret, & ipse mihi nunciauit Dominum nullo pacto uelle eoram comparere, & prius uelle sibi mori, & se quidem id moleste ferre, caterum ego facerem quicquid mihi uideretur. Quum animum eius cognouissem, dixi ad suos reuerteretur, ipse que una cum illis pararent se, uolebam enim secum pugnam inire, & eos ad unum interficere. Et quum in his conuentionibus consumpsissemus ultra quinque horas, incolæ ciuitatis omnes stabant super demortuorum cadauera, & aliqui in aquis. Aliqui uero natantes, & aliqui submergebantur eo in lacu, ubi conueniebant canoæ, qui erat latus, tantæ erant eorum ærumnæ ut nullum sit iudicium ad cogitandum sufficiens, quo pacto eas pati potuerint, & maxima mulierum & infantum multitudo ad nos confluerebat, & ut quisq[ue] primo accederet maxime properabat, alter alterum in aquas projiciebat, & inter de mortuorum cadauera submergebantur, & ut uisum est ex aqua salsa, quam potabant, ex fame, & fetore tanta eos aggressa est pestilentia, ut ultra quinquaginta millia hominum perierint. Quorum cadauera, ne nos reliqui egestatem eorum cognoscereamus, aquis committebant, ne bergantini eos offenderent, & nec extra eos projiciebāt, ne nos reliqui in ciuitate uideremus, & eo pacto in uicis illis in quibus illi moram trahebant, inueniebamus cumulos cadauerum, ita ut nullus alibi pedes locare posset. Et quum incolæ ciuitatis confluerebant ordinem dederam, ut in omnibus uicis essent Hispani, ne amici nostri eos miserios, qui ad nos confugebant interficerent qui erant sine numero, & etiam significauit Ducibus Indorum nobis amicorum, ut nullo pacto paterentur ad nos confugentes interfici. Et non potuit tantum resisti aut obuiari, quin eo die non fuerint intercepti & sacrificati ultra quindecim millia hominum, & intra hoc tempus omnes primates ciuitatis, & reliqui bello apti erant arctati in quibusdam subdialibus pauimentis, domibus, & aquis, ubi non poterant dissimulare, quo minus optime certum illorum interitum prospiceremus, &

debilitatem. Quum iam tardam esse horam animaduertentem, nec deditio-  
nem facere uellent, in eos magna illa tormenta aptari iussi, ut tentarem an  
deditionem facerent. Maius enim damnum passi fuissent, si permissemus in  
eos amicos nostros eos aggredi, quam ex tormentis quæ aliquid damni eis  
intulerunt. Et quum hoc etiam parum prodesset, pixidem emitti iussi, cuius  
emissione illico nostri occuparunt angulum illum, qui eis supererat, & im-  
missi sunt aquis illi, qui in eo continebantur. Reliqui, qui superuere, abs-  
que pugna deditioem fecere, & bergantini simul ingressi sunt lacum illum,  
& aggressi illas canoas, & homines bello apti qui eis uehebantur, pugnam  
inire non audebant. Et omnipotenti placuit, quod præfectus quidam ex no-  
stris Garcî Holguin nomine infecutus est canoam, qua sibi uidebatur homi-  
nes alicuius existimationis uehi, & quum in prora essent locati duo aut tres  
missiles balistis utentes, spicula in existentes in canoas iacere parabant. Il-  
li eisdem annuerunt ea uehi canoa dominum ciuitatis, & propterea in eos  
sagittas non emitterent. Et ipsi illico illuc aduolarunt, ceperuntque dictum  
dominum, & eum Guautimucin, & dominum ciuitatis Tacuba, & quam  
plures alios qui secum uehebantur. Et illico iam dictus præfectus Garcî Hol-  
guin, mihi illum, una cum alijs primatibus captiuum adduxit ad illud sub-  
diale pauimentum, ubi eram quod harebat lacui domini ciuitatis. Qui postea  
quam confederas, cum nullo ulus fuisset in eum rigore, proximior mihi fa-  
ctus suo idiomate retulit, se iam omnia quæ tenebatur exhibuisse, ut se su-  
osque tueretur, donec perueniret ad eum statum. Licere nunc mihi in poste-  
rum de illo ad libitum disponere. Et apposuit manum pugioni cuidam meo.  
Rogauitque, ut illum transfigerem & interficerem. Ego autem eum bono ani-  
mo esse iussi. Et eo capto omnis cessauit oppugnatio. Cui deo Optimo Ma-  
ximo placuit sinè imponere die martis in festiuitate sancti Hyppolitii XIII.  
Augusti, M. D. XX I. Ita quod ab eo die quo ciuitas obsidione cincta est,  
& capta est, XX X. Maij. dicti anni, usque ad expugnationem intercesse-  
rint septuaginta quinq; dies. Quibus Maiestas Vestra perspiciebat labores, pe-  
ricula, & infortunia, quæ sui uasalli subiere, in quibus quantum eorum per-  
sonas ostenderunt, ex gestis ipsis dignosci potest.

Et omnibus illis septuaginta quinq; diebus, quibus obsidio continuata  
est, nullus fuit sine pugna cum hostibus, aut magna, aut aequali, & in die ca-  
ptiuitatis dicti Guautimucin, & expugnationis ciuitatis Temixitan; post  
coaceruata spolia, & prædam, quam habere potuimus, reuersi fuimus in ca-  
stra gratias agentes deo de misericordia qua nos profecutus fuerat, et de tam  
optata uictoria, qua nos potiri piensissime permiserat.

Fuimus ibi in castris tribus, aut quatuor diebus, ordinem adhibendo plu-  
rimis rebus, quæ conducebant, & deinde deuenimus ad ciuitatem Cuioa-  
can, ubi hæcenus moram traxi incumbendo, ut modum & regimen adhi-  
beam, pacatasque reddam has prouincias.

Collecto auro, & alijs rebus, consilio Maiestatis Vestræ officialium il-  
lud fundi curauimus, quod solum ascendit ad centum, & uiginti millia Ca-  
stellanorum, cuius consignata fuit quinta portio Maiestatis Vestræ thesau-  
rario absque quinta portione aliarum rerum, quæ Maiestati Vestræ perti-  
nebant seruituti ascriptarum, aliarumque rerum, ut diffusus apparebit in  
relatione omnium, quæ Maiestati Vestræ spectauerint, quæ erit subscripta  
nostris nominibus. Aurum uero, quod superfuit partium fuit inter me, &  
Hispanos, prout consuetudo, seruitium, & qualitas cuiusque postulabat, & ul-  
tra prædabatur aurum, inuenta sunt quædam emblemata aurea, ex meliori-  
bus data est quinta portio dicto Maiestatis Vestræ thesaurario.

In præda, qua portu fuimus in ciuitate, habuimus parmas quasdam au-  
reas, & pinnas, & alia ex plumis fabricata tam mirabilia, ut scriptis demon-  
strari non possint, nec eorum excellentia comprehendere potest, ni uideantur,  
&



**A** & quum essent talia, partiti debere non est visum, sed illa Maiestatum Vestre donari debere. Quapropter commilitones omnes conuenire iussi, & eos rogatus, ut laeto animo paterentur, ut ea Maiestatum Vestre transmitterentur, et portationem eam, quae eisdem & mihi obueniebat, Maiestatum Vestrae condonarem, & ipsi laeto animo annuere, & eo pacto dictum donum Maiestatum V. transmittimus per procuratores, quos concilium huius Nouae Hispaniae destinat.

Quum ciuitas Temixtitan primas obtineret partes in his prouincijs, magnique esset nominis, visum est, cuidam potenti domino maximae prouinciae nomine Mechucan (quae septuaginta leucis aberat a ciuitate Temixtitan) innotuisse qualiter eam destruxeramus, soloque equaueramus. Et animo uolens dominus illius amplitudinem, & munimen dictae ciuitatis, existimauit, quod postquam tanta urbs nobis oblitere non eualerat, nihil nobis oblatum possit, at metu adductus, legatos quosdam ad me destinauit, & eius nomine mihi adhibitis interpretibus nunciarunt, eorum Dominum percepisse nos magni domini esse uasallos, & si laeto animo ferrem, ipsi, & sui quoque cuperent esse Maiestatum Vestrae uasalli, & maxima nobiscum iungi consuetudine. Et ipse responsum dedi, id ueritate fulciri. Nos esse uasallos cuiusdam magni Domini qui erat Maestas uestra, & omnes, qui esse recusarent, illis bellum inferre constitueramus, & quod dominus illorum, & ipsi optime secerant. Et cum paucis temporibus ad me cognitio maris Australis Indici delata esset, ab eis informationem cepi, si per eorum prouinciam illuc proficisci possem, & ipsi responsum dedere, iri posse. Quos rogavi, ut Maiestatum Vestrae informationem transmittere possem, circa dictum mare, ut per suam prouinciam illuc adducerent duos Hispanos, quos illis consignarem. Et ipsi retulerunt se laeto animo ita facere uelle. Ut tamen possent peruenire ad mare, cogebantur transire per prouinciam cuiusdam magni domini, quo cum ipsi bella gerebant, & propterea tunc temporis ad mare proficisci non poterant.

**B** Dicti legati a Mechucan apud me moram traxere per tres, aut quatuor dies, & coram eis equites aliqua leuia praemia iniure iussi, ut in sua prouincia ista recenserent. Et quum eis fuisset emblemata impartitus quaedam, expectaui eos una cum Hispanis, ut proficiscerentur ad dictam prouinciam Mechucan.

Ut ante posito capite demonstrauimus, potentissime Domine, non diu ante cognitionem aliquam habueram de alio mari Australi Indico, & cognoscebam, quod aberat duobus, aut tribus locis ad duodecim, tredecim, & quatuordecim dietas ab hoc loco. Et magno tenebar desiderio, quum scirem seruitium immensum Maiestatum Vestrae ex eo prouenturum, maxime quum omnes aliquam habentes scientiam, aut aliquam experientiam in nauigationibus Indorum, certo crederent, quod si forte in his locis detegeretur mare Australe Indicum, detegerentur plurimae insulae ditae auro, & gemmis, emblematis, & aromatibus, & detegerentur multa secreta, & admiratio ne digna, & hoc affirmant pariformiter omnes periti, & experimentum habentes in Cosmographia. Et eo desiderio, & ut ex hoc Maestas Vestra a me haberet hoc singulare, & memorabile seruitium, destinavi quatuor Hispanos, duos ad quasdam prouincias, reliquos ad duas alias, & cum eis informationem, quae itinera tenere deberent, & quum dedissent homines nobis amicos, qui eos conducerent, & cum illis proficiscerentur, discessere, & eis iniunxi, ne sisterent donec ad ipsum mare peruenirent, & si illud detegerent, caperent possessionem illius realem, & etiam corporalem Maiestatum Vestre nomine. Et quidam ex eis profecti sunt per spatium centum & triginta leucarum per plures bonas prouincias absque impedimento, & profecti sunt ad mare & cepere possessionem, & in signum constituere cruces aliquas in illius littore, & inde ad aliquot dies reuersi sunt cum reuersione dictae detectionis, & mihi sigillatim de omnibus informationem dedere, & aliquos ex accolis dicti maris adduxere. Similiter attulere inditia auri ex multis auriferis, quae inuenire in illis prouincijs, per quas transiuerunt, quae cum alijs in-

ditijſ impreſentiarum Maieſtati Veſtræ tranſmitto. Reliqui uero aliquantulum diutius morati ſunt, quoniam ipſi emenſi ſunt iter centum & quinqua-  
 ginta leucarum ab alio latere, donec peruenierint ad dictum mare, & illi ſimi-  
 liter cepere diſci maris poſſeſſionem, & atulere latiſſimam informationem  
 illius littoris, & aliqui ex accolis cum illis aduenere, & eos, alioſq; hilari uul-  
 tu excepi, & poſt datam ipſis informationem magnæ potentie Maieſtatis  
 Veſtræ ad patrios lares laeti reuerſi ſunt.

Alia relatione potentiſſime domine Maieſtati Veſtræ ſignificauit, qualiter  
 eo tempore, quo Indi me proſiſgarunt, & prima uice me à ciuitate Temix-  
 xitan eiecerant, defece- rant à Veſtra Maieſt. omnes prouinciæ dictæ ciuita-  
 ti ſubiectæ, & nobis bella intulerant, & duce hac relatione Maieſtas Veſtra  
 poterit inſpici iubere, qualiter coegimus ad illius regale ſeruitium maiorem  
 partem prouinciarum quæ defece- rant, & quoniam quedam prouinciæ quæ  
 adiacent mari Australi Indico, per decem, quindecim & triginta leucas, poſt  
 defectionem ciuitatis Temixxitan defece- rant, & eorum incolæ proditorie  
 interfecerant ultra centum Hiſpanos, & ego donec modum impoſuiſſem hu-  
 ſe bello, non habueram uires ad tranſmittendum copias contra eos, & expe-  
 ditis illis Hiſpanis, qui fuerant reuerſi à detegendo mari Australi Indico, con-  
 ſtitui mittere Condifalium de Sandoual maiorem executorē comitantibus  
 triginta equitibus & ducentis peditibus, & Indis nobis amicis, & cum aliis  
 quibus ex primatibus ciuitatis Temixxitā, ad illas prouinciās Tatacotelco,  
 Tuxtebeque, Guatuxto, & Aulicaba. Dato illi ordine, quē obtinere deberet  
 in hac expeditione, cepit dirigere ſe ad eam executioni demandandam.

Eo tempore locum tenens, quem dimiſeram in ciuitate Finium Securita-  
 tis, quæ eſt in prouinciā Tepeaca, ueniſt ad hanc ciuitatem Cuioacan. Atque  
 me admonuit, qualiter incolæ dictæ prouinciæ, & aliarum eidem uicinarum  
 M. V. uasalli damna patiebantur ab incolis prouinciæ cuiuſdam Guaxaca,  
 quæ nomine & propterea illis bellum inferebant, quoniam noſtra iuncte  
 rant amicitia, & quod ultra huic rei remediū imponendum, erat optimū  
 tutam reddere prouinciā Guaxacaque, quoniā ea ibatur ad Mare Auſtra-  
 le Indicum, & ſi eam pacatam redderemus, eſſet res admodum proſicua, tam  
 pro iam dicta, quam pro alijs plurimis cauſis, de quibus poſt hæc referam Ma-  
 ieſtati Veſtræ. Et dictus locum tenens mihi retulit, ſe optimam habere infor-  
 mationem ſigillatim de omni ea prouinciā, & paucis illam militibus ſubige-  
 re poſſemus. Ille enim dum ipſe in caſtris eſſem contra ciuitatem Temixti-  
 tan, eo proſectus fuerat, quoniam incolæ prouinciæ Tepeaca inſiterant ut  
 illis bellum inferret, quum tamen ipſe non adduxiſſet ultra uiginti, aut tri-  
 ginta Hiſpanos, illum redire coegerant, quamuis non eo ſpacio quo ipſe de-  
 ſideraſſet, & ego audita eius relatione, eidem equites impartitus ſum duo  
 decim, & pedites Hiſpanos octuaginta, & dictus maior executor una cum  
 locum tenente diſceſſere comitantibus ſuis commilitonibus ab hac ciui-  
 tate Cuioacan triceſima Octobris, Anno Miſleſimo quingentiſimo uige-  
 ſimo primo. Et quum perueniſſent ad prouinciā Tepeaca, milites ſuos re-  
 cenſuerunt, & quiſlibet diſceſſit ad ſibi commiſſam prouinciā, & maior ex-  
 executor inde ad uiginti dies ad me literas dedit ſe perueniſſe ad prouinciā  
 Guatuxco, & quamuis multum timeret aliquam oppreſſionem ab oſtibus  
 accipi poſſe, quum gens eſſet bello agilis & maximas haberent uires, omni  
 potenti tamen placuit, ut eum pacifice exceperint & quamuis ad alias non  
 perueniſſet prouinciās, certe arbitrabatur omnes incolas illarum deditiōne  
 faciuras Maieſtati ueſtre, & poſt dies quindecim ab eo recepi literas, quibus  
 mihi ſignificauit, illum ulterius proſectum, & omnes eas prouinciās tam eſ-  
 ſe pacatas. Et illi uidebatur, ut inde plus fructus caperetur, in ea coloniam  
 locandam, ut multo ante conſulueramus, admonuitq; ut proſpicerem quid  
 in hoc eſſet per eum agendum. Reſcripſi, gratias agendo ei de labore in ea  
 expeditione per eum luſcepto ad Maieſtatis Veſtræ commodū, & illi ſignificauit



ficat sententiam suam esse optimam circa coloniam deducendam, & mandauit ut edificaret ciuitatem ad Hispanorum habitationem in prouincia Taxtebecum, & nomen sibi imponeret Medelin, & destinauit nomina iudicum & regentium, & aliorum officialium. Quibus omnibus iniunxi, ut optime prospicerent, ea quae commoda essent, & conducerent seruitio Maiestatis Vestrae, & quod incolae bene haberentur.

Locum tenens ciuitatis finitum Securitatis, cum suis comilitonibus discessit ad prouincia Guaxaca comitante magna copia hominum circumuicinarum nobis amicorum. Et quamuis incolae dictae prouinciae sibi obfistere corpissent, & his, aut quater cum eis strenue, et acriter pugna inuisissent, tandem se pacifice dedidere absque aliquo illorum incomodo, & de omnibus sigillatim ad me scripsit, & mihi significauit prouincia esse optimam, & aurifodinis refertam, et ad me destinauit optima auri indicia, quae una cum alijs Maiestati Vestrae transmittit, & ipse remansit in ea prouincia expectans quid sibi uellem iniungere.

Quo ordinem posuissem ad has duas prouincias debellandas, & quum cognoscerem optimum eorum euentum, & quum prospicerem me iam tres collocaisse Hispanorum colonias, & maior pars illorum mecum debebat in ciuitate Cuioacan, & quum consuluissemus quo in loco aliam locaremus coloniam circa lacus, quum ea magis indigeremus ad tutelam, & quietem omnium harum prouinciarum & similiter cernentes ciuitatem Temixtitan, quae erat res tam celebris, & quam hactenus magnificeramus, & de qua meminimus, uisum est nobis in ea coloniam ponere, solo enim tota erat equata. Et ego fundos partitus sum illis, qui eam inhabitare constituebant, & nominati sunt iudices, & regentes Maiestatis Vestrae nomine, ut in eius regnis fieri consuevit, et dum domus construuntur, constituiimus moram trahere in hac ciuitate Cuioacan, ubi impraesentiarum sumus a quatuor, aut quinque mensibus, in quibus dicta ciuitas Temixtitan reficitur, & est ciuitas pulcherrima, & credat Maiestas Vestra, quod indies fiet nobilior, & amplior, adeo ut quemadmodum transactis temporibus fuit primas, & dominatrix omnium harum prouinciarum, in futurum quoque fore speramus, & sic fiet, ita, ut Hispani sint in ea munitissimi, tutissimi, & multum incolis praualentes, & adeo, ut nullo pacto ab eis laedi possint.

Interim, ut dixi, Dominus prouinciae Tatutepeque (quae haeret mari Australi Indico, per quam duo illi Hispani profecti sunt ad illud detegendum) destinauit ad me quosdam ex suis proceribus, & per eosdem se obtulit in Maiestatis Vestrae uasallum, & destinauit munera aliqua, uidelicet emblemata quaedam, & frusta auri, & alia ex plumis, quae omnia consignata fuere Maiestatis Vestrae thesaurario, & ego gratias egi dictis nuncijs de omnibus, quae nomine Domini mihi exposuerant, & quaedam illi afferenda sum impertitus, & ipsi reuersi sunt multum laeti.

Similiter eo tempore aduenere duo illi Hispani, qui profecti fuerat ad prouincia Mechuaea, per quam nuncijs, quos Dominus illius ad me destinauerat, mihi retulerant, etiam ab ea parte iri posse ad mare Australe Indicum. Sed eundem erat per prouinciam cuiusdam eorum hostis. Et cum Hispani aduenire frater dicti domini Mechuaean cum alijs primatibus, & familiaribus, qui ascendebant ad mille utros, quos excepi, benignum aspectum eisdem exhibendo, & domini dictae prouinciae Calcucin nomine Maiestatem Vestrae donarunt, quodam munere parmarum ex argento, quae ascenderunt ad multas selibras, & rerum aliarum, quae omnia consignata sunt Maiestatis Vestrae thesaurario. Et ut modum nostrum prospicerent, & Domino suo nunciare, & recensere possent, in platea quadam conuenire iussi omnes equites, & coram eis concurrerunt, & praemia leuia inuere, & pedites suo ordine, & milites aliqui pixides emisere, & tormentis turrim quandam impetendam curauit, qui admiratione maxima capti fuere circa ea, quae in dicta turri acta sunt, & etiam quum equos currentes uidere, et eos adducendos commisi, ut proficere

rentur in sum destructionem ciuitatis Temixtitan, quam ubi conspexere, et  
 iusq; vires & munimina, quum sit in aquis constituta, maiori affectu sunt ad  
 miratione, & post quatuor aut quinq; dies post multa exhibitia ad eorum do  
 minum afferenda munera & pro ipsimet, que ipsi magni faciunt, in patriam  
 læti discessere. Ante hac retuli Maest. Vest. de flumine Panuco, quod  
 est in litore infra ciuitate Vere Crucis per quinquaginta aut sexaginta leu  
 earum spaciū, ad quod naues Fracisci de Garai his uel ter profectæ fuerāt.  
 etiam acceperant maximum damnum ab accolis illius ob linsitrum modū,  
 quem adhibuerant præfectū, quos illuc destinauerat, in rebus agendis cum  
 dictis Indis. Et ipse cernēs, quod in omni mari Septentrionali Indico est ma  
 ximus portuum defectus, & nullus est similis portui illius fluminis, et etiam,  
 quoniam Incolæ illius prius uenerant ad me, & obtulerant se in uasallas Ve  
 stræ Maestatis, & nunc bella intulerant, & inferunt uasallū Vest. Maest. et  
 nobis amicis, constitui illuc præfectum aliquem destinare cum aliquibus mi  
 litibus, & pacatas reddere omnes illas prouincias, & si esset tellus habitan  
 da, sibi in ripa fluminis coloniam constituere. Omnes enim circumuicinos  
 pacatos tutosq; redderem, & quum essemus pauci & separati in tres aut qua  
 tuor portiones, propterea aliqua suberat contradicō, ne ulterius milites ab  
 hoc loco extraherem, partim ut opem ferrem amicis nostris, partim quoniā  
 post expugnationem ciuitatis Temixtitan, naues aduenerant, & adduxerāt  
 quosdam equites, paratos esse iussi uiginti quinq; equites, & pedites centū  
 & quinquaginta, & præfectum cum illis, ut irent ad dictum flumen. Et quū  
 hunc præfectum expedirem, uenerunt literæ à ciuitate Vere Crucis, ad por  
 tum illius aduenisse nauim, qua uehebatur Christophorus de Tapia inuisor  
 fundationum insulæ Hispanæ, à quo sequenti die literas accepi, quibus si  
 gnificasti aduentum suum ad has partes eam ob causam fuisse, ut earum re  
 gimen Maestatis Vestræ nomine obtineret, & ad id habebat suas Regales  
 commissiones, quarum copiam nulli sibi facere uolebat, donec nos coram col  
 loqueremur, & eo instanti uoluisset ad me esse profectus, quom tamen habe  
 ret equos mari afflictos, itineri se non commiserat, & me rogabat, ut ordi  
 nem ponerem, quomodo conuenire possemus, aut ille huc ueniendo, aut e  
 go illuc proficiscendo ad maris littora. Et quum literas eius accepi, illico re  
 sponsum dedi afferens me admodum aduentu suo lætari, & quod nullus ad  
 uenisse poterat Maestatis Vestræ mandato ad regimen istarum prouinciar  
 rum, quo plus gauderem: partim ob cognitionem, quæ inter nos intercesse  
 rat, partim ob educationem, & uicinitatem, quam habueramus inter nos in  
 insula Hispana. Et quoniā pacatio istarum prouinciarum non erat firma, &  
 solida, ut decebat, & qualibet nouitate aniam præberemus incolis prouin  
 ciarum ad studendum defectioni, & quum frater Petrus Malgerio ab Vria  
 commissarius Cruciatæ interfuisset omnibus laboribus nostris, & optime nos  
 scebat, quo in fratre hic uerfarentur, illius aduētus Maestati Vestræ plu  
 rimum fuit proficuus, & nobis alijs illius doctrina, & consiliū plurimum  
 proficere. Illum obnixius rogauī, ut laborem susciperet, & dictum Tapia al  
 locutū proficisceretur, & inspiceret prouisiones Maestatis Vestræ: & post  
 quam ille melius quam aliquis cognoscebat, quæ facerent ad eius regale ser  
 uitiū, & ad bonum omnium istarum prouinciarum, quod ipse cōstitueret  
 cum dicto Tapia ea, quæ conuenirent, postquam cognoscebat me in nullo  
 deuiaturum ab eis: & in hoc eum rogauī præfente Maest. Vestræ thesaurar  
 rio, & ipsemet idem iniunxit. Et sic discessit profecturus ad ciuitatem Vere  
 Crucis, ubi dictus Tapia morabatur. Et ut in dicta ciuitate, & ubiqueq; di  
 eius esset Tapia, omnia sibi exhiberentur, commodeq; exciperetur, expedit  
 ut dictum patrem una cum duobus, aut tribus meis commilitonibus. Et quū  
 illi discessere, præfolabar eorum responsum, & interim aptauī me discessu  
 pacationem, quietemq; omnium istarum prouinciarum.



A Inde ad decem, aut duodecim dies, iustitia, & regimen Ciuitatis Veræ Crucis, mihi scriperunt, dictum Tapiam exhibuisse prouisiones Maiestatis Vestre, & gubernatorum suorum suo Regali nomine, & ipsi paruerant omni, qua decebat, obseruantia, & quo ad executionem, responsum dederant, quod cum maior regiminis portio apud me hic esset, & interfuerant oppugnationi ciuitatis, ipsi eos certiores redderent, ac omnes facerent, & adimplerent illud, quod plus conducere uidebatur Maiestatis Vestre seruitio, & bono prouinciarum, & quod ex dicta responsione, dictus Tapia aliquam coneeperit displicentiam, & etiam tentauerat quædam scandalosa. Et quamuis illud multum displiceret, illis respondi rogando, & monendo, quod prius prospicientes Regale Maiestatis Vestre seruitium laborarent obsequi dicto Tapia, & occasionem non præberent, quod aliqua oriretur dissensio, quoniam accingebam me itineri, ut illum conuenirem, & adimplerem Maiestatis Vestre mandata, & id facerem, quod concerneret Maiestatis Vestre seruitium. Et quum uellem iam discedere, & iter illius præfeci ad flumen Panuco abiissem, quum (si ipse discederem) necessarium esset optimum ibi relinquere præsidium procuratores consilij istius Nouæ maris oceanii Hispaniæ monuerunt me maximis protestationibus, quod hinc non recederem. Quoniam à breui tempore prouinciæ Temixtitanæ, & Mexico reddita fuerant pacate, mea absentia seditionem facere possent. Vnde eueniret maximum damnum Maiestati Vestre, & inquietaretur prouincia. Et in dicta monitione alia plures cause, & rationes continebantur, quibus demonstrabatur me in presentiarum non debere discedere, ab hac ciuitate, & dixere, quod ipsi cum autoritate consilij proficiscerentur ad ciuitatem Veræ Crucis ubi erat dictus Tapia, & inspicerent prouisiones Maiestatis Vestre, & mandata, & id agerent, quod Regali Maiestati Vestre conducere uiderent. Et quoniam nobis uisum est ita oportere, & dicti procuratores discebant, eisdem literas dedi ad dictum Tapiam significando ei ea, quæ acta erant, & ipse committendam uices meas Condalsauo de Sandoual maiori executori, Didaco de Sotto, & Didaco de Valdenebro, qui erant in ciuitate Veræ Crucis, ut meo nomine insimul cum Senatu illius, & una cum procuratoribus aliorum Senatum uiderent, exequerentur que id, quod conduceret Maiestatis uestræ seruitio, & bono prouinciarum. Illi enim erant, & sunt tales, ut ita essent facturi. Et quum peruenissent eo ubi dictus Tapia erat, qui iam iter ingressus erat, & pater frater Petrus secum proficisceretur, monuerunt illum, ut reuertetur & simul rursus sunt ad ciuitatem Cempoal, & dictus Christophorus exhibuit mandata, & prouisiones Vestre Maiestatis, quibus omnes obedientiam ea reuerentia, qua Maiestati Vestre parere debent, exhibuerat ea tamen executioni demandanda Maiestati Vestre supplicabant, quoniam id Maiestatis Vestre seruitio conducere maxime arbitrabantur rationibus, & causis in supplicatione contentis, quam conscripsere, ut latius ea gesta sunt, & procuratores, qui ueniunt ex noua Hispania afferunt subscriptam manu notarij publici. Post multas monitiones hinc inde factas inter dictum Tapiam & procuratores, iam dictus Tapia nauim suam ascendit, quia ita facere monitus fuit, quoniam propter eius aduentum, & mansionem in his prouincijs, & quia publicatum erat ipsum gubernatorem, & capitaneum harum prouinciarum aduentasse, seditionem faciebant, & incolæ à Mexico, et Temixtitan composuerant cum istis prouincijs deficere, & proditionem machinari, à qua euadere fuisset difficilius, quam à prima. Quæ fuerat huiusmodi, quod aliqui ex incolis à Mexico ordinem dederant cum incolis earum prouinciarum, ad quas subigendas destinaueram maiorem executorem, ut ad me proficiscerentur maxima celeritate, & significarent per littora uagari decem & octo naues magnis copijs, & terram non capere, & quia gens americana esse non posset, si uellem ipsi se accingerent, & mecum eo proficiscerentur, mihi opem laturi, & ut fidem illis adhiberem nauium formas papi-

ro pictas ad me detulere. Et quum hoc secreto mihi nunciassent illico eorum  
 animum agnoui, & fraudem subesse, & circumventionem, ut me ab hac pro-  
 uincia abducerent, quia cum aliqui ex primatibus audiissent me discessis-  
 rum, & me nunc in prouincia continerem, alium ordinem adinuenerant.  
 Omnia secum dissimulaui, & postea aliquos carceri mancipaui, qui hæc ma-  
 chinati fuerant. Ita ut aduentus dicti Tapia, & quod non habebat notitiam  
 patriæ, & incolarum, maximam suscitauerit seditionem, & sua hic mansio  
 maximo fuisse incommodo, ni deus remedium apposuisset, & plus commo-  
 di contulisset Vestrae Maiestati, manere in insula Hispana, & prætermittere  
 suum huc aduentum, & prius Maiestatem Vestram consulere, & eidem si-  
 gnificare, quo in statu essent res harum prouinciarum, postquam hæc omnia  
 nouerat ex nauibus, quas ad dictam insulam Hispanam transiiseram ad sub-  
 sidium euocandum, & luce clarius cognoscebat, iam remedium appositum  
 scandalo, quod euenerat aduentu classis Pamphili de Naruaez, per ea potis-  
 simum, quæ per consilium, & regimen Maiestatis Vestre constituta fuerant,  
 & eo maxime, quia ab Admirante, iudicibus, & officialibus Maiestatis ue-  
 stræ, qui resident in dicta insula Hispana, multoties prælibatus Tapia moni-  
 tus fuerat ne daret operam transfretandi ad has prouincias, nisi prius Maie-  
 stas Vestra certa fieret omnium, quæ in illis euenissent, & ob id aduentum  
 eius sub poenis quibusdam inhibuere, qui modis quibusdam, & quos secum te-  
 nuit potius considerans suum particulare interesse, quam id, quod seruitio  
 Maiestatis Vestrae conducere, tantum effecit, ut inhibitionem iam dictam  
 sui aduentus reuocauerint. Maiestati Vestrae omnia retuli, quando dictus  
 Tapia ab his oris discessit, ea procuratores, & ego non fecimus. Ipse enim i-  
 doneus nostrarum literarum exhibitor non uidebatur, & etiam ut maiestas  
 Vestra cognoscat, & credat, quod in non recipiendo dictum Tapiam Maie-  
 stas Vestra commodum maximum consecuta est, ut latius quando, & quo-  
 ties necesse erit, demonstrabitur.

Capite quodam anteriori Maiestati Vestrae significauit, qualiter præse-  
 ctus ille, quem destinaueram ad subigendam prouinciam Guaxaca, eam pa-  
 catam obtinebat ibique præstolabatur quid illi essem mandaturus. Et quoni-  
 am eo indigebam, quum esset locum tenens, & iudex in ciuitate finium Secu-  
 ritatis, illi literis iniunxi, ut octuaginta illos pedites, & decem equites, quos  
 secum habebat, Petro de Aluarado consignaret, quem destinabam ad deuin-  
 cendam prouinciam Tatutepeque, quæ distat per quadraginta leucas à pro-  
 uincia Guaxaca, prope mare Australe Indicum, et bellum inferebant, et dam-  
 na intolerabilia his, qui se subderant Vestrae Maiestati, & incolis prouin-  
 ciæ Tatutepeque, quoniam nobis promiserant, nos per eorum prouinciam  
 proficisci ad detegendum mare Australe Indicum. Et dictus Petrus de Al-  
 uarado discessit ab hac ciuitate ultima die Ianuarij, instantis Anni, & comi-  
 tibus militibus, quos hinc abduxit, & illis, quos recepit in prouincia Gua-  
 xaca, in unum conuenerunt quadraginta equites, & ducenti pedites. Inter quos  
 erant quadraginta pixedibus, & balistis utentes, et duo erant illis parua cam-  
 pestria tormenta, & inde ad dies uiginti literas accepi à dicto Petro de Al-  
 uarado, qualiter erat in itinere ad dictam prouinciã Tatutepeque, & me certiorè  
 faciebat, se captiuos habuisse quosdam exploratores, dictæ prouinciæ incolas:  
 et quæ ab eis informatione cepisset, illi retulerat, Dominum Tatutepeque, una  
 cum illius copijs cum in campis præstolari, & ibat ea sententia, ut omnia eidem  
 possibilia elliceret, ut pacatam redderet eam prouinciã, & ad hoc ultra Hispanos  
 secum adducebat plures, et bellicosos homines. Et cum maximo desiderio  
 huius negocij euentum expectarem, die quarta Martij præsentis Anni lite-  
 ras accepi à dicto Petro de Aluarado, quibus significabat se prouinciã in-  
 gressum, & quod tres aut quatuor colonie eidem oblitere ausæ fuerant, in  
 oblitendo tamen non permanferant, & ingressus fuerat ciuitatem Tatute-  
 peque, & secundum ea quæ apparuerant, fuerat optime receptus, & domi-



**A** nus illius uoluerat, ut hospitaretur in quibusdam suis magnis domibus, quæ cooperæ erant paleæ, & quum essent lire loco nō admodum concedenti pro equibus, eas habitare noluerat. Sed descendebat ad aliam ciuitatis partem quæ erat planior, et etiā ideo id fecerat, quia ad aures eius deuenerat, illos constituisse ipsum, & uniuersos socios eius uelle eo pacto interficere, & quod cum Hispani essent in illis domibus quæ erant amplissimæ, eidem ignem iniicere, & omnes comburere. Et cum deus illi hoc negotium detexisset, distulit mulauerat, & secum in planiorem locum adduxerat illius prouinciæ dominum, & filium suum quos tenuerat, & eos habebat in potestate sua tanquam captiuos: & ipsi concesserant eidem ultra uiginti quinque millia Castellano rum, & arbitrabantur ut relatione illius subditorum audisuerant, illum maximum obtinere thesaurum, & quod omnis illa prouincia erat ita pacifica, ut nihil supra, & habebant suas nundinas & commercia, ut prius facere consueuerant: & illam prouinciam assererat esse ditissimam aurifodinis, & quod eo presente inditia extraxerant, quæ mihi transmisit, & quod per dies tres aut quatuor progressus fuerat ad mare, & illius possessionem Maiestatis Vestræ nomine acceperat, & in illius præsentia extraxerant gemmarum inditium, quod similiter mihi transmisit, quod una cum inditijs aurifodinarum Maiestati Vestræ desino.

Quum deus omnipotens negotium hoc optime dirigeret, et adimplebatur desiderium, quo ardeo ad Maiestati Vestræ inseruiendum in hoc Australi Mari Indico detegendo, cum res sit tanti momenti, diligentissime prouidit, quod in uno ex locis tribus, ubi mare detexi, duæ mediocres construuntur carauellæ & duo bergantini. Carauellæ erunt ad detegendum, & bergantini ad legenda littora, & ad hoc desinavi duce quodam homine diligenti quadraginta Hispanos, inter quos sunt magistri, & fabri lignarij littorum, & tabularum magistri, & fabri ferrarij, & homines mari uersari soliti, & parari iussi in ciuitate Verg Crucis pro clauis, uelis, et alijs facientibus ad dicta duo nauigia. Properabimus, quantum nobis fuerit possibile, ut perficiantur, æquiori committantur. Quod perfectum opus (credat Maiestas uestra) erit maiores, & ex qua maius commodum Maiestatis Vestræ redudabit, quam ex re aliqua, quæ euenierit, postquam Indorum loca reperta sunt.

**B** Cum essem in ciuitate Thesico, antequam ab ea exirem, ut obsidione cingerem ciuitatem Temixtitan, componendo, & dirigendo ea, quæ erant opportuna ad dicta obsidionē, curam non adhibens ad illa quæ per quosdam machinabatur, ad me profectus est unus, qui huic intererat proditiōis, & me certiores reddidit, amicos aliquos Didaco Velazquez, commilitones meos mihi parasse proditiōem, ut me interimeret, & tam inter se elegerat profectum, prætorem, & alios officiales, & omnino prouiderē de remedio, postquam uidebat, quod ultra scandalum inde successurum in personam meam, certum erat nullum Hispanum posse euadere, quum essemus alter alteri contrarij, & quod propterea non solum hostes paratos inueniremus, sed etiam illos, quos nobis amicos arbitrabamur, laboraturos, ut nos omnes ad unum interficerent. Quamprimum tam magnam proditiōem detectā conspexi, gratias Deo Opt. Max. egi, quoniam in eo omne uersabatur remediū, & illico capiedum curauit ex illis unum, qui erat autor, qui sua sponte factus est quod ipse constituerat, composuerat, cum multis, quos in sua confessione nominauit, ut me interficerent aut caperent, & occuparent regimen prouinciarū pro Didaco Velazquez, & ueritas erat, illum constituisse creare præfectum & iudicem maiorem, & ipse esse debebat maior executor, & me aut interficere, aut capere debebant, & in hoc conuenerant multi, quos descripserat in copia quadam, quæ inuenta est in eius habitatione, quamuis lacerata, cum aliquibus ex dictis quos ipse nominauit, cum quibus prædicta tractat. Et non solum hæc acta tuerant, & consulta in ciuitate Thesico, sed illa tam incooperant, & tractant, dum incumberemus bello prouinciæ Tepeaca. Et

audita

audita illius confessione, qui nominabatur Antonius de uillafanna, qui ortundus erat è Zamora, & quum eam ratam habuisset, iudex quidam & ego illum morte dignum iudicauimus, & ita executum est in illius personam. Et quamuis in hoc comperimus plures confcios, dissimulaui secum amiceabiliter agendo, quia cum casus mihi pertineret (quamuis aptius dici posset Vestrae Maiestati) nolui contra eos rigorose procedere, quæ dissimulatio non multum profuit, quoniam postea aliqui factionis dicti Didaci Velazquez quaesiuere aduersus me plures insidari, & secreto multos mouere turmultus, & scandala, ut plus mihi cauendum fuerit ab illis, quam à nostris hostibus. Deus tamè omnipotens ita direxit omnia, quod absq; aliqua in eos animaduersione, omnis est inter nos tranquillitas, & requies, & si in posterum aliquid audiero, in eos animaduertam, prout dictabit iustitia.

Post expugnationem ciuitatis Temixtitan, dum morarer in ciuitate Cuioacan, ab humanis excessit Don Ferdinandus dominus ciuitatis Thezaco, cuius mortem omnes moleste tulimus, cum esset fidelis Maiestatis uestræ uas salus, & Christianis amicissimus. Et consilio, consentusq; dominorum, & primatum illius ciuitatis, & prouinciæ Maiestatis Vestrae nomine regimen concessum fuit fratri suo minori, qui baptisma suscepit, & illum Don Karolum nominauimus, & ut hactenus uideri potest, sequitur uestigia fratris sui, & admodum delectatur nostro habitu, & consuetudine.

Alia Relatione Maiestati uestræ significauit, qualiter prope prouinciã Tascaltecal, & Guaxacingo erat mons rotundus, & excelsus, à quo ferme per exibat fumus globus, qui recto tramite sagittæ uelocitate in auras ascendeat, & quoniam nobis afferebant, rem eam esse periculo plenam, & eos qui scandebant mori, iussi Hispanos quosdã ascendere, ut conspicerent, quomodo esset mons in cacumine. Et eo tempore, quo ascenderunt, ille fumus globus exiit tanto cum strepitu, quod nec potuerint, nec ausi fuerint peruenire ad cacumen montis unde exit ille fumus, & erat spacium duorum basilicæ iactuum ab uno ore ad aliud. Est enim mons latus in circuitu per tres, aut quatuor leucas, habet talem profunditatem, ut infimam illius partem prospicere nequiverint & ibi inuenere frustra sulphuris, quæ fumus expellit. Et dum semel ibi essent, audire fumi ascendentis strepitum, & ipsi descensum accelerarunt, antequam tamen peruenissent ad medium montis, rotatim aduentabant plurima saxa, & propterea conspexere se in maximo constitutos periculo, & Indi claro illud facinori ascripsere, illuc proficisci quo illi ascenderunt.

Alijs literis Maiestati Vestrae significauit, incolas harum prouinciarum esse maioris capacitatis, & ingenij reliquis incolis aliarum insularum, & uidebantur nobis tantæ intelligentiæ, & rationis quãtum medio critere uni sufficit. Et propterea tunc mihi non uidebatur, ut Hispanis inseruire cogerentur, quemadmodum incolæ aliarum insularum. Et etiã hoc cessante, acquiescentes, & coloniæ locatæ in his partibus se sustinere, & alere non possent, & nec tunc Indos astringeramus, & Hispanis aliquid adhiberetur remedium. Mihi uidebatur Maiestatem Vestra comittere, ut ex redditibus, qui hinc Maiestati Vestrae pertinent, subleuarentur pro uictu, & expensis factis, et in hoc committeret provideri illud, quod plus conducere uideretur seruitio suo, ut de omnibus latius Maiestati Vestrae significauit. Et postea uisis, & consideratis maximis, continuisq; Maiestatis Vestrae expensis, & quod potius omnibus modis augere debebamus illius redditus, quam causam præbere, ut minuarentur, inspecto etiã longo tempore, quo bello incubuimus, & necessitate, debitiscq; quibus astringebamur, & dilatione, quæ intercedebat, donec Maiestas Vestra aliquid posset constituere, & etiã maxima importunatione M. V. officialium, & omnium Hispanorum, fuit quasi coactus dominos, & incolas harum prouinciarum deponere ad manus Hispanorũ, considerando seruitiã, & actã, quæ ipsi Maiestati Vestrae exhibere in his partibus,

ut in



ut Interim dum Maiestas Vestra aliud iubeat, uel hoc idem confirmet, dicti domini, & incolae Hispanis inseruiat, & cuilibet Hispano, cui fuerit concessus exhibeat ea, quibus indigebit ad sustentationem. Et hic modus fuit initus multorum consilio, qui optime norunt, & intelligunt mores istarum provinciarum. Non potest haberi modus melior, & qui plus cōueniat, tam ad sustentationem Hispanorum, quam ad conseruationem Indorum, et ut bene secum agatur, pro ut latius Maieftati Vestrae exponēt procuratores, qui uenient ex hac Noua Hispania. Pro rebus, & pagis Maieftatis Vestrae, consignate sunt prouinciæ, & urbes meliores, & aptiores. Supplicō Maieftati Vestrae in hoc prouidendum committat id quod plus conducere uidebitur Maieftatis Vestrae seruitio.

Catholice domine deus omnipotens uitam, regalem personam, & potentissimum statum Vestrae Cæsareæ Maieftatis conseruet, augeatq; cum incremento maiorum Regnorum, & Dominiorum, ut regale cor suum desiderat.

Ex ciuitate Cuiuoacan, istius saxe Nouæ maris oceani Hispaniæ, die quinta decima Maij. Anno Domini. Millelmo quingentesimo uigesimo secundo.

Potentissime Domine Vestrae Cæsareæ Maieftatis humillimus seruus & uasallus, qui Maieftatis Vestrae regales pedes & manus deosculatur, Ferdinandus Cortelius.

Potentissime Domine Vestrae Cæsareæ Maieftati Relationem facit Ferdinandus Cortelius illius Præfectus, & iustitia Maior in hac Noua maris Oceani Hispania, quemadmodum Vestra Maieftas inspicere poterit. Nos enim Maieftatis Vestrae Officiales tenemur omnia referre, & computū dare de omnibus, quæ euenere in his partibus, & in his literis omnia transmittuntur, & ea est mera ueritas, & propterea non est necesse, ut nos diffusius scribamus. Sed omnia Relationi dicti præfecti remittemus.

Inuicissime, ac Catholice Domine, Deus omnipotens uitam, & regalem Maieftatis Vestrae personam, & potentissimum statum conseruet, augeatq; cum incremento maiorum Regnorum, Dominiorumq; ut regale cor suum desiderat. Ex Cuiuoacan, die. XV. mensis Maij. M. D. XXII.

Potentissime Domine Vestrae Cæsareæ Maieftatis humiles serui, & uasalli, qui Regales Maieftatis Vestrae pedes & manus deosculantur.

Iulianus Alderete, Alphonfus de Grado, Bernardinus Vazquez de Tapia.

DE FRATRVM MINORVM REGVLARIS OBSERVANTIAE profectus & animarum lucro in HuKetan, siue Noua Hispania, Epistola uenerandi patris fratris Martini de Valentia custodis sancti euangelij in terra præmissa, ad Reuerendum P. F. Matthiam Vuensile in generale commissarium Cisimontanum eorumdem fratrum.

**R**EVERENDE ac dignissime pater, frater Martinus de Valentia custodia sancti euangelij cultus, & cæteri ordinis minorum regularis obseruantia fratres, in hac Noua Hispania degentes, filij & subditi Reuerendissimæ paternitatis Vestrae; obedientiam fidelem cum osculo manuum. Nos quidem constituti sumus in extremis mundi partibus apud Indos in magna Asia, ubi Christi Euangelium à filijs & subditis Vestris primum cepit prædicari, & noua fides semi-

B b na puz

na pululare, in arenis antea sulcis, quia riuos eius inebrians gratia saluatoris in stillicidijs eorum multiplicauit gemina eius. Nam ut uere loquar non autem hyperbolice, plusquam decies centena millia Indorum sunt a filijs Vestrjs baptizata, quoru quisq; presertim illi duodecim, qui missi sunt una mecum a Reuerendissimo domino Cardinali sancte crucis patre nostro fratre Francisco de angelis, cum esset minister generalis, plusquam centum millia baptizauit, omnes illi prater me didicerunt linguam Indorum, imò uarias linguas eorundem. Et in eis predicant, & instruunt innumeram multitudinem eorum, & inter eos infantulj, & pueri magnatorum naturalium filij largam nobis spem imponunt: qui a fratribus nostris instruuntur, & uita, & moribus religiose nutriuntur, in nostris cœnobijs quæ condidimus fere iam uiginti, & indies multiplicantur & cœstruuntur ab eisdem Indis feruida deuotione. Et in quolibet habemus in habitaculis cōtigujs nostris conuentibus plusquam quingētos pueros, in quibusdam parum minus, in quibusdam uero satis plures qui iam in doctrina Christiana sunt instructi, et predicant filij patribus suis, & in ambone publicè miro modo: & multi ex eis docent alios pueros qui canunt horas dominæ nostræ quotidie, & surgunt illa eadem hora, quæ fratres & in sua ecclesia seorsum ad matutinum, & canunt solenniter in illas, sunt enim tenacis memoriæ ualde dociles & perspicaces, sunt pacifici, inter eos nunquam est rixa; nec iurgium inter eos, loquuntur submissa uoce, depressis oculis, mulieres fulgēt incredibili honestate, & uerecundia foemina naturaliter inest eis. Confessiones illorum maxime foeminarum sunt incomparabilis puritatis & inaudita claritatis: sacrosanctū Eucharistia Sacramentum abundantē effusione lacrymarum suscipiunt, religiosos præcipue minores pro magno ducunt, quia primo eos cognouerunt, & per dei gratiam bonum exemplum ab eis accipiunt, maxime eis obediunt, & ab eis indita ieiunia; ac alia exercitia pœnitentialia deuotione magna sumunt, in doctrina Christiana ualde proficiunt, & satis afficiuntur ad illa quæ sunt fidei nostræ catholicæ, & quam prope discunt, ea melius quàm pueri Hispanorum. Ad laudem dei cui est honor & gloria, in secula seculorum, Amen. Ex conuentu nostro Thalmanaco prope magnam ciuitatem Messicanam, custodiæ sancti Euangelij. Die duodecima mensis Iunij. Anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo primo.

SEQUITVR ALIA LITERARVM COPIA SVB EADEM  
data missarum Reuerendo patri electo ceterisq; patribus capituli generalis Tholosani in festo Pentecostes Tholosæ celebrati. Anno domini M. D.  
XXXII. Per Reuerendum Patrem, dominum Episcopum illius  
ciuitatis magnæ, quæ dicitur Temixtitan Mexico, in  
HuKetan, & alios patres ibi com-  
morantes.

**R**EUERENDI Patres, notum uobis facimus nos in magnis & assiduis laboribus erga infidelium conuersionem esse occupatos. Ex quibus præuia Dei gratia, per manus fratrum nostrorum ordinis sancti Francisci de regulari obseruantiâ, baptizata sunt plusquam ducenta quinquaginta millia hominum, quingenta deorum templa sunt destructa, & plusquam uicesse mille figuræ demonum, quas adorabant, fractæ & combustæ. In multis enim locis destructa sunt sacella & oratoria, in pluribusq; arma decora & fulgida sanctæ crucis sunt eleuata, & ab Indis adorata. Et, quod horredum dictu, olim solitum erat, uidelicet in illa magna ciuitate Temixtitā, dijs suis annuatim ultra uiginti millia puellarumq; corda sacrificare: iam illa humana corda non demonibus, sed altissimo deo per doctrinam & bonum exemplum fratrum nostrorum innumeras laudis hostias offerunt, unde soli ipsi deo honor & gloria qui



qui in illis locis à filiis Indorum, quos apud nos habemus, reuerenter adoratur, multaq; ieiunia & disciplina, multiplicatq; orationes, lachrymæ & suspiria ab ipsis fiunt & emittuntur. Multi enim puerorum istorum bene legere, scribere, canere, & punctare sciunt. Assidue confitentur, & deuotissime sanctum Sacramentum recipiunt, parentibus suis dei uerbum sacunde proponunt prout à fratribus habent, ad matutinas horas surgūt. Et uirginis matris dei, ad quam specialem deuotionem habent, integrum officium dicunt, idola parentum suorum acutissime explorant, & ad fratres nostros fideliter asportant. Cuius causa à parentibus suis aliqui occisi sunt, uiuunt tamen laureati cum deo, unaquaq; domus fratrum Francisci habet aliam domum sibi coniunctam pro pueris docendis ab artificibus Indorum constructam cum lectoratio, dormitorio, refectorio, & deuoto sacello. Sūt enim ualde humiles & fratribus obtemperantes, & eos plusquam patres diligentes, sunt casti, & cum fratribus ueraces, sunt ingeniosi maxime in arte picture, & cum deo tandem fortitū animam bonam: Benedictus deus per omnia. Inter fratres in lingua Indica eruditos, est unus laicus Petrus de Gante nomine, illa lingua facundissime utens. Et sexcentorum puerorum & amplius curam habens diligentissima, qui quidem frater est principalis paranympus, tradens in diebus festiuis cum magna solemnitate, puellas Christianas bene doctas, talibus pueris in uxores: pro quarum puellarum manutentione & doctrina, milit domina Imperatrix ab Hispania sex mulieres honoratas & doctas, & præcepit per literas, quod fieret una domus tam magna & completa, ut ipsæ mulieres recollectæ sub diocœfani fauore uiuentes, possent habere & docere mille puellas honeste uiuentes, & ita demum miro quodam modo ad fidem conuertuntur Indi, quando puellæ à sceminis, masculis uiris religiosiis prima fidei rudimenta discunt, & postremo parentibus ethnicis que didicerunt, renarrant, ut bene dixisse de eis uideatur David: Ex ore infantium & lactetium perfecisti laudem tuam. Valete in Christo & orate, ut quod deus cepit, per suam clementiam perficiat.

EPITOME CONVERTENDI GENTES INDIARVM AD fidem Christi, adeoq; ad Ecclesiam Sacrosanctam catholicam & apostolicam, Autore R. P. F. Nicolao Herbora, regularis obseruationis ordinis Minorum Generali Commissario Cismontano.

**I**N Christo sibi Reuerēdis longeq; probatiss. simul & eruditiss. patribus Ministris ordinis Minorū regularis obseruationis, Prouinciarū, Fræciæ, Franciæ Parisiēsis, Castellæ, Saxonie S. crucis, Saxonie S. Iohannis baptiste Turonia, Turonia pictauiē. Aragonie. Argentine. Aquitanie Sancti Iacobi. Colonie Agrippina. Sancti Bonauenturæ (seu prouinciæ Prouinciæ) Portugalie. Sancti Ludouici, Hibernie, Scotie Conceptionis, Dacie, Britannie Angliæ Granatæ, Indiarum Insularum, sanctæ Crucis, Burgen. Martoricarū, Angelorū, Pietatis, Sancti Gabrielis, Carthaginēsis, Flādrig, Turinicie. Inferioris Alemanie, sibi in Christo charissimis patribus & fratribus.

FRATER NICOLAUS HERBORN ORDINIS EIUSDem, partium Cismontanarum Generalis Commissarius, Christi gratiam & misericordiam optat.

**M**OX ubi Coloniense Capitulum (ut uocamus, ut uero alij Synodum) absoluissem, Reuerendi patres, redditus est mihi liber quispjam, quo Ferdinandi Cortesij complures, non sine multis periculis exantlatæ, & profectioes, & nauigationes per mare Oceanum, ad Indos usq; paucis uerbis erāt descriptæ. Lēgi obiter: nam per nego-

rija diutius, diligentiusq; in eo uersari non licuit: offendit quoq; multa ijs re-  
 spondere, quæ nuper Tolofanis in Comitijs nobis renarrarunt patres, qui ci-  
 uitatem Temixitan & Tumbensem incolunt, ac suis sermonibus per dei gra-  
 tiam ad fidem conuerterunt, indiesq; conuertunt, & in uinea domini deli-  
 dant. Reputaui tum deinde alius mecum literas, quas Tolofam Illust. domi-  
 na Imperatrix semper Augusta, ex Hispanijs ad nos transmisit, nobis obtentas,  
 ac requirens, uti uiros probos, uita, moribus ac religione probatos ad eam  
 gentem imbuendam destinaremus, simul & mitteremus quæ nuper apud In-  
 dos & Christo regum regi, & Carolo Quinto. Casari, Imperatoriq; Maxi-  
 mo in dedicationem uenit. Ego uero, qui necdum, neq; in Gallias neq; in Hi-  
 spanias concessi, anxius mecum cogitaui quos maxime, & quales uiros eo  
 mitterem. Neq; enim temere quibuslibet, sed raris, sed integris, sed illustri-  
 bus uiris id legationis reor committendum. Quandoquidem & Paulus ali-  
 cubi suo Timotheo præcipit, ne cito quibuslibet manus imponat, sed dele-  
 gat multoq; iudicio antea examinet, quos in euangelij opus destinare decre-  
 uit. Nam & ipse quosdam ait esse qui non sincere annunciant, alios qui sua  
 commoda spectent, paucos qui se, Timotheum, Titum, & cæteros euangeli-  
 stas ueros & legitimos uerbi ministros sequantur. Nec modo id Paulus, sed  
 & sacer ille apostolicus senatus, in designando Matthia obseruauit, & in po-  
 steros, iustissimis sanctionibus ceu per manus à maioribus nostris adeoq; à  
 Fratrum Minorum primipilo Francisco, patre nostro sacerrimo propagatū  
 est. Ita enim inquit in ea quam nostris regula: Quicumq; fratrum diuina inspira-  
 tione uoluerint ire inter Saracenos & alios infideles, petant inde licentiam  
 à suis ministris prouincialibus, Ministri uero nullis eundi licentiam tribuāt  
 nisi eis, quos uiderint esse idoneos ad mittendum. Qui Francisci institutum  
 hoc seculo misere ac impie lacerant, arrodunt, pessundāt Lutherani, respon-  
 deant, atq; si quid in ijsce uerbis est, quod calumniari æquissimo iure potest,  
 digito offendant. Id si effecerint, dispeream, si non manibus pedibusq; in eor-  
 um sententiam eam, uerum ut ut sese torserint, nihil scio efficiēt. Stat enim  
 ueritas ipsa quouis ariete robustior. Quicumq; inquit, fratrum diuina inspira-  
 tione uoluerint ire inter Agarenos. Recte diuina inspiratione ait, nam &  
 ipse angelus sathanæ transfiguratur se in angelum lucis, multo maxime id pos-  
 sunt ministri eius, pseudopostoli, subditicij ac nothi fratres. Neq; enim omni  
 spiritui credendum esse præcipit & Ioannes, sed antea probādū, num ex deo  
 sint spiritus. Probatio uero spirituum quo fieri debeat pacto & alicubi Ioan-  
 nes de Gersona, & Franciscus Picus Mirandulanus, & nos in Monade no-  
 stra paucis signis & notis indicauimus.

Quum primis itaq; ut ad rem posthabitis ambagibus redeamus, prospici-  
 endum uobis patribus meis, obseruandissimis, ut eos, quos mittere cerni-  
 tis idoneos, ad uerba mittatis Francisci, quib. ait si qui diuino oraculo admo-  
 niti uoluerint comigrare ad infidelium partes. Neq; enim humanū, neq; Satha-  
 nicū oportet esse figmentū, quo adduci debent, tā arduū tamq; difficile opus  
 ut arripiant, sed certe diuinū, sed præcipuū sed summi dei oraculum. Huma-  
 num enim uoco figmentū, dum quidā nouitate rerū ac curiositate uisendæ  
 terræ, cognoscendi populū, urgent & ut mittantur instant. Vno enim uerbo  
 tales à Paulo repelluntur: Omnes quærun quæ sua sunt, non quæ Iesu Chri-  
 sti, sua commoda spectat, quisquis, non dei gloriam neq; hominum salutem  
 spectat. Qui uidelicet eo commigrant ut aurum, ut argentum, ut lapides pre-  
 ciosos, quos multos ferunt in ijs regionibus esse, corradant, colligant, ditio-  
 resq; egrediantur, quam fuerit ingressi. Quod malum est seculi negotijs de-  
 diti spectare possunt, tantū tamen abesse debet à diuini uerbi ministris, quan-  
 tum terrena à cælestibus. Quæ enim cōparatio Christi ad Belial, lucis ad te-  
 nebras, spinarum (ita enim interpretantur diuitiæ) ad rosas & Eximēdus est  
 itaq; cupiditatis affectus ac porro euellendus à ueris euangelij ministris. Id  
 quod uel Christi exemplo docemur, qui eos quos ad prædicandum misit di-  
 scipulis



**A** scipulos sic instituit, ut res e zonis excuteret, peram, baculum, calciamenta, deniq; omnem commeatum, quo homines sibi prospicere solēt, auferret, detraheret, atq; eximeret. Sathanicum uero spiritum eum appello, quo multi sub ouilla pelle lupinam mentem contegunt, quorum in ore Christus sonat, mens uero atq; animus hæreseos aculeo pungit. Quales plerosq; multos suo malo habet, tolerat ac alicubi nutrit Germania. Gallia uero ac Hispania e sibi, nibus suis ceu perniciosissimos reipublicæ hostes pelisse, eijcit, proferibit, damnat. Hos minime ad mittendum idoneos, non tam ego, quam Christus, & Franciscus iudicat. Attendite, inquit Christus, a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et Paulus Cauete canes, uidete concisionem, uidete operarios malos. Sed & Franciscus eos qui suo instituto initari cupiunt, examinandos de fide præcipit, & ecclesiasticis sacramentis, & quod sint stabiles in ea fide quam ecclesia catholica suscepit, quod fideles, & dicto audientes, quod synceriter doceant uitia & uirtutes, pœnam & gloriam. Atqui hæc præstare impostores, & hæretici non possunt. Qui enim fidei fundamenta in alijs iacent, quum ipsi interim naufragium infide fecerint, quum sint à Christo alieni, quum ecclesiastica sacramenta, ritus quoque & ceremonias, pessundauerunt, multisq; modis se ecclesiæ hostes declarauerunt. Huc huc igitur animos uestros, si uitaq; intendite, ut fideles sint, ut catholici sint, in fide constantes, sint infra q; ad omnem doctrinæ uentum non nutent, non uacillent, non permoueantur Fide enim standum est, ut ait Paulus. Nam hac uincitur triformis ille Cerberus. Hæc basis est & totius spiritualis ædificij lapis angularis. Sancti enim per fidem uicerunt regna, subiecerunt Christo orbem, alligauerunt dæmones, uictores euaserunt, coronas commuerunt perpetuas. Nemo ita que in fide orthodoxa uacillat, quia maiorum nostrorum religione, decretis, sacris orgijs, ceremonijs uel latum digitum defleuit, eo mittendus est ubi hæc oportuit, doceri, auspicari & exordiri. Si qui inter uestra penetrata tales essent, ut homines sumus, nec Noe, nec Christo, neque Augustino meliores, eos in spiritu lenitatis, & ueritatis potius ab errore reuocabitis, monebitisq; ut suum intellectum in obsequium fidei Catholicæ & apostolicæ captiuent, se non ipsos per falsa adulterinaq; dogmata perdant, quin respiciant, redeantq; ad ecclesiæ premium, & si que errore imbibierint, eum ad patrum concilia, placita decretaq; corrigant.

**B** Diuinum uero spiritum quo instinctos ac instructos uoluit esse eos, qui ituri essent, Sacer Franciscus, eum puto intellexit, quo apostoli imbuti, quam libet humano iudicio imbecilles & abiecti & omnium peripsema haberentur solam dei gloriam, lucrum animarum, extirpationem errorum & falsarum religionum subuersionem spectantes, totum percurrerunt mundum, adierunt Aethiopes, migrarunt ad Græcos, peruenerunt ad Latinos. Nisi enim hunc spiritum ductorem habuissent nemo non eos, ut insanos, ut phantasticos, ut omnibus modis exhibendos, contempsisset. Verum adsuit eis cæleste illud numen, tribuit os & sapientiam, subiecit gentes & regna, domuit furentes Tyrannos. Cæterum hic spiritus, non sinit euangelij ministros à ueri notione aberrare, si modo Christo credimus Spiritus ueritatis duceat uos in omnem ueritatem. Et, in uobis erit, & apud uos manebit. Huius spiritus energiam facile ex Euangelicis & Paulinis literis licet colligere, modo oculatius eandem introspeciamus. Christus equidem præter hoc quod eum ueritatis doctorem appellat, notas quasdam ob oculos in Mattheo & Iohanne ponit, quibus graphice exprimitur, ut non tam ueri notione & professione, quam rebus ipsis factisq; illustribus, internoscamus, qui digniores sunt ad euangelicam functionem suscipiendum. Ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. Fructus uero appellat Paulus charitatem, pacem, patientiam, benignitatem, modestiam, continentiam, castitatem. & id genus alias præclaras & ingenuas dotes, quas suis Galatis præscribit Apo-

stolus. Easdem uere habet & Sapiēs quidam, seu Philo ille sit, seu alius quispiam, quando testatur: hūc spiritum esse modestum, humanum, suauem, certum, stabile, securū, omnia prospicere, benefacere, ac bene mereri de omnib. Si quē iam uideritis ihs dotib. insignē, eū bono animo ac contentia ad indos cōuertendos mitte. Alioquin si discolos, si homines otiosos, si carnales miseris, parū Christo lucrī, nihil nobis reportabimus prēmij, sed multum ignominia. Secundo loco prospiciendum ihs qui missi sunt, ut quam synceriter Christum doceant, ea maxime principe loco doceant, quæ sciri facillimum est & saluberrimum. Ea enim ratio habenda est inter eas gentes, quæ nouissimis diebus istis Euangelio uim faciunt, recensq; sunt inautorati fidei Sacramentis, quæ olim, sub nascentis ecclesie exordio habita est. Vtpote simplicibus uerbis, ut doceantur se nō suis meritis, sed sola dei gratia agnouisse Christum, quem admodum de Romanis scribit Pau. Gentes supra modum honorate deum. Cur ita? Nam gratia saluati estis, si autem gratia iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Et itē paulo ante. Quos uocauit nō solū ex ludæis, sed etiam ex gentibus. sicut in Oze. ait. Vocabo nō plebē meā plebē meam: & non dilectam, dilectam, & non misericordiam consecutā, misericordiam consecutam. Et erit in loco, ubi dictum est eis. Nō plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui. Quæ uerba, si intus excutiamus, propriissimē Indis competunt. Pāucos enim ante annos, imō nonnullis in regionibus hoc est, in ciuitate Tumbes, uix ad sesquiannum, primum euangelij gratia ac lux coruscare capit. Antea enim simulachris mutis filias filiosq; tuos, id quod horrendum est dictū, multo tamen magis miserandum factū, insitiatī sunt. Antea solem & lunam, & omnem cæli militiam coluerunt, ante pleriq; eorum, ut ratione extorres uitam magis pecudum quam hominum transigerunt, alij humanum sanguinem sine delectu effuderunt, alij profligata omni honestate & uerecundia in teclio corpore incesserunt aliasq; id genus abominaciones perpetrauerūt, adeoq; à Christo alienati, & à ueritate, ut præter externam corporis laruam nihil in eis deprehendi posset, quod mentem rationemq; spiraret, sicq; desperauerunt seiplos, ut omni se immundicia traderent. Verum ubi eis Euangelium innotuit, ubi Christo manus dederunt, penitet, pudetq; ueteris in peccatis circumactæ uitæ. Miro enim modo sese ipsos propter ante acta crimina mœrore tristitia afficiūt, si modo uera sint que de ihs uiuæ uocis oraculo fratres narrarūt, qui hos ad fidē Christi cōuerterūt. Sunt igitur modo misericordiā, sunt dei gratiā & clementiā consecuti, eoq; electi, hæredes & testamētorum participes facti, qui nuper à Christo alieni, qui adulteri, qui idololatæ, qui & rationis & omnis gratiæ benignitatis diuine fuerunt extorres. Hanc gratiā sepe ob oculos reuocare oportet, quidue ea efficiat, hoc est quod hominem iustificet, quod cohæredes regni constituat, quod omnis meriti & uitæ spiritualis sit initiū, semper sunt commune, faciendi. Maxime autem misericordia Dei, qua præuenit sunt, qua benedicti, qua cælestibus & æternis bonis dignati, eis est repetenda & sedulo inculcanda. Vere enim Indis competit, quod ait Esaias, nisi dominus restitisset nobis semen, quasi Sodoma & Gomorra fuisset. Semen quod nobis Indisq; reliquū mansit, est Iesus Christus, qui nos benedictionibus cælestibus præueniens, in regnum adoptionis de miserāda captiuitate traduxit. In hoc enim semine, quod Christus est, benedicentur omnes gentes. Quo benedicti sunt, abluti sunt, sanctificati Christoq; insiticij facti Indi nostri, eoq; non iam longe, neq; procul sunt, sed prope, sed ciues & domestici dei, extracti su per fundamentum apostolorum & prophetarum, id est, super Christum, qui fundamentum est, & lapis angularis, cui tota domus Ecclesie innititur. Docendi igitur sunt, ut porro omnem fiduciam in Christum constuant. Quan doquidē ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unū. Ipse est sanctificatio nostra, redemptio nostra, salus quoq; tota. Episto. ad Romanos et Ephes. septuagē ihs ob oculos ponenda. Nam tales fere fuerunt olim Romani, & Græci, dum a-  
licni



**A** alieni essent à Christo, quales modo sunt Indi in magna Asia. Erunt igitur eo  
 dē modo eademq; lege ad Christū cōuertendi, & in fide suscepta obfirmādi.  
**B** Fidei sub hac symbolum, quod apostolicum uocāt, paucis uerbis eis est  
 explicandum. Quandoquidē in eo summa religionis nostrae graphice depin  
 gitur, & quae credi oportet quēlibet fidelē exprimuntur. Nolo tamē si quan  
 do id ipsum explicatur ut simplicium ingenia argutijs scoticis & Occanicis  
 inuoluantur. Mittatur eiusmodi ad scholas Theologorum, & eorum ho  
 minum, qui ociosis uerbis de ijs perlibenter rixantur, ac ad uerba usq; con  
 tendunt. Monet nos non semel Paulus, ne quis nos per inanem philosophiā  
 decipiat, ne quis deprædetur. Monet & suū Timotheum. Noli contende  
 re uerbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audiētium. Qui igitur  
 dei eloquiā gentibus nuper ad fidem conuersis renarrare uolet, id necessum  
 est, ut obseruet, recte tractet, ac breuiter adeoq; synceriter uerbum ueritati.  
 Id quod facile quisque præstabit si in sacris literis, in Doctōrib. ecclesiasticis  
 bene institutus fuerit. Quanquā audiam apud Indos esse ex nostraribus, per  
 quos ceu organa quedam spiritus ueritatis sese in auditorum & infantū ani  
 mos transfundit. Qui porro simplices, idiotæ, literarum expertes, quales fue  
 re apostolorum compluscūli sub exordio nascentis ecclesiæ, interim tamen  
 docent, prædicant, operantur in uinea domini, sed non sine spiritu domini.  
 Spiritus enim sanctus, qui linguas infantū disertas facit, qui affectus homi  
 num ad se rapit, qui ex ore infantū & lactentium sibi laudem occinere, seq;  
 agnoscere uoluit, hos regit & imbuit. Nouimus enim uarias esse dotes, uaria  
 gratiarum, donorum, & operationum genera. Alij inquit Paulus, per spiritū  
 datur sermo sapientiæ, alijs sermo scientiæ, alijs fides, alteri prophetia, huic di  
 scretio spirituum, illi interpretatio sermonū. Hæc omnia operatur unus atq;  
**B** unum obseruent inter docendū, ut uidelicet semper suos sermones ad maio  
 rum nostrorum placita accommodent, ut ad regulas communis fidei nostræ  
 erantium animos ac mores redigant exigantq;. Non ambulent in mirabili  
 bus supra se, sed simplicem Christi doctrinam simplicibus uerbis in audito  
 res transfundant. Manifestatio enim spiritus datur ad utilitatem, nimirum ec  
 clesiæ. Quam uero utilitatem, quam frugem reportabunt auditores catechu  
 meni, si altiora te quæsiueris, si quidditates rerū, distinctionum labyrinthos,  
 intentionum monstra, naturas communes & alia id genus inuolucra Chry  
 sippea factes, prædices, inculcēs. Certe hæc, etsi eruditis multis arrideant,  
 mihiq; olim sic arrisere, ut uix multo negotio ab ijs diuelli poterim, nō sunt  
 tamen pusillis animis, ac infirmis conscientijs inculcanda. Lactē enim opus  
 habent, non solido cibo. Eo hæc diximus, ut intelligant fratres, quos transmi  
 simus, principia fidei nostræ synceriter, ac simpliciter esse tradenda, non sub  
 tilter, neque sub obscure, alioqui & operam & impensa perdidertint. Uti  
 litatem itaque, non subtilitatem, neque curiositatem spectent, siquidem sym  
 bolum interpretentur. Vtilissimum uero erit nosse, quod unus est rerum  
 omnium artifex, qui cæli terræq; ue hominumq; ue & spirituum plastes est.  
 Cui merito omnis honor, laus, gloria, cultus & internus & externus de  
 putandus est. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues, inquit  
 post Moſen Christus. Eo pertinet, quod ratio symboli continet, Credo in u  
 num deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Idola igitur ni  
 hil sunt, opera hominum sunt, nihil habēt diuinitatis, nihil prestare possunt  
 salutis. Id re ipsa discimus, si gentium simulacra deſicimus, si incēdō perſi  
 mus, si in pristinam formam unde erant efficta redigimus, tum comperimus  
 ea aurum esse, argentum esse, & quiduis aliud, quam quod miseris mortali  
 bus, qui hæc coluere, dæmones persuasere. Profuerit non parum multum La  
 ctantij libros de institutionibus diuinis, Eusebij Pamphili de preparatione

Euangelica & aliorum alios, qui superstitionem ethnicam densissimis argumentis subuerterunt, legisse & memoria retinere atq; reponere.

Quæ sequuntur mox in symbolo, ad Christum spectant. Is enim nobis mediator & ueluti caduceator missus est, ut nos per sanguinem suum reconciliaret deo patri nosq; ue in filios adoptaret, heredesq; ue constitueret æterni regni. Id etsi alio modo potuissent efficere, quam morte filij sui, noluit tamen clementissimus ille pater alium esse quam hunc ipsum modum, quem in symbolum redigerunt apostoli. Et in Iesum Christum inquirunt, filium eius unicum, qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus & sepultus est. Singula uerba, singulis canonice scripturæ sententijs, ipsique multis, respondent. Deinde singula uerba, certos quosdam & coniuratos fidei hostes hæreticosque impugnant, excludunt, fundunt, ac confutant. Legendus hoc loci esset Iohannes Damascenus, qui iusto uolumine hac rem absoluit, pioque lectori satis fecit. At qui, inquit quispiam, cur tam exacte omnia Christi mysteria attingere apostoli in compendiosa hac fidei formula? Ut essent æternum mentibus nostris insculpta, ne unquam sineremus elabi, neque emori eam charitatem, qua deus nos adamauit, sicque charos & dilectos habuit, ut non angelum aliquem, neque hominem quempiam, sed proprium filium suum in opus salutis nostræ destinaret. Sic (inquit Christus) deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Et item Paulus. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem qua dilexit nos, cum essemus peccatis mortui, contuitiuit nos in Christo, cuius gratia saluati estis. Et post. Gratia enim dei saluati estis per fidem, & hoc non ex uobis. Dei enim don. &c. Hoc donum, hæc dei munificentia, perpetuo gentibus est proponenda & infigenda. Nam memoris non uult esse deus tanti beneficii, quod per filium præstitit generi humano, quod uidelicet nostri causa exinanitit semetipsum formæ serui accipiens, & habitu inuentus ut homo, quod prodijt ex utero intemeratæ uirginis in mundum, quod habitauit in nobis, quod in terris uisus est & cum hominibus conuersatus, deinde quod incommoda multa, opprobria conuicta, conrumelias, denique crucem ipsam passus est. Sublatus enim & in crucem aduersus est, ut omnibus inlaret paterna erga nos clemētia, ut nemo de sua salute desperaret, modo in Christum credat, Christo inhareat, Christum credens & amans imitetur. In hoc enim passus est, ut sequamur uestigia eius. In hoc sepultus est, ut nos quoque & moriamur peccatis et sepeliāmur uitjs. Ad dicitur subinde alius fidei articulus quo Christi triumphus & uictoria declaratur. Tertia die resurrexit à mortuis ascendit ad cælos, sedet ad dextram dei patris omnipotentis, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Ferunt singulos apostolos singulos articulos quasi symbola religionis & fidei in unum quendam aceruum contulisse. Qui id aiunt, non infideliter rem ipsam attigerunt. Quocirca & nos cum in ea sententijs simus, dicamus eos articulos, quos hic asutos cernimus, in id adiectos, ut Christi regis maiestas, & dignitas mortalibus omnibus innotescat. Quod enim resurrexit, potentiam spiritus declarat ac mortis interitum: id quod multis argumentis & Paulus & Oseas declarant. Resurrectionis uero causa fuit, ut ostenderet se mortis ac uitæ habere imperium, ut nos in nouitate uitæ ambularem, ut iam non peccatis, sed gratiæ, sed misericordiæ uiuamus, omniaque membra nostra in id conferamus, ut Christo uiuere, Christo mori possint. Ascendens uero in cælum spem fecit misero ac calamitoso Adamo ac posteris eius eueniendi, quo ipse præcessit, iter ostendens, & præmonstrans eis. Et quod Dauid ait: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quo simul & se non tam mortis uictorem & expugnatorem, quam nouæ uitæ autorem ostendit. Nemo enim fuit, qui tam gloriose egerit, quum & se à morte & suos à miseranda seruitute liberauerit.

Hinc



**A** Hinc illa admirationis uox prodijt, *Quis est iste, qui uenit de Edom, tinctus uestibus de bosra? Iste formosus in stola sua.* Et Dauid, *Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.* Nihil enim potentius, nisi morte mortem superare, inferos spoliare, eliminare e regno suo demones, redigere eosdem in seruitutem qui hæcenus suis impolituris totum orbem dementauerunt. Gloriosius uero quid unquam uel dici uel cogitari potuit, quam eundem sua pre potestate conscendere caelos, transuolare ac transilire caelites omnes, eorum dignitatis euehi, ut non modo homines, sed etiam demones, sed angelicos spiritus sibi subijciantur? Sedere uero ad dexteram patris prædicatur, quod sit in primis & summis paternæ hereditatis bonis. Ita enim decuit, imo oportuit, si equo iure, ut ita dicam, certandum est, repensare beneficia, ita remunerari filium, qui omnibus se inferiorem fecit. Imminutus enim erat, & inferior factus, non solum angelis, sed etiam hominibus multis, si externam rerum faciem spectemus. Eo factum est, ut non iam super homines solum, nec modo super demones, sed omnibus omnino spiritibus superior sit, dignior sit, excellentior sit. Sede, inquit Dauid in dei persona, à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et Paulus fatetur illi tributum nomen, quod est supra omne nomen. Et alibi, Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Quod uenturus dicitur & iudicaturus uiuos & mortuos, uox est terroris, ipsi quæ impie uixerunt: lætitiæ uero ipsi, qui probæ ac præclare omnia gesserunt. Hanc uocem omnibus domibus, angulis, imo fronti nostræ, manibus, oculis, inseribamus: Veniet iudicare uiuos & mortuos. Iudicabit siquidem, sed pro manuetis terræ, contra infidos, sed pro iustis, contra iusticiæ temeratores, sed pro bonis, contra improbos, & ut in summa dicam, ita sententiã pronunciat, ut nemo iustus, nemo malus iuste uel quæri, uel causari possit. Reddet enim unicuique iuxta opera sua, alteris quidem penam, ignominiam, cruciatus æternos, alteris gloriam laudem & læticiã incredibilem. Id est, alijs uitam, alijs mortem. Procedent, inquit in Ioanne Christus, qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui uero male egerunt, in resurrectionem iudicij. Ut uere dixit Paulus oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore proprio, siue bonũ siue malum. Iam & illum operæ præcium est ut in noscamus articulum, Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam Catholicam. Credi potest spiritus sanctus procedere à patre & filio, & non nisi in imagine & speculo intelligi, & cognosci. Hic spiritus omnis boni & artifex & largitor est. Quem moderari ecclesiam sanctam catholicam & apostolicam eo colligitur, quod Christus ait, Alium paraclætum dabo uobis, ut maneat uobiscum in æternũ, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere. Et item, Non relinquit uos orphanos. Habet itaq; hunc spiritum in arbonem iusti, habent in doctorem ueritatis nescij, habent ductorem deuij, habent paraclætum tristes & mœrore confecti. Non destitit hic ecclesiam Christi moderari, quamlibet sæuierint hostes, quamuis in errorem adducere conati sunt impostores & hæretici. Stetit hæcenus ecclesia supra petram fundata infracta ac immobilis aduersus improborum hominum aduersus. Et porte, inquit, inferorum non præuallebunt aduersus eam. Non præualuit Herodes, non Nero, non Domitianus, non cæteri tyranni, & fidei hostes, Thurcæ, Tartari Teuctri. Multo minus qui ex nobis prodierunt hæretici, schismatici & pseudoapostoli, præualebunt. Stet immobilis supra Christum extructa. Stet roborata doctrinis non uarijs neq; peregrinis sed ueris & germanis, & omnino talibus quæ ex diuinis & canonicis literis desumptæ sunt. Stet & diuina promissione fulsa, obfirmata & cõsolidata. Ego, inquit Christus, rogauit pro te, ut nõ deficiat fides tua. Si Christus suis precibus obtinuit, quo minus fides ecclesie deficeret, mentitur hæretici, Rutheni, Hussitæ. Uicelicitæ, Lutherani horũ soboles, qui audet obgnantire trecentis annis euangelium perperã prædicatũ. Verũ stat ue

ritus pro nobis, fiat pro ecclesie defensione. Non, inquit Christus, deficiet fides tua: perinde atq; diceret, Maxima incrementa sumet, dilatabitur enim & sese usq; ad ultimum maris Oceani propagabit, ut uere dixerit Dauid, à solis ortu usq; ad occasum magnum nomen eius. Et Christus, Multi uenient ab oriente & occidente, & a quilonem, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno patris mei. Quo simul & Indos & eos qui antichristum inhabitant, significare uoluit. Nemo enim à Christo excluditur, nemo ab hoc respuitur. Vna uoce omnes & gentes barbaras, & Iudæos & Græcos inuitat, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Et item Ego sum pastor bonus. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouile & illas oportet me adducere, & fiet unum ouile & unus pastor. Pastor Christus est, ouile ecclesia est una, ad quam adduxit complures, alios per se, alios per apostolos, plerosq; per horum successores Episcopos, martyres & doctores. Nouissime uero diebus istis, per fratres Minores adducit multos in maiore Asia. Omnes enim in unam nauim, adeoq; in unam classem inscribuntur. Vna enim est ecclesia, unum corpus, unum ouile, cui inserendi & annumerandi sumus. Extra hanc ecclesiam nemini speranda est salus. Imo quisquis extra hanc existit, alienus à Christo est, hostis est, prophanus est. Id si credas, bene quidem habet res, si nescias cæcus es, si credere nolis, iam iudicatus es. Credit hæc non tam scripturis sanctis quam Ihs, quæ ex hac deduci possunt, necessarios; consequuntur, eoq; septem recipit sacramenta, suspicit ecclesiasticas institutiones, obseruat patrum decreta. Moderatur præterea à spiritu inuisibili, qui fidelium mentes inhabitat, interim tamen & certis quibusdam notis internoscitur, sacrisq; & cæremonijs & ritibus seipsum declarat & ostendit, seq; ab Iudæorum religione, adeoq; à paganismo ethnicorum, hac ratione distinguit, & determinat, quod cultum suum uni deo impendit, & huius filio regi seculorum immortalis, & perpetuo triumphatori Christo Iesu. Vna igitur ecclesia & catholicorum cõgregatio est, cuius primarium caput Christus est, uicarium Petrus, & huius successores, Clemens, Cletus, Linus, Gregorius, & item alij qui in partem sollicitudinis sunt uocati. Nam diuisiones administrationum sunt, idem autem dominus, qui pro ea qua est prudentia, singulis sua munia partitur, atq; administrat. Dedit enim suæ ecclesie moderandæ quosdam quidem apostolos, alios autem doctores, alios uero euangelistas, alteros alteris functionibus præfecit. Qui omnes unam ecclesiam Christi sanguine redemptam ac repurgatam constituunt, modo idipsum sentiant, credant & profiteantur. Est & illud non abs re adiectum, Sanctorum communionem. Communionem hanc intra unam ecclesiam exordiri, coallescere ac cõfouere necessum est. Sunt inuicem membra fideles in unum corpus per Christum inserta. Quorum alij iam è mortali corpore euaserunt regnantq; cum Christo, alij hæctenus in terris aduersus triformem hostem militant, utriusque tamè eodem speciè oportet, si modo bonorum spiritualium cupiunt esse participes. Neq; enim extra ecclesie corpus sese sacrorum charismatum communiõ diffundit, ut prosit, ut salubris sit, sed intus est, intus operatur, intus agit. Sensit id Dauid, quando ait: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Sicut ungentum, quod descendit à capite in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius. Qui igitur uolet particeps spiritualium bonorum esse quibus à Christo dignatus sumus; in sacra se monade contineat, necessum est. Ab hoc enim nobis dona, ab hoc gratia, ab hoc omnia charismata spiritus sancti propagantur ac uelut oleum in oram uestimenti desiliunt. Præcipua igitur sanctorum communiõ à Christo auspiciata est, quando nos corporis & sanguinis sui uoluit esse participes, quãdo omnibus ex æquo parauit iter adeoq; ad gloriam uiam aperuit, quando pro omnibus mortuus est: ut in seipso uiuificaret omnes, ut omnes, ad se per fidem amoremq; traheret. Hæc sunt illa bona, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis intrauerunt. Sola fide intelligimus atq; capessimus



A cepimus omnia. Ipsa enim est sperandarum rerum substantia, argumen-  
 tum non apparentium. Est & alia quaedam spiritualium corporalium rerum  
 communio. Qua alij sibi invicem citro ultroq; modo corporalia, modo spi-  
 ritualia communicant, alij preces, sacrificia bona opera merito, & id genus  
 alia pietatis officia alijs impertunt. Sic qui cathelsatur, communicat ei qui  
 sese cathelsat in omnibus bonis. Sic qui repromissum regnum adepti sunt  
 sancti nobis, qui terra preces, supplicationesq; communicant, ac impendunt.  
 alter enim amici salutem, ut propriam, desiderat, cupit, precatur. Sunt enim  
 amici nostri, sunt concitae nostri, sunt in eodem quo nos sumus corpo-  
 re constituti, id est in eadē ecclesia, modo cū amicorū omnia sunt communia,  
 alacri ac uoluntario animo nobis suos labores, merita, precesq; participant.

Quod uero etiamnum peccatorum remissio credenda sit, multis scrip-  
 turae locis cogimur, uelimus nolimus assentire, ac credere. Si enim Chri-  
 stus nostri ob causam mortuus est, necessum est eum chirographum dam-  
 nationis tulisse, necessum est & satis pro nostris erratis fecisse, nos que à  
 peccatis purgatos adeoque ab aegyptiaca seruitute ereptos, in regnum tran-  
 siluisse filiorum dei. Id uero efficere non potuit, nisi condonatis delictis, & æ-  
 re alieno soluto. Ob id Paulus alicubi testatur. Christum pro nobis maledic-  
 tum factum, imo peccatum ipsum ut nos maledictione peccatorum liberaret,  
 inq; regnum adoptionis transferret. Per sanguinem enim ipsius remissa sunt  
 peccata nostra atque condonata, si Esaiæ, si Paulo, si Ioanniq; credimus. Eius  
 enim liuore sanati sumus, eius sanguine redempti sumus, abluti sumus, san-  
 ctificati sumus. Id quum ratione humana deprehendi nequeat, fide necessum  
 est ut intelligamus. Credi igitur à nobis peccatorum remissio potest non ef-  
 fici, etiã sine nobis fieri nequeat. Assentiri oportet uoluntas, atque sese gra-  
 tia accomodet, si modo salutem, si remissionem, si noxæ condonationem  
 obtinere uoluerit. Vocat enim deus, sed ita, ut uoluntatem ipsam suos mo-  
 tus sinere agat. Preuenit uoluntatem, sequatur ipsa uocantem, assentiat uel  
 impellentem, uel inuitantem gratiam. Id ubi fecerit, mox aderit Christus, &  
 derit cooperans gratia, Purgabit simul & expiabit delicta nostra, peccata  
 nostra. Quamquam id ipsum non nobis sed gratiæ dono tribuendum sit,  
 Quemadmodum & Paulus ait: Gratia dei in me uacua non fuit, & gratia dei  
 sum id quod sum. Et non ego, sed gratia dei mecum. Gratia itaque est, qua re-  
 dempti sumus id quod fide non ratione humana colligitur. Credo, inquit  
 apostoli, peccatorum remissionem. Sequitur. Carnis resurrectionem. Non  
 inquit animæ resurrectionem, sed carnis. Nam anima multis etiamnum eth-  
 nicis prædicata est immortalis, interire uero corpus, seu carnem, non solum  
 ratio, sed & rei euentus atque adeo res ipsa edocuit. Nemo enim ex mortali-  
 bus perpetuo uixit, nisi Enos & Helias, si modo probe sentiunt qui in ea senten-  
 tia sunt, qua existimant eos uiuere uitalesq; auras carpere in paradiso, qui  
 tamen olim mortem appetituri sunt cogente illa lege, qua dicitur, Statutum  
 est hominibus semel mori. Cæterum qui semel satis cesserunt, non sic euanes-  
 cunt, ut in nihilum sunt redacti, sed iustorum animæ in manu dei sunt, eorū se-  
 curiores, quo deo uiciniores Corpora uero & si in pulueres, cineresq; resolu-  
 ta sint, suo tamen die resuscitabuntur, inq; meliorem uitæ statum commuta-  
 bunt. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem & mortale  
 hoc induere immortalitatem. Erit enim, quando & ipsum immortalis toga  
 decorabitur, modo se honeste, decore, & in omnibus præclare gesserit. Ve-  
 rum de hac re Paulus plenis uerbis ad Corinthios disputat. Postremo omni-  
 um, ubi mors domita uictaq; fuerit, posteaq; suis dotibus corpus cohonestat-  
 tum fuerit, posteaq; animæ unita & copulata fuerit, id enim miro quodã  
 affectu appetit, & perditus & pernox eslagitat, ut quamprimū fiat, alia nobis  
 uita, aliud domiciliū, alia uiuendi cōsuetudo, parata est. Videmus enim deū  
 modo in enigmate & per speculū, multisq; afficimur dū terrenā hanc domū  
 incolimus incōmodis, tū uero ubi euaserimus has erumnas, nō iā in a nigma

te, neq; sub inuolucris, sed facie ad faciem contemplabimur. Id ubi contigerit, iam nihil deest nobis quod optari possit, nihil aderit quod incommoda, re ac obesse queat. Erit enim deus omnia in omnibus. Eoq; confitemur futura illa & perpetuo mansura bona; dum dicimus, Et uitam aeternam, Amen.

Ad hanc regulam respiciendum omnibus qui Christo in auctorati sunt, neq; ulla ratione ab hac descedendum, si modo salutem consequi uoluerimus. Recte igitur ait Athanasius uir alioqui & uita & eruditione illustris: Hæc est fides catholica, quam nisi quisque firmiter & fideliter crediderit, saluus esse non poterit. Erunt igitur in dorum animi & mores ad hanc exigendi, hæc; roborandi aduersus pristinos errores, quibus se intelligunt immerfos fuisse. Alioqui facile in desperationem per mali dæmonis adducerentur præstigia, fierentq; nouissima illorum deteriora prioribus.

Porro posteaquam sic iacta fuerint in eis fidei nostræ intia, docendi sunt, ut puris mentibus deum optimum Max. pro uenia condonationeq; precetur peccatorum. Id quo commodius fiat, precatio illa dominica principeloco eis obijcienda est. In ea enim & dei gloriam omnibus inclarescere petimus, & nostras necessitates abunde satis exponimus. Id quod tota oratione satis constare potest, si introspicias. Verum de hac re nos alias dicturi sumus. Nam iustum uolumen exigit, non succilluum & quasi extemporale opus.

Sapius ea quæ Christus in monte auditoribus prædicauit, quando euan-gelica legis perfectionem ostendit, Indis sunt proponenda. Nam ex ijs facile discens, quales oporteat esse Christianos, quam integros, quam composi-tos ac animo sedatos, quam mites, humiles spiritu, misericordes, & alijs id genus præclaris dotibus adornatos.

Docendi sunt etiamnum præcepta Decalogi obseruare. Nam id ipsum ser-cisse Christum, quando adolescentulo respondit. Si uis ad uitam ingredi ser-ua mandata, legimus. Et item, Vos discipuli mei eritis, si feceritis quæ præci-pio uobis. Nec modo id docendi solum sunt, sed etiamnum ut audiant ecclesiam. Nam qui ecclesiam non audierit, nobis ut ethnicus & publicanus ui-tandus est. Malo tamen eos, qui nuper Christo in auctorati sunt, lenitate ac mansuetudine duci, quam præscriptis & legibus ac decretis humanis. Que-ritur Augustinus nostram religionem, quam Christus præcepit uoluit esse contentam paucis, nimio plus decretis humanis grauari, ut tolerabilior fue-rit olim Iudeorum conditio, quam modo sit Christianorum. Temperandum est, igitur à legibus, & eousq; expectandum, donec sua colla subiecerint ec-clesiæ, qui ab hac sunt alieni. Quanquam ubi in ditionem ecclesiæ ue-nerint, nollem eos multis decretis onerari, nisi eiusmodi sint, quæ pro car-nis maceratione proq; dei gloria augenda, instituta sunt. Si enim mox ubi fi-dem nostram delibauerint, pontifex illis onus, (quod nunc multi suaapte me-ritate rumpunt) anatarum, Pensionum referuatarum, quæ magis auariti-am & cupiditatem, quam uel pietatem, uel christianam charitatem spirant, imponerit: metendum, ne simul cum fide & gentem perdamus. Debet ec-clesia misericordiæ illis sinam, non crudelitatis exponere.

Debet omne æs in harum conuersionem effundere, non ab ijs auferre, non corrådere. Ita ad fidem plerofque apostoli conuerterunt, & Diuus Lau-rentius ecclesiæ thesaurum in usus pauperum effudit omnem. Dispersit enim, dedit pauperibus, non corrasit, non seruauit, sed distribuit miseris. Docendi sunt quoq; ut omnis anima sublimioribus potestatibus sit subiecta. Potesta-tes autem duæ in orbe Christiano dignoscuntur, alia quæ ecclesiasticam uo-cant, cuius summus Pontifex est caput, quæ res sacras administrat, nempe E-uangelium, legem dei, sacras hostias. Quam quam penes hanc pascenda-rum ouium sit autoritas, enutrire oportet. Nemo enim suis stipendijs militat unquam. Et Christus: Dignus est operarius cibo suo. Cauendum tamen ne cupiditate adducti operarij marsupia sua magis conentur implere, quã saluti auditorum prospicere. Prospiciendum est, ne eiusmodi ad Indos pergant, qui



A qui simulatq; terrā occupauerint, mox domum addunt domū, agrum agro. Quorum in album uidemus multos religioſos & monachos cōſcriptos. Eſt & alia poteſtas, nempe ſeculi, quæ repub. gladio armisq; tutatur, cuius ſu premus monarcha Imperator eſt. Huic ut tributum, ut ueſtigal moderata pendant, oportet. Cui tributum, inquit Paulus, tributum, cui ueſtigal ueſtigal, cui honorem honorem. Quæ uerba certum eſt in ſeculi magiſtratus cōpetere. Scripſit enim iſs qui ſub Romano uiixerant imperio, nolens occaſione chriſtianiſmi, & euangelicæ libertatis, uel negliſgi uel contemni magiſtratus, niſi ea præciperent, quæ diuinis mandatis eſſent contraria. Proinde & Chriſtus ait, Reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & deo quæ dei ſunt. Cauent tamen ſibi Hiſpani, ne plus nimio populū oneribus, ueſtigalibusq; grauent, alioqui rebellem ſentient, pertinacemq; ſentient, fietq; illud quod Hieroboam temporibus contigiſſe legimus, Reuertere Iſrael in domos tuas, & in tabernacula tua, quia non eſt uobis pars in domo Iſai. Cito em abijcient iugū, ſi ſe tyrānos, ſi prædones ſenſerint naſcos principes. Sin uero patres patriæ, ſi æquitatis & iuſticiæ adminiſtratores, nō tā ſua, quā ſeipſos in deditiōe dabunt, uenientq; ſua parte ſpōte, & offerēt munera & dona, & ueſtigalia. Nā homines ſunt, humaniter & ducēdi & inſtituendi ſunt. Quod ſi ſenſerint ſe humaniter pie, iuſte, ac religioſe à præfectis tractari, quālibet uideatur feroces, quālibet ſint extorres, noſtra tamē humāitate, noſtra lenitate redibūt ad cor, amicitiaæ fœdera inibunt nobiſcum, ſtabunt à nobis, qui hæcenus cōtra nos diſgladiati ſunt, & erit uerum quod phariſæis in Euangelio obiicit Chriſtus, Auferetur à uobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. Vt enim olim à Iudæis regnum, & ſacerdotium, quod Chriſtum repudiauerunt, ablatum eſt: ita metuendū multis Chriſtianis, maxime Germanis noſtris, ne, ubi defectionem à fide admiferimus, ſimul cum fide & Chriſtum & imperium omitteremus, eoq; regnū transferatur, ubi hæcenus Chriſtus ſuit incognitus, iā aut cognosci incipit, iā coli, iam uenerari & gloriſicari. Germani rēpla ſubuertunt, eccleſiaſtica ſacramenta pleriq; conculcant, alij negliſcunt, alij inceſtis manib. contrectant, Indi contra ſimulachra quidem deorūq; portenta demoluntur, templa deorū ſacra loca extruūt, ſacramenta eccleſiaſtica ſumma religione & ueneratione exoſculantur. Sic olim poſtquam periit Hieruſalē ſuoq; malo perdidit Chriſtum, redijt ad Chriſtum Græcia, totaq; Latina eccleſia. Faxit deus Opt. ut ſim uates mendax: metuo tamē pluſquam credi poteſt, ne idipſum malū, ſi non opportune proſpiciamus, nos maneat, qui multo quidē tempore agnouimus Chriſtum, degimus ſub eccleſiæ obedientia: hoc uero ſeculo, abijcimus omnia, nec fructus euangelio dignos ferimus. Dabitur enim genti facienti fructum eius. Valete in Chriſto Jeſu præſtantiſſimi patres, & diligenter proſpiciate rebus omnibus, potiſſimum uero curate, ut id præſtemus omnes quod tam præclaris titulis iactamus. Id eſt, præſtemus atque declaremus nos eſſe fratres de uera, non ſucata obſeruantia. Id quo poſſimus commodius, noctū atq; interdū præcādus eſt deus, ut qui uocauit nos, ſeu Indiam ſeu Græciam, ſeu Germaniam aliaq; regna Hiſpanicę Gallicęq; nationis incolimus, ipſe perficiat, confirmet corroboretq;

F I N I S.

BASILEAE PER IOANNEM HERVAGI,  
VM ANNO M. D. LV. MENSE  
SEPTEMBRI.